NOMOTHECIUM PARTHENOPÆUM SIUE IURIS NEAPOLITANI PROMPTUARIUM...

Vincenzo Brilla, Farnese




BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
D
62
NAPOLI

A 26 Aprile 1687.

Notte seguente à hore Cinque, et un quarto soccesse un Terremoto così terribile, è durò un quarto d' hore

NOMOTHECIVM PARTHENOPÆVM.

SIVE

IVRIS NEAPOLITANI PROMPTVARIVM.

NOMOTHECIVM PARTHENOPÆVM,

SIVE

IVRIS NEAPOLITANI PROMPTVARIVM.

IN QVO

Perpetuo Commentario ad Consuetudines Ciuitatis Neapolis adhibito,

Omnes ferè quæstiones ad eandem rem pertinentes enodantur, & illustrantur,


CVM TRIPLICI INDICE,

Titulorum nempe, Argumentorum, & Notabilium rerum, ac Consuetudinario Textu.

AVTHORE

VINCENTIO BRILLA

I. C. & Aduocato Neapolitano.






NEAPOLI ANNO M.DC.LXXVIIII.

Ex Typographia Francisci Molli.

SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. PETRO VALERO, ET DIAZ

REGNI NEAPOLITANI REGIAM CANCELLARIAM REGENTI, STATVS, REGISQVE A LATERE CONSILIARIO.



VINCENTIVS BRILLA V.I.D. FELICITATEM EXOPTAT.



Tsi complures quidem ſunt cauſæ, Vir Illuſtriſsime, duæ me tamen præ cæteris impulerunt, cur ingenij mei hoc malè tornatum opuſculum perpolito ingenio tuo, ac præclariſſimo Nomini duxerim deuouendum: Tua in me ſupra numerum ſcilicet benefacta: ac ſcientiarum, Iuris præſertim Prudentiæ, inexhauſtus in te cumulus, & meritorum. Et cuiuſnam præſentiori ſub patrocinio tuus hic, qualisqualis eſt meus, viueret fœtus, quàm illius, ſub quo ſic Genitor viuit, & viuet? Cuius ad ſinum promicaturæ, obſcuræ elucubrationes iſtæ aduolaſſent, quàm eius, in quo promicant leges, & iura? Nutaſſet Auctor profectò inſanientis fortunæ caſibus agitatus, ni tuum firmaſſet auſpicium. Auctoris labor maledico fato preſſus nutabit, tui ni Nominis pondus firmabit. Domeſticis in tenebris contumulatus quidem deliteſcebam; at ſapientiæ tuæ patrocinantis radijs illuſtratus, tot inter legalia lumina lumen aliquod hauſi. Nomen iam tandem meum, hoc quod ſibi ſiſto in volumine lucem exoptat, preſtò, ni tuum, vt ſolemne eſt, ei lumen effulſerit; quas ipſe caligantes tenebras euitaui, illud obſepient. Te enim auſpice, ea virtus, ea lex, ea non triumphent Iura, quæ nec Iuris, nec legis, nec præ ſe nomen ferunt virtutis. In Conſuetudines Parthenopæas perilluſtrium legum ſobolem

non



non obſcuram, mea quoque Te Duce, dilucidatio triumphet oportet. In Te vno vniuerſas Parthenope ſcientias veneratur. O quàm prono, ò quàm liberali animo inconditas licet has pagellas eadem excipiet, tuum, quo condecorantur, nomen veneratas: Cuius enim illæ ſapientiæ ſunt expertes, tuo mutuantur à nomine. Cæterorum cauſam Iuris æquitate, ipſam verò Iuris æquitatem tuo Iudicio propugnatam nonne obſtupefacto lumine vrbs iſthæc pluries aſpexit? O quam belle declarationes has meas, in ſapientum Iudicium adductas acerrimis ab accuſationibus, tui Nominis memoria aſpiciet vindicatas! Viuit Iuſtitia tuis in Moribus, emicat in Fortuna, ſedet in Tribunali, Mortalium Iura ore ſuo dijudicat, ac tanta fidei opinione dijudicat; vt qui etiam à te damnantur, non Iudicem, ſed cauſam ſibi exiſtiment defuiſſe. Fœlix idcircò meus iſte labor, quem tu, atque adeo, quæ te animat Iuſtitia excipiens, approbat. Nemo enim, vel ſi quis iniuſtus vnus reprobare vnquam audebit. Agedum ſæuiant voracis temporis dentes, ſæuiat voratrix hominum obliuio. Nam tuo nomine fretum non hanc, non illos veretur volumen; Quærant ſibi, ſuiſque laboribus alij, vel ab vrbium Principe Mecenates, Patronos, Heroas: Tu ipſe, quæ tua humanitas eſt illos omnes in te vno mihi, meoque operi porrigis. Ad te vnum dilucidationes iſtæ vix genitæ, vix in apertum prouectæ anhelabant. Tibi igitur inſcribo, tibi ſiſto, tibi iam adultas deuoueo. Vnum tamen ſupereſt, vnum iſtud te perobnixe, ac perhumiliter rogo, animo nimirum vt excipias beneuolo, ac præſenti; Etſi munus exiguum eſt, deuotionis non eſt exiguus amor, non exiguum debitum. Si hæc ſtudia mea, ſi ſpem laborum, vt me totum olim, ſic nunc tibi tandem emancipo: Exiſtimes velim nihil alienum ſibi offerri; ſi patrocinium tuum flagito, nihil indecorum efflagitaui. Hoc mihi debes eadem lege, qua ego tibi, & me, & mea omnia debeo. Neapoli die 30. Aprilis 1679.



A L'

AL DOTTOR SIGNOR

VINCENZO BRILLA

PER LA DEDICAZIONE

DEL SVO LIBRO LEGALE DELLE CONSVETVDINI NAPOLETANE

AL SIG. REGGENTE D. PIETRO VALERO.



SONETTO DEL SIG. FEDERIGO MENINNI.

SE Rocca è mai da lungo assedio oppressa,
Bellica turba in Marzial steccato,
Mentre che impugna il frassino ferrato,
Palma de l'Oste à riportar si appressa.

Ma te vegg'io de la tua Patria istessa
I Costumi accampar, di Penna armato;
Onde fatto, VINCENZO, Eroe Togato,
La schiera de' litigi è già depressa.

Torchio Ciuil di tua Virtù s'infiora,
E và le glorie à riuerir d'vn PIERO,
Cui, qual Nume d'Iberia, il Mondo adora.

Giusto Destin! se à Noi l'Ispano Impero
Legge sà dar, le nostre Leggi ancora
Sacrar doueansi à vn Trismegisto Ibero.

AD LECTOREM,

NON *superuacaneum duxi*, Candide Lector, *te in ipso Operis limine aliquantisper morari. Poteram quidem iure meo ab hoc ipso supersedere; neque contra officij leges peccasse dicerer; si à trita iam Authorum via deflectens, Lectorem meum puris, ac meris officijs minime detinerem. Verùm quia, & instituti mei, & operis suscepti ratio explorata cuipiam non dum est; paucis rem omnem, meumque animum aperiam. Non pauca, nec exigua de Neapolitanis Consuetudinibus, & cęteris id genus, volumina à multis, & ijs præstantissimis viris in Lucem edita esse probe tenebam; attamen in eodem hoc scripti genere, omnem omninò ansam nobis, aut præreptam, aut sublatam esse nullo modo in animum induxi. Nam vt capita hominum infinita sunt, & pro eo non minus variæ singulorum sententiæ: sic item infinitus Commentariorum numerus; & exindè varius eorundem stylus; atque vsus diuersus. Multi enim solas verborum notiones persequuti sunt; Multi animum ipsum Consuetudinis. Aliqui solo Consuetudinum cortice contenti, alia omninò omnia congerunt; Aliqui medullam ipsam Legum Patriarum pressius inspiciunt. Et sanè in hac Neapolitanæ Ciuitatis Consuetudinum explicatione, quanta ingenij acie, quàm accurata diligentia versandum sit, qui ignoret arbitror esse neminem. Hic enim à nouis absoleta; ab apertis obscura; ab antiquatis vsitata secernenda veniunt, & suas in classes redigenda, & Principum Iurisconsultorum testimonijs firmanda. Quod quidem, vt multum temporis; ità laboris quoque plurimum poscit; & ingenium in varijs hac de editis libris versatum; ne dum iuris veluti oracula declarantur, obscuriora Delphicis fundantur oracula, & interpres ipse egeat AEdipo interprete. Hinc omnibus, quotquot hanc rem attigerunt, licet vnum, atque idem fuerit propositum, in tenebris Consuetudinum lumen reliquis præferre; & posteris labore suo, suaque industria adesse; pari tamen omnes methodo vsos, & eandem ad Consuetudinum explicationem viam patefecisse, vel tacente me, eorum libri apertè negabunt. Quamobrem, non vni tantum mihi, verum posteris quoque nostris, in hoc commentandi genere, voluntatem liberam, liberumque conatum relinquendum existimo. Quæ quidem opinio tantum apud me ponderis habuit, vt non modo colligere, quæ alij super Neapolitanæ Ciuitatis Consuetudinibus præclariùs scripsere; verùm etiam de ijs in lucem proferendis cogitare ausus fuerim, homo cæteroqui in typographia adhuc incognitus; & quasi in scena nouus. Verùm vt otij quoque mei ràtio extet aliqua; lucubrationes has meas qualescumque, faciliori methodo dispositas, & præcipuorum Authorum placitis, sententijsque roboratas in lucem edere tandem audeo; non vt lucem aliquam meo nomini comparem; sed vt lucem aliquam collata opera patrijs nostris Consuetudinibus afferam. Neque enim vlla in re Neapolitanum iuris prudentem magis elaborandum arbitror, quam in Neapolitanis Consuetudinibus, quæ iura fere omnia complectuntur, ac tangunt. Ne qua tamen in parte operam, aut diligentiam meam desiderare quis posset; visum est, & textum ipsum explanare; & alieno magis iudicio res firmare; quam natis sub calamum cogitationibus. Si qua in re aliorum, vel inuentione, vel labore profeci; me, quibus debui egregiè acceptum retulisse, diligens Lector facilè considerabit. Si tibi beneuole Lector placere suscepti operis institutum intellexero (vsui certè fore dubitaui nunquam) iam ego quod intendi, abundè me consecutum arbitrabor: quamquam vtrumque vt efficerem, quantum potui, quantum per occupationes forenses licuit, adnixum me esse diffiteri non possum. Sed ne tua in legendo patientia abutar. Id vnum monitum te velim; si opus minus arrideat; ingenium meum excusandum, & laudandus conatus. Si qua parte probetur, id totum quantum quantum est beneuolentiæ, atque humanitati tuę tribuendum.* Vale.

IN-

INDEX ARGVMENTORVM.

OPERIS APPARATVS.

De Consuetudinis præstantia, definitione,& origine in Ciuitate Neapolitana, & de viribus Constitutionum Regni, Iurisque communis Romanorum.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De prima causa successionum descendentium ab intestato etiàm ad feudalia;de mulierum exclusione in concursu masculorum,& admissione tàm vigore statuariæ dispositionis,quàm Feudorum vsus, & de effectibus exclusionis mulierum.De Paragio etiam super feudalibus, eiusq; constitutione, & taxatione,& actione, & an debeatur in locum legitimæ? Item de vita militiæ; de successione mulierum etiam in concursu aliarum,quæ renunciauerũt; de renunciationibus mulierum, de omnimoda exclusione Monialium, & renunciatione ipsarum, & paragio. De iure Frãcorum, & Longobardorum in feudis, & quid vtrumque ius importet?

CAPVT SECVNDVM.

Mortis verbum, an ciuilem quoque mortem significet, & ad proscriptos extendatur? & quomodò ipsis succedatur, & in quibus bonis?De religiosis eorumq; dispositionibus, & de successionibus Ecclesiasticarum personarum ad feuda, & an Clericus officium cum potestate substituendi licitè retineat?De portione, quæ reseruari debet pro ventre prægnante: nomina debitorum, iura, & actiones, annuæ redditiones, vectigalia, fiscalium functiones, & similia, an, & quando dicantur consuetudinariæ censuræ supposita? Neptis ex masculo, an excludat amitam,& quid in linea collaterali,& in feudis?

CAPVT TERTIVM.

De successione descendentium in Regno etiam ad feudalia, & de exclusione mulierum per masculos adhuc remotiores in gradu, earumque admissione, & successione, vel ad materna feuda. Item de actione ad feudum, & de facultate percipiendi fructus feudales,& nominandi ad officium,& an omnes dicantur feudales?

CAPVT QVARTVM.

De successione Ascendentium, & diuersitate bonorum inter eos attendenda, & an eadem bonorum distinctio Regni Constitutionibus admittatur,& quid in feudis?Et an infanti filio exclusis Collateralibus Parentes succedant: item sicuti pro Parentibus vtriusque sexus succedentibus ius commune seruatur, ità quoque pro alijs Ascendentibus vlterioris gradus?

CAPVT QVINTVM.

De separatione rei familiaris hæredis, etiam post aditionem à Consuetudine introducta, & de admittendis Ascendentibus ad successionem iuxta qualitatem bonorum potiùs, quàm coniunctionis vinculum, & proximitatem, & de naturalium filiorum successione, legitimatorum per subsequens matrimonium,per rescriptum Principis,& oblationem curiæ, & an distinctio bonorum sit facienda respectu Forensium succedentium Neapolitanis?

CAPVT SEXTVM.

De contrahendi more Nobilium platearum Capuanæ,& Nidi, quid importet, & an ex eo Consuetudo excludendi parentes censeatur inducta,etiam absq; pacto,ac eorum renunciatione filiorum successioni ab intestato? Item an dicatur vltimo morienti succedi,vbi nouus vsus viget, ac renunciatum bonis per defunctum quæsitis,vel quæ extra agrū sunt? De conuentione contrahendi more nobilium etiam per Exteros facta, & de vsufructu patri debito super bonis filij, vel dotalibus, & an eidem debeatur si more Nobilium sit actum: de restitutione dotium post mortem filij, ex matrimonio more Nobilium contracto, suscepti; ac tandem de more,vt dicitur, Procerum,& Magnatum, quidnè sibi velit?

CAPVT SEPTIMVM.

De tertio ordine succedendi ab Intestato, de diuerso fratrum genere,& de repræsentatione, siuè subingressione in linea Collaterali admittenda,& quādo vltrà fratrum filios extendatur, & an Fœmine sicuti à Consuetudine excluduntur per masculos ab intestato à successione collateralis,ità similiter à Iure Regni,& quid in feudis?Item de omnimoda successione Collateralium vtriusque sexus ad feuda, & diuisione hæreditatis inter eosdem facienda.

CAPVT OCTAVVM.

De repræsentatione in linea collaterali admittenda,qualitate bonorum,vinculi duplicitate, siuè duplici coniunctione, ac etiam de successione Collateralium diuersi generis,tàm ad allodialia, quàm feudalia adhuc concurrentibus Parentibus. Item de paragio sororibus præstando, ac eiusdem diuersitate respectum hæreditatis Ascendentium, & Collateralium.

TITVLVS SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

De successionibus ab Intestato, & Consuetudinaria disponendi prohibitione bonorum antiquorum medietatis, ac etiam de reuocandis alienationibus in fraudem factis,& an, & quando debita morientium detrahantur à toto hæreditatis asse,& legatorum in beneficium succedentium ordinatorum, detur imputatio?

CAPVT SECVNDVM.

De bonorum qualitate iuxtà Consuetudinariam censuram decernenda,& de admittendis agnatis, cognatisque in bonis antiquis, etiam in exclusionem pupillariter substituti, & quid in feudis? & de admissione matris ad successionem filij, cui pupillariter fuit substitutum;item de libera Patrisfamilias potestate disponendi tradita bonorum ab eodem comparatorum, & de exhæredandis liberis si causa legitima intercesserit.

TITVLVS TERTIVS.

CAPVT VNICVM.

De portione Consuetudinaria Agnatis, Cognatisq;debita super bonis morientis ex testamento,& an ab intestato debeatur, & possit propria authoritate præcapi à proximo coniuncto, etiam absque hæredis instituti traditione. De Clerico viciniori concurrente cum Laico remotiori,& cui nam potiùs portio Consuetudinaria debeatur? Item de capacitate, & incapacitate Regularium possidendi in communi. De re empta ex pretio bonorum antiquorum, vel dotalium, & an dicatur antiqua effecta, vel dotalis? Proscripti, ac perenniter triremibus damnati, an valeant facere testamētum, saltem ad pias causas? Item de legato monialibus relicto super certo corpore, an dicatur generis,

ris, vel speciei, & an ad piam causam factum, & an legatum speciei dicatur generis fauore piæ causæ, & an, & quãdo actio exequutiua detur pro legato annuo?

TITVLVS QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

De libera Filijsfamilias facultate testandi à Consuetudine tributa, ac de eorum cognatorum exclusione, tàm ex testamento, quàm ab intestato; item de legitima parentibus, alijsque ascendentibus debita, & an, & quando ipsis præteritis inofficiosi quærela competat?

CAPVT SECVNDVM.

De bonorum aduentitiorum qualitate probanda per hæredem à filiofamilias institutum, de vsufructu eorumdem bonorum, ac subsidio patrifamilias debitis; de Tutore, Curatore, siuè Balio dandis, & confirmandis, & de temporibus maioris ætatis; Item de legitimis, siuè illegitimis filiorumfamilias obligationibus. De iure Longobardorum circa filiosfamilias testantes, & an, & quando seruetur in Regno?

TITVLVS QVINTVS.

CAPVT VNICVM.

De mulieribus sui iuris effectis per matrimonium, & libera eisdem facultate testandi à Consuetudine tributa de iure patriæ potestatis in filios, & an vidua in patriam potestatem soluto matrimonio reincidat?

TITVLVS SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

De facultate disponendi de decima bonorum antiquorum, & dotalium mulieribus tradita, & de cœteris nouem partibus filijs in locum legitimæ conseruandis, & an illæ, quæ olim ad formam Consuetudinis contraxerunt, valeant iterùm contrahere more Magnatum, & trãseuntes ad secundas nuptias num teneantur satisdare filijs prioris matrimonij de seruandis dotibus? Item an alienigenæ mulieres postquam Cõsuetudinibus Neapolitanis se submiserunt in contractibus matrimonialibus, valeant liberè bona extra cõfinia alienare, si filij non adsint?

CAPVT SECVNDVM.

De bonis mulieribus disponi concessis, & quæ eisdem donata dicuntur, & de protestatione, ac declaratione viri non donandi vxori pretiosiora, etiam ea absente, faciendis.

CAPVT TERTIVM.

De bonis maternis inter filios diuersarum nuptiarum diuidendis, & an soror vterina dotari debeat à fratre vterino, & pauper ali, & quando?

TITVLVS SEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De alimentis filijsfamilias præstandis, vel illegitimis, & spurijs, de eorum taxatione, & actione.

CAPVT SECVNDVM.

De alimentis liberis vtriusque sexus per Ascendentes masculini generis etiam extra domum præstandis; de restituendis dotibus viduis, absque onere alimentorum filijs pręstandorum, & de facultate filijsfamilias per Consuetudinem facta habitandi extra paternam domum etiam legitima causa non intercedente. Et an alimenta debeantur descendentibus ex feudorum fructibus? Item de alimentis Collateralibus debitis lite pendente, & an quandoque valeant sub cautione de restituendo præstari.

CAPVT TERTIVM.

De legitimis causis petendi alimenta extra domum paternam, & de onere eas probandi filijfamilias iniuncto à iure communi, & an pro alimentorum consequutione personalis actio, an verò realis persecutoria rei, ex cuius fructibus sunt præstanda, competat? Et de iure communi Romanorum seruando in materia alimentaria, quando ius Consuetudinarium non adest.

CAPVT QVARTVM.

De supplendis alimentis filijs per patrem, si fructus dotalium bonorum non sufficiant, & de eisdem à Consuetudine statutis filijs etiamRegularibus præstandis,& an iuris communis dispositio per determinatam alimentorum præstationem consuetudinariam correctio desumatur?

CAPVT QVINTVM.

De alendis filijs per matrem etiam vltra triennium, ijsdem educandis, & an quandoque pupilli voluntas attendatur, si mali suspicio non adsit?

CAPVT SEXTVM.

De alendis liberis,vel fœminis,& quæ renunciauerint ex excadentijs, ac fructibus feudi materni,& de vita militiæ secundogenito, vel clerico in sacris constituto debita; item de alendis Parentibus, alijsque pauperibus coniunctis, & de alimentis præstandis pauperi debitori carcerato, & an propter copiam eleemosynarum dici valeat superuacanea alimentorum præstatio creditoris?

TITVLVS OCTAVVS.

CAPVT PRIMVM.

De dotibus filijsfamilias, nolentibus cum patre habitare, restituendis,& an patri censeatur vsusfructus detractio adempta bonorum filij, administratione prohibita? Dotes quando in continenti restitui debeant, siuè infra annum, soluto matrimonio, in corporibus, aut in pecunia? De annuis redditionibus ad vitam vxoris per virum perceptis, alimẽtis genero per socerum domi traditis, ac fructibus extra dotalium, & paraphernalium bonorum restituendis, & non restituendis: De nouatione in præiudicium dotis, & iurium dotalium anteriorum non admittenda: De exceptionibus fraudis, dotis non numeratæ, & donationis aduersus dotes proponendis, vel non: Item bona, vel feudalia patris, & filij, an, & quando dotium restitutioni sint obnoxia? Tandem an mutuans ad rem emendam, vel reficiendam dotali causæ anteriori præferatur,& quid in feudis?

CAPVT SECVNDVM.

De dotibus in iudicio repetendis etiam in casu vrgentiæ viri ad inopiam, & de exceptionibus, quæ repetenti valent opponi,& an instrumentum,creditum dotale continens, valeat contra socerum debitorem per generum,ac contra virum per vxorem liquidari? Item de assicuratione mulieribus concedenda.

CAPVT TERTIVM.

De beneficio deductionis ne egeat per Consuetudinem sublato,& an eiusdem censuræ quilibet dotium debitor subiaceat? Et de assẽsu capituli pro obligatione bonorum feudalium non præsumendo absque expressa eorum obligatione.

CAPVT QVARTVM.

De alendis viduis pendente dotium restitutione, & differentia inter hæredes suos, & extraneos circa alimentorum, siuè interesse præstationem: De Lecto viduali, alijsque mulieribus, in viduitate permanentibus, dandis, & an eorum restitutio mariti hæredibus fieri debeat si ad secundas nuptias mulier

tran-

transeat? De Consuetudine Bulgari, & de valida interesse taxatione à Consuetudine facta.

CAPVT QVINTVM.

De interesse dotium non solutarum soluendo,& an absque interpellatione, aut protestatione debeatur? & de eiusdem consuetudinaria taxatione; item de ea, quæ per ius commune habetur; De Corredo eiusque probatione, & restitutione etiam in casu,quo ad vsum matrimonij non fuit consumptum.

TITVLVS NONVS.

CAPVT PRIMVM.

De donatione ante, siuè propter nuptias, Dotario, Tertiaria, & Antephato, eorumque conuenientijs, ac discordantijs, item taxatione, & pręstatione, & an, & quando antephatum minui possit, vel augeri?& antephatum an idem debeatur in matrimonio contracto more Procerum,& Magnatum, ac secundum morem Nobilium plateарum Capuanæ,& Nidi? De successione filiorum ad antephatum,& an quælibet filiorum existentia excludat matrem ab illius proprietate,& portio deficientis filij fratri potiùs, vel proscripto, aut damnato ob capitale crimen,Regulari, altiterque ciuiliter mortuo, quàm matri vsufructuariæ accrescat? De secundo viro, qui cum vxore sua paciscitur, vt ad antephatum filij secundarum nuptiarum succedant, & an huiusmodi pactum in perniciem filiorum primi matrimonij substineri valeat? De more Procerum, & Magnatum, quid operetur, quid importet, & an vt proprietas antephati matri quæratur filio mortuo ad eiusdem creditorum exclusionem? & an contrahentes secundùm talem morem, iuri communi potiùs quàm Consuetudinario subiacere præsumantur? De facultate Tutoris, & Balij in cōtractibus, pupilli nomine celebraris, ac eiusdem ratihabitione,siuè tacita,siuè expressa post minorem ętatem. Tandem de exclusione mulierum à proprietate antephati filijs existentibus à iure communi statuta.

CAPVT SECVNDVM.

De quarta consuetudinaria, & illa, quæ vxoria appellatur, & huius taxatione, de diuersa taxatione libræ auri,& quęnam potius attendatu?Item de interesse antephati, & an pinguius debeatur mulieri, quæ more Maænatum contraxit?

CAPVT TERTIVM.

De repetitione dotis, & antephati sine instrumento,quod dotale dicitur, non facienda, ac de nonnullis probationibus eidem æquipollentibus; de antephato Virginibus,& Viduis taxando,& an mulieri,quæ secundò nubit,si tamen à primo viro cognita nō fuit, integrum antephatum, an verò medietas sit danda? Tandem de varijs probationibus, ac signis virginitatis.

CAPVT QVARTVM.

De probationibus extrinsecis, & per testes aduersus instrumentum dotale nō admittendis, item de exceptionibus satisfactionis,compensationis,& retentionis, an, & quando valeant aduersùs dotale instrumentum opponi? & de instrumento,quod dicitur, psaliæ.

TITVLVS DECIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De mulieribus distractioni dotium, & quartæ, à viris factæ, consentientibus, & an,& quando eisdem ad bona renūciata concedatur regressus? & an idem à tacito, ac expresso mulierum consensu resultet effectus? De subscribente folium album, & an in eo contenta seruare compellatur? Item de dispositione regiæ *pragm. vnic. tit. de Sen. Conf. Velleian.* mulierum obligationes,& intercessiones annullante.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

De muliere simul cum viro rem immobilem alienante, dispensationibus super obligationibus mulierum, & intercessionibus, impetrandis, & de requisitis illarum, & an, & quando mulieribus, quæ sine regio assensu contraxerunt, succurratur?

TITVLVS VNDECIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De facultate opponendi aduersus maternorum bonorũ distractionem filijs primi matrimonij à Consuetudine facta.

CAPVT SECVNDVM.

De bonorum dotalium alienatione per filios primi matrimonij impedienda, & non impedienda, & de causis, quibus alienatio permittitur; item de commodo, quod filijs secundi matrimonij ex illorum oppositione redundat; tandem de legitima, siuè illegitima viduarum obligatione ad præmortui viri debitum.

CAPVT TERTIVM.

De mulieribus filias dotantibus cum viris suis, & de retentione viro, eiusque hæredibus à Consuetudine permissa, de probandis, ac declarandis legitimis causis alienationum bonorum dotaliũ, & de reuocandis dotibus à matrefamilias in præiudicium legitimæ cæterorum filiorum constitutis.

TITVLVS DVODECIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De consuetudinaria prohibitione probationum per testes aduersus instromenta non attendenda, ac de probationibus simulationis nõ excludendis; item de reuocandis emptionibus, venditionibus, pretio infra annum non soluto, & an, & quando res vendita alteri vendi, alterique concedi possit de possessione capta per *Constitutum*, & *Precarium*, & an sufficiat, vbi corporalis requiritur à statuto; tandem de donatario cum hypotheca, & creditore ex causa onerosa, ac etiam de pluribus eiusdem rei possessoribus simul concurrentibus, & quis nam super ea præferatur, & quid in locatione, quiduè si alter naturaliter possideat, & corporaliter, alter verò per Constitutum?

CAPVT SECVNDVM.

De varijs instrumentorum specibus; de conuentione vendendi, emendi inter partes sine scripto habita, & an dispositioni consuetudinariæ subsit? De euictione emptori contra venditorem, vel sine pacto speciali competente: item de resoluendis venditionibus, & emptionibus, & pretio emptori restituendo per venditorem, re non tradita, aut oneri obnoxia comperta. De dispositione ista consuetudinaria ad donationes causa mortis non extendenda; de possessione per *Constitutum*; & *Precarium*, ac de nonnullis de eadem ad explicationem eorum, quæ *preced.cap.* cõtinentur. Tandem de instrumento ad aliud se referente, & an id, non exibito instrumento relato, consistat? & de annuis venditionibus sub assertione causæ, contentæ in instrumento non exhibito, obligationibusque à tutore minoris nomine contractis, improbandis.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

CAPVT VNICVM.

De antephato prestando super viri bonis, quorum dominium alienabile est penès eundem, ac de excipiendis feudalibus, ac fideicommisso suppositis.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

CAPVT VNICVM.

De matre petente quartam præferenda in

in concursu nurus, etsi filio, huic quartam constituenti, consenserit, & de explicanda dispositione consuetudinaria iuxta tradita in *pragmat. vnic. tit. de donat. propter nupt.*

TITVLVS DECIMVSQVINTVS.

CAPVT VNICVM.

De parentibus, filiorum nuptijs accedentibus, ac cum eisdem dotes recipientibus, & an, & quando dotium restitutioni teneantur? Et cur matrifamilias, receptionem dotium nurus acceptanti cum viro suo, non æque nuptijs filij accedenti, succurratur?

TITVLVS DECIMVSSEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

De bonis propria authoritate pignorandis, de pacto, quod dicitur exequutiuũ, quid sit, & quomodo concipiatur? De hypotheca super bonis inuectis, & illatis contrahenda, ac de exequendo pro domorum pensione cõtra Clericos per Laicos, & quid è contra, ac de temporibus locationũ vrbanorum prædiorum; ac solutionum pensionũ, & tandem de reficiendis damnis, illatis per Operarios, aliosque seruientes.

CAPVT SECVNDVM.

De capiendis, retinendisque animalibus propria authoritate pro alimentorum debito, & damnis datis, & an possint licitè occidi? De officio Baiuli, eiusque facultatibus, ac iurisdictione, & an priuatiuè habeat iurisdictionem, an verò cumulatiuè ad Curias Baronales, siuè Regias? Et an officium Baiulationis, eiusque emolumenta vegdi possint, & in extaleum concedi, & quid in cæteris officijs? & an officia ipsa possint, quãdoque sine regio assensu obligari?

CAPVT TERTIVM.

De Instrumentali Guaantigia, eiusq; effectibus, ac de conficiendis, reassumendisque instrumentis ad formam Constitutionis Regni *Instrumẽtorum robur*, & de pluribus requisitis ad liquidationem, seù præsentationem instrumentorum necessarijs, & de nõnullis casibus, in quibus liquidatio fieri nequit. De instrumentis confectis per Administratores Vniuersitatũ, per hæredes adhuc proprio nomine obligatos ad debitum defuncti, alijsque liquidandis, vel non, & an cessionarius ex se valeat instrumentum præsentare? Item an Fisco creditori pro pœna contumaciæ Priuatus pro eius credito præferatur? Et quid dicendum in Baiulo pro pœna damni illati concurrente cum domino prædij? De procedendo ad crediti exactionem exequutiuè in iudicio ciuili, & quanto tempore tùm criminalis, tùm ciuilis actio exequutiua ad crediti consequutionem præscribatur? De Tabellione asserente pecuniam coram se numeratam fuisse, an falsum committere dicatur si verè non fuerit numerata pecunia? An eidem liceat aliquid ab instrumento detrahere partibus consentientibus, & an teneatur cõtrahentes agnoscere? De obligationibus penès acta stipulandis, & incusandis, ac de parata exequutione, quam habent. De Actuarijs capientibus fideiussiones, & quomodo, & quando teneatur substituens ad officium propter fideiussiones à substituto captas? De recognoscendis, ac liquidandis apocis, & quando pro debito, in eis declarato, detur creditori parata exequutio? Et quid si subscribes tanquam procurator, vel aliter alterius nomine subscripserit? De partitis Banci, & bilancijs, an, & quando vigore illorum creditori competat parata exequutio, vel actio exequutiua contra debitorem. De Campsoribus, & Bancis non liberandis donec legitimè soluerint, de liquidandis instrumentis, obligationibus, & apocis in Curijs magni Admiratus, Artis Sericæ, & Artis Lanæ, ac tandem de nonnullis circa præstantiam nobilis Artis Sericæ, eiusque priuilegia, & fori declinatoriam competentem exercentibus illam.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De retractu petẽdo etiam iuxta Friderici *Constitutionem Sancimus*,& an,& quando in venditionibus, ac locationibus feudalium admittatur: de prælatione concedenda Baroni in concursu Vniuersitatis in locatione feudalium bonorum,& allodialium domino directo, & emphyteutæ in concursu extranei in fundi, vel census distractione, ac de præferendo locatore in emptione venditione fructuum rei locatæ. De Congruo Ecclesiæ, Viæ publicæ, Vniuersitati, Fisco, Rustico, & non liberæ conditionis Hominibus concedendo, vel non concedendo. De priuato contra Fiscum congruum non petente, & an in venditionibus subhasta detur retractus? Item an volenti retrahere iure cõgrui locus pœnitẽtiæ remaneat, & quãdo? quidue dicendum, si postquam declarauerit nolle emere, congruum iterum petierit; & an ius congrui censeatur ademptum à vicino, qui in venditione prædij mediator inter emptorẽ, & venditorem intercessit? Tandem an *Constitutio* regni *Sancimus* sit generalis, an verò sit dicenda localis?

CAPVT SECVNDVM.

De retractu vicino competente tùm consuetudinario iure, tùm regni *Constitutione Sancimus* attentis, ac de non admittenda stabilium venditione in Regno, denunciatione vicino non facta, & qualiter denunciatio ipsa fieri debeat? Item de tempore petendi congruum, & an currat Ignorantibus, Minoribus, aliterque Impeditis: tandem de actione ad retractum, & de nonnullis fraudis præsumptionibus ad excludendum cõgruum, ac de annullandis contractibus, in præiudicium volentis retrahere celebratis.

CAPVT TERTIVM.

De Rusticis, eorumque cessionarijs non admittendis ad congruum cõtra Neapolitanos, & Neapoli habitantes, & quid intersit inter Neapoli habitantes, & habitatores; & quotuplex Neapolitanus aliquis esse possit? ac tandem quis Rusticus esse dicatur?

CAPVT QVARTVM.

De congruo Ecclesiæ, & contra Ecclesiam non concedendo; & an idem respectu Ecclesiasticarum personarum valeat retineri? Item an in iudicio congrui ad instãtiam Laici contra Clericũ coram sęculari Iudice licitè agatur? ac tandem de congruo contra emptores bonorum Sacræ Domus A.G.P. Ciuitatis Neapolis nulli vnquam competente.

CAPVT QVINTVM.

De congruo coniunctis à lateribus competente, ac de eo alteri non cedendo, item de varijs simulationis, & fraudis, congruum excludentibus præsumptionibus; & quisnam ex pluribus, quibus congruum competere potest, præferatur? Tandem de petendo retractu siuè congruo, absque deposito soluendi pretij, eodemque lite pendente faciendo, & de sententia in iudicio congrui sub conditione licitè proferenda; ac demũ de alijs ad explicationem eorum, quæ *cap. 1. à n. 49. hoc eod. tit.* tradita fuere.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS.

CAPVT VNICVM.

De Colonis, eorumque depositionibus, quandoque in iudicio possessorij summarijssimi attendendis. De præiudicialibus actionibus, in Regno Neapolitano sublatis, & an ibidem excussionis principalis exceptio, lite contestata, valeat opponi, & non opposita debeat Iudex ex officio de ea cognoscere. De diui-

diuidendis fructibus inter Colonum,& nouum Dominum prædij. De testibus non recipiendis parte non citata, præter quam ad Iudicis informationem,ac de eisdem repetendis,vel non repetendis. Tandem de sequestro rerum in iudicio faciendo, & an, & quando illud possit à Iudice fieri, vel in principio litis.

TITVLVS DECIMVSNONVS.

CAPVT VNICVM.

De testibus nonnullis in causis etiam inopportuno numero non admittendis, item de eisdem, vel singularibus, alijs in causis rectè probantibus. De priuilegio Nobilium ex Sedilibus Ciuitatis Neapolitanæ circa Ciuilitatem, & an ijdem, etsi orti extra Neapolim, vel oriundi,valeant ad Almum Collegium Neapolitanorum Doctorum admitti,& quid si ibidem sint concepti? De Doctorato cum dispensatione Principis ante præfinitam ætatem, an valeat non dispensato præferri, & an, & quando dispensatio de vno ad alium casum valeat extendi? De professione fraudulēter emissa, & an tertio valeat præiudicare? De priuilegijs Doctorum, & an primo Doctorato postremò Doctoratus, admissus ad Collegium per decretum, præferatur?

TITVLVS VIGESIMVS.

CAPVT VNICVM.

De varijs seruitutum speciebus, & de ea, quæ dicitur viæ,& actus,& an,& quando competat pretio intercedente? An Iura Consuetudinaria, de seruitutibus loquentia, Clericos obligent, & an ius claudendi viam publicam Vniuersitatis, an verò Principis domini,esse dicatur?possitque fauore Ecclesiæ via claudi, vel aperiri? De facultate altiùs tollendi cuilibet in solo proprio tributa, & an quandoq; censeatur sublata præsertim si Solis radij occupentur, aspectus ad mare, vel ad montes tollatur, aut ad æmulationem fabricetur?Item de prohibita ædificij constructione in loco,à quo ad Regularium claustra datur aspectus, ac tandem de nonnullis differentijs, ac concordantijs, quæ inter ius commune,& consuetudinarium in materia seruitutum intercedunt.

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS.

CAPVT VNICVM.

De aperturis faciendis, vel prohibendis in inferiori parte ædium, & foueis non faciendis in terra; de non præscribendis seruitutibus, in casalenis constitutis,illisq;nōnisi per instrumenta probādis: De venditore, qui rem, seruituti obnoxiam, vendit, an, & quando de euictione teneatur, quiduè dicendum in venditionibus, subhasta factis, & quid in creditore, ad cuius instantiam venditio fuit celebrata? De actione quanti minoris, eiusque æstimatione, & an promissio facta à Domino prædij non aperiendi fenestras nouo possessori eiusdem officiat?

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS.

CAPVT VNICVM.

De permissa centimuli,ac pristini constructione in propria domo,vel conducta, & quid si vicini somnus impediatur? De non tolerandis Artificibus, obstrepentes artes exercentibus, & fœtidas, præcipuè ad instantiam Iuris Professorum, etiam ab explanationem *Capitulorum* Neapolitanę Ciuitatis *de benè viuendo*, & fortiùs si artificis æmulatio intercedit; ac de repellendis Mulieribus inhonestis,& Scholaribus à vicinio ciuium honestorum, & de pensionibus domorum tunc exigendis, vel non exigendis. Meretrices quænam verè dicātur, & an eisdem competat actio ad repetendum in foro contentioso promissum pro turpi actu venereo,quiduè in foro conscientiæ?De appellatione non concedenda aduersus decretum expul-

sionis, & an, & quando Ciues valeant in vijs mercaturas exponere, tennas, & pergulas habere? Quiduè in Ciuitate Neapolitana? De iurisdictione Decurionibus à iure tributa? De restauratione damni illati per ignem immissũ, ac de modo procedendi contra Incendiarios in iudicio criminali, & pœnis contra eosdem statutis; & quando dicantur excomunicati, & possint pœna mortis naturalis affici?

TITVLVS VIGESIMVS TERTIVS.

CAPVT VNICVM.

De reficiendo superiore solario domus, etiam communibus sumptibus possidẽtis inferiorem partem eiusdem, ac de cogendis Hominibus Vniuersitatum ad reficiendum proprijs cuiusque sumptibus puteum, fontem, pontem, & Ecclesiam præcipuè maiorem: Item de Artificibus compellendis ad operas suas locandum fauore Ecclesiæ; & an, & quando habens superiorem ædificij partem, dicatur etiam inferiorem habere, possitque habitantem in ipsa ędificij parte inferiore impedire, ne ignem propter fumum sibi noxium, indè emanantem, accendat?

TITVLVS VIGESIMVS QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

De refectionibus in domo conducta, non requisito eiusdem domino factis, non admittendis, & quid à iure commune circa idem statuatur? De non soluenda pensione, siuè mercede per Conductorem pro tempore, quo re conducta vti frui non potuit, eiusdemque non habuit comoditatem, vel fructus non recollegit. De reconductione per scripturam legitimè probanda, & an, & quando possit testium depositionibus probari? De non faciendis denunciationibus per Dominum prędij Conductori, vt finita locatione conductum prædium vacuum relinquat; & an, & quando primus Cõductor in locatione conductione rerum Fiscalium, Vniuersitatum, & Ecclesiæ nouissimo Conductori præferatur? Quiduè dicendum attenta dispositione *reg. prag. 71. de offic. proc. Cæsar.* siuè *1. de subhasta fiscali*, & quid in locationibus, conductionibus vectigalium? De subhastationibus rerum Fiscalium, & Vniuersitatum, & de oblationibus non admittendis infra decimam, & sextam partem extalij vnius anni, & quid si minor summa re integra offeratur, vel in continenti? Item de illis non admittendis pro rerum emptione, si pecunia in numerato non offeratur. De requisitis necessarijs in vẽditionibus sub hasta ad hoc, vt hypothecarum, super re vendita contractatum, resolutio sequatur, Priuato non autem Fisco, pro distractione instante. De nonnullis facti speciebus, in quibus Locatori contra Cõductorem ad damni refectionem repetendam cõpetit actio. De locatione operarum filij legitimè à parentibus facienda. De dispositione *l. 1. C. de rescin. vendit.* in contractibus locationis conductionis attendenda. De non relocãdis prædijs per primum Conductorem volenti subconducere absque domini consensu in Ciuitate Neapolitana, & an facta reconductione, vtriusque conductoris bona sint domino fundi obligata pro pensione? Et de secundo conductore non liberando, donec domino satisfiat.

CAPVT SECVNDVM.

De reficiendis prædijs per Locatorem, ac de legitima causa indè redundante expellendi à conducta domo Inquilinum ante expletam locationem, & an, factis refectionibus, eidem sit habitatio restituenda? de repetendo pretio meliorationum, refectionumque per Inquilinũ, Colonumuè factarum: item de exequẽdo ad instantiam Locatoris contra Cõductorem pro pretio factæ prædij deteriorationis, & an, & quando exequutiuè super bonis inuectis, & illatis, & contra datum fideiussorem agi valeat, & an de-

defixo eo, quod est in domo affixum, eadem dicatur deteriorationem pati? De Locatore expellente Conductorem pro vsu proprio si dignitas superueniat, vel alia iusta causa adsit, & quando eidem id facere prohibeatur? De Conductore, qui valeat à conductione recedere propter sibi, filijs, vel alijs cõiunctis superuenientem dignitatem, vel officium, & alijs quibusdam de causis, propter quas idem conductam domum valet deserere, & an pro domus desertione matrimonium Conductoris legitima causa dicatur, & quãdo? quiduè dicendum si cameralem, aliamuè, iureiurando firmatam obligationem fecerit? Tandem facta obligatione per Conductorem denunciandi domino futurum recessum à conducta domo, an ad idem Locator censeatur obligatus ante quàm conductorem expellat?

TITVLVS VIGESIMVS QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.

De concessione ad laborandinam, in emphyteusim, & ad liuellum, locationeq; ad longum tempus, quiduè inter omnes hos contractus intersit? De pactis emphyteuticis, & an, & quando emphyteutica potiùs, quam censualis ex conuentis pactis concessio arguatur? De Laudimio, quando, & à quibus solui debeat, & an Venditoris magis, quàm Emptoris onus esse dicatur. De caducitate emphyteusis, & causis, ex quibus incurratur, & possit dici remissa à Domino fundi emphyteutici, ipsaq; legitimè declaranda. De impensis in Emphyteusi factis, & quaenam veniant emphyteutae restituendae, possintq; ab eodem suis creditoribus obligari? De emphyteusi etiam ecclesiastica ad extraneos haeredes transitoria, & an possit irrequisito Domino alienari: item an, & quando ad emphyteusim foeminae admittantur, etiam attenta *Consuetudinaria* dispositione, per quam foeminae in concursu masculorum excluduntur? De solemnitatibus in concessione emphyteutica, vel Ecclesiastica requisitis, & an Emphyteuta Ecclesiae collectas soluere teneatur? & an inter plures Emphyteutas ius accrescendi, vel non decrescendi vindicet tibi locum?

CAPVT SECVNDVM.

De varijs feudorum generibus, eorumque differentijs, ac de diuersa succedendi forma ad ea, & de alienandi facultate quandoque facta feudatarijs. Item an, & quando pro causa feudali sit in R.C.S. procedendum, vel Fiscus in S.R.C. assistere teneatur? De Releuio, quid sit, & quomodo taxetur? De Paradogio. De Adhoa, eiusque taxatione, & praestatione. De interpretanda diuersimodè respectu feudalium, & allodialium disponentis testatoris voluntate, & de nonnullis regulis iuris, quae in allodialibus procedunt; an, & quando in feudis locum habere non possint? Item quisnam verè dicatur heres, & an, & quando culpa vnius alteri nocere nequeat? possitque haeres voluntatem obscuram, vel dubiam defuncti declarare, vel etiam impugnare? Tandem de nullitate transactionis, assensus, aliorumque actuum ex erronea causa celebratorum, quiduè sit obreptio?

TITVLVS VIGESIMVS SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

De diuersis pignorum speciebus, & differentijs, & de probando credito, super pignore constituto, per creditoris iusiurandum, & an quoad hoc iuris consuetudinarij, & communis variet dispositio? De praesumpto pretio pignoris vltra debitum, pro quo creditori traditum est. De Pacto *Legis Cõmissoriae*, quid sit, & an, & quando in pignore feri valeat? De vsura quandoque recipienda pro mutuo? De debitore, qui vsuras soluit vltra tempus statutum ad restituendam pecuniam mutuatam, & an possit vrgeri ad solutionem sortis, si paratus sit vsuras praestare? De nonnullis

bonis pignorari vetitis; item de diuerso pignorãdi iure penès Nummulariam Mensam, ac pignoris restituendi Consuetudineque eiusdem permissa. De Antichresi, & quomodo in pignore permittatur, & an potiùs locationis, & conductionis sapiat naturam, quàm emptionis, & venditionis.

CAPVT SECVNDVM.

De statuendo pretio amissi pignoris per confessionem Creditoris iureiurando firmatam, ac de periculo, siuè commodo rei pignoratæ Domino competente, & an, & quando propter creditoris culpam eiusdem esse dicatur? De antiqua pignorandi, arrestandique cadauera Hominum mortuorum *Consuetudine* à Romanorum legibus sublata. De priuilegiata nonnullorum creditorum hypotheca, & quis eorum in concursu potior esse dicatur? ac tandem de ea, quę creditori in priuata Scriptura constituitur, & an, & quando à confectionis die potiùs, quàm eiusdem verificationis oriri dicatur?

TITVLVS VIGESIMVS SEPTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De noui operis nunciatione, varijsq; nunciandi causis, & an, & quando facta nunciatione ædificium impediri, vel potiùs sub cautione demoliendi valeat fabricari? De tempore probationis deducendæ ad fundandam iustam impediendi causam, & an quandoque valeat à Iudice breuiari, ac tandem de Operarijs, nouum opus construentibus, & an valeant puniri, si iussu alieno fabricent?

CAPVT SECVNDVM.

De imponendis defensis, & de pœnis pro animalibus, in alieno agro depascentibus, impositis? De centenaria in pascuorum materia probanda; De Communione inter plures Vniuersitates inita, ac de alijs circa ius pascendi, aquandi, & lignandi, eiusque præscriptione, & in quibusnam locis competere dicatur: De pascuis, nemoribus, & fontibus Baronum, & Vniuersitatum, & cuiusnam potiùs in dubio præsumantur?

TITVLVS VIGESIMVS OCTAVVS.

CAPVT PRIMVM.

De re familiari inter plures diuidenda, ac varijs diuidendi formis à iure commune, Doctoribusque adinuentis, & de custodia, conseruationeque librorum vni potiùs, quàm cæteris commendenda. De societate, quando dicatur continuata, etiam post mortem vnius ex socijs, vel resoluta? De socio volente consocium obligare, & alienare bona communia, & quando id facere, ac cõtra cõmunem debitorem agere eidem permittatur? De diuisione quandoque inducenda propter factam partis crediti exactionem, & non inducenda. De remedio *l. diffamari, C. de ingen. & manumis.*, & quis dicatur in tali iudicio actor, vel reus? De Authore laudato, & an coram Iudice laudantis comparere teneatur?

CAPVT SECVNDVM.

De communione dissoluenda, & an inuitus quandoq; cogatur aliquis in communione manere; de hæreditate mulieris, quæ extraneum sibi fecit hæredem, antephato inter filios diuersarum nuptiarum, bonis filij præmortui ad matrem peruentis, & de hæreditate Neapolitani testati morientis diuidendis, quisuè admittendus sit, si Clericus, ac Laicus remotior concurrant ad successionem bonorum intra confinia? Et an, & quando fœmina ab hæreditate morientis fratris Clerici concurrente Laico remotiore excludatur? De cessionario hæreditatis delatæ, & deferendæ, & an idem ius foueat, ac principalis cedens circa bona, *Consuetudinum* Neapolitanarum censuræ supposita. *Consuetudi-*

tudines quando principaliter bona respiciant, & secundariò personas, & è contra? Domicilium quomodo contrahatur, & quotupliciter aliquis efficiatur Neapolitanus. De Portione tāgente mulieri masculiatæ, & qua actione petatur? Ac tandem de bonis, quæ debent inter plures fratres, & socios inuicem communicari.

TITVLVS VIGESIMVS NONVS.

CAPVT VNICVM.

De Glandis significatione, & an facultas succidendum arborum à *Consuetudine* facta Proprietario potiùs, an verò Fructuario, & Colono censeatur tributa. De pœnis incisoribus arborum indictis, & an idem sit, arbores, ac ramos arborum incidere? De Pascuis, & an, & quando creditor pro Pascuis præferatur.

TITVLVS TRIGESIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De Arrhæ significatione, & an de essentia contractus emptionis, & venditionis Arrha esse dicatur, vel ne? De periculo rei venditæ, & quando Emptoris, vel Vēditoris sit? ac de substantialibus, accidentalibusque eiusdem contractus, & an emptio, & venditio, vel sine arrha celebrata, quandoque nequeat annullari? De cessione iuris luendi, & de hypothecis, non autem iuribus dominicalibus, resoluendis per eam, etsi cedens in legitimo dolo, à iure approbato, versetur, & quale hoc sit? De cessione in Potentiorem, & quando facta dicatur? De nouatione in perniciem dotis non admittenda, ac tandem de pacto rehemendi, & quanto tempore præscribatur?

CAPVT SECVNDVM.

De reuocandis feudorum alienationibus, sine assensu factis, quidque per reuocantem, siuè sit venditor, siuè emptor solui debeat post factā reuocationem, ac de interesse soluti pretij taxatione, & quando sit cum fructibus perceptis compensandum? De translatione officij, siuè resignatione, & quid solui debeat Regi pro ea? De iuramento ligij homagij, eiusque introductione. De aliena re in damnum Venditoris, non autem veri Domini vēdenda, & de pœnis, occupātibus alienam possessionem, indictis. De euictione tàm de Iure, quàm de Facto, quid sit, & an distet à periculo rei venditæ, & quando sub promissione euictionis exigibilitas nominis cessi contineatur? De periculo rei venditæ, & quomodo Emptoris esse dicatur; tandem an sequuta euictione nominis cessi cessionarius contra cedētem ex nouo iure, inde redundante, an verò antiquo, pro quo facta est cessio, agat?

TITVLVS TRIGESIMVS PRIMVS.

CAPVT VNICVM.

De præsumpto plurium terrarum Ripæ dominio, eoque aliquando specificè probando. De nonnullis possessionis commodis, ac de Officialium præcedētia, & quando possessionis captæ tempus, vel potiùs priuilegij data attendatur? De Doctoribus, qui libros composuere, Aduocatis Neapolitanæ, ac Romanæ Curiæ, alijsque non examinandis etiam si examen à lege, vel statuto requiratur. De Retentione, eiusque effectibus, & quando eidem fiat locus?

TITVLVS TRIGESIMVS SECVNDVS, ET VLTIMVS.

CAPVT PRIMVM.

De non restituendis pupillis læsis antequam Abocatoris, Tutorisque, cum authoritate cuius contraxit, nomen discutiatur; de requisitis sollemnitatibus in

in alienatione bonorum Minorum, & Vniuersitatum: de mulieribus per Munualdos læsis, restituendis. De restitutione in integrum aduersus sentẽtiam, celebratos contractus, ac etiam in iudicijs Minoribus, Pupillis, Ecclesiæ, alijsque priuilegiatis, & nõ priuilegiatis, ac Mulieribus nuptis, & non nuptis quandoque cõcedenda, etiam ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa*; De priuilegiatis, ac miserabilibus personis,& quænã sint & an Senis decrepitus, Vidua, & malè nupta Mulier inter eas connumerentur, & an, & quando per restitutionem petitam decretorum exequutio impediatur? De primo, & secundo Beneficio, & quo tempore peti valeant, quibusque ex causis, & in quonam iudicio? De Appellatione, Reclamatione, Recursu, Reuisione, & Reductione ad arbitrium boni viri,& an, & quando à decretis M.C.V.ad S.R.C. valeat appellari, vel ne? & an appellatio censeatur quandoque denegata propter demandatam decreti exequutionem. De nullitatibus proponendis, & an absque deposito discutiantur si aduersus laudum fuerint propositæ.

CAPVT SECVNDVM.

De restitutione Minoribus,ac Maioribus simul competente, etiam ob congruum non petitum, & quando absens à petitione congrui excludatur? De electione fori, & variatione, & quando priuilegiatis competat ex iure cesso? ac de simulatione in cessione, simulationisq; præsumptionibus,



INDEX TITVLORVM.

Alimentis præstandis. fol. 66.
Aperturis non faciendis. fol.182.
Collatione expensarum in domo communi,&c. fol.190.
Communi diuidundo. fol.253.
Consensu mulieris. fol.114.
Contrahenda emptione. fol.271.
Contractibus inter virũ ex vxorem. f.118.
Faciendo centimulo,& palijs,&c. fol.185.
Filiafamilias nubente. fol. 54.
Filijsfamilias volentibus testari. fol. 49.
Glande legenda,seù fructibus,&c. fol.269.
In quibus casibus licet authoritate propria pignorare. fol.137.
In quibus rebus habeat locum quarta. fol.133.
In quo casu stetur dicto Coloni,&c. f.170.
Instrumentis confectis per Curiales Neapolis. fol.123.
Iure Congrui. fol.157.
Iure dotium, & constitutione ipsarum. fol. 78.
Iure primæ quartæ. fol.134.
Iure quartæ. fol. 94.
Locato,& conducto. fol.192.
Muliere habente filios qualiter,&c. f. 60.
Operis noui nunciatione. fol.248.
Patre recipiente dotes simul cum vxore, & filio. fol.135.
Pignoribus. fol.236.
Qui hæredes in locatione succedãt. f.206.
Restitutione in integrum. fol.287.
Ripa, vel Efrico. fol.283.
Seruitutibus. fol.177.
Successionibus ab intestato. fol. 2.
Successione ex testamento. fol. 35.
Successione morientis sine filijs ex testamento. fol. 41.
Testimonio Rusticorum. fol. 41.

CON-

CONSVETVDINES OMNES.

Quæ in hoc Opere explicantur.



TITVLVS PRIMVS

De Succeſſione ab Inteſtato.

SI moriatur aliquis, vel aliqua inteſtatus, vel inteſtata, relictis filijs, & filiabus, nepotibus, & neptibus, & deinceps, ſeù nepotibus ſolùm ex præmortuis filijs; filij vna cum nepotibus, & neptibus, & deinceps ſuccedunt parentibus in ſtirpem; & tenentur ipſi ſucceſſores maritare ſorores, & amitas ſecundum paragium, & facultates. fol. 2. & 10.

Eas autem ipſis ſucceſſoribus differentijs maritare vſque ad annos ſexdecim completos ſecundum paragium, & facultates, vt dictum eſt, ſuccedunt, & poſſunt petere portionem de bonis paternis, & maternis virilem vt fratres, & alij ſucceſſores prædicti, qui tenentur eis dare paragium. fol. eod.

Idem Iuris eſt in nepotibus, & neptibus, & alijs liberis deſcendentibus, auis, vel proauis ab inteſtato decedentibus; non extantibus parentibus eorum nepotum, & neptum, ſeù pronepotum, & proneptum. fol. eod.

Et omnia, quæ dicta ſunt de nepotibus, pronepotibus, neptibus, & proneptibus, & deinceps, intelligantur in deſcendentibus ex maſculis. fol. eod.

Siquis, vel ſiqua ab inteſtato deceſſerit, filijs, ſeù liberis legitimis non extantibus, tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus Defuncti, præterquam in bonis, quæ obuenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris ſuccedunt. fol. 20. & 23.

Sed ſi morienti ab inteſtato abſque liberis ſuperſunt frater, ſeù frates, nepotes, & pronepotes, & in infinitum deſcendentes ex fratre, vel fratribus præmortuis, tunc licet frater ſit in gradu proximior decedenti, nihilominus filij, vel filiæ, nepotes, & neptes, & pronepotes, & pronepotes, & alij deſcendentes ex fratre, vel fratribus præmortuis æqualiter ſuccedunt cum fratribus defunctæ perſonæ, in ſtirpem ſcilicèt; ità quod ſi inter ipſos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum præmortuorum ſint fæminæ, quæ habeant fratres conſanguineos, ipſæ mulieres à præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cum fratres ipſas habeant maritare, vt ſuperius dictum eſt. fol. 29. & 32.

Quod

Quod autem dictum est in fratribus, nepotibus, pronepotibus, & proneptibus fratrum præmortuorum, & deinceps; eis non extantibus, intelligendum est de alijs in vlterioribus gradibus existentibus agnatis, vel cognatis. Et in præmissis appellatione fratris soror non continetur, præterquam si soror partem vt vnus ex fratribus habuisset de bonis paternorum; tunc enim ipsa soror eiusdem conditionis est quoad prædicta, ac si esset masculus, & eius filij descendẽtes habẽt quoad id sicut filij, & alij descẽdentes ex masculis. f. 29. & 33.

TITVLVS SECVNDVS

De Successione ex Testamento.

Si aliquis moriens fecerit testamentum habens filios, seù liberos potest de bonis suis acquisitis per eum disponere pro suo arbitrio voluntatis, debito bonorum subsidio in dictis bonis acquisitis liberis reseruato: De bonis autem paternis, & maternis ipsius defuncti, & alijs bonis sibi à consanguineis; ex quocumque latere obuenientibus, vsque ad medietatem tenetur liberis relinquere; ità tamen quod defunctus ipse vni ex filijs plus, quam alij non potest de ipsa medietate relinquere. De reliqua medietate potest disponere pro suo arbitrio voluntatis, quòd si testator in vita sua expensas aliquas fecerit pro vno filiorum, potest alios in testamento suo adæquare, si vult. Verùm potest pater, & mater filios exhæredare, & in totum à sua successione excludere, si iusta causa exhæredationis fuerit. fol. 35. & 38.

TITVLVS TERTIVS

De Successione morientis sine filijs ex testamento.

Etsi testator filios, seù liberos, & descendentes ex eis in infinitum non habeat potest de bonis paternis, & maternis, & alijs ab agnatis, & cognatis sibi obuenientibus disponeee iuxta velle vsque ad medietatem ipsorum bonorum; reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos proùt in capitulis de successionibus ab intestato dictum est; de bonis verò per eum acquisitis potest disponere pro arbitrio voluntatis, fol. 41.

TITVLVS QVARTVS

De Filijsfamilias volentibus testari, & de quibus bonis.

Filiusfamilias, & filiafamilias possunt de bonis aduentitijs tantùm, sibi à matre præmortua, vel alijs ex linea materna obuenientibus, testari, ac si pater, vel materfamilias essent, ità quod non teneatur aliquid patri, vel auo paterno, vel alij, qui sit in linea ascendente paterna relinquere si nolit, saluo debito bonorum subsidio. In alijs bonis aduentitijs, & vndecumque sibi obuenientibus iura communia obseruantur. fol. 49. & 51.

TITVLVS QVINTVS

De Filiafamilias nubente.

Sed & mulier non obstante, quod emancipata non fuerit, eò ipso, quòd nubit, fit sui iuris. fol. 54.

TITVLVS SEXTVS

De Muliere habente filios, qualiter dotem disponit.

Si qua moriens habeat filios, seù liberos, potest de dotibus suis, & alijs, sibi obuenientibus ab agna-

agnatis, & cognatis iure successionis, vel titulo lucratiuo in sua vltima voluntate relinquere de decem partibus vnam tantùm. Paratum autem pro eadem muliere, siuè ad vsum ipsius mulieris durante matrimonio, necnon donatum à marito præsente ipsi mulieri tempore contracti matrimonij, & quartam siquam habet ab aliquo alio marito defuncto, à quo liberos non habuerit, potest relinquere, & de ijs disponere pro suo arbitrio voluntatis saluo liberis vtriusque matrimonij, & parentibus debito bonorum subsidio. fol. 60. & 62.

Siqua mulier habens filios, vel liberos ex diuersis maritis moriatur intestata, filij, & filiæ absque discretione sexus succedunt eidem in viriles; quilibet scilicet ex filijs, & filiabus pro æqualibus portionibus; ità tamen, quod si ex aliquo ex ipsis maritis habeat filios, & filias non dotatas, portiones filiarum accrescunt fratribus ipsarum filiarum vtrinq; coniunctis; dummodo fratres ipsi teneantur sorores ipsas de bonis paternis, & maternis secũdum paragium, & facultates maritare. Verùm si testata decedat potest vnum filium, vel filiam meliorare de quarta, quam quoad proprietatem acquisiuit, & de paratis pro eadem muliere, siuè quantùm ad vsum mulieris constante matrimonio, & de donatis eidem à viro tempore contracti matrimonij, proùt in proximo capitulo continetur; super ijs enim potest ipsa mulier liberè disponere pro suo arbitrio voluntatis iuxtà tenorem Capituli præcedentis, fol. 64.

TITVLVS SEPTIMVS

De Alimentis præstandis.

Siquis habet filios, seù liberos cuiuscũq; sexus, & filij, seù liberi nolint cum patre esse, vel pater nolit ipsos, vel aliquem ex ipsis tenere secum in domo; pater debet secundum numerum filiorum, vel liberorum, connumeratis persona sua, & vxoris in numero liberorum, de bonis paternis, & maternis suis, & alijs obuenientibus ei à quibuscumque consanguineis suis agnatis, vel cognatis; Necnon de bonis datis eisdem parentibus in dotem à matre, siuè liberis communibus alimenta præstare. Itaquod matri ipsi mortuo viro nullum præiudicium suis dotibus, quas mortuo viro liberas habere debet, generetur, videlicet, si habeat filios duos, & habeat vxorem, vel non habeat pater retenta sibi pro se, & vxore sua, & idem si non habeat vxorem, medietate fructuum dictorum bonorum paternorum, & maternorum, reliquam medietatem fructuum prædictorum bonorum, teneatur dare ipsis filijs suis pro substentatione ipsorum. Et si contingat vnum ex ipsis filijs mori superstes filius habeat pro substentatione sua tertiam partem fructuum bonorum ipsorum, reliquis duabus partibus retentis ipsi patri, vxorem habenti, vel non, & idem seruatur si vnum tantùm quis habeat filium, fol. 66. & 67.

Quod si aliquis habeat filios, seù liberos plusquam duos, & ipsi filij, vel aliquis eorum nolit cum patre suo morari, vel pater nolit ipsos, vel aliquem eorum morari secum, tenetur ipse pater dare pro alimentis, & substentatione ipsi non moràti, vel nolenti morari cum eo. partem de fructibus prædictorum bonorum facta dinumeratione personarum ipsorum filiorũ, seù liberorum, & personarum ipsius patris, & vxoris suæ pro rata siuè pro virili ipsorum liberorum, & patris, & vxoris eius, & prædictas duas viriles partes de dictis partibus habeat idem pater, siuè habeat vxorem, siuè non, & reliquas partes contingentes alios filios, & filias cum patre morantes, similiter pater retineat pro vita, & substentatione ipsorum filiorum, donec cum patre morantur. fol. ijsd.

Verùm si aliquis ex ipsis filijs decesserit, vel aliqua ex filiabus nupserit, portio fructuum ipsorum contingens ipsum filium morientem, vel filiam, quæ nupsit, accrescat pro rata, proùt de ipsis fructibus contingit fratres, & sorores defuncti, vel nuptæ, & partem ipsorum pro se, & vxore sua, vt dictum est; Nepotes autem ex filio præmortuo habeant in præmissis casibus

ſibus partem dictorum fructom, quę contingeret patrem ipſorum ſi viueret. De bonis verò per eum acquiſitis non tenetur pater, auus, vel proauus paternus dare liberis quidquam pro vita, & ſubſtentatione. In omnibus prædictis caſibus proprietate, & poſſeſſione ipſorum bonorum apud patrem remanentibus. fol. 69. & 71.

Mulier de dotibus, donatiuo, & quarta ſua non tenetur liberis alimenta præſtare, quinimò de fructibus ipſarum dotium donatiui, & quartæ poteſt in vita ſua donare, facere, & ordinare, quod velit. De excadentijs verò omnibus, vndecumque ſibi obuenientibus iure ſucceſſorio, vel alio, tenetur quibuslibet filijs ſuis, & nepotibus deſcendentibus in infinitum ex vno, duobus, tribus viris, vel deinceps ſuſceptis, & habitis alimenta preſtare, cuilibet videlicet pro virili de fructibus bonorum ipſorum, computata perſona ſua in numero filiorum, vt pro ſe vnam partem de fructibus bonorum ipſorum retineat talem, qualem vni ex filijs dare tenetur. fol. 73. & 75.

In omnibus caſibus, vbi pater, & mater tenentur aliqua alimenta præſtare liberis ſuis, ipſa denegare poſſunt ſi cauſam ingratitudinis liberi ipſi contraxerunt. fol. ijſd.

TITVLVS OCTAVVS

De Iure Dotium.

Si mulier nupta filios, ſeù liberos habeas moriatur, & filij, ſeù liberi nolint, vel non poſſint ſtare cum patre, vel pater nolit eos ſecum manere, dos, & bona ipſius mulieris reuertantur ad filios, poſſeſſiones videlicet æſtimatæ, vel inæſtimatę, & corradum ſicuti extant in continenti: pecunia verò, & valor corredi in auro, & argento, & pernis ſi non extant, reſtituātur eiſdem filijs infra annū, Idem in alijs ſucceſſoribus mulierum ipſarū. f. 78. & 84.

Vbi dos eſt in caſu reſtitutionis faciendę, ſiuè à marito, ſiue ab hęredibus mariti, & à quolibet alio, qui tenetur ad reſtitutionem dotis, in quolibet caſu, ſit condemnatio, & exactio in ſolidum, non obſtante lege, quę in caſibus dotis condemnationem, & exactionem fieri vult in quantum ipſe, qui ad reſtituendam dotem tenetur, facere poteſt, habita ratione ne egeat. fol. 87.

Viro mortuo, vxore ſuperſtite, dos conſiſtens in pecunia, & valor corredi, conſiſtens in auro, argento, & pernis, quādo corredum non apparet, dari, & ſolui, ſeù reſtitui debent eidem mulieri ab hęredibus, & alijs ſucceſſoribus viri, & alijs, qui tenentur ad reſtitutionem, infra annum, à die ſoluti matrimonij computandum. fol. 89. & 92.

Hęredeſque mariti mortui primis ſex menſibus, à morte ipſius mariti computandis, ſi fuerint liberi communes, teneantur ipſam alere, ſi fuerint alij hęredes non teneantur ipſam alere, ſed dictis ſex menſibus elapſis teneantur dare dictę mulieri pro alimentis ſuis tarenum vnum pro qualibet vncia auri, data in dotem, vſque ad alios ſex menſes completos, & ad eandem rationem ſimiliter ſoluant pro alimentis mulieris prędictę pro tempore, quo poſt annum completum dotes ipſas dare diſtulerunt, & idem ſeruandum eſt ſi ſuperſint communes liberi, & mulier nolit poſt primos ſex menſes alimenta à dictis liberis, quia tenentur ipſi liberi ſicut extranei quibuslibet ſex menſibus, quibus ex tunc reſtitutionem dotium diſtulerint, dare dictę mulieri pro alimentis ſuis tarenum vnum pro qualibet vncia dotium. fol. 89. & 92.

Ità quod per hoc muliere inuita hęredes mariti poſt annum reſtitutionem dotium differre non poſſunt: reliqua bona corredi apparentis, ſiue exiſtentis, ſicut, & bona ſtabilia eſtimata, ſtatim mulieri ipſi reſtituenda ſunt. Quinimò authoritate propria poteſt ipſa capere quandocumque. fol. 89. & 92.

TITV-

TITVLVS NONVS

De Iure quartæ.

Quartam autem constitntam eidem mulieri à quondam viro suo in bonis ipsius viri, siuè iussu Iudicis, & authoritate Pretoris, authoritate propria per se, & per alios potest mulier ipsa post mortem viri sui capire, & apprehendere, quartam scilicet bonorum, quę vir mortuus tempore mortis suę possidebat, ità quod mulier ipsa habeat quartam ipsam, deducto prius ęre alieno, contracto ante quartę constitutionem in plena proprietate, si liberos ex marito pręmortuo non habeat. Sed vbi habet liberos ex marito pręmortuo potest fructus quartę ipsius authoritate propria per se, & per alios capere, & apprehendere, qui vsusfructus, muliere ipsa mortua, consolidatur proprietati, & ad omnes liberos mariti ex quacumque vxore susceptos, à quo quartam habet, perueniet; liberis autem prędecedentibus ipsi matri, mater ipsa ipsius quartę plenam proprietatem habet: prędicta autem apprębensio facienda authoritate propria, vt dictum est, habet locum infra annum à morte mariti computandum, vbi mulier non habet liberos ex marito pręmortuo; sed si habet liberos, annus ipse incipit à tempore, quo ipsa mulier decesserit de domo mariti mortui. f.94.& 107.

Dos, & quatra, siuè quarta peti non possunt absque instrumento dotali, & instrumento, quod Neapoli quartula nuncupatur, fol. 108.

Contra instrumentum autem dotale probatio nulla admittitur, præter quam si mulier dotata decedens testata illud, quod secundum Consuetudinem Neapolitanam relinquere potest in ipsa vltima voluntate reliquerit, & probetur illud esse solutum. fol. 112.

TITVLVS DECIMVS

De Consensu Mulieris.

Si mulier consensiat marito suo contrahenti super bonis ipsius viri vendentis, donantis, permutantis, mutuum accipientis, in solutum dantis, vel qualitercumque contrahentis; nec non si consentiat marito disponenti de bonis ipsius mariti in sua vltima voluntate, consensus ipsius mulieris non praiudicat eidem mulieri, vel alÿ successori mulieris in dote, quantum ad hypothecariam actionem, vel etiam actionem personalem, quam in bonis mariti habuit super dotibus. Praiudicat tamen consensus mulieris ipsius in præmissis quantum ad quartam eidem mulieri, quam habet in bonis prædictis, in quorum alienatione, facta per virum, assensum prastitit, ità tamen si consensus ipsius mulieris probetur per ipsam vltimam voluntatem mariti, vel per aliud instrumentum, per quod maritus contraxit, cui contractui mulier ipsa suum præstit assensum. fol. 114.

Sed si mulier vna cum marito reperiatur per instrumentum aliquid vendidisse, vel quocumque alio titulo alienationis rem ipsius mariti immobilem in alium transtulisse, quantum ad rem illam in totum mulier ipsa excluditur, vt nec pro dote, nec pro quarta, nec pro iure hypothecarum possessionem ipsius rei impetere posset. Remanet tamen mulieri in alÿs bonis viri ius suum saluum, non obstante consensu. fol. 116.

TITVLVS VNDECIMVS

De Contractibus inter virum, & vxorem celebratis, & de dotibus datis per eos.

Bona stabilia in dotem data potest mulier cum consensu viri sui alienare, & in alium transferre,

ferre, nisi filij, vel filiæ prioris matrimonij contradicant ante venditionem perfectam per traditionem rei, solutionem pretij, & instrumenti cõtinentis venditionem celebratam, assignationem factam emptori; alij verò filij non possunt contradicere. fol.118. & 119.

Et si mulier iustam, & necessariam causam habet vendendi, & alienandi contradictio non tenet. fol.

Si constante matrimonio filia, ex ipsis coniugibus suscepta, nubat, si in instrumẽto dotali cõtinetur, certum quid dedisse in dotem ipsam matrem ipsi filiæ, & certum quid dedisse patrem filiæ in dotem, quatenùs conscriptum est in instrumento dotali matrem dedisse ipsi filiæ in dotem, eatenùs diminuitur dos matris, cum restitutione dotis ipsius matris locus est. Quod si scriptum est in ipso instrumento dotali filiæ, patrem, & matrem ipsius filiæ dotes datas pro filia dedisse, non designata certa quantitate data per patrem, sed confusè dicatur, dotes ipsas datas ab ipsis parentibus, tunc intelligitur datum de dotibus, & alijs bonis matris pro ipsa filia, & de bonis patris pro rata bonorum ipsius patris pro rata eius, ad quod dotes ipsius matris, & alia prædicta bona matris ascendunt, videlicet, quod si pater habeat in bonis ad valorem centum vntiarum auri, & dos, & alia prędicta bona matris ascendunt ad summam vntiarum auri quinquaginta, & instrumento dotali filiæ continentur, ipsos patrem, & matrem dedisse pro ipsa filia triginta vntias auri de dotibus, & alijs bonis matris prædictæ datę videntur vntię auri decem, & eatenus, cum dos matris fuerit in casu restitutionis, diminuitur dos matris ipsius, & diminuta intelligitur, & non tenetur pater, vel eius hęredes ad restitutionem dictę quantitatis, pro qua dicta dos, & prędicta bona dictę matris diminuta intelliguntur, non obstante, quod contra instrumentum dotale nulla probatio in contrarium admittitur, valor autem bonorum patris, & dotium, & aliorum prædictorum bonorum matris tunc attenditur, quando filia eorum nubit. fol.

TITVLVS DVODECIMVS

De Instrumentis confectis per Curiales Neapol., & fide eorum.

Testamentum, confectum per Curiales Neapolis, quod habet duorum Curialium subscriptionem, nec non & subriptionem tertij Curialis, ipsum complentis, siuè per ipsum complentem scriptum fuerit, siuè per eius discipulum, ita quod si Curiales rogati fuerint à testatore robur habeat firmitatis tale, quale si per Iudicem, & Notarium septem numero testium interueniente fuerit confectum, & consumatum; licitum tamen est contra testamentum ipsum alia opponere, quę legitimè possunt opponi. Idem in instrumento, quod Neapoli dicitur, Gesta saluo tamen quod liceat volenti opponere contra id, quod in ipso instrumento, quod dicitur Gesta, continetur, quod potest dici contra personas testium, & dicta, de quorum dictis, & testificatione dictum instrumentum, quod dicitur Gesta, confectum est. fol.123.

Instrumentum emancipationis, & quęlibet alia instrumenta, confecta per Curiales Neapolis, habentia subscriptionem duorum Curialium, & tertij Curialis complentis ea, siuè complens ea manu propria subscripserit, siuè eius discipulus, robur habeant firmitatis perindè, ac si instrumenta essent confecta per Iudicem, & Notarium cum subscriptione duorum, vel trium testium, vel plurium, non obstante, quod in emancipatione magistratus authoritas non interueniat. fol.eod.

Instrumentum verò diuisionis Curialiscum, quod Neapoli dicitur, Notitia, subscriptum duobus testibus Curialibus, etiam non completum robur habeat inter diuidentes, eorumque hęredes, & successores, perindè ac si esset per tertium Curialem scriptũ, & completũ. fol.eod.

Vbi

Vbi instrumentum conscriptum per Curiales Neapolis reperitur subscriptum subscriptione duorum testium scilicèt Curialium, & Curialis, qui debet instrumentum complere moriatur ante completionem instrumenti ipsius, partibus, siuè contrahentibus petentibus, & volentibus Curialis, qui Neapoli vocatur Primarius complet ipsum, & quoad id personam obtinet Curialis defuncti; partibus autem ipsis dissentientibus, instrumentum ipsum per Primarium compleri non potest, nec debet, imò pro rupto, & vacuo habeatur. fol. 123.

Instrumenta confecta, & completa per Curiales Neapolis vbi exemplari, siuè authenticari petuntur per litteram similiter, quæ conficitur per Curiales Neapolis propter vetustatem cartæ, vel aliam causam, exemplantur, siuè authenticantur manu propria Tabularij, & complentur per ipsum Tabularium, & Curialem, qui Neapoli dicitur Primarius, ipsumq; instrumentum sic exemplatum siue authenticatum, robur habeat tale, quale ipsum originale, ex quo ipsum exemplum est sumptum sed instrumentum, quod Neapoli dicitur Introductum, exemplari non debet, & exemplatum fidem non facit · verum etsi quilibet Curialis in instrumento, quod conficit alterius instrumenti, confecti per Curialem, fieri faciat mentionem, & de verbo ad verbum alterius, de quo fit mentio tenorem redigat fides plena datur instrumento, in quo redigitur perindè, ac si instrumentum, de quo fit mentio, appareret: ità tamen si trium est Curialium subscriptionibus instrumentum roboratum; in quo alterius fit mentio, sicut communiter fit in alijs instrumentis, quæ per Curiales fiunt, & subscribuntur, fol. 123.

Contra instrumenta Venditionum, Donationum, Oblationum, in emphyteusim Concessionum, Quietationum, Transactionum, Compositionum, & instrumenta, quæ Neapoli vocantur Ipsaliæ, probatio per testes nulla recipitur facienda per aliquem contrahentium, vel successorem eorum vniuersalem, vel singularem, quod res videlicet aliter gesta sit, quàm quod continetur in instrumento, dum tamen in possessione rei ex aliqua, ex prædictis causis translata, reperiatur ille, cui instrumentum factum est, reseruata alteri contrahentium potestate arguendi instrumentum ipsum de falso, si voluerit. fol. 123.

Si instrumentum venditionis fit per Curiales Neapolis, vel per alias publicas personas infra annum à die confectionis ipsius instrumẽti, emptor petere potest sibi rem tradi à venditore ipso, vel eius hærede, quàm si non tradiderit, ad interesse venditor condemnatur: post annum verò potest emptor ipse tantùm petere pretium venditionis in ipso instrumento cõtentum, ac si sit ipsa venditio resoluta. fol. 123. & 126.

Instrumenta Donationum, Oblationum, & Permutationum firmitatis alicuius nullum robur obtineant, nisi rei donatæ, oblatæ, & permutatæ possessio peruenerit ad donatarium, vel ad eum, cui oblatio, & cum quo permutatio facta est, nec præsumitur facta traditio per hoc, quod in ipsis instrumentis Donationum, Oblationum, & Permutationum continetur, traditionem factam esse. fol. 123. & 126.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS

In quibus rebus habeat locum quarta.

In bonis quondam mariti, qui quartam vxori suæ tempore contracti matrimonij constituit, quartam ipsam habet vxor mortuo ipso marito in omnibus bonis ipsius mariti, siuè bona ipsa sunt hæreditaria, burgensatica, vel quæcumque alia censualia, in emphyteusim in perpetuum concessa ipsi defuncto, vel prædecessoribus suis, per quos ad ipsum defunctum bona ipsa concessa fuerint alicui, eiusque hæredibus in perpetuum, vbi verò bona ipsa concessa sunt alicui sibi, suisque hæredibus masculis, vel suis hæredibus ex suo corpore, vel ex se legitimè descendentibus, vel eius prædecessoribus, per quos ad ipsum defunctum bona ipsa

ipsa concessa fuerint alicui, eisusque hæredibus in perpetuum, vbi verò bona ipsa concessa sunt alicui, sibi, suisque hæredibus masculis, vel suis hæredibus ex suo corpore, vel ex se legitimè descendentibus, vel eius prædecessoribus, per quos ad ipsum defunctum bona ipsa peruenerint, de cuius bonis quarta vxori debetur, licet in concessione ipsa dicatur in perpetuum, de bonis ipsis, sic concessis mulier quartam non habet, sed in bonis feudalibus, & ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis Personis libellario iure ad censum in emphyteusim, vel ad locationem in perpetuum, vel ad tempus concessis, mulier similiter quartam non habet, fol. 133.

Si cui militi ad certum seruitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente fœmina decesserit, quæ id seruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præstare possit, quàm masculus, & si in inuestitura minimè cautum sit, vt & fœminæ ad id adspirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimò hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant, quod multò magis dignum obseruantia æstimauimus, cum feudum sic datum est, vt nullum pro eo seruitium indè fiat, vt pleraque hodie feuda dantur, fol. eod.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS

De Iure primæ quartæ.

Si de bonis, seù hæreditate alicuius plures quartæ debentur, videlicet, quãdo aliquis in bonis suis vxori suæ quartam constituit, qui suæ prædecessit vxori, filijs communibus derelictis, postea quæ aliquis ex ipsis filijs duxit vxorem, & eidem quartam in bonis suis constituit consensiente matre, & deindè præmoritur filius vxori suæ, & matri, non obstante consensu matris, & Constitutione quartæ prædictæ de bonis ipsis mater præaccipit quartam suam, & de reliquis bonis ad ipsum filium spectantibus nurus quondam percipit quartam suam. fol. 134.

TITVLVS DECIMVSQVINTVS

De Patre recipiente dotes insimul cum vxore. & filio, qualiter teneatur ad restitutionem.

Filio ducente vxorem, & dotem recipiente cum consensu patris, & matris, vel aliorum superiorum, vel alterius eorum, & decedente viuis ipsis parentibus, qui consensum prestant in dote, ipsi filio recipienti; parentes ipsi non tenentur ad restitutionem dotis ipsius, nisi cum parentes ipsi mortui fuerint, tunc enim hęredes ipsorum parentum tenentur ad dotes ipsas vsque ad concurrentem quantitatem, seù valorem partis bonorum ipsorum parentum, quę contingeret prędictum quondam filium, si tempore mortis ipsorum parentum viueret, fol. 135.

Si pater, & mater, eorumque filius simul conscripti sunt in instrumento dotali recepisse dotem, datam filio, & dos ipsa est in casu restitutionis, pater tantùm ad restitutionem eius tenetur, si est soluendo. fol. 135.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS

In quibus casibus licet authoritate propria pignorare.

Pro pensione Domus, Terræ, Terratici, Fundi, vel alterius Possessionis, & alijs proindè debitis, item pro bene laborandis, & colendis terris, & vt competenti tempore laborationis di-

discutiat, & alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam faciant, & fructuum recollectionem, & pro damnis illatis in terris ipsis per laboratores ipsos, & alios de ipsorum familijs, siuè eorum animalibus licitum, & permissum est domino ipsarum Terrarum, & Domorum, vel Possessori authoritate propria per se, & per alios pignorare Colonos Inquilinos, Laboratores, & Partiarios Colonos eorum. fol. 137. & 139.

Si aliquis dederit animalia alicui ad menandum, potest pro menando pro ipso animalis debito authoritate propria per se, & familiam suam tenentem animalia ad menandum pignorare, capiendo ipsa animalia, vel de alijs rebus mobilibus tenentes ipsa animalia ad menandum. fol. 137. & 139.

Pro debito autem, quod tenens animalia debet domino animalium pro medietate ipsorum animalium, animalia ipsa tantùm potest dominus animalium authoritate propria per se, & per alium capere, siuè pignorare, & tàm in casu præsenti, quàm superiori proximo de menando, viuentibus ipsis animalibus, pignoratio ipsa authoritate propria fit non post mortem animalium prædictorum. fol. 137. & 139.

Baiulis Neapoli non est licitum secundum Consuetudinem Neapolis, absque licentia Iudicum aliquam pignorare, vel facere pignorari. fol. 137.

Nõ creditur seruiẽti Neapolis dicẽti, aliquẽ negasse sibi pignus, nisi id probet. f. 137. & 139.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS

De Iure Congrui.

Siquis emit Domum, Fundum, vel Terram, vel aliam rem immobilem, collateralem Domui, Fundo, vel Terræ alicuius, emptor tenetur infra annum vnum, numerandum à die scientiæ illius habentis Domum, Fundum, vel Terram collateralem ex lateribus ipsius rei emptæ, rem ipsam emptam si eam possidet, præcisè absque alterius præstatione interesse, dare proùt appretiata fuerit per appretiatores Neapolis ipsi habenti Domum, Fundum, vel Terram collateralem, ipsamque infra annum petenti prædictum. Verùm si duo sunt collaterales, vnus ex latere vno, alius ex latere altero, ambo possunt iure prædicto petere ab emptere, eodemque possessore, eiusque tantùm vniuersali successore Domum, Fundum, vel Terram ipsam, quilibet videlicet pro medietate, non habita distinctione magnitudinis possessionum alterutrius ex ipsis habentibus Domos, Fundos, vel Terras collaterales rei emptæ. fol. 157. & 162.

Vbi Domus, Fundus, vel Terra, quæ venduntur, habent latera, iuxta quę est via publica, terra Ecclesię, vel terra alicuius Rustici, siuè Habitatoris Neapolis, qui non sit liberę cõditionis, sicuti communiter alij Ciues Neapolis, tunc habentes Domos, Terras, vel Fundos à capitibus ipsius rei emptę possunt petere rem ipsam emptam iure congrui ab emptore, eodemque possessore, eiusque Vniuersali successore, cum Rustici, & alij non liberæ conditionis homines, & Ecclesiæ prædictum ius congrui contra Ciues Neapolitanos pro Terris, Fundis, & Domibus emptis vbicumque in Neapoli, & Territorijs eius sitis contra Ciuem, & Habitatorem Ciuitatis Neapolis exercere non possunt. Ciues autem contra ipsos Rusticos ius ipsum possunt liberè exercere. fol. 165.

Si Ecclesia emat Domum, Fundum, vel Terram, non potest aliquis ratione congrui aliquid iuris petere in re ipsa empta, & è conuerso Ecclesia non potest petere, siuè impetere aliquem ratione congrui pro Domo, Fundo, vel Terra empta ab aliquo habente Domum, Fundum, vel Terram Collateralem Domui, Fundo, vel Terræ Ecclesiæ. fol. 166.

Si

Si ex vno latere Fundi, Terræ, vel Domus emptæ sint Possessiones diuersarum Personarum, & ex alio latere rei emptæ sit vnus tantùm, qui Domum, Fundum, vel Terram Collatelem possidet, ille vnus, qui solus possidet ex vno latere integram medietatem totius ipsius rei emptæ petere potest iure congrui prædicti, & alij diuersi Possessores, qui sunt ex alio latere petere possunt iure prædicto reliquam medietatem rei emptæ, quilibet videlicet pro ea parte, quę est iuxta Domum, Fundum, vel Terram suam; verùm si vnus tantùm de collateralibus pro parte sua velit ius congrui exercere, alijs coniunctis, & collateralibus subsistentibus & nolentibus, emptor potest exercentem ius congrui excludere, nisi totam Domum, Fundum, vel Terram emptam velit iure prædicto habere appretiatam per appretiatores, vt superiùs dictum est. fol. 167.

Siquis habet Domum inferiorem solo immediatè coniunctam, & alius habet Domum superiorem supra ipsam Domum inferiorem constitutam, & eorum aliquis Domum suam vendat, siuè habens inferiorem, siuè habens superiorem, alius, qui non vendit domum suam, potest iure congrui ab emptore ipsam petere, exclusis habentibus Domos coniunctas ex lateribus, & capitibus. Insuper si quis habet Domum communem pro indiuiso cum aliquo, & partem suam vendat, tunc alius, qui partem suam non vendit, potest iure congrui ab emptore alterius partis partem ipsam petere, exclusis omnibus alijs, & idem in Fundis, Terris, & alijs rebus immobilibus. fol. 167.

Si Domus habeat tria Membra, siuè Solaria, siuè plura, vnum supra aliud, etsi diuersorum Dominorum, & vnus ipsorum Dominorum vendat suum Solarium, emptor tenetur ipsum Solarium emptum iure congrui dare habenti Solarium proximum ex parte inferiori ipsi Solario vendito, vt si sint tria Solaria, & vendatur Solarium medium, habens Domum inferiorem, & solo contiguam, ius congrui pro Solario medio vendito exercere potest, exclufo habente extremum Solarium, quod superius constitutum est. Et similiter si vendatur Solarium extremum, supra quod Solarium aliud Solarium non est, habens medium Solarium ius congrui poterit tantùm exercere, cum ipsum Solarium medium sit immediatè proximum dicto Solario vendito, etsi vendatur Solarium infimum, ille, qui habet Solarium supra ipsum immediatè, possit illud iure congrui petere. fol. 167.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS

In quo casu ftetur dicto Coloni, Partiarij, Coloni simplicis, &c.

Si est quæstio inter aliquos Ciues Neapolis, quod fortè vnus probibeat, vel alter impediat culturam terræ, vel perceptionem fructuum, vel etiam pensiones Terræ, vel Domus, & alius, in cuius præiudicium hoc fieri dicitur, veniat ad iudicium cum Partiario, Colono, vel Inquilino, vocato ad iudicium eo, qui dicitur impedimentum præstare præsente, vel per contumacium absente, sine libello, & petitione aliqua si tactis Sacrosanctis Euangelijs, Partiarius, Colonus, vel Inquilinus, interrogati per Iudices dicant, se esse Partiarium, Colonum, vel Inquilinum eius, in cuius præiudicium dicitur molestia fieri, vel aduersarij molestiam inferentis, eius dicto statur quantum ad hoc tantùm, vt mandetur ei per Iudices, quod de fructibus respondeat, redditibus, & pensione rei illi, cuius se esse dicit Inquilinum, Partiarium, vel Colonum, & quæstioni proprietatis, & possessionis Terræ, vel Domus nullo per hoc præiudicium generando: sed iure quolibet tàm super proprietate, quàm super possessione vtrique parti integrè reseruato, necnon & iure quod læso competit, vel competere potest contra Partiarium, Colonum, vel Inquilinum propter periurium, mendacium, siuè dolum ipsius Inquilini, Partiarij, vel Coloni. fol. 170.

TITV-

TITVLVS DECIMVSNONVS

De Testimonio Rusticorum.

In causis ciuilibus prater quàm in casu in proximo capitulo contento, & in seruitutibus Rusticis contra Ciuem Neapolis dictum Rustici fidem non facit, nisi sit legitimus numerus testium Rusticorum productus, & tunc vsque ad summam vnius tareni Amalphiæ pro quolibet Rustico teste, & non vltra contra Ciuem Rusticorum ipsorum testimonio credatur. fol. 173.

Si Rusticus, vel Villanus Terram, Fundum, vel Domum, vel rem aliam immobilem tenens impetatur ab aliquo Ciue Neapolitano, dicente, rem ipsam immobilem, de qua impetitur Rusticus, vel Villanus ad se iure dominij, vel quasi spectare, & Ciuis ipse probat, quod Rusticus ipse, vel antecessores Rustici eidem petenti, vel antecessoribus petentis tempore quocumque de re ipsa immobili semel saltem pensionem præstitit, vel semel vt domino de fructibus respondit, vel si Rusticus, & antecessores sui ab ipso quæstionem referente tenuit ad pensionem, vel ad laborandum, vel probat per instrumenta sua, siue instrumenta, quæ dicuntur, Notitiæ, inter se, & alios acta, vel instrumenta vicinorum habentium terras, fundos, vel domos vicinos rei, de qua refertur quæstio signantia in demonstratione, seù designatione Finium, quod res ipsa, de qua est quæstio, sit eius, vel antecessorum ipsius, qui refert Rustico, vel Villano quæstionem, non obstante præscriptione etiam longissimi temporis, possessio illius rei immobilis adiudicatur Ciui petenti, nisi Rusticus, vel Villanus suę possessionis titulum demonstret per publica documenta; tunc enim locus est iuri communi: verùm tamen adiudicatio possessionis ipsius iuri proprietatis alterius non obsistit. fol. 173.

Quicumque habens terram propriam recipit ad laborandum, vel ad pensionem in pecunia, vel in victualibus præstandam terram Collateralem ipsi terræ laboratoris ab aliquo, & per dantem terram ad laborandum, vel pensionem, refertur quæstio, quod dicat fortè, maiorem esse quantitatem terræ, quam dedit ad laborandum, vel pensionem, laboratore dicente minorem, nisi laborator ostendat per instrumenta de quantitate terræ, quam laborator dicit esse suam, in tantùm de dicta terra, seù possessione dictæ terræ ipsi danti terram ad laborandum, vel ad pensionem adiudicatur in quantum ipse asserit esse suum, & idem obseruatur in Fundis. fol. 173.

TITVLVS VIGESIMVS

De Seruitutibus.

Siquis habens Terram, non tamen Viam, cui terræ circumcirca sint terrę aliorum vicinorum, nec apparet vndè viam, iter, vel actum habet ad terram ipsam, potest petere sibi concedi iter, viam, vel actum per terram vicini, per quam propinquus ire possit ad viam publicam, vel viam carrariam, seù quæ breuiori spatio distet à via publica ad terram ipsam, quæ viam, iter, vel actum habere non apparet ex constitutione, vel vsu longo. fol. 177.

Siquis habet parietem, in quo sit fenestra, dossitia, vel quælibet alia apertura pro aspectu, vel luminis ingrediendo, qui paries sit iuxta Curtim, Domum, vel Hortum alicuius Vicini, & Vicinus vult ex opposito ad aperturas, quę sint in dicto pariete ædificare in Horto, Curti, vel Domo sua, debet per palmos cannæ duodecim elongare se, & eatenus distare debet ædificium, quod construit à dicto pariete, ità tamen quatenus ædificium nouum, quod

fit, fieret ex opposito ad dictas dossitias, vel etiam aperturas. fol. 177.

Et si ex latere ad dictum parietem in partem vbi Dossitia, vel aliqua Apertura est ædificatum vicinus habens Hortum, Curtim, vel Domum coniunctam ad dictum Parietem ædificare velit, potest ædificare, vt in altum extollere ipsum ædificium pro libito voluntatis, & coniungere ædficium, quod facit ipse Parieti, dum tamen ab ipsa apertura, seù à latere ipsius aperturæ prolonget ędificium, quod facit per palmos cannæ duos, & duas partes vnius palmi. Potest tamen vicinus habens Domum, Hortum, vel Curtim vicinam dicto Parieti in ipsū Parietem immittere Tigna, & alia onera ædificij, quod facit; similiter immittere in ipsum Parietem vicini, vbi pro aspectu habendo non est; verum si velit tectum facere, quod recumbat ad ipsum parietem de subtus ab ipsa dossitia, siuè alia apertura, quę est in ipso pariete pro lumine tantùm ingrediendo per palmum vnum cannæ ædificet; si autem velit astricum facere, debet de subtus ab ipsa dossitia, vel alia apertura, quæ non est pro aspectu habendo, sed pro lumine tantùm ingrediendo per spatium cannæ vnius ędificare, soluto tamen pretio medietatis ipsius Parietis, & Soli, in quo dictus Paries est fundatus ab ipso volente ædificare ipsi, cuius est Paries, & Solum prædictum; nisi fortè ab ipso volente ędificare probetur dictum Parietem, & solum esse communia. fol. 177.

Sed si recumbat ipsum ędificium ad Parietem vicini sine onere ipsius Parietis, id est, quod nō immittatur in ipso Pariete aliqua materia lignea, vel lapidea, seù quęcumque alia, nisi fortè capita tegularum, vbi sit tectum, vel lacertum, vbi sit astrecum, debet quartam partem æstimationis ipsius Parietis, & Soli præstare ipsi habenti Parietem. fol. 177.

Et vbicumque fit mentio de apertura, intelligitur dossitia, rotum rotundum, vel apertura ad modum fenestrę cum cantonibus factę: & vbi pręstari debet ęstimatio partis parietis, vt dictum est, intelligendum est de pariete in quantum alius ędificium, quod facit, appodiat, seù onera domus suę immittit à fundamento ipsius parietis vsque ad locum, in quo appodiat, vel onera immittit, non vltra. fol. 177.

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS

De Aperturis non faciendis.

Vbi aliquis construi facit ędificium in solo suo, vbi aliàs ędificium non fuit iuxta solum vicini, non est sibi licitum pennam Tecti, vel Astraci, Dossitiam, vel aliquam aperturam facere in pariete, quem construxit iuxta Solum vicini, nisi à regione vicini per palmos duodecim à remotiis ędificet; tunc enim potest aperturas facere in ipso pariete, iuxta suę arbitrium voluntatis. fol. 182.

Siquis habet supra, siue iuxta Domum, Hortum, locum, vel aream vicini, in qua Domo sunt Dossitię, vel alię aperturę supra ipsam Domum, Hortum, locum, vel aream vicini, si Domum suam velit altius extollere, & facere aliud Solarium, siuè membrum, potest in ipso Solario, siuè membro, quod de nouo constituit tot dossitias, & alias aperturas facere, quot habet in alio Solario, siuè membro veteri, quę dossitię, & aperturę non sint ampliores, nec longiores veteribus aperturis, & fiant in directum aliarum veterum aperturarum, & eodem modo, & forma potest facere in quolibet Solario, esto quod plura solaria faciat. fol. 182.

Contra habentem Casalenum, siuè Domum destructam circa seruitutes eiusdem Casaleni, & Domus facienda aliquis vicinus aliquas aperturas supra dictum Casalenum proijciendo, vel aliquid immittendo in ipsum Casalenum, vel aliquod in ipsius Casaleni, vel Domus destructę preiudicium faciendo, prescriptio etiam longissimi tēporis, nō obsistit. fol. 182.

Siquis

Siquis habens Curtim, vel Hortum iuxta Parietem Domus vicini, in quo pariete nulla est dossitia, vel apertura; est tamen in ipso pariete penna tecti, vel astraci, per quam stillicidia in psam Curtim, vel Hortum decurrunt, vel defluunt, velitque habens Curtim, vel Hortum in Curti, vel Horto, ędificium construerę iuxta vicini parietem coniuugendo ædificium, quod facit parieti vicini. Et velit vltra pennam tecti, vel astrici ædificium construere, postquam ędificauit vsque ad pennam tecti, vel astrici vicini prope per vnum palmum prolongando postmodum per vnum palmum, vltra quam penna tecti, vel astrici vicini protenditur, potest in altum extollere ędificium, quod facit, dum tamen supra ędificium, quod facit, si fiat ibi astracum, construat parietem, qui protendatur in altum per spatium cannę vnius ad minus, & hoc, vt qui ædificat non possit inspicere supra vicini ædificium, & in ipso pariete nulla sit apertura, ità quod aspectus haberi non possit supra domum vicini. fol. 182.

Et idem si per duos, tres, quatuor palmos, & vltra infra vnam cannam tulit ædificare quis subtus pennam tecti, vel astraci vicini, quia debet ab ipso ędificio supra si astracum facit, parietem constituere, in quo non sit apertura aliqua, & sit ad minus spatium cannæ vnius, vt proximè dictum est. fol. 182.

Quod si nolit ipsum ædificium altius construere, quàm sit penna dicti tecti, vel astrici, sed intra siquidem ædificans astracum facere debet intantum à remotis subtus pennam tecti, vel astrici parietis vicini ipsum astracum facere, quantum est spatium cannę vnius, quod si velit tectum facere, debet per palmum vnum cannę subtus pennam tecti, vel astrici vicini tectum facere. fol. 182.

Vbi reperitur instrumentum diuisionis, quod Neapoli Notitia dicitur, & continetur in ipso instrumento, quod aliquis ipsorum, inter quos facta est ipsa diuisio, habere debeat aliquã aperturam, vel seruitutem aliam in parte alterum contingente, vel quod debet claudere aperturas ipsas, vel quod non debeat habere aliquas aperturas, præscriptio etiam longissimi temporis non obsistit illi ex consortibus, qui iuxta tenorem dicti instrumenti debet habere aperturam, vel seruitutem, & cuius fauore apertura claudenda erat, vel cuius fauore non debeat habere altius aperturam. Sed quoad ea perindè stetur ipsi instrumento, ac si nouissimè factum esset, siuè sint ipsi, inter quos est contemptio, fratres, siuè alij consortes, inter quos ipsa diuisio facta est, vel eorum hæredes, & successores, etiam singulares. fol. 182.

Amplius si in instrumento ipso non continetur expresiè, quod alicui ipsorum consortum ab altero seruitus debeatur, licet alter inueniatur in possessione, vel quasi alicuius seruitutis, talis possessio, vel quasi non prodest possidenti, vel quasi etiam si per longissima tempora sine inquietitudine consortis, vel hæredum, eiusque etiam singularium successorum illud possederit, vel quasi possederit. fol. 182.

Inter seruitutes numerantur dossitiæ, & aliæ aperturę. fol. 182.

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS

De faciendo Centimulo, & Paleis non tenendis in Domo.

Si velit quis in suo Pristinum, siuè Centimulum facere in pariete, qui ei communis est, & vicino, non licet immittere, siuè affigere trabem ipsius Centimuli, siuè Pristini. fol. 185.

Non licet alicui in Ciuitate in Domo sua propria, quę sit coniuncta domui alterius paleas, vel fœnum, vel ligna tenere, & habere, nisi quatenus sufficiat pro vsu suo, & ani-

malium, quę aliquis ad usum suum, & domus suę habet, & idem est de lino in fuste non discusso, ut non possit quis in Domo sua propria coniuncta alterius domui linum ipsum tenere, vel habere, nisi illud tantùm, quod prouenit ex terris proprijs ipsius volentis in domo sua ipsum linum habere. fol. 185.

In domo conducta non licet conductori tenere, vel habere paleas, vel fœnum, nisi quod sufficiat pro animalibus, quę tenet ità tamen si ipse conductor ibidem habitet per se, non si seorsim moretur, nisi locus conductus sit gripta, vel lamia, verùm potest conductor stabularius pro hospitibus, siuè animalibus hospitum fęnum, vel paleam in domo conducta, ubi ipse personaliter moratur, habere tantum in Burgis Neapoli, & alibi, scilicet extra muros Ciuitatis Neapolis. fol. 185.

TITVLVS VIGESIMVSTERTIVS

De collatione expensarum in Domo communi facienda.

Si Domus habet plura Solaria, quæ sunt hominum diuersorum, & tectum, vel astracum supra, quod aliquid aliud non sit pręter aerem, reparatione indigeat, debet expensis communibus omnium prędictorum tectum ipsum, vel astracum reparari, quod si aliquod ex alijs astricis reparatione indigeat, debet expensis proprijs suppeditantis astracum, ipsum astracum reparari. fol. 190.

TITVLVS VIGESIMVSQVARTVS

De Locato, & Conducto.

Siquis conduxerit Domum, Terram, vel Fundum, & aliquid ibi ędificauerit, construxerit, siuè instituerit necessariò, vel utiliter, seù affixerit, finito conductionis tempore, vel ante illud extollere non potest, nec à domino, siuè locatore impensam petere potest. Sed si domus locata necessaria refectione indigeat, & requisitus locator ab Inquilino infra quindecim dies post requisitionem retardauerit, siuè distulerit reparationem, & ipse Inquilinus suis sumptibus illud reparari fecerit post ipsos dies quindecim, potest, quod expenderit, pro rata in pensione debita computare. fol. 192. & 202.

Non potest Dominus terrę laboratori, seù Partiario terram tollere quolibet tempore anni, ante expletum mensem Augusti potest prohibere, siuè denunciare sibi, quod nolit terram ipsam ipsi laboratori, vel Partiario dimittere pro tempore futuro, tunc sublata indè Vindemia laborator, & Partiarius nihil iuris habent in terram. fol. 192. & 202.

E' conuerso laborator, seù Partiarius ipsam terram assignare Domino terrę potest per totum mensem Augusti, dum tamen pentionem in pecunia, vel victualibus consistentem, si quę debet pro terra ipsa soluat infra eundem mensem Augusti. fol. 192. & 202.

Quod si infra eundem mensem Augusti laborator, siuè Partiarius terram ipsam patrono non assignauerit, & pentionem, siuè terraticum non soluerit, ut est dictum, tenetur pro sequenti anno, si Dominus terrę voluerit, laborare terram eàdem, & tenetur pręstare pentionem, siuè terraticum, sicut anno pręcedenti tenebatur. fol. 192. & 202.

In quocumque autem casu terra ipsa ad Dominum liberè peruenerit laborator ipse in ultima Vindemia, quam percipit, prout Partiarius, Colonus, uel in totum si de terra ipsa pręstat annuam pensionem, terram ipsam debet arare, seù secundum vulgare Neapolitanum imporcare. fol. 192.

Sed

Sed si Fundum aliquis alicui concessit ad annuam pensionem in pecunia, vel in Victualibus, siuè re alia consistente, debet de mense Maij ipsi, qui Fundum tenet denunciare, vel prohibere, quod non vult pro sequenti anno ipsi tenenti Fundum ipsum dimittere, & similiter tenens Fundum debet infra mensem Maij Domino Fundi præsentare, siuè assignare eundem, quibus casibus idem tenens Fundus nihilominùs Fundum ipsum habitare potest vsque, & per totum mensem Augusti eiusdem anni; ità tamen, quod ipse tenens Fundum per totum dictum mensem Augusti prædictam pensionem soluat, qua non soluta infra dictum mensem Augusti, Fundus pro ipso anno assignatus non habetur si Dominus voluerit, & tenetur pro sequenti anno pro eodem Fundo solitam præstare pensionem. fol. 192. & 202.

Si tamen in fundo ipso fuerint aliqui fructus pendentes, non obstante, quod habitationem Fundi dimittit in mense Augusti, percipit nihilominus fructus ipsos, vuas, & ficus, & alios fructus, scilicet cum ad maturitatem peruenerint, quod si fuerint caules potest colligere, & percipere, & non vltra. fol. 192. & 202.

Conductor Domus, Fundi, vel Terræ non potest Domum, Terram, vel Fundum ipsum Domino inuito alteri locare. fol. 192. & 202.

TITVLVS VIGESIMVSQVINTVS

Qui hæredes in locatione succedant.

Cum Terra, seù Fundus datur, seù conceditur in perpetuum alicui, & suis hæredibus ad laborandum, vt Colono, Partiario, vel ad pensionem in pecunia, vel victualibus consistentem; hæredum appellatio tantùm ad descendentes extenditur, nec possunt ipsi descendentes, qui hæredes sunt, si plures sunt diuidere inter se Terram ipsam, vel fundum sine voluntate Domini, Fundi, vel terræ, nec potest vxor coloni aliquam indè quartam petere ratione quartæ in bonis sibi à marito constitutæ. fol. 206.

TITVLVS VIGESIMVSSEXTVS

De Pignoribus.

Siquis aliquam rem mobilem alicui pignori obligauerit pro certa pecuniæ quantitate, & dum debitor ipse velit pignus redimere, & offerre pecuniam pro qua dicit pignus fortè obligatum, & creditor dicat pro maiori quantitate pecuniæ pignus esse obligatum, statur dicto creditoris cum Sacramento ipsius de pecunia credita vsque ad quantitatem valoris pignoris obligati. fol. 236.

Si creditor dicat pignus sibi obligatum se perdidisse, & quæstio est inter creditorem, & debitorem, de pignore, & valore ipsius in defectu plenæ probationis faciendæ per debitorem statur, & creditur de prædicto pignore dicto creditoris cum Sacramento, ità quod ipse creditor ipsam æstimationem pignoris, quam debitor plenè probat, vel in defectum probationis iuxta æstimationem factam per creditorem, vt dictum est sub suo iuramento præstare debitori tenetur, siue exindè ipsum debitorem seruare debeat indemnem, nisi tali modo probauerit creditor pignus se amisisse, quòd de iure communi damnum amissi pignoris respiciat debitorem; verùm in omnibus præmissis casibus non præiudicatur debitori, & eius hæredibus, si pignus ipsum quandocumque reperiretur penès creditorem, vel eius hæredes, vel penès alios quominus pignus ipsum petere possit, non obstante, quod aliquam pro ipso pignore, quod dicebatur esse perditum, debitor æstimationem acceperit. fol. 244.

T I-

TITVLVS VIGESIMVSSEPTIMVS

De operis noui nunciatione.

Siquis impediat constructionem alicuius ædificij denunciando quocumque modo nouum opus, vel defensam imponendo, vel prohibendo, vel aliter impediendo, & denuncians, siuè impediens vocatur saltim de tertio ad tertium diem ad iudicium ad petitionem eius, cui impedimentum præstatur, causa in citatione contenta, nisi veniat paratus cum libello, quem offerat ædificanti, uel ædificari facienti, quo libello inseratur iusta causa prohibitionis, seù impedimenti, quam probet infra terminum, quem Iudices competentem æstimauerint, non attento tempore à lege statuto, per Iudices danda est licentia ædificare volenti, quod ædificet. fol. 248.

Idem est siquis prohibeat, vel impediet aliquem, vel defensam imponat alicui, ne per terram prohibentis eat, vel aliquid faciat, quia impeditus potest facere vocari in ius eo modo, vt proximè dictum est, impedientem, qui impediens nisi offerat libellum, inserendo in eo iustam causam inhibitionis, seù impedimenti, vt dictum est, danda est licentia per Iudices prohibito de non seruando prohibitionem, & sic contra ipsam prohibitionem venire potest, nullo pro hoc proprietati præiudicio gerendo. fol. 350.

TITVLVS VIGESIMVSOCTAVVS

De Communi diuidundo.

Si fratres, vel aliqui habentes res communes, volunt à communione discedere, & non possunt conuenire qualiter diuidant, vnus debet diuidere, & alius eligere vnam de partibus diuisis; sed ille tenetur diuidere, cui plus datur ab altero, cui electio reseruatur, sicque inter eos, vel ipsos est licitationis locus in hoc videlicet; quod ille, qui plus dat alteri, sicq; alterum in licitando vincit partem, quam velit habere de partibus diuisis eligit pro arbitrio voluntatis. fol. 253.

Si tamen contingat mulierem, quę habet in bonis quondam mariti quartam, quę quarta sibi à quondam marito fuerat constituta, nec supersunt liberi ex communi matrimonio, per quod in plena proprietate quartam ipsam habere debet, velle cum hęredibus, seù successoribus mariti diuidere bona ipsa nullo pretio, nec aliquo dato hincindè, debet mulier primò diuidere bona ipsa in duas partes, de quibus hęredes, seù alij successores mariti eligunt sibi vnam, & reliquam partem hęredes, seù successores mariti debent diuidere in duas partes, quarum vnam mulier potest eligere iuxta votum. Idem seruatur in cęteris diuisionibus similis communionis. fol. 258.

TITVLVS VIGESIMVSNONVS

De Glande legenda.

Si arbor vicini pendet supra Domum, Fundum, Terram, vel Aream alterius, potest tàm ipse in cuius Terra est Arbor, quàm ipse in cuius Domum, Fundum, Terram, vel Aream, pendet, totum, quod sic impendet, incidere, quod si nolit incidere, fructus prouenientes ex ipso, quod impendet communes sunt, & in cuius Domo, Terra, Fundo, vel Area, impendet, & illi, in cuius Fundo, vel Terra arbor est. fol. 269.

TITVLVS TRIGESIMVS

De contrahenda emptione, & arrhis dandis.

Venditionis cõtractus super bonis stabilibus est nullus ipso iure, nisi arrha data fuerit ab emptore, vel rei venditæ possessio tradita, etiam si stipulatio interuenerit. fol. 271.

TITVLVS TRIGESIMVS PRIMVS

De Ripa, vel Efrico.

Si duorum Terræ sint confines, quarum vna est in eminentiori loco alia in inferiori, siuè in loco depresso, ripa supra quam est terra, quæ in eminentiori loco est, licet sit immediate coniuncta terræ inferiori, siuè quæ est in loco depresso, eius est, cuius est terra in eminentiori loco existens, nisi ostendatur, siuè distinguatur vna terra ab alia per terminos finales, vel per instrumentum publicum, per quod dicatur, & declaretur, esse eius, qui inferiorem terram, siuè terram, quæ est in loco depresso habet, & quod seruatur in Ripa, idem in eo secundum vulgarem vsum loquendi Neapolis Efricum dicitur, habens tamen terram inferiorem, siuè in loco depresso, potest propè Ripam, siuè Efricum cum Bobus iunctis arare terram suam, & tantum in quantum potest cum ipsis Bobus iunctis arando terram suam poterit appropinquare ad Ripam, & Efricum. fol. 283.

TITVVLS TRIGESIMVS SECVNDVS ET VLTIMVS

De in integrum restitutione minorum.

Pupillus, qui vendidit, vel aliter contrahit cum Tutoris autoritate, seù cum autoritate alicuius, dati ad ipsum contractum eidem pupillo per homines plateæ, seù tocci, in quo idem pupillus habitat, qui sic datus secundum vulgarem vsum loquendi Neap. dicitur Abocator, contra eum, cum quo contrahit, eiusque hæredem, vel alium habentem causam ab ipso cõtrahente cũ pupillo recursum, scilicèt, non habet nisi in subsidium, discusso dicto Tutore, siuè Abocatore, & eo non inuencto soluendo, ità quod per res, & bona ipsius Tutoris, siuè Abocatoris non possit prouideri indemnitati pupilli; In eo enim, in quo non inuenitur soluendo Tutor, vel Abocator ad rem distractam, & alienatam, pupillus habere potest recursum, proùt iura communia ei permittunt. Quæ dicta sunt de Abocatore habent locum in prædictis pupillis Ciuibus, siuè habitatoribus Ciuitatis Neap.; pupillis verò Rusticis, siuè in rure habitantibus in contractibus Abocator datur per homines illius plateæ, siuè tocci Ciuitatis Neap. de qua platea, siuè tocco volunt ipsi pupilli. fol. 287.

Datum Neap. per manus eiusdem Bartholomæi de Capua Militis Logothetæ, & Protonotarij Regni Siciliæ. Anno Domini 1306. die 20. Martij 4. Indict. Regnorum nostrorum anno 20. feliciter, Amen. fol. 298.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 17. mensis Augusti 1677. fuit dictum, quod Reu. Pat. Antonius Rossi Soc. Iesu reuideat, & in scriptis referat eidem Congregationi, &c.

Franciscus Scanagata Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentissimi.

COnsideraui diligenter opus, cui titulus *Nomothecium Parthenopaeum*, *siuè Iuris Neapolitani Promptuarium*; *Authore V. I. D. Vincentio Brilla*; & in eo nihil aduersus bonos mores, aut sanam doctrinam, offendi; quinimò plurima, quæ singularem Authoris eruditionem ostendunt, ideò dignum iudico, quod imprimatur. Neap. ex Domo Professorum Soc. Iesu, die 18. Ian. 1678.

Antonius Rossi Soc. Iesu.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub 26. Ianuar. 1678. fuit dictum, quod stante retroscripta relatione, Imprimatur.

Franciscus Scanagata Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentissimi.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Dottore Vincenzo Brilla, supplicando dice à V.E., come intende dare alla luce alcune sue fatiche, fatte in commentare le Consuetudini di questa Fidelissima Città sua Patria, notando anco le conuenienze, e discordanze, che trà quelle, e le leggi così del Regno, come Communi, si trouano, e trattando le questioni, che possono occorrere nella stessa materia; Per tanto la supplica restar seruita darli licenza, perche si possono stampare, vt Deus, &c.

Magnificus V.I.D. Blasius Altimari videat, & inscriptis S.E. referat.

Galeota Regens. Carrillo Regens. Calà Regens. Soria Regens.

Die 15. Aprilis 1676.

OMni, qua potui diligentia legi, & accuratè consideraui *Nomothecium Parthenopaeum*, *siuè Iuris Neapolitani Promptuarium*, *Authore Vincentio Brilla V.I.D. Neapolitano*, & nihil in illo inueni repugnans Regali Iurisdictioni, imò opus est vtillimum, & necessarium Exteris, & Regnicolis Iuris Professoribus, & proindè imprimi posse, censeo, si ità videbitur Excellentiæ Vestræ, cui me submitto, & æternam fœlicitatem deprecor ex ædibus nostris die 8. mensis Februarij 1678.

Excellentiæ Vestræ

Humillimus Seruus
Blasius Altimarus.

Visa supradicta relatione Imprimatur, verùm in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Galeota R. Carrillo R. Valero R. Calà R. Soria R.

Prouisum per S. E. Neap. die 15. Februarij 1678.

Comus.

NO-

NOMOTHECIVM PARTHENOPÆVM,

Siuè

Iuris Neapolitani Promptuarium.

OPERIS APPARATVS.

De Consuetudinis præstantia, definitione, & origine in Ciuitate Neapolitana, & de viribus Constitutionum Regni, Iurisq; communis Romanorum.

SVMMARIVM.

Consuetudo omnium interpres, num.1.
Consuetudo praualet cuicumq; legi, num.2.
Consuetudo valet etsi non scripta, num.3.
Consuetudo debet tamen scribi ad perpetuam memoriam,& euidentiam rei, n.4.
Opinionum discrepantia dubia causat, n.5.
Consuetudo definitur à Napodano, n.6.
Consuetudines Neapolitanæ, quamnam originem habuerint, n.7.
Consuetudines Neapolitanæ extenduntur ad Casalia, num.8.
Suburbia, & Casalia continentur nomine territorij, num.9.
Constitutiones Regni vigent in casibus omissis à consuetudine, n.10.
Constitutiones Regni dicuntur ius commune in Regno, num.11.
Ius Romanorum tertium locum obtinet inter Ciues Neapolitanos, n.12.
Bona Neapolitanorum laicorum extra confinia posita, vel exterorum, & clericorum intra districtum, cui nam iuri subiaceant remissiuè, num. 13.

1 *Onsuetudo* summa rerum interpres, *l. cum de nouo 10. C.de leg. & constit. Prin. l.si de interpretatione 37.ff.de leg.& Sen.Consult.*vtpotè vsus vnanimi populorum consensu firmatus, ac proprijs cuiusq; gentis moribus constitutus, adeò præter cæteras sanctiones digna, vt vel ipsas Principum *Con-*
2 *stitutiones* non modò æquauerit obseruantia, verùm etiam eminentiore dominatu precucurrerit: quippèquæ voluntario nexu mancipatos animos ad inuectos mores seruandos consolidat, summo imperio ciuium voluntates temperat, àc moderatur, *l.de quibus 32.ff. eod.* Quò minus quidem scripta,eò magis ho-
3 minum mentibus insita, semperq; siuè scripta, siuè non scripta validæ legis instar obtinet; vetat enim, imperat, plectit non dum scripta, in populorum moribus constituta, soloq;vsus experimento tradita esse,quandoq; perhibetur:ipsa profectò sibi inditam rationis facem, quam sequatur, præferens, nulla penitùs emendicata scripturæ sanctione indiget, vt lex habeatur.

Hanc verò non accipere à maioribus modò, sed literis mandare, quàm necessarium sit, negare, quis poterit? Silent simultates inter consuetudines, vbi perpetuis firmantur typis, ac memoriæ, quæ rerum thesaurus
4 est, nihil detrahere poterit longinqua temporum vetustas, *l.contrahitur 4.ff. de pignor. l.3. C.de veter.iur.enucl.*Quin etiã dubijs, quæ ab
5 opinionum inter se discrepantium certamine demanant, atq; obscuritate, quæ verbosa peritorum affluentia mirum augescit in modũ, semotis, veritas in scriptura extat inconcussa.

Hinc *Napod.*Glossator *in proem.ad consuet.*
6 *fol.6.n.13. Consuetudinem, Municipalem legem à populo siuè maiori parte ipsius communiter,& legitimè constitutam* esse,descripsit: legis nomine generi attributo, cæterisq; vocibus ad speciem signandam, destinatis: nam imperante Principe, præcepti exequutio suscipienda subditis demandatur in lege, Populoq; siuè calculo, siuè tabella, siuè voce, siuè interrupta morum custodia ferente legem, eiusdem met dissoluta antea res præcepto constringitur.

Non aliter *Consuetudines* Neapolitanæ
7 exordium duxere, legesq; patrias,quæ ciuium inter frequentiam vagabantur, *Napod. in*

ipsa concessa fuerint alicui, eiusque hæredibus in perpetuum, vbi verò bona ipsa concessa sunt alicui, sibi, suisque hæredibus masculis, vel suis hæredibus ex suo corpore, vel ex se legitime descendentibus, vel eius prædecessoribus, per quos ad ipsum defunctum bona ipsa peruenerint, de cuius bonis quarta vxori debetur, licet in concessione ipsa dicatur in perpetuum, de bonis ipsis, sic concessis mulier quartam non habet, sed in bonis feudalibus, & ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis Personis libellario iure ad censum in emphyteusim, vel ad locationem in perpetuum, vel ad tempus concessis, mulier similiter quartam non habet, fol. 133.

Si cui militi ad certum seruitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente fæmina decesserit, quæ id seruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præstare possit, quàm masculus, & si in inuestitura minimè cautum sit, vt & fæminæ ad id adspirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimò hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant, quod multò magis dignum obseruantia æstimauimus, cum feudum sic datum est, vt nullum pro eo seruitium indè fiat, vt pleraque hodie feuda dantur, fol. eod.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS

De Iure primæ quartæ.

Si de bonis, seù hæreditate alicuius plures quartæ debentur, videlicet, quãdo aliquis in bonis suis vxori suæ quartam constituit, qui suæ prædecessit vxori, filijs communibus derelictis, postea quæ aliquis ex ipsis filijs duxit vxorem, & eidem quartam in bonis suis constituit consensiente matre, & deindè præmoritur filius vxori suæ, & matri, non obstante consensu matris, & Constitutione quartæ prædictæ de bonis ipsis mater præaccipit quartam suam, & de reliquis bonis ad ipsum filium spectantibus nurus quondam percipit quartam suam. fol. 134.

TITVLVS DECIMVSQVINTVS

De Patre recipiente dotes insimul cum vxore. & filio, qualiter teneatur ad restitutionem.

Filio ducente vxorem, & dotem recipiente cum consensu patris, & matris, vel aliorum superiorum, vel alterius eorum, & decedente viuis ipsis parentibus, qui consensum prestant in dote, ipsi filio recipienti; parentes ipsi non tenentur ad restitutionem dotis ipsius, nisi cum parentes ipsi mortui fuerint, tunc enim heredes ipsorum parentum tenentur ad dotes ipsas vsque ad concurrentem quantitatem, seù valorem partis bonorum ipsorum parentum, quę contingeret prędictum quondam filium, si tempore mortis ipsorum parentum viueret. fol. 135.

Si pater, & mater, eorumque filius simul conscripti sunt in instrumento dotali recepisse dotem, datam filio, & dos ipsa est in casu restitutionis, pater tantùm ad restitutionem eius tenetur, si est soluendo. fol. 135.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS

In quibus casibus licet authoritate propria pignorare.

Pro pensione Domus, Terræ, Terratici, Fundi, vel alterius Possessionis, & alijs proindè debitis, item pro bene laborandis, & colendis terris, & vt competenti tempore laborationis di-

discutiat, & alia, quæ sunt necessaria ad agriculturam faciant, & fructuum recollectionem, & pro damnis illatis in terris ipsis per laboratores ipsos, & alios de ipsorum familijs, siuè eorum animalibus licitum, & permissum est domino ipsarum Terrarum, & Domorum, vel Possessori authoritate propria per se, & per alios pignorare Colonos Inquilinos, Laboratores, & Partiarios Colonos eorum. fol. 137. & 139.

Si aliquis dederit animalia alicui ad menandum, potest pro menando pro ipso animalis debito authoritate propria per se, & familiam suam tenentem animalia ad menandum pignorare, capiendo ipsa animalia, vel de alijs rebus mobilibus tenentes ipsa animalia ad menandum. fol. 137. & 139.

Pro debito autem, quod tenens animalia debet domino animalium pro medietate ipsorum animalium, animalia ipsa tantùm potest dominus animalium authoritate propria per se, & per alium capere, siuè pignorare, & tàm in casu præsenti, quàm superiori proximo de menando, viuentibus ipsis animalibus, pignoratio ipsa authoritate propria fit non post mortem animalium prædictorum. fol. 137. & 139.

Baiulis Neapoli non est licitum secundum Consuetudinem Neapolis, absque licentia Iudicum aliquam pignorare, vel facere pignorari. fol. 137.

Nõ creditur serulēti Neapolis dicēti, aliquē negasse sibi pignus, nisi id probet. f. 137. & 139.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS

De Iure Congrui.

Siquis emit Domum, Fundum, vel Terram, vel aliam rem immobilem, collateralem Domui, Fundo, vel Terræ alicuius, emptor tenetur infra annum vnum, numerandum à die scientiæ illius habentis Domum, Fundum, vel Terram collateralem ex lateribus ipsius rei emptæ, rem ipsam emptam si eam possidet, præcisè absque alterius præstatione interesse, dare prout appretiata fuerit per appretiatores Neapolis ipsi habenti Domum, Fundum, vel Terram collateralem, ipsamque infra annum petenti prædictum. Verùm si duo sunt collaterales, vnus ex latere vno, alius ex latere altero, ambo possunt iure prædicto petere ab emptore, eodemque possessore, eiusque tantùm vniuersali successore Domum, Fundum, vel Terram ipsam, quilibet videlicet pro medietate, non habita distinctione magnitudinis possessionum alterutrius ex ipsis habentibus Domos, Fundos, vel Terras collaterales rei emptæ. fol. 157. & 162.

Vbi Domus, Fundus, vel Terra, quæ venduntur, habent latera, iuxta quæ est via publica, terra Ecclesiæ, vel terra alicuius Rustici, siuè Habitatoris Neapolis, qui non sit liberæ cõditionis, sicuti communiter alij Ciues Neapolis, tunc habentes Domos, Terras, vel Fundos à capitibus ipsius rei emptæ possunt petere rem ipsam emptam iure congrui ab emptore, eodemque possessore, eiusque Vniuersali successore, cum Rustici, & alij non liberæ conditionis homines, & Ecclesia prædictum ius congrui contra Ciues Neapolitanos pro Terris, Fundis, & Domibus emptis vbicumque in Neapoli, & Territorijs eius sitis contra Ciuem, & Habitatorem Ciuitatis Neapolis exercere non possunt. Ciues autem contra ipsos Rusticos ius ipsum possunt liberè exercere. fol. 165.

Si Ecclesia emat Domum, Fundum, vel Terram, non potest aliquis ratione congrui aliquid iuris petere in re ipsa empta, & è conuerso Ecclesia non potest petere, siuè impetere aliquem ratione congrui pro Domo, Fundo, vel Terra empta ab aliquo habente Domum, Fundum, vel Terram Collateralem Domui, Fundo, vel Terræ Ecclesiæ. fol. 166.

Si

Si ex vno latere Fundi, Terræ, vel Domus emptæ sint Possessiones diuersarum Personarum, & ex alio latere rei emptæ sit vnus tantùm, qui Domum, Fundum, vel Terram Collatelem possidet, ille vnus, qui solus possidet ex vno latere integram medietatem totius ipsius rei emptæ petere potest iure congrui prædicti, & alij diuersi Possessores, qui sunt ex alio latere petere possunt iure prædicto reliquam medietatem rei emptæ, quilibet videlicet pro ea parte, quę est iuxta Domum, Fundum, vel Terram suam; verùm si vnus tantùm de collateralibus pro parte sua velit ius congrui exercere, alijs coniunctis, & collateralibus subsistentibus & nolentibus, emptor potest exercentem ius congrui excludere, nisi totam Domum, Fundum, vel Terram emptam velit iure prædicto habere appretiatam per appretiatores, vt superiùs dictum est. fol. 167.

Siquis habet Domum inferiorem solo immediatè coniunctam, & alius habet Domum superiorem supra ipsam Domum inferiorem constitutam, & eorum aliquis Domum suam vendat, siuè habens inferiorem, siuè habens superiorem, alius, qui non vendit domum suam, potest iure congrui ab emptore ipsam petere, exclusis habentibus Domos coniunctas ex lateribus, & capitibus. Insuper siquis habet Domum communem pro indiuiso cum aliquo, & partem suam vendat, tunc alius, qui partem suam non vendit, potest iure congrui ab emptore alterius partis partem ipsam petere, exclusis omnibus alijs, & idem in Fundis, Terris, & alijs rebus immobilibus, fol. 167.

Si Domus habeat tria Membra, siuè Solaria, siuè plura, vnum supra aliud, etsi diuersorum Dominorum, & vnus ipsorum Dominorum vendat suum Solarium, emptor tenetur ipsum Solarium emptum iure congrui dare habenti Solarium proximum ex parte inferiori ipsi Solario vendito, vt si sint tria Solaria, & vendatur Solarium medium, habens Domum inferiorem, & solo contiguam, ius congrui pro Solario medio vendito exercere potest, excluso habente extremum Solarium, quod superius constitutum est. Et similiter si vendatur Solarium extremum, supra quod Solarium aliud Solarium non est, habens medium Solarium ius congrui poterit tantùm exercere, cum ipsum Solarium medium sit immediatè proximum dicto Solario vendito, etsi vendatur Solarium infimum, ille, qui habet Solarium supra ipsum immediatè, possit illud iure congrui petere. fol. 167.

TITVLVS DECIMVS OCTAVVS

In quo casu stetur dicto Coloni, Partiarij, Coloni simplicis, &c.

Si est quæstio inter aliquos Ciues Neapolis, quod fortè vnus prohibeat, vel alter impediat culturam terræ, vel perceptionem fructuum, vel etiam pensiones Terræ, vel Domus, & alius, in cuius præiudicium hoc fieri dicitur, veniat ad iudicium cum Partiario, Colono, vel Inquilino, vocato ad iudicium eo, qui dicitur impedimentum præstare præsente, vel per contumacium absente, sine libello, & petitione aliqua si tactis Sacrosanctis Euangelijs, Partiarius, Colonus, vel Inquilinus, interrogati per Iudices dicant, se esse Partiarium, Colonum, vel Inquilinum eius, in cuius præiudicium dicitur molestia fieri, vel aduersarij molestiam inferentis, eius dicto statur quantum ad hoc tantùm, vt mandetur ei per Iudices, quod de fructibus respondeat, redditibus, & pensione rei illi, cuius se esse dicit Inquilinum, Partiarium, vel Colonum, & quæstioni proprietatis, & possessionis Terræ, vel Domus nullo per hoc præiudicium generando: sed iure quolibet tàm super proprietate, quàm super possessione vtrique parti integrè reseruato, necnon & iure quod læso competit, vel competere potest contra Partiarium, Colonum, vel Inquilinum propter periurium, mendacium, siuè dolum ipsius Inquilini, Partiarij, vel Coloni. fol. 170.

TITV-

TITVLVS DECIMVSNONVS

De Testimonio Rusticorum.

In causis ciuilibus prater quàm in casu in proximo capitulo contento, & in seruitutibus Rusticis contra Ciuem Neapolis dictum Rustici fidem non facit, nisi sit legitimus numerus testium Rusticorum productus, & tunc vsque ad summam vnius tareni Amalphiæ pro quolibet Rustico teste, & non vltra contra Ciuem Rusticorum ipsorum testimonio credatur. fol. 173.

Si Rusticus, vel Villanus Terram, Fundum, vel Domum, vel rem aliam immobilem tenens impetatur ab aliquo Ciue Neapolitano, dicente, rem ipsam immobilem, de qua impetitur Rusticus, vel Villanus ad se iure dominij, vel quasi spectare, & Ciuis ipse probat, quod Rusticus ipse, vel antecessores Rustici eidem petenti, vel antecessoribus petentis tempore quocumque de re ipsa immobili semel saltem pensionem præstitit, vel semel vt domino de fructibus respondit, vel si Rusticus, & antecessores sui ab ipso quæstionem referente tenuit ad pensionem, vel ad laborandum, vel probat per instrumenta sua, siue instrumenta, quæ dicuntur, Notitiæ, inter se, & alios acta, vel instrumenta vicinorum habentium terras, fundos, vel domos vicinos rei, de qua refertur quæstio signantia in demonstratione, seù designatione Finium, quod res ipsa, de qua est quæstio, sit eius, vel antecessorum ipsius, qui refert Rustico, vel Villano quæstionem, non obstante præscriptione etiam longissimi temporis, possessio illius rei immobilis adiudicatur Ciui petenti, nisi Rusticus, vel Villanus suæ possessionis titulum demonstret per publica documenta; tunc enim locus est iuri communi: verùm tamen adiudicatio possessionis ipsius iuri proprietatis alterius non obsistit. fol. 173.

Quicumque habens terram propriam recipit ad laborandum, vel ad pensionem in pecunia, vel in victualibus præstandam terram Collateralem ipsi terræ laboratoris ab aliquo, & per dantem terram ad laborandum, vel pensionem, refertur quæstio, quod dicat fortè maiorem esse quantitatem terræ, quam dedit ad laborandum, vel pensionem, laboratore dicente minorem, nisi laborator ostendat per instrumenta de quantitate terræ, quam laborator dicit esse suam, in tantùm de dicta terra, seù possessione dictæ terræ ipsi danti terram ad laborandum, vel ad pensionem adiudicatur in quantum ipse asserit esse suum, & idem obseruatur in Fundis. fol. 173.

TITVLVS VIGESIMVS

De Seruitutibus.

Siquis habens Terram, non tamen Viam, cui terræ circumcirca sint terræ aliorum vicinorum, nec apparet vndè viam, iter, vel actum habet ad terram ipsam, potest petere sibi concedi iter, viam, vel actum per terram vicini, per quam propinquus ire possit ad viam publicam, vel viam carrariam, seù quæ breuiori spatio distet à via publica ad terram ipsam, quæ viam, iter, vel actum habere non apparet ex constitutione, vel vsu longo. fol. 177.

Siquis habet parietem, in quo sit fenestra, dossitia, vel qualibet alia apertura pro aspectu, vel lumine ingrediendo, qui paries sit iuxta Curtim, Domum, vel Hortum alicuius Vicini, & Vicinus vult ex opposito ad aperturas, quæ sint in dicto pariete ædificare in Horto, Curti, vel Domo sua, debet per palmos cannæ duodecim elongare se, & eatenus distare debet ædificium, quod construit à dicto pariete, ità tamen quatenus ædificium nouum, quod

 fit,

fit, fieret ex opposito ad dictas dossitias; vel etiam aperturas. fol. 177.

Et si ex latere ad dictum parietem in partem vbi Dossitia, vel aliqua Apertura est ædificatum vicinus habens Hortum, Curtim, vel Domum coniunctam ad dictum Parietem ædificare velit, potest ædificare, vt in altum extollere ipsum ædificium pro libito voluntatis, & coniungere ædificium, quod facit ipse Parieti, dum tamen ab ipsa apertura, seù à latere ipsius aperturæ prolonget ędificium, quod facit per palmos cannæ duos, & duas partes vnius palmi. Potest tamen vicinus habens Domum, Hortum, vel Curtim vicinam dicto Parieti in ipsũ Parietem immittere Tigna, & alia onera ædificij, quod facit; similiter immittere in ipsum Parietem vicini, vbi pro aspectu habendo non est; verum si velit tectum facere, quod recumbat ad ipsum parietem de subtus ab ipsa dossitia, siuè alia apertura, quę est in ipso pariete pro lumine tantùm ingrediendo per palmum vnum cannæ ædificet; si autem velit astricum facere, debet de subtus ab ipsa dossitia, vel alia apertura, quæ non est pro aspectu habendo, sed pro lumine tantùm ingrediendo per spatium cannæ vnius ędificare, soluto tamen pretio medietatis ipsius Parietis, & Soli, in quo dictus Paries est fundatus ab ipso volente ædificare ipsi, cuius est Paries, & Solum prædictum; nisi fortè ab ipso volente ędificare probetur dictum Parietem, & solum esse communia. fol. 177.

Sed si recumbat ipsum ędificium ad Parietem vicini sine onere ipsius Parietis, id est, quod nõ immittatur in ipso Pariete aliqua materia lignea, vel lapidea, seù quęcumque alia, nisi fortè capita tegularum, vbi fit tectum, vel lacertum, vbi fit astrecum, debet quartam partem æstimationis ipsius Parietis, & Soli præstare ipsi habenti Parietem. fol. 177.

Et vbicumque fit mentio de apertura, intelligitur dossitia, rotum rotundum, vel apertura ad modum fenestrę cum cantonibus factę: & vbi pręstari debet ęstimatio partis parietis, vt dictum est, intelligendum est de pariete in quantum alius ędificium, quod facit, appodiat, seù onera domus suę immittit à fundamento ipsius parietis vsque ad locum, in quo appodiat, vel onera immittit, non vltra. fol. 177.

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS

De Aperturis non faciendis.

Vbi aliquis construi facit ędificium in solo suo, vbi aliàs ędificium non fuit iuxta solum vicini, non est sibi licitum pennam Tecti, vel Astraci, Dossitiam, vel aliquam aperturam facere in pariete, quem construxit iuxta Solum vicini, nisi à regione vicini per palmos duodecim à remotis ędificet; tunc enim potest aperturas facere in ipso pariete, iuxta suę arbitrium voluntatis. fol. 182.

Siquis habet supra, siue iuxta Domum, Hortum, locum, vel aream vicini, in qua Domo sunt Dossitię, vel alię aperturę supra ipsam Domum, Hortum, locum, vel aream vicini, si Domum suam velit altius extollere, & facere aliud Solarium, siuè membrum, potest in ipso Solario, siuè membro, quod de nouo constituit tot dossitias, & alias aperturas facere, quot habet in alio Solario, siuè membro veteri, quę dossitię, & aperturę non sint ampliores, nec longiores veteribus aperturis, & fiant in directum aliarum veterum aperturarum, & eodem modo, & forma potest facere in quolibet Solario, esto quod plura solaria faciat. fol. 182.

Contra habentem Casalenum, siuè Domum destructam circa seruitutes eiusdem Casaleni, & Domus faciendæ aliquis vicinus aliquas aperturas supra dictum Casalenum proijciendo, vel aliquid immittendo in ipsum Casalenum, vel aliquod in ipsius Casaleni, vel Domus destructę pręiudicium faciendo, pręscriptio etiam longissimi tẽporis, nõ obsistit. fol. 182.

Siquis

Siquis habens Curtim, vel Hortum iuxta Parietem Domus vicini, in quo pariete nulla est dossitia, vel apertura; est tamen in ipso pariete penna tecti, vel astraci, per quam stillicidia in ipsam Curtim, vel Hortum decurrunt, vel defluunt, velitque habens Curtim, vel Hortum in Curti, vel Horto, edificium construere iuxta vicini parietem coniungendo ædificium, quod facit parieti vicini. Et velit vltra pennam tecti, vel astrici ædificium construere, postquam edificauit vsque ad pennam tecti, vel astrici vicini prope per vnum palmum prolongando postmodum per vnum palmum vltra quam penna tecti, vel astrici vicini protenditur, potest in altum extollere edificium, quod facit, dum tamen supra edificium, quod facit, si fiat ibi astracum, construat parietem, qui protendatur in altum per spatium canne vnius ad minus, & hoc, vt qui ædificat non possit inspicere supra vicini ædificium, & in ipso pariete nulla sit apertura, ità quod aspectus haberi non possit supra domum vicini. fol. 182.

Et idem si per duos, tres, quatuor palmos, & vltra infra vnam cannam tulit ædificare quis subtus pennam tecti, vel astraci vicini, quia debet ab ipso edificio supra si astracum facit, parietem constituere, in quo non sit apertura aliqua, & sit ad minus spatium cannæ vnius, vt proximè dictum est. fol. 182.

Quod si nolit ipsum ædificium altius construere, quàm sit penna dicti tecti, vel astrici, sed intra siquidem ædificans astracum facere debet intantum à remotis subtus pennam tecti, vel astrici parietis vicini ipsum astracum facere, quantum est spatium canne vnius, quod si velit tectum facere, debet per palmum vnum canne subtus pennam tecti, vel astrici vicini tectum facere. fol. 182.

Vbi reperitur instrumentum diuisionis, quod Neapoli Notitia dicitur, & continetur in ipso instrumento, quod aliquis ipsorum, inter quos facta est ipsa diuisio, habere debeat aliquã aperturam, vel seruitutem aliam in parte alterum contingente, vel quod debet claudere aperturas ipsas, vel quod non debeat habere aliquas aperturas, præscriptio etiam longissimi temporis non obsistit illi ex consortibus, qui iuxta tenorem dicti instrumenti debet habere aperturam, vel seruitutem, & cuius fauore apertura claudenda erat, vel cuius fauore non debeat habere altius aperturam. Sed quoad ea perindè stetur ipsi instrumento, ac si nouissimè factum esset, siuè sint ipsi, inter quos est contemptio, fratres, siuè alij consortes, inter quos ipsa diuisio facta est, vel eorum hæredes, & successores, etiam singulares. fol. 182.

Amplius si in instrumento ipso non continetur expressè, quod alicui ipsorum consortum ab altero seruitus debeatur, licet alter inueniatur in possessione, vel quasi alicuius seruitutis, talis possessio, vel quasi non prodest possidenti, vel quasi etiam si per longissima tempora sine inquietitudine consortis, vel hæredum, eiusque etiam singularium successorum illud possederit, vel quasi possederit. fol. 182.

Inter seruitutes numerantur dossitiæ, & aliæ aperturæ. fol. 182.

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS

De faciendo Centimulo, & Paleis non tenendis in Domo.

Si velit quis in suo Pristinum, siuè Centimulum facere in pariete, qui ei communis est, & vicino, non licet immittere, siuè affigere trabem ipsius Centimuli, siuè Pristini. fol. 185.

Non licet alicui in Ciuitate in Domo sua propria, que sit coniuncta domui alterius paleas, vel fœnum, vel ligna tenere, & habere, nisi quatenus sufficiat pro vsu suo, & animalium,

malium, quę aliquis ad vsum suum, & domus suę habet, & idem est de lino in fuste non discusso, vt non possit quis in Domo sua propria coniuncta alterius domui linum ipsum tenere, vel habere, nisi illud tantùm, quod prouenit ex terris proprijs ipsius volentis in domo sua ipsum linum habere. fol. 185.

In domo conducta non licet conductori tenere, vel habere paleas, vel fœnum, nisi quod sufficiat pro animalibus, quę tenet ità tamen si ipse conductor ibidem habitet per se, non si seorsim moretur, nisi locus conductus sit gripta, vel lamia, verùm potest conductor stabularius pro hospitibus, siuè animalibus hospitum fęnum, vel paleam in domo conducta, vbi ipse personaliter moratur, habere tantum in Burgis Neapoli, & alibi, scilicet extra muros Ciuitatis Neapolis. fol. 185.

TITVLVS VIGESIMVSTERTIVS

De collatione expensarum in Domo communi facienda.

Si Domus habet plura Solaria, quæ sunt hominum diuersorum, & tectum, vel astracum supra, quod aliquid aliud non sit pręter aerem, reparatione indigeat, debet expensis communibus omnium prędictorum tectum ipsum, vel astracum reparari, quod si aliquod ex alijs astricis reparatione indigeat, debet expensis proprijs suppeditantis astracum, ipsum astracum reparari. fol. 190.

TITVLVS VIGESIMVSQVARTVS

De Locato, & Conducto.

Siquis conduxerit Domum, Terram, vel Fundum, & aliquid ibi ędificauerit, construxerit, siuè instituerit necessariò, vel vtiliter, seù affixerit, finito conductionis tempore, vel ante illud extollere non potest, nec à domino, siuè locatore impensam petere potest. Sed si domus locata necessaria refectione indigeat, & requisitus locator ab Inquilino infra quindecim dies post requisitionem retardauerit, siuè distulerit reparationem, & ipse Inquilinus suis sumptibus illud reparari fecerit post ipsos dies quindecim, potest, quod expenderit, pro rata in pensione debita computare. fol. 192. & 202.

Non potest Dominus terrę laboratori, seù Partiario terram tollere quolibet tempore anni, ante expletum mensem Augusti potest prohibere, siuè denunciare sibi, quod nolit terram ipsam ipsi laboratori, vel Partiario dimittere pro tempore futuro, tunc sublata indè Vindemia laborator, & Partiarius nihil iuris habent in terram. fol. 192. & 202.

E' conuerso laborator, seù Partiarius ipsam terram assignare Domino terrę potest per totum mensem Augusti, dum tamen pentionem in pecunia, vel victualibus consistentem, si quę debet pro terra ipsa soluat infra eundem mensem Augusti. fol. 192. & 202.

Quod si infra eundem mensem Augusti laborator, siuè Partiarius terram ipsam patrono non assignauerit, & pentionem, siuè terraticum non soluerit, vt est dictum, tenetur prosequenti anno, si Dominus terrę voluerit, laborare terram eãdem, & tenetur pręstare pentionem, siuè terraticum, sicut anno pręcedenti tenebatur. fol. 192. & 202.

In quocumque autem casu terra ipsa ad Dominum liberè peruenerit laborator ipse in vltima Vindemia, quam percipit, prout Partiarius, Colonus, uel in totum si de terra ipsa pręstat annuam pensionem, terram ipsam debet arare, seù secundum vulgare Neapolitanum imporcare. fol. 192.

Sed

Sed si Fundum aliquis alicui concessit ad annuam pensionem in pecunia, vel in Victualibus, siuè re alia consistente, debet de mense Maij ipsi, qui Fundum tenet denunciare, vel prohibere, quod non vult pro sequenti anno ipsi tenenti Fundum ipsum dimittere, & similiter tenens Fundum debet infra mensem Maij Domino Fundi præsentare, siuè assignare eundem, quibus casibus idem tenens Fundus nihilominùs Fundum ipsum habitare potest vsque, & per totum mensem Augusti eiusdem anni; ità tamen, quod ipse tenens Fundum per totum dictum mensem Augusti prædictam pensionem soluat, qua non soluta infra dictum mensem Augusti, Fundus pro ipso anno assignatus non habetur si Dominus voluerit, & tenetur pro sequenti anno pro eodem Fundo solitam præstare pensionem. fol. 192. & 202.

Si tamen in fundo ipso fuerint aliqui fructus pendentes, non obstante, quod habitationem Fundi dimittit in mense Augusti, percipit nihilominus fructus ipsos, vuas, & ficus, & alios fructus, scilicet cum ad maturitatem peruenerint, quod si fuerint caules potest colligere, & percipere, & non vltra. fol. 192. & 202.

Conductor Domus, Fundi, vel Terræ non potest Domum, Terram, vel Fundum ipsum Domino inuito alteri locare. fol. 192. & 202.

TITVLVS VIGESIMVSQVINTVS

Qui hæredes in locatione succedant.

Cum Terra, seù Fundus datur, seù conceditur in perpetuum alicui, & suis hæredibus ad laborandum, vt Colono, Partiario, vel ad pensionem in pecunia, vel victualibus consistentem; hæredum appellatio tantùm ad descendentes extenditur, nec possunt ipsi descendentes, qui hæredes sunt, si plures sunt diuidere inter se Terram ipsam, vel fundum sine voluntate Domini, Fundi, vel terræ, nec potest vxor coloni aliquam indè quartam petere ratione quartæ in bonis sibi à marito constitutæ. fol. 206.

TITVLVS VIGESIMVSSEXTVS

De Pignoribus.

Siquis aliquam rem mobilem alicui pignori obligauerit pro certa pecuniæ quantitate, & dum debitor ipse velit pignus redimere, & offerre pecuniam, pro qua dicit pignus fortè obligatum, & creditor dicat pro maiori quantitate pecuniæ pignus esse obligatum, statur dicto creditoris cum Sacramento ipsius de pecunia credita vsque ad quantitatem valoris pignoris obligati. fol. 236.

Si creditor dicat pignus sibi obligatum se perdidisse, & quæstio est inter creditorem, & debitorem, de pignore, & valore ipsius in defectu plenæ probationis faciendæ per debitorem statur, & creditur de prædicto pignore dicto creditoris cum Sacramento, ità quod ipse creditor ipsam æstimationem pignoris, quam debitor plenè probat, vel in defectum probationis iuxta æstimationem factam per creditorem, vt dictum est sub suo iuramento præstare debitori tenetur, siue exindè ipsum debitorem seruare debeat indemnem, nisi tali modo probauerit creditor pignus se amisisse, quòd de iure communi damnum amissi pignoris respiciat debitorem; verùm in omnibus præmissis casibus non præiudicatur debitori, & eius hæredibus, si pignus ipsum quandocumque reperiretur penès creditorem, vel eius hæredes, vel penès alios quominus pignus ipsum petere possit, non obstante, quod aliquam pro ipso pignore, quod dicebatur esse perditum, debitor æstimationem acceperit. fol. 244.

TITVLVS VIGESIMVSSEPTIMVS

De operis noui nunciatione.

Siquis impediat constructionem alicuius ædificij denunciando quocumque modo nouum opus, vel defensam imponendo, vel prohibendo, vel aliter impediendo, & denuncians, siuè impediens vocatur saltim de tertio ad tertium diem ad iudicium ad petitionem eius, cui impedimentum præstatur, causa in citatione contenta, nisi veniat paratus cum libello, quem offerat ædificanti, uel ædificari facienti, quo libello inseratur iusta causa prohibitionis, seù impedimenti, quam probet infra terminum, quem Iudices competentem æstimauerint, non attento tempore à lege statuto, per Iudices danda est licentia ædificare volenti, quod ædificet. fol. 248,

Idem est siquis probibeat, vel impediet aliquem, vel defensam imponat alicui, ne per terram probibentis eat, vel aliquid faciat, quia impeditus potest facere vocari in ius eo modo, vt proximè dictum est, impedientem, qui impediens nisi offerat libellum, inserendo in eo iustam causam inbibitionis, seù impedimenti, vt dictum est, danda est licentia per Iudices probibito de non seruando probibitionem, & sic contra ipsam probibitionem venire potest, nullo pro boc proprietati præiudicio gerendo. fol. 350.

TITVLVS VIGESIMVSOCTAVVS

De Communi diuidundo.

Si fratres, vel aliqui, habentes res communes, volunt à communione discedere, & non possunt conuenire qualiter diuidant, vnus debet diuidere, & alius eligere vnam de partibus diuisis; sed ille tenetur diuidere, cui plus datur ab altero, cui electio reseruatur, sicque inter eos, vel ipsos est licitationis locus in boc videlicet, quod ille, qui plus dat alteri, sicq; alterum in licitando vincit partem, quam velit babere de partibus diuisis eligit pro arbitrio voluntatis. fol. 253.

Si tamen contingat mulierem, quę babet in bonis quondam mariti quartam, quę quarta sibi à quondam marito fuerat constituta, nec supersunt liberi ex communi matrimonio, per quod in plena proprietate quartam ipsam babere debet, velle cum hęredibus, seù successoribus mariti diuidere bona ipsa nullo pretio, nec aliquo dato bincindè, debet mulier primò diuidere bona ipsa in duas partes, de quibus hęredes, seù alij successores mariti eligunt sibi vnam, & reliquam partem hęredes, seù successores mariti debent diuidere in duas partes, quarum vnam mulier potest eligere iuxta votum. Idem seruatur in cęteris diuisionibus similis communionis. fol. 258,

TITVLVS VIGESIMVSNONVS

De Glande legenda.

Si arbor vicini pendet supra Domum, Fundum, Terram, vel Aream alterius, potest tàm ipse in cuius Terra est Arbor, quàm ipse in cuius Domum, Fundum, Terram, vel Aream, pendet, totum, quod sic impendet, incidere, quod si nolit incidere, fructus prouenientes ex ipso, quod impendet communes sunt, & in cuius Domo, Terra, Fundo, vel Area, impendet, & illi, in cuius Fundo, vel Terra arbor est. fol. 269,

TITV-

TITVLVS TRIGESIMVS

De contrahenda emptione, & arthis dandis.

Venditionis cõtractus super bonis stabilibus est nullus ipso iure, nisi arrha data fuerit ab emptore, vel rei venditæ possessio tradita, etiamsi stipulatio interuenerit. fol. 271.

TITVLVS TRIGESIMVSPRIMVS

De Ripa, vel Efrico.

Si duorum Terræ sint confines, quarum vna est in èminentiori loco alia in inferiori, siuè in loco depresso, ripa supra quam est terra, quæ in eminentiori loco est, licet sit immediatè coniuncta terræ inferiori, siuè quæ est in loco depresso, eius est, cuius est terra in eminentiori loco existens, nisi ostendatur, siuè distinguatur vna terra ab alia per terminos finales, vel per instrumentum publicum, per quod dicatur, & declaretur, esse eius, qui inferiorem terram, siuè terram, quæ est in loco depresso habet, & quod seruatur in Ripa, idem in eo secundum vulgarem vsum loquendi Neapolis Efricum dicitur, habens tamen terram inferiorem, siuè in loco depresso, potest propè Ripam, siuè Efricum cum Bobus iunctis arare terram suam, & tantum in quantum potest cum ipsis Bobus iunctis arando terram suam poterit appropinquare ad Ripam, & Efricum. fol. 283.

TITVVLS TRIGESIMVSSECVNDVS ET VLTIMVS

De in integrum restitutione minorum.

Pupillus, qui vendidit, vel aliter contrahit cum Tutoris autoritate, seù cum autoritate alicuius, dati ad ipsum contractum eidem pupillo per homines plateæ, seù tocci, in quo idem pupillus habitat, qui sic datus secundum vulgarem vsum loquendi Neap. dicitur Abocator, contra eum, cum quo contrahit, eiusque hæredem, vel alium habentem causam ab ipso cõtrahente cũ pupillo recursum, scilicèt, non habet nisi in subsidium, discusso dicto Tutore, siuè Abocatore, & eo non inuencto soluendo, ità quod per res, & bona ipsius Tutoris, siuè Abocatoris non possit prouideri indemnitati pupilli; In eo enim, in quo non inuenitur soluendo Tutor, vel Abocator ad rem distractam, & alienatam, pupillus habere potest recursum, proùt iura communia ei permittunt. Quæ dicta sunt de Abocatore habent locum in prædictis pupillis Ciuibus, siuè habitatoribus Ciuitatis Neap.; pupillis verò Rusticis, siuè in rure habitantibus in contractibus Abocator datur per homines illius plateæ, siuè tocci Ciuitatis Neap. de qua platea, siuè tocco volunt ipsi pupilli. fol. 287.

Datum Neap. per manus eiusdem Bartholomæi de Capua Militis Logothetæ, & Protonotarij Regni Siciliæ. Anno Domini 1306. *die* 20. *Martij* 4. *Indict. Regnorum nostrorum anno* 20. *fæliciter, Amen. fol.* 298.

In

NOMOTHECIVM PARTHENOPÆVM, Siuè Iuris Neapolitani Promptuarium.

OPERIS APPARATVS.

De Consuetudinis præstantia, definitione, & origine in Ciuitate Neapolitana, & de viribus Constitutionum Regni, Iurisq; communis Romanorum.

SVMMARIVM.

*Consuetudo omnium interpres, num.*1.
*Consuetudo praeualet cuicumq; legi, num.*2.
*Consuetudo valet etsi non scripta, num.*3.
*Consuetudo debet tamen scribi ad perpetuam memoriam,& euidentiam rei, n.*4.
*Opinionum discrepantia dubia causat, n.*5.
*Consuetudo definitur à Napodano, n.*6.
*Consuetudines Neapolitanæ, quamnam originem habuerint, n.*7.
*Consuetudines Neapolitanæ extenduntur ad Casalia, num.*8.
*Suburbia, & Casalia continentur nomine territorij, num.*9.
*Constitutiones Regni vigent in casibus omissis à consuetudine, n.*10.
*Constitutiones Regni dicuntur ius commune in Regno, num.*11.
*Ius Romanorum tertium locum obtinet inter Ciues Neapolitanos, n.*12.
Bona Neapolitanorum laicorum extra confinia posita, vel exterorum, & clericorum intra districtum, cui nam iuri subiaceant remissiuè, num. 13.

1 *Onsuetudo* summa rerum interpres, *l. cum de nouo* 10. *C.de leg. & constit. Prin. l.si de interpretatione* 37.*ff.de leg.& Sen.Consult.* potè vsus vnanimi populorum consensu firmatus, ac proprijs cuiusq; gentis moribus constitutus, adeò præter cæteras sanctiones digna, vt vel ipsas Principum *Con-*
2 *stitutiones* non modò æquauerit obseruantia, verùm etiam eminentiore dominatu precucurrerit: quippèquæ voluntario nexu mancipatos animos ad inuectos mores seruandos consolidat, summo imperio ciuium voluntates temperat, ac moderatur, *l.de quibus* 32.*ff. eod.* Quò minus quidem scripta,eò magis ho-
3 minum mentibus insita, semperq; siuè scripta, siuè non scripta validæ legis instar obtinet; vetat enim, imperat, plectit non dum scripta, in populorum moribus constituta, soloq;vsus experimento tradita esse,quandoq; perhibetur:ipsa profectò sibi inditam rationis facem, quam sequatur, præferens, nulla penitùs emendicata scripturæ sanctione indiget, vt lex habeatur.

Hanc verò non accipere à maioribus modò, sed literis mandare, quàm necessarium sit, negare, quis poterit? Silent simultates inter consuetudines, vbi perpetuis firmantur typis, ac memoriæ, quæ rerum thesaurus
4 est, nihil detrahere poterit longinqua temporum vetustas, *l.contrahitur* 4.*ff. de pignor. l.*3. *C.de veter.iur.enucl.* Quin etiã dubijs, quæ ab
5 opinionum inter se discrepantium certamine demanant, atq; obscuritate, quæ verbosa peritorum affluentia mirum augescit in modũ, semotis, veritas in scriptura extat inconcussa.

Hinc *Napod.* Glossator *in proem.ad consuet.*
6 *fol.6.n.*13. *Consuetudinem, Municipalem legem à populo siuè maiori parte ipsius communiter,& legitimè constitutam* esse,descripsit: legis nomine generi attributo, cæterisq; vocibus ad speciem signandam, destinatis: nam imperante Principe, præcepti exequutio suscipienda subditis demandatur in lege, Populoq; siuè calculo, siuè tabella, siuè voce, siuè ininterrupta morum custodia ferente legem, eiusdemmet dissoluta antea res præcepto constringitur.

Non aliter *Consuetudines* Neapolitanæ
7 exordium duxere, legesq; patrias,quæ ciuium inter frequentiam vagabantur, *Napod. in*

A *proem.*

*proem.num.9.*duodecim prudētes viri,ac Philippus Minutulus tunc Neapolitanus Antistes, vniuersali nomine recollectus, vnico volumine rescripsere, *Caput.ad Consuet.Neap.* §. 3. *de consuet. n.4.* eas deindè Carolo Secundo confirmante, *de Franch.dec.537.n.15.* Harum
8 vires vsq; ad Suburbia, seù (vt nostris loquamur vocibus cōsuetis) Casalia,quæ vno terri-
9 torij nomine circumscribuntur, *l.qui in continentibus, & l.pupillus,* §. *territorium, ff. de verbor.signific.l.qui ex vico,ff.ad munic.& de incol.* extendi, communiter est receptum, *Napod.in proem.ad consuet. vers.item an hæc, n. 288.Caput.in prælud.ad consuet.* §.4. *de loc. & district.rat. n.5. per Carol.proem. in fin.* §. *per quod. & per cap.54. R. Fideric. & alijs,* quicquid aliter dicatur, & distinguatur apud *Afflict.in Constit.Regn.lib.1.tit.de homic.clandest.*
10 *rubr.27.n.4.& 10.*Cæterum Cōstitutionibus Regni, *Afflict.in prælud.ad constit.quæst.1.nu.3. & decis.404. de Franch.dec.563. num.5.*cum
11 Ius commune in regno dicantur ab *Andr. in cap.circa fin.de eo, qui sibi,& hæred.suis; alijsq; per Prat.disc.forens.to.1.cap.12.n.69.*recensitis, communique Romanorum iure, sic tanquam
12 ad Romanæ rei statum pertinente nuncupato, *l.1.§.huius,ff.de iust.& iur.l.iudei communi, C.de iude.& cælicol.*Neapolitanos gradatim deuinciri, non dubitatur à *Io: Vinc. Anna in repet.constit.diuæ memoriæ,n.2.*estq; certū apud
13 omnes;bona verò extra confinia collocata,vel hic à Clericis Neapolitanis, exterisq, personis possessa, num consuetudinibus supponantur? disceptatur. At quoniā ad hoc singula dilucida methodo explanauit, *Caput. in prælud. ad consuet.* §. 3. *de person.* §.5. *ac* §.6. *de bon.* eò me remitto; nonnulla tamen pro re nata passim inferiùs subnotabis.

TITVLVS PRIMVS

DE

Successionibus ab Intestato.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis Si moriatur,cum §. *eas autem, explanatio.*

De prima causa successionum descendentium ab intestato etiàm ad feudalia; de mulierum exclusione in concursu masculorum, & admissione tàm vigore statutariæ dispositionis,quàm Feudorum vsus,& de effectibus exclusionis mulierum. De Paragio etiam super feudalibus, eiusq; constitutione, & taxatione, & actione, & an debeatur in locum legitimæ? item de vita militię; de successione mulierum etiam in cōcursu aliarum,quæ renunciauerint; de renunciationibus mulierum, de omnimoda exclusione Monialium, & renunciatione ipsarum, & paragio.De iure Francorum, & Longobardorum in feudis, & quid vtrumquę ius importet?

SVMMARIVM.

Consuetudine cur de successionibus ab intestato dicatur prius, quàm ex testamento; iure verò communi aliter sit dictum? ostenditur, n.1.
Omnia bona parantur liberis ex voto parentum, num.2.
Filij ipso iure fiunt hæredes patris,n.3.
Descendentes pariter admittuntur etiàm ope repræsentationis, n.4.
Filius repræsentat gradum, & personam patris, num.5.
Iura antiqua,præferentia fœminis masculos,fuerunt correcta a Iustiniano Imperatore, n.6.
Consuetudines Neapolitanæ,& Constitutiones Regni pristinam formam succedendi restituerunt, num.7.
Fœminis debetur paragium etiam in feudalibus,non autem successio in concursu masculorum, n.8.

Iura

Iura consuetudinaria, & regni variant in excludendis fœminis, num.9.& quomodo, num.10. & 11.

Fœmina debent dotari ante decimum sextum ætatis annum de iure consuetudinario, n.12.

Masculus debet interpellari ad dotandum sororem, vt soror possit dici masculata, n.13.

Fœmina, quæ non fuit dotata, duplicem habet actionem de iure consuetudinario, n.14.

Dies dotationis mulierum in regno pendet à Iudicis placito, n.15.

Lex in successione, C. de legit. hæred. emendatur à iure Regni, n.16.

Non autem corrigitur, l.filiam 19.cum authent.sed si post, C.de inoffic.testam.n.17.

Fœminæ ne fratre quidem consentiente admittuntur ad feuda indiuidua; præcipuè si viuatur iure Francorum, n.18.

Exclusæ an connumerentur vt admissæ in taxatione legitimæ, n.19. & quid in casu, quo masculi religionem intrantes renunciauerunt? nu.20. amittunt iura suitatis, n.21.

Querela inofficiosi conceditur suis hæredibus, n.22.

Exclusæ querelam inofficiosi aduersus paternum testamentum non habent, n.23.

Fœminæ à patre instituendæ ad cautelam, n.24.

Mulieribus sufficit dotis constitutio, vt excludatur à successione, n. 25.

Successores valent supplere, quod pater non fecit, num.26.

Filia stantibus masculis censetur etiam à legitima exclusa, num.27. & quid extraneo instituto, num.28.

Exclusio mulierum à bonis paternis, an censeatur etiam à maternis, num. 29. & feudalibus, numer.33.

In odiosis fit strictè interpretatio, n.30.

Quod non dicitur censetur consultò omissum, num.31.

Parentis verbo masculus, & fœmina continentur, num.32.

Paragium definitur, & explicatur, n.34.35.& 36.

Taxatur iudicis arbitrio, numer.37. & quomodo, num.39.& 61.

Crescit auctis facultatibus, n.38.

Paragii verbum incognitum ab antiquis Iuris Consult. num.40.

Paragium quantum sit, si constituatur à patre, numer.41.

Filia à patre dotata non petit supplementum paragii, nec legitimæ, num.42. contra, n.44.

Datum pro paragio non minuitur, n.43.

Paragium de iure Regni, an pinguius statuendum, num.45.

Statutum excludens fœminas, an fauorabile dicatur, num.46.

Paragium debetur etiam ex bonis extra confinia, num.47.

Homo quilibet potest errare, n.48.

Paragium debetur ex feudalibus in pecunia, nu.49. & bonis fideicommisso suppositis, nu.52.

Hæredis est electio, an velit paragium allodialium assignare in corporibus, an in pecunia, nu.50. condemnatio verò fit in pecunia, n.51.

Paragium qua actione petatur, n.53.

An transmittatur non agnitum, n.54.60.& 66. & an super feudalibus, nu.67.

Paragium an debeatur in locum legitimæ, an alimentorum, n.55.57.

Iura feudalia non faciunt verbum de legitima, num.56.

Paragium est vice portionis hæreditariæ instar legitimæ, n.58.adhuc materna, num.80.& fraternæ, num.81.

Legitima nemo priuari potest, n.59.

Paragium debetur patre mortuo, n.62.& cum fructibus præstatur, n.63. & an ante nubilem ætatem, n.64.

Paragii fructus compensantur cum alimentis, n.65.

Consuetudines non complectuntur feudalia, nu.68. nec vitam militiam, n.69.

Vita militia debetur ex fructibus feudi pro alimentis non autem legitima, num.70. & contra, num. 72.

Feudum integrum iuris Francorum legitima primogeniti est, n.71.

Vita militia semel constituta super hæreditate paterna, an debeatur ex fraterna, n.73.

Moræ purgatio ad paragium præstandum non admittitur iure consuetudinario, n.74.secus verò iure regni, n.75.

Paragium num semel debeatur; an verò quoties fœmina excluditur, n.76.79.85.& 86.

Paternum officium est dotare filias, n.77.

Pater censetur de proprio dotare filias, etsi debitor dotium maternarum sit, vel dicat ex vtriusq; bonis dotem constituere, n.78.

Dos si constituatur à fratre ex bonis parentum, pactum restitutionis ad eiusdem beneficium apponi nequit, n. 82.

Paragium debetur causa exclusionis, num. 83. & crescit auctis facultatibus, num.84.

Inter fœminas, etiam Collaterales, diuiditur æqualiter hæreditas, num.87. & quid si concurrat dotata, quæ renunciauit, n.89.

Paragium deducitur ante diuisionem, n.88.

Fœminæ an excludantur à donatis ab auo contemplatione matrimonii, etiam quo ad paragium? num.90.

An excludantur ab antephato per masculos? n.91.

Monialis excluditur in concursu coniugatæ, quæ renunciauit, n.92.

Renunciationes coniugatarum, & monialium differunt, n.93.& 95.

Axioma illud, semel exclusa, semper exclusa, explicatur remissiuè, n.94.

Monialibus debetur paragium ingressarum, & quantum sit, n.96.& vnicum sufficit, n.97.

Renunciationes mulierum, vt plurimum fiunt post receptas dotes, n.98.

A 2 *Vir*

Vir promittens vxoris renunciationem, si non sequatur, non tenetur ad interesse, nec ad pęnã, n.99. nec de euictione, num.100. & quando possit teneri, n.101.
Renunciatio an præsumatur post contractum matrimonium, & quando, n.102. & 103.
Vsus feudorum, & leges regni num idem disponant de successione descendentium ad feuda, n.104.
Primogenitus iure Francorum viuens cæteris successoribus præfertur in feudis, & secundò genitis debetur vita militia, n.105.
Iure Francorum viuitur in Ciuitatibus Neapolitana, Auersana, & Salernitana, n.106.
Feudum in dubio an dicatur iure Francorum, vel Longobardorum concessum, n.107.
Constitutio, vt de successionibus non corrigit ius commune, n.108.
Ius Francorum originem capit temporibus Caroli Primi, n.109.
Ius primogenituræ fuit extensum in linea Collaterali, n.110.
Mulieres quo pacto succedant feudis etiam in concursu coniugatarum, & quæ renunciauerunt, remissiuè, n.111.

AT è limine ad penetralia rei accedamus, & primũ de successionibus ab intestato agere consilium est, nam illæ, quæ deferuntur ex testamento ad sequentem titulũ reseruantur; cum enim morientium iudicia consuetudine sint refrænata, intestatæq successioni in ipsis testamentarijs dispositionibus
1 sit quodammodo locus, hoc pacto vt ageretur, par fuit, illudq; à communi iure (quod *Napod. hic in princ. consuetudinis* dissidium recenset) non abs re esse, autumaui, nam Codices, & Pandectarum libros de successionibus testamentarijs prius, quæ per actum voluntatis humanæ oriuntur, ac demum, quas propter eiusdem voluntatis defectum prouidæ leges accomodant, experiri, decuit.
2 Et cum omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus, *l. nihil interest* 50. §. *sed numquid, ff. de bon. libert.*, parentumq; hæreditates eatenùs illis adijciantur, vt post mortem patris non eas percipere videantur, sed bonorum administrationem consequi ex *Pauli* placito in *l. in suis* 11. *ff. de liber. & posthu. hæred. instit.*, ac filios absq; aditione, statim ipso iure hæredes existere dixerit, *Caius in l. in suis* 14. *ff. de suis, & legit. hæred.* nec fieri, sed appa-
3 rere, quasi mortuo patre (vt *Ant. Fab. de error. pragm. decad.* 3. *erro.* 1. *n.*6.) nil aliud noui accidat, nisi quod sit apertiùs, meritò de successione descendentium apprimè agitur, & nil sanè legaliùs descendentium ad successionem, *Authen. quib. mod. natur. effic. sui collat.* 7. §. *ergo sanciendum*; pariterq; omnes siuè proprio iure, siuè alieno repræsentationis ope admittũtur; *Consuet. si moriatur, constit. regn. vt de suc-*
4 *cess. tit. de success. nobil. in feud. authent. de hæredit. quæ ab intest. defer. nouel.* 118. *collat.* 9. & §. *cum filius instit. eod.*, ea enim in descendente prædefuncti parentis non tantùm gradus, iuxtà communis iuris interpretationem, tradi-
5 tam à *Caput. ad ist. consuet. par.* 3. §. 3. *nu.* 2. sed fingitur, & persona, si peculiaris Ciuitatis, Regniq; lege succedatur.
Et quamquã maximũ vitium antiquæ subtilitatis, quæ putauit alia esse iura obseruanda
6 in successione parentum in masculis, & alia in fœminis, peculiari lege correctum crediderit Iustinianus Augustus, ne & ipse tales differentias inducere, quasi naturæ accusator, cur non omnes masculos generauit, videretur *l.*4. *C. de liber. præter.* fœminamq; à masculo nunui haud ferens, vnum posuerit in omnibus ordinem succedendi, vt sicut vtrumq; eorum coaptauit Deus ad generationis opus, ita etiam eadem vtrisq; seruaretur æqualitas *Authen. de trien. & semis. collat.* 3 *nouel.* 18. §. *neque*
7 *illo*, pristinam tamen successionis formam restituerunt, *Consuet. ista si moriatur, & constit. in aliquibus, & constit. vt de successionibus*, fœ-
8 minisq; in concursu masculorum dotes iuxtà paragium solummodò deberi, rescripserunt, etiam respectu feudalium, proùt communi *DD.* calculo conclusum tradidit *Gallup. method. vniuer. iur. feudal. par.* 3. *cap.* 3. *n.* 29. & *nu.* 37. ex traditis ab *Andr. in cit. constit. in aliquibus, Franc. de Amic. in repet. cap.* 1. *de his, qui feud. dare pos. p.* 261. *col.* 1. *Gizzarel. decis.* 37. *n.* 53. & 54. & *alijs.*
9 At ista iurium quoad exclusionem variat censura; Ius enim Regni fœminas absolutè in concursu masculorum excludit, ipsarumuè, etsi ætate minorum, tantùm petitionibus in-
10 dulgeri, vt mortuo patre subita confirmatione paragium vice portionis hæreditariæ, *Napod. in consuet. si moriatur ver. maternis nu.* 97. decernatur dixere, *Gallup. vbi sup. nu.* 42. *Minad. in constit. in aliquibus* 7. *notab. n.* 15. *vers. sed pone, R. Capyc. Latr. dec.* 125. & *alij*; cum reie-
11 ctas à successione *Consuetudo* eas habeat cõditionatè, si dotantur, adeò vt si dotationem
12 vltrà decimum sextum ætatis annum successor, congruis loco, & tempore interpellatus distulerit, hæredes masculi, æquè ac fœminæ erunt, §. *eas autem, Dec. consi.* 2. *nu.* 6. *Afflict. dec.* 370. *Capyc. Latr. cit. dec.* 125. vbi quan-
13 do congruè dicatur hæres interpellatus, tractatur, alteramque ex duplici, vel ad virilem,
14 elapso tempore statuto, vel ad paragium, actione, eligendi retinent facultatem *Napod. hic vers. differentibus, n.*48. diemq; ad dotan-
15 dum municipali lege præfinitum attendi in Ciuitate; in regno verò iudicis ab arbitrio pendere, placuit *Caput. ad consuet. ist. par.* 3. §. 2.
16 *n.* 11. nec tàm *Consuetudine*, quàm *Regni Cõstitutione* ius commune *in l. in successione* 1. ibi: *Nec*

Nec huic derogatur, quod amitas vestras ab auo vestro dotatas fuisse, proponatis C.de legit.hæred. cum concord. emendari dixit *nu.*1.dispositionē verò *legis filiam* 19. *& authet.sed si post, C.de*
17 *inoffic.testam.*(& si incorrectam *Constit. Regni, Andr.in constit.in aliquibus, vers.quintum decimum*) ad hanc consuetudinariam quoad temporis determinationem reduci, *Napod.in consuet.in omnibus tit.de alim.præstan.num.*76. *Pascal.de vir.patr.potest.par.*2.*cap.*5.*n.*64.affirma-
18 uere: ad feuda indiuidua cum fœminę prorsùs inhabiles habeantur, & fratre consentiente nequeunt admitti, *Caput.ibid.nu.*12. præcipuè si Francorum iure viuatur, *R. de Ponte cons.*74.*n.*7.

His positis,num quę excluditur statuto,cō-
19 numeretur tamquam admissa in legitima computanda? videndum, & cum variè de hac re senserint *DD.* post *Capyc.dec.*158. *Ant.Gabriel.commun.opin.lib.*6.*sub rubr.de legit. concl.* 2.*Anel.Amat.cons.*75.*à n.*14. *Tomas.tract.*4. *de legit. tit.*6. *& alios*, nostram quoq; afferre sententiam libet. Quare fœminam statuto exclusam, considerari tamquam admissam in computanda legitima, sentimus cum *Anton. Fabr.de error.pragm.decad.*11.*erro.*8. eiusque portionem, quatenùs paragium excedat,masculis successionibus augeri, *de Franch. decis.* 539.vbi *Addent.Reg.de Marin.lib.*1. *resol.quotid.cap.*252.*à n.*4. vide tamen ad huius articuli pleniorem intellectum, & explanationem etiā in casu masculorum renunciatium per ingres-
20 sum religionis, vel alterius causæ,quæ habentur post *Censal.ad Peregrin. de fideicom. ad art.* 38.*a fol.*398. *per* 404.

Iam verò præcipuos exclusionis statutariæ annotemus effectus.Primus ex *Bart. in l.*1.*§.sciendum,ff.de suis, & legit.hæred. & apud eum Adden.vers.priuata à statuto, Bald.in l.maximum vitium, C.de liber. præter. in vlt. quæst. Minad.in repet.constit.in aliquibus sub nu.*17.*in* 2.*notab.aliorumuè*; generali placito, fœminam
21 per statutum à successione, pariter, & suitatis iure repelli, affirmantium,infertur, suitas enim quodammodo arguitur à successione,*§.sui autem,& §.cæteri instit.de hæred.qual. & differ.* cū exhæredati, & emancipati sui desinant esse hæredes, *§. emancipati autem instit.de hæredib. quæ ab intest.defer.& Caput.vbi sup.n.*4. qui in portione statutaria, ad quam fœmina iure successionis admittitur, priuilegium existimat suitatis illæsum, obijcitur ex *Napod. hoc text. vers.succedunt,num.*88.*fol.*103.*& Præs.Merlin. controuers.forens.cap.*3.*nu.*11. iura suitatis in paragio destrui magis, quàm conseruari; sat enim est mulierem excludi, nec ex quo ipsi portio hæreditatis aliqua datur, potestas patria reuiuiscit, pariterq; emancipati,licet nouissimo iure patri succedant, *Instit. de hæred. ab intest. venient.§. emancipati*, nec recuperant suitatem,*Minsyn. instit.tit.de exhær. liber. §.sed hæc quidem.*

22 Secundus ex prænotato emanat effectus, nā
23 fœmina inofficiosi querela, quæ tantùm suis hæredibus datur *glos.& DD. in l.nam & si, ff. de inoff.testam. Bart.in l.*1.*ff.de testam.* aduersus paternas tabulas caret, *Afflict.dec.*158. *vbi Vrsil.de Franch.dec.*149.*n.*7. *R.Tap.decis.S.C.*58. *n.*5.*& alij*, quos allegat *Merlin. ibid.* (quibus *glos.in cap.pater* 1.*vers.instituit, lit.*1. *de testam. in* 6. penès *Castil.dec.Sicil.*145.*n.*12.contradi-
24 cit. Quare Hic,filiam in ipso paragio à patre instituendam, arbitratur ad cautelam,idemq; quoad dotem dictam, si filia nupserit, seruari placuit, *Mastril.dec.Sicil.*305. *n.*6. *vsq; ad* 13.)
25 nam simplex dotis constitutio sufficit, *Consil. Prouens.ad consuet. Neap.obseru.*7.*num.*7.*&* 8. *Napod.in hoc text. vers.succedant à n.*86.*vsq;ad* 89.*& Bart.in l.fin.ff.ad Sen.Cons.Tert.*quoduè
26 testator omisit, successores supplere valent, *Vrsil.vbi sup.nu.*1. & filiam etiam à legitima
27 exclusam stantibus masculis censeri, voluit *Caput.in hac consuet.si moriatur par.*2.*§.*11. *nu.* 1.*&* 2.*& par.*3.*§.*2.*a n.*5. *& n.*8. quicquid ex-
28 traneo instituto contra sentiat, *Molfes.ad consuet.Neap.par.*4.*q.*18.*n.*5.Sunt & alij potestatis patriæ effectus, qui dum causa, à qua dependent, cessat, videntur indistinctè cessare, *Bal. in l.qui se patris,C.vndè liberi,& alij*, qui recēsentur in *addit.ad Bart.in l.*1.*§.sciendum, ff.de suis, & legit. hæred.* at num sit semper hoc verum, considera.

29 Dubitatur, an dispositum in hoc *Textu* circa mulierum exclusionem à bonis vtriusq; parentis, etiam Regni constitutione sit firmū? à maternis enim bonis non sancit ista liquidè exclusionem, ergò neque occultè possumus in-
30 terpretari, cum in odiosis arctè iura explicare debeamus, *l.cum quidam,ff.de liber. & posth.*
31 quoduè non dicitur,omnium censeatur consideratè,*l.vnic.§.vbi autem in fin.C.de caduc. tollen. Reg.Rouit. decis.*4. *num.*5. Quoniam verò
32 parentum nomine vir, & fœmina continentur, *l.si quis à liberis in princ cum.§.*1. *& §.siuè parens, ff.de liber.agnoscen. l.quicumq; §.parentes,ff.de his,qui notan.infam.*,in vno dispositum, paritatis ratione censetur respectu alterius cō. stitutum, *R.Capyc.Latr.decis.*135.*to.*2. *Afflictdec.*178.*n.*2.*& in constit.in aliquibus, vers.nota in* 11.*quæst.R.Galeot.in addit.ad cons.*11.*Camil. de Medic.num.*17.*de Franch.dec.*171.*& Caput. in hac consuet.si moriatur ad explic.constitut.in aliquibus à,num.*10. qui per *Iser.super feud.in*
33 *rubr.*1.*§.sed quia*,in feudalibus idem esse tenet *num.*11.*&* 12.

Quid sit paragium? videamus; ipsum esse
34 *modum constituendi dotes*, descriptum potiùs, quàm definitum à *Napodan.hic §. eas autem, vers. paragium, numer.* 50. voluit *Prouens. obseru.*8.*ad consuet. numer.*1. *&* 2. subdens *Esse* do-

dotem, seu portionem illam, quæ filiæ, masculis extantibus, competit super bonis paternis, & ma-
35 *ternis, vt nubat*; ità quasi parium gestus nuncupatum, *Napod.ibid.n.51.fol.97.* quod viri, &
36 mulieris dignitate, dotantis numero filiorum, & facultatibus, patriæ tandem consuetudine consideratis, *Afflict.cit.const.in aliquibus, n.52. & 53. & Napod.eod.n.51. Dec.conf.26.num.5.*
37 Iudicis arbitrio taxatur *Napod. vbi sup. in princ. & in vers.facultatem, n.71. R.Galeot.controu.15.n.28.tom.2.Conf.Prouens.obseru.8. nu.10.Capan.sup.stat. Mediol.cap.278.n.212. to.1.* adeò vt si patris augeantur bona, para-
38 gium etiam crescat, nam facultates mortis tẽpore perpensantur, *Gramm. decis. 101. Bald. in l.quamuis, C.de fideicomm. Iar.in l.1. §.si parens, ff. si quis à patr.fuer.manumis. Dec. consil. 276. Aymin.conc.1.n.16. Prsf.Anel.Amat.conf. 11.n.6. R.de Marin. resolut.lib.1.cap.246.n.14.*
39 & quamquam tale paragij nomen communi iure non fuerit expressum, eiusdem essentiam iuxtà dispositionem *l.quæso, & l.cum post, §.gener à socero, ff.de iur.dot. & l.filiæ, ff.de leg.3.* explanari, placuit *cit. Prouens.* variasq; paragij
40 taxationes ad varias facti species accomodatas notat *R.Galeot.contr.16.to.2.*

41 Hoc aliter se habet patre constituente paragium, tunc enim pro quacumque regula, & taxatione voluntas paterna est, *Caput.ad consuetud. si moriatur, p.2.§.5.n.4.* adeò vt post dota-
42 tionem paternam, nec valeat supplementum legitimæ peti, nec facta renunciatione, rescindi *Merlin.contror.forens.to.1.cap.3.a nu.4. de Marin.cap.93.n.9.to.1. & latè to.2.cap.94.à nu. 4.* tali tamen legis moderamini supposita, vt
43 quod semèl datum est, nec possit minui, *Authent.sed quamuis C.de rei vxor. act. R.de Marin.resol.quotid.lib.1.cap.92.Pascal.de vir. patr. potest.par.1.cap.4.nu.34. & 35. & in alleg. seq.* nec augeri, *Gallup.in metho. vniuer. iur.feudal. par.3.ca.3.n.24.P.Molfes.ad consuet.Neap. p.3. de success. ex testam. quæst. 7. per tot.* quicquid
44 scripserit *de Medic.conf.25.n.11. & 12.* vt possit, mortuo patre, supplementum paragij peti per filiam, si minus legitima constitutum fuerit, prout etiam decisum refert *D. Franc. Hierm.Leo. decis. Valen.210. lib.2.* sed videndum propono *respon. Doct.Ludouic.de Ocanna per eund. Leo.* adductum in quo latè superior nostra propositio nititur, aliaq; iuris articula discutiuntur.

Quamdam tamen paragij diuersitatem ex
45 nostris iuribus *DD.* constituere, pinguius enim *Constitutione Regni*, nempè ad virilem vsq; dari dixit *glos. in constit.in aliquibus, vers. nepotes*, his verbis, *Vt tantum habeat quælibet filia, quantum quilibet filius, & tantum quælibet amita, quantum quilibet nepos*, videturq; assentiri, *Isern.in cap.1. num.16. tit.de natur. success. feud.* ibi, *oportet ergo, &c.* præcipuè si verba aliqua deficientia secundum *Lipar. ibid. vers. parte, lit.E.* suboccluntur. Horum verò sententiæ non adstipulor: quid enim est, exclusæ paragij nomine totum omninò deferre, quod successionis titulo denegatur? *Napod. vbi sup. vers.paragium, n.50.in fin.fol.97.* fratresq; teneri non hæreditatis partem, sed valorem portionis exclusis tradere, ne dicas ex *eod.Napod.* sequeretur enim absurdum, si hoc statutum ità mulieribus indulgeret, nam etsi controuertitur, vtrum fauorabile quatenùs masculos ad
46 integram hæreditatem admittit, vel odiosum attenta fœminarum exclusione, vel partim fauorabile, partimq; odiosum sit dicendum? masculis tamen, & familiæ fauorabile ad indicandum esse, nullus est, qui non affirmet, vt ex *Afflict.in constit.in aliquibus lib.3. rub.23. à nu. 11. vsq; ad n.15. Alciat.conf.60.n.11. Carpan.in stat.Mediol.cap.278.n.8. & alijs.*

Et ex his contra *Napod. hic §. eas autem,*
47 *vers.facultatem, fol.102.n.83.* dicentem, paragium super bonis in districtu positis, deberi, & quoad alia ius commune seruari, infertur. At qui tritum illud est, paragium *Constit. in aliquibus* decerni, sequens fit, etiam super bonis extrà confinia deberi, *Prouens. ad consuet. obseru.9.per tot.*, nec mirum si *Napod.* errauit, cum fuerit homo, omniumque habere notitiã,
48 & in nullo penitus peccare diuinitatis potiùs, quàm mortalitatis sit sapere, *l. 2. C. de veter. iur.enucl.*, adijciq; licet *Plautinum* illud: *Homo sum, humani nihil à me alienum puto*: ista
49 adeò vera sunt, vt super bonis feudalibus, vel ipsum paragium debeatur, *Prouens. obseru.12. ad hanc consuet.n.23.Conf.C.cor.alleg.11.nu.19.* præstaturq; in pecunia, cum feudum non diui-
50 datur, quod est secus in allodialibus, cum hæres possit vel corpora hæreditaria, vel pecuniã in paragium designare, *Præs. Merlin. controu. forens.to.2.cap.13.per tot.* sed condemnationem ad soluendum paragium in pecunia fieri, exe-
51 quutionem verò etiàm in stabilibus post discussionem mobilium, ac se mouentium ad *Text.l.à diuo pio, §.in venditione, & §.si pignora, ff.de re iudic.* docuerunt *Prouens.ibid.obseru. 13.* ex *Napod. Cap. & alijs*, & nouissimè *Capyc. Latr. dec.59.n.18. & seq.* qui iuris communis, & municipalis notat indè conuenientiam; item
52 super bonis fideicommisso suppositis datur paragium, *Napod.hic. nu.56.fol.98.* nam sicut pro dote, *authen. res quæ, C. commun. de legat.*
53 ità pro paragio libera habentur; qua verò actione petatur, tractant, *Prouens.obseruat.14. Anel. Amat.conf.42. Gallup. in metho. vniuers. iur.feudal.par.3.cap.3.n.62.* & in feudis *Capyc. Latr.consult.25.to.1.n.35.* quicquid aliter scripserit *Anna conf.75.n.14.*

Ad hæc, quid statuendum de transmissione paragij persequamur. In hac quæstione ità *Gastren.in l.Titio centum, §.Titio genero, ff.de condit.*

dit.& demonstrat., distinctione respondet: aut
54 per statutum simpliciter, data masculorum existentia, fœminæ sunt exclusæ, ac exclusis paragium dari, decernitur, tunc si non aditur, nec transmittitur ad hæredes; aut verò fœminis dotes dari, easq; dotatas excludi, dicitur, & seruabitur tunc contrarium; hanc si velimus cum *Ant. de Alex. in apost. ad hanc consuet. lit. A. fol. 69.* distinctionem amplecti, ex diuersa exclusionis forma inter ius consuetudinarium, & regni, supra notata, circa paragij transmissionem patet discrimen.

Nobis verò illa sedet sententia, quæ para-
55 gium ad hæredes indistinctè transmitti debeat; nam siuè tamquam legitima debeatur, *Loffred. cons. 26. R. Galeot. controu. lib. 2. cap. 15. & alij*, siuè alimentorum loco succedat, *Afflict. decis. 111. n. 10.* & ibi *Vrsil. nu. 13. Merlin. de legit. quæst. 6. lib. 3. nu. 28. Surd. de alim. quæst. 10. à nu. 17.* præcipuè in feudalibus, *Rosent. de feud. cap. 7. conclus. 13. nu. 9. Vult. de feud. lib. 1. fol. 38.*
56 *nu. 105.* cum in toto iuris feudalis codice ne semel quidem de legitima tractari contigisse obseruauerit, *Montan. in l. imperialem, §. præterea ducatus, nu. 109. vers. pariter, & controu. 23.*
57 *n. 4.* ac in ipsa legitima, vel maiori, minorique portione consistat, prouti variè *Napod. in §. eas autem, nu. 51. Capyc. dec. 158. Gram. decis. 57. nu. 19. R. de Pont. cons. 45. n. 65. R. Galeot. contr. 15. n. 47. & controu. 16. per tot. to. 2. de Franch. dec.*
58 *26 n. 13.* arbitrantur, semper tamen hæreditariæ portionis vice instar legitimæ, *Napod. hic n. 11. fol. 77. Amat. cons. 43. n. 3. Reg. Capyc. Latr. consult. 158. to. 2. à n. 33.* quæ itá similiter debe-
59 tur, fœminis est tributum: quapropter sicut legitima, qua nemo priuari potest, *l. quoniam nouella, & l. quoniam in prioribus, C. de inoff. te-*
60 *stam.*, itá & paragium transit, & non aditum ad hæredes, *Cons. de Rosa controu. 6. R. Galeot. cit. controu. 15. Andr. in constit. comitibus, tit. pro adiut. pro milit. fratr. col. 1. lin. 68. fol. mihi 227. Napod. hic vers. paragium, n. 56. fol. 97. de Franch. dec. 618. Gallup. in method. iur. feudal. par. 3. cap. 3. n. 49. P. Molfes. p. 4. de success. ab intest. qu. 15. per tot.*, idemq; ex iure regni deduci eisdem *DD.* ac *Reg. Capyc. Latr. cons. 103. tom. 2. Cons. Geor. alleg. 11.* placuit, contradicente *Caput. in consuet. si moriatur par. 2. §. 4. n. 4.*

Contra sic arguat aliquis. In taxatione pa-
61 ragij viri qualitas inter cæteras circumstantias consideranda, ergo dicendum videtur, nuptiarum tempore quæri, nec antea quàm fuerit quæsitum, & aditum, transmitti.

Respondetur, post mortem patris statim
62 deberi paragium, ipsiusq; solutionem tantùm nostris iuribus prorogari, ac ideò, dũ soluitur,
63 cũ fructibus est pręstãdum, *R. Galeot. contr. 15. n. 47. tom. 2. Cons. de Rosa contr. 6. à num. 37.* & quamquam nonnulli iter quos *Petr. Gregor. de dot. de parag. quæst. 26. Anna alleg. 70. nu. 23. &*
24. fructus paragij post nubilis ætatis aduen-
64 tum, & non antea deberi, fuerint opinati, horum sententiam non amplexor, fructus verò
65 paragij compensari, ac confundi cum alimentis, adeò vt nil vltrà per mulierem peti possit, sentio cum *Prouens. in consuet. si moriatur, obser. 21. à n. 2.* fuitq; decisum apud *Galeot. cit. contr. 15. in fin. & Ann. alleg. 70.* & habetur apud *Cons. Geor. d. alleg. 11. n. 6. Afflict. dec. 158. num. 6. & alios*, reuocaturq; ad tempus futuri coniugij
66 tantùm æstimatio paragij. Ergo si post mortem patris acquiritur, potest exindè transmitti, vt ex *Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. c. 246. nu. 14. & 15.* habetur.

Hæc, quæ in allodialibus de paragij trans-
67 missione diximus, in feudalibus quoque ex præcitatorum *Doctorum* mente, qui loquuntur
68 indistinctè, procedunt. Verùm illud est animaduertendum, *Consuetudinum* dispositione bona feudalia non complecti, *R. Galeot. contro. 16. to. 2. n. 18. Cons. Prouens. ad consuet. de alim. præstan. obser. 4. n. 10. 19. & 36. P. Molfes. par. 2. tit. de bon. quæst. 7. n. 1. 2. & 4. R. de Pont. cons. 50.*
69 *num. 15. Ann. alleg. 85. n. 4.* nec vitam militiam, *P. Molfes. ibidem num. 20.* & si alimentorum
70 loco ex feudi fructibus debeatur, *R. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. reg. §. 4. nu. 28. Præs. Merlin. lib. 2. controu. cap. 10. n. 5. Minad. cons. 1.*
71 *n. 56.* integrum enim feudum iuris Francorum primogeniti legitima dicitur per *Minad. ibid. n. 16. Theod. alleg. 20. n. 5. Montan. contro. 23. nu. 5. Camerar. in l. imperialem, pag. 120. col. 4. lit. R. Capan. de vit. milit. quæst. 2. num. 3.* At non ali-
72 mentorum, sed in legitimæ locum successisse vitam militiam, itá vt semel super hæreditate
73 paterna constituta, super fraterna iterum non debeatur, voluere *Camil. de Medic. consil. 8. nu. 30. Fab. Ann. consil. 6. Theod. cit. alleg. 20.*

Et antequam pergamus vltrà, notandum hic, quod aduertit *R. de Pont. cons. 50. n. 5.* quem refert, & sequitur *Caput. ad hanc consuet. par. 1. §. 10. n. 7.* ad solutionem videlicet paragij non
74 dari ex iure nostro consuetudinario post elapsum sextum decimum ætatis annum docandæ
75 mulieris purgationem moræ, ac eam iure Regni admitti quandocumq; quod ex diuersa vtriusque iuris supra notata dispositione procedit, rectè enim purgat moram is, cui vita temporis præfinitione dotario commendatur.
76 Vnicum ne pro omnimoda exclusione ab hæreditate ascendentium vtriusque sexus, & collateralium dandum esse fœminis paragiũ? inquirendum. Sunt qui censent, vnicum sa ficere, eorumque sententiam conantur, itá fir-
77 mare; Paternum officium dotandi filias, vel naturales tantùm, non autem maternum dicitur, *Afflict. decis. 179. Bald. cons. 323. Caccialup. in l. frater, ff. de condict. indeb. quæst. 37.* ac ideò
78 filiam de paterna substantia dotatam dici etiã si pater dotium adhùc debitor existat, dicatq; ex

ex suis, maternisq; bonis dotem soluturum, probauere, *Conf.Staiban.resol.116.cent.2. Camill.de Medic.consf.25.* per *Text.l.fin.C.de dot. promiss. Ann.alleg.88.n.1.* & aliqualiter *R.Capyc.Latr.dec.38.n.23. & 26.* Ergo sub vna ex paternis facultatibus dotatione cuiusuis suc-
79 cessionis iacturam fœminis indici,videtur, eò fortiùs, cum alias duplex, siuè triplex paragium diceretur excedens.

Alij contrà credunt, eorumque dictum sic
80 probant. Paragium debetur in locum portionis hæreditariæ adhùc maternæ, ad quam propriùs fœminæ conuocantur, vt in *Authen. si qua mulier, C.de Sanctiss. Episc.* saltim quoad legitimam *de Franch.dec.87.n.11.*& fraternæ,
81 à qua similiter per dotationem excluduntur, *Theod.cit.alleg.20.n.22.*ergo si hæreditate,non & paragio careant,*R.de Pont.de potest.Proreg. tit.de success.mulier.nu.36. R.Galcot.in addit.ad consf.11.Camill.de Medic.num.31.* hinc est,vt si per fratrem ex bonis vtriusq; parentis dos sorori constituatur, pactum restitutionis ad be-
82 neficium constituentis apponi nequeat, *de Franch.decis.196. Galeot.in addit.ad consf. 161. Camill. de Medic.* aliàs enim illa proprij faceret iacturam patrimonij.

Contrariorum argumentis respondetur, nã
83 paragium non ex onere dotationis, sed propter exclusionem debetur, cētumuè si paternæ portionem hæreditatis æquant, alterius & parentis non suppetunt exclusioni, emergere
84 enim superiùs diximus amplificatis facultatibus paragium, & in hac resedisse, *Napodan.* opinione videtur, *§.eas autem, vers.maternis, n.96.fol.104.& in consuet.si qua mulier,tit.de mulier.habent.fili.vers.fratribus, nu.10.fol.208. at.* & pinguius hoc casu feminas dotandas scribit,*Caroc. in suis decis. cas.16.n.13.*ex *Dec. consf.276.*

At communis, quæ seruatur, *Doctorum*
85 sententia ea est, vt ad omnimodam perpetuamq; mulierum exclusionem vnica sufficiat dotatio secundum ius consuetudinarium,siuè tractetur de successione Collateralium, siuè in successione Ascendentium,deberiq;tàm ex pa-
86 ternis, quàm maternis bonis vnicum paragium; in Regno verò totiès paragium, quotiès fœmina excluditur, constitui oportere, ità *de Franch.dec.73.n.19. R.de Marin.resolut. quotid.tom.2.cap.208.nu.5.& 6. Conf.Prat.disc. forens.tom.1.cap.48.nu.1. Ann.alleg.81.nu.6.& 7.R.Galeot.in addit. ad consf.11. Camill.de Medic.n.32.& 33. R.Rouit.consf.23.à n.9.* qui etiã inter *Constit.in aliquibus, & constit. vt de successionibus,* distinguit, latè *Caput. ad consuet.si moriatur,par.2.§.5.à nu.4.* & ità intelligendus, *Andr.in cap.1.de natur.success.feud.n.16.*& licet *Consil.Roc.respons.98.n.27.cum seq.to.2.* teneat idem ius seruari in hac Ciuitate in successione Collateralium, & Ascedentium circa paragij constitutionem, eius tamen sententia non probatur ex *DD.* quos allegat,prout obseruauit *Altomar.in obseru.ad cit.consf.23.R.Rouit.n. 5.* sed potiùs hæc nostra secũdùm quam adest decisio *S.R.C. in alleg.81.Io:Vinc.Anna.*

Hoc tamen, quod diximus, si cum fœmina
87 masculus concurrat, retineas *R.Rouit.dec.22. n.5.*nam dum fœminis defertur hæreditas, inter eas æquo pondere diuiditur,collatis dotibus si ex eis aliqua sit dotata,*Conf.Geor.alleg. 30.n.25.R.de Marin.to.2.resol.cap.193.Camill. Salern.in consuet.si qua mulier,fol.204. vers.ad istum,* & idem *Salern.ac de Franch. in hac consuet.fol.81.vers.quid autem, Thor. in supplem. compend. vers. soror,* & distinguendo sequitur *Præs. Anel. Amat. consf.90.* idem ex iure regni desumi tenuit, *Caput.ad consuet.istam, p.1.§.2. n.2.* & *Afflicto* etiam respectu Collateralis li-
88 neæ *dec.161.*nam & si collatio in ea cesset, *l.si emancipati cum concord. C. de collat.* non ideò,
& paragium, quod ante diuisionem deduci-
89 tur, vt *n.2.* vbi quid sit dicendum si dotata renunciauerit, habetur, & per *Vrsil. ibid.* & à
90 donatis ab auo filijs nasciturís non excludi fœminas per masculos, saltim quoad paragiũ tradiderunt, *Capyc.Latr.dec.38.à n.48.de Marin.to.2.resol.quotid.cap.68.*vbi quid dicendum
91 in antephato dicitur à *num.14.per 16.ex Caput.ad consuet.si moriatur par.2.§.5.n.36.*

Monialis verò, quę renunciauit adhùc si
92 cum muliere nupta, & quæ similiter renunciauerit, concurrat, excluditur,*R.Carol.Brancac. in eius alleg.consf.42. inter consf.Reg.Rouit.nu.9. ex Vasq.de success.par.2.§.18.n.116.Geor.alleg. 29.Theodor.alleg.36.n.13.& 14. Conar. ad tit. de pact.par.3.§.3.vers.nono idem,n.4.*& deducitur ex *de Franch. dec.375.* Ratio patet; nam
93 coniugatarum quantumuis realis,ac generalissima renunciatio, semper masculorum, & patris contemplatorum causam continet intrinsecam, quæ si cessat,& ipsa cessat renunciatio, *Caput.ad consuet.istam par.3.§.8. n.2. & 3.* & post eum *Paris.consf.26.n.45. Cancer.variar. resol.cap.15.n.271.Surd.dec.217. nu.6. Peguer. dec.148.n.24.*& sequuntur *Napod. noster hic n. 31.vers.sed quid si fecerit? Marant.qu.10.n.15. & alij,*cum huiusmodi temporales appellet renunciationes *Merlin.contr.forens. cent.2. c.77.*
94 *n.5.*(vbi axioma illud, nimirùm semèl exclusa, semper censetur exclusa, de quo *Afflict.decis.158.* alijq; penès *R.Galeot.lib.2. controu.16.n.46.* explanat) ac tunc obstare, cum viuunt contemplati in renunciatione dixerit, *P.Molfes.ad consuet. Neap. par.3. de success. ex testam.quæst.9.n.3.& tit.de renunc.par.4. qu.17. contra Afflict.dec.161.nu.3.*& alios communiter quo adhoc improbatos.

At monialium dicuntur omnimode, & per-
95 petuæ renunciationes non modò ex vi renunciationis, verum ex mente renunciatariorum,

qui

qui ad perpetuam Monasterij exclusionem, pro se, suisq; omnibus censentur stipulare, *Mastrill.decis.Sicil.65.n.15. Caput.vbi sup.nu. 12.Reg.de Marin.resol.quotid.to.2.c.189. n.22.* quibus *P.Molfes.tit.de renunc. quæst.17.nu.26. & 27.* malè, vt opinor, contradicit.

96 Illæ enim habent tantùm paragium, quod dicitur ingressarum, *Cons.Stayban.resol.forens. cent.1. resol.13.de Franch.dec.44. Afflict. decis. 348.Andr.de Iser.in constit.in aliquibus, versic. paragium,* singulisue,quibus ad carnale matrimonium constitutum, gaudent priuilegijs, quoad vtrumq; enim eadem valere argumenta dixit *de Franch.dec.186.nu.6.* Et semèl dari sufficit, *Prat.to.1.discept.forens. cap.48. a nu.4. vsq; ad 25.Galeot.lib. 2.controu.cap.10. num.6.*

97 *R.Capyc.Latr.dec.31.*& eiusdem quantitatis, quam cæteræ moniales tradiderunt, *Merlin. controu.3.to.1.n.6.de Franch.dec.44. Napodan. hìc fol.99.& 101.n.65.& 67.vers.sed quid,Stephan.de Gae.in apost. ad can.consuet. ver. paragium,fol.110.*quicquid *Molfes. tit.de success. ex testam.par.3.q.8.nu.34.* distinguat in moniali, quæ viuente patre,& illa, quæ mortuo patre monasterium ingreditur, putat enim dicta, primo casu,non autem secundo, valere, nam *Molfes.* distinctionem respuit *Cons. Prouens.in consuet.si moriatur, obser.11.*Subnectam hìc ad ornatum, mulierum renunciationes vt pluri-

98 mum post receptas dotes fieri,ac matrimoniũ celebratum,viri tamen præcedente promissione in capitulis matrimonialibus facta, vt vxor renunciet, se curaturum; & licet ea promissione, post quam vir totum posse fecit, non obli-

99 getur ad interesse, nec ad pœnam, sub qua fortè renunciatio promissa fuit,iuxtà *dec.295. Afflict.vbi Vrsil.n.2.* aliam refert decisionem, ac ità in S.R.C. semper practicatum testatur, communemque hanc esse opinionem dicit, *Gram.dec.102.n.110.* & sequitur *Gizzarel.de-*

100 *cis.22. n.6. & 7.* qui nec dari euictionem ex causa promissæ, nec sequutæ renunciationis tenet per *Text.l.Aristo, §.Labeo ait.ff.de donat.*

101 solet tamen apponi pactum,vt promittens in casu non factæ renunciationis teneatur de proprio ad id,quod interest non fuisse factam renunciationem, ac ex eo teneri virum tradidit, *Paris.cons.109.vol.1. & cons.76. volum.3.* quod nec probatur ab *Vrsil.ibid.n.6.*cum quo mihi placet sentire ex superiùs dictis; in penã enim videtur facta obligatio insolidum, & promissio de proprio, & sicuti ad pœnam non tenetur, ità nec tali promissione obligatur. Aliter tamen dicendum esse puto, si vir obligando se cum iuramento nolle excusari, etsi totum posse fecerit, dicat, cum talis obligatio efficacior videatur.

Sed non parum controuersum extitit inter *Cons.Prat.*ac *Cons.Hodier.* num ità per sequutas nuptias censeatur mulier tacitè promissam

102 à viro renunciationem ratificasse, vt absque speciali renunciationis actu, dicatur promissa renunciatio intercessisse, an non? *Prat. enim cap.12.discept.forens.tom.1.à n.21.per seqq.* authoritate *Guid. Pap. decis.145. R.Galeot.lib.2. controuers.cap.30.n.58.Amat.cons.86.R.Capyc. Latr.consult.54.n.17.tom.1.Reg.Rouit.decis.12. n.22.aliorumuè,* quodcumq; pactum capitulorum matrimonialium, postquam mulier consenserit nuptijs, censeri ab eadem confirmatum, vel absq; speciali ratificationis actu, autumat, & contradicit *Hodiern. cap. 28. controuers.forens.* renunciationem non præsumi

103 quoties de ea specificè non appareat, probans, quod veriùs puto, si tamen mulieris actus, à quo viri promissæ renunciationis approbatio elici valeat, non intercesserit, idque decisum in causa illorum de Marco, in qua *sup.citat.Author.* scripserit,patet apud *eundem Prat.à nu.27.* in ea enim causa verè præsumebatur ex actibus subsequutis approbatio.

His peractis, discutiendum superest, quid

104 referat de successione feudalium in descendentes inter feudorum vsus, & leges regni? & ad scientiam notandum, omnes masculos descendentes in infinitum admitti, ex *dispos.cap. 1.§.cum verò, tit.de his,qui dar.& cap.sequitur 1.§.fœmina de success.feud.,* consonat ius regni *in constit.in aliquibus,& constit., vt de successionibus Gallup.in method.iur.feudal. par.3. cap.3. n.14.* at dissonat, quatenùs primogenitus iure

105 Francorum viuens cæteris fratribus præfertur, cum ipsis secundogenitis vitam militiam dandam esse statuatur, *constit.comitibus, tit.de adiut.pro milit.fratr. Afflict.dec.252..circ.fin.nu. 1.Gallup.ibid.quæst.4.per tot.*qui Neapolitana,

106 Auersana,& Salernitana Ciuitate iure Francorum viui, aduertit *n. 5.* Et an in dubio di-

107 catur concessum feudum iure Francorum, an verò iure Longobardorum, an verò specificè sit probandum tractant, *Reg.Capyc. Latr. consult.3.to.1.R. Galeot.controu.tom.1. controu. p.2.& 3.R.Constantius in comment.ad lib.3. C. in l.1.C.de consuli.nu.39.& alu,* ad explicatio-

108 nem, tàm *constitutionis vt de successionibus*, quam non esse correctoriam iuris communis dixit, idem *Capyc.Latr.nu.44.* quia etiam ho-

109 die omnes filij succedunt in feudis, in quibus non viuitur iure Francorum, secus verò in feudis concessis à tempore Caroli Primi Andegauensis in posterum, à quo tempore cæpit origo iuris Francorum, quàm etiam *cap. regni considerantes*, per quod primogeni-

110 turæ ius etiam in linea collaterali fuit ampliatum, vt *n.29.*dixit; Et quid seruetur, dum fœminæ ad feudorum successionem, etiam si

111 primogenita maritata adsit, & quæ stante dotatione renunciauit, concurrunt, tractat *Thor.in addit.ad vot. Reg. Salern.impress. in fin. eius decis.*

CAPVT SECVNDVM.

Exponuntur verba Textus.

Mortis verbum an ciuilem quoq; mortem significat, & ad proscriptos extendatur? & quomodò ipsis succedatur, & in quibus bonis? De religiosis eorumq; dispositionibus, & de successionibus ecclesiasticarum personarum ad feuda, & an clericus officium cum potestate substituendi licitè retineat? De portione, quæ reseruari debet pro ventre prægnante: nomina debitorum, iura, & actiones, annuæ redditiones, vectigalia, fiscalium functiones, & similia, an & quando dicantur consuetudinariæ censuræ supposita? Neptis ex masculo an excludat amitam, & quid in linea collaterali, & in feudis?

SVMMARIVM.

Consuetudines vt plurimum ignorantur, num.1.
Verbum mortis etiam de ciuili morte explicatur, n.2.& 3.
Constitutione foriudicatorum bona non traditur forma succedendi proscriptis, nu.4.
Proscriptis quomodo succedatur, numer.5.11.12. & 13.
Constitutio foriudicatorum bona expenditur, numer.6.
Fiscus in quibus bonis proscriptorum succedat, & quando? n.7.8.11.& 12.
Neapolitanorum bona etiam feudalia non publicātur pro quouis crimine, excepto læsæ maiestatis in primo capite, & hæresis, n.9.& 10.
Ius commune secus disponit, ac regni respectu contumacis, cui pœna mortis non est indicta, n.13.
Religiosi post professionem dicuntur mortui, n.14.
Monasterium succedit ab intestato religiosis, nu.15. dicitur monaci filius, n.16.
Per monasterium non aufertur portio legitima filijs, & quanta sit? n.17.
Religiosis quomodo succedere permittatur, n.17.
Consuetudines non ligant donatores, venditores, & ingressores, n.18.
Successio regularium actiuè, & passiuè quomodo deferatur, n.19.
Monasterium non retinet feudū, & de ratione, n.20.
Militare seruitium non tollitur solutione adhoæ, num.21.
Clericus si fiat laicus ante motam litem super successione feudi potest habere feudum, num.22. Etiam si sit clericus beneficiatus, n.23.
Assensus debet præstari super alienatione facta per feudatarium habentem successorem clericum, num. 24.
Clerico datur terminus ad deliberandum, an velit renunciare clericatui, n.25.
Ecclesiastici possunt retinere feuda franca, num.26. & contra, n.27.& quando permittitur seruire per substitutum, n.28.
Adhoa, & donatiuum quid sint, & quomodo taxantur, num.29.
Clericus an possit habere officium cum facultate substituendi? n.30.& 31.
Clericus an possit pro delicto in officio commisso à Rege castigari? num.32.& coram iudice laico conueniri? n.33.
Substituendi facultate concessa non videtur concessionarij tantùm persona, & industria electa, num.34.
Rex pro causa feudali non agit coram Iudice Ecclesiastico contra ecclesiasticos, n.35.
Substituens pro delicto substituti ciuiliter tenetur super officio, n.36.
Facultas nominandi non amittitur contumacia officialis, qui eam habet, n.37.
Successio in descendentes dicitur magis naturalis, n.38.& datur in infinitum, num.39.& in stirpem n.40.
Iura regni non tollunt subingressionem in linea descendenti, & ideo conueniunt cum communi iure, n.41.
Antiquorum variæ opiniones de portione ventris prægnantis, n.42.
Plures nasci vno partu posse, n.43.44.45.& 46.
Receptacula vuluæ quot sint? nu.47.
Portio ventris prægnantis quanta esse debeat in suspenso? n.48.
Tripliciter certo loco solutio deberi potest, n.49.50. 51.& 52.
Nomina debitorum non circumscribuntur loco, nu. 53.nec sub nomine stabilium cōtinentur, n.04.
Nomina debitorum subiacent cōsuetudinibus Neapolitanis quoties solutio est facienda Neapoli, n.55.& contra, nu.57. & an potiùs attendenda persona creditoris? n.56.
Annui redditus, an & quando subiaceant consuetudinum dispositioni? n.58.& 59.
Functiones fiscales adhuc sub annuis redditibus continentur, num.60. & an subsint dispositioni consuetudinariæ? n.61.62.& 63. & quid in fiscalibus Terræ laboris, n.64.
Vectigalium redditus, an subiaceant consuetudinibus Neapolitanis? n.65. & quid si non exigātur Neapoli? n.66.
Iura & actiones, & mobilia subiacent consuetudinibus, numer.67. & quomodo, numer. 68.

adhæ-

adhærent ossibus creditoris, numer.69.
Iura consuetudinaria an transferantur in hæredem absq; aditione? nu.70.71.& 72. & quid si debeantur in vim pacti? n.73.
Diuersitas inter portionem consuetudinariam, & paragium, n.74.
Neptis ex masculo an excludat amitam? num.75. 84.97.& 98.& quid de iure Regni, nu.100. & 101.
Ius excludendi fœminas in masculos transit, num. 76.& 78.
Specialiter acceptandum, quod peculiari iure debetur, num.77.
Hæreditas paterna vindicatur à suis hæredibus, tamquam propria, n.79.
Consuetudo vocat masculos successores ad hæreditatem paternam, n.80.
Hæreditas maiorum transfertur in descendentes, vt adeunda, n.81. secus, n.95.
Successores habent ius abstinendi, n. 82.
Exclusio mulierum fit, vt bona in familia conseruentur, numer.86. & bona conseruantur in familia per fœminas ex masculo potius, quàm per filias testatoris, nu.87.& neptis efficacius repræsentat auum, & patrem, n.88.
Hæreditas animo aditur, num.89.
Testator præsumitur voluisse transmittere ad filiam ius excludendi amitam, n.90.
Filia prædiligitur à patre, num.91. & est proprior familiæ, n.92.
Bonorum possessio non transmittitur, n.93.
Hæreditas successio dicitur in vniuersum ius defuncti, n.94.
Pater transfert in filiam etiam ius quærendum, num.96.
Differentiæ inter repræsentationem à lege Velleia introductæ, & à consuetudine Neapolitana quænam sint? remissiuè, n.99.
In linea collaterali an neptis ex masculo excludat amitam, n.102.103. & 104.
In feudis quid dicendum de exclusione amitæ, & patrui in concursu neptis ex primogenito? numer. 105. & 106. & quid in maioratu? num.107.
Neptis ex primogenito habet patris locum, & gradum, num.108.
Nepti ex secundo genito debetur paragium in bonis auitis adhuc feudalibus, n.109.

VErba nostri *Textus*, quid in se habeant expendere nunc oportet, vt ità quid adsit in viribus, cognoscamus, siquidem concinniore inquisitione clariorem omnium intuemur cognitionem, fortiusq; si difficilem
1 rem agamus, proùt de consuetudinibus nostris, quæ vt plurimum ignorantur, sentijt *de Franch.dec.367. nu.15.* Et primò nobis ly *moriatur* examinandum occurrit.

Mortis verbum bifariè naturaliter nempe,
2 & ciuiliter interpretari vulgò creditum est, nec semper, quod de naturali morte dicitur, cõplectitur & ciuilẽ. Quare hìc meritò queri solet, num *Moriatur* in *Textu* comprehendat quoq; proscriptos? Hos ciuiliter mortuos esse, liquet, *Constit.Regn.pœnam eorum, de Franch.dec.102.*
3 *nu.22.* ideòq; tale verbum ad proscriptos trahi nostrates vnanimiter autumarunt post *de Franch.dec.689.n.5. & 6.* nec contradicit *Napod.in ista consuet. ver.moriatur, n.3 fol.75.in princ.*, dum quo ad illos *constit.Regn.foriudicatorum bona* seruari, dicit, nam eadem prorsus in hoc eiusdem *constit.* est dispositio, *de Franch.dec.213.nu.11. Camill.de Medic.consf.69.per tot.* Quare proscriptos vndèquaque mortuos existimari, non dubitatur.

Quoniam verò successionis forma eadem
4 *constit.* non traditur, proùt aduertit *Caput. in consuet. si moriatur par.3.§.1.n.3. ex Barthol.de Cap.& Andr.* quo nam methodo sit statuenda relinquitur, vt persequamur: *Caput. ibid.*, ea sententia, & interpretatio est, vt si loquamur simpliciter regni *constit.* considerata, & quia vltra certos gradus non extenditur coniũctorum, inter eosdem videatur successio refrenata, quibus deficientibus bona vindicet Fiscus; faciunt eiusdem *constit.* verba illa: *Veluti damnatorum*, quæ ad ius commune in *Authen. bona damnatorum, C.de bon.proscript.*, non secus disponens, referri, & similitudinem implicare, creduntur; at cum feudorum successio in coniunctos remotiores nostrorum Regum munificentia sit laxata, consonum est, vt proscriptorum successio in feudis eodem modo reguletur ex coniecturata mente condentis constitutionem, qui verisimiliter eam postremis legibus feudorum, si tunc promulgatæ fuissent, coniunxisset, idemq; in burgensaticis tamquã
5 minus dignis, digniorum sub qualitate contentis, seruari non diffiteor affirmare cum *Caput.ibid.in fin.n.5.*

Notandum tamen hìc est, quod dixit *Montan.tract.de regal.n.8. fol. 97.* nimirùm *constitu-*
6 *tionem foriudicatorum bona* continere absurdũ in illis verbis: *Si liberos, vel parentes vsque ad tertium gradum non habeant, fisci nostri cõmodis volumus applicari*, à cõtrario sensu cõsideratis, videtur enim inferri, fiscum prorsus excludi si parentes existant, bona verò esse eidem participanda, cum liberi supersunt, meliorisq; conditionis esse ascendentes, quam descendentes, quod maximum iure nostro reputatur absurdum. Quare *Barthol.de Capu. in ead. constitut. vers.& quod dicitur*, talem expositionem à cõtrario sensu ducendam non esse, arbitratur, proùt ex dictis *Doctorum* nũquam desumi argumentum à contrario sensu, habetur ex *de Marin.lib.1.quotid.resol.cap.89.in fin.nu.31.* sed *Montan.* ad tollendum absurdum, *constitutionem* quoad ascendentes in feudis auitis tantùm, in quibus tamquam descendentes

consideratur,explicat, ceterum alijs à feudis,
& ab allodialibus eos semper exclusos cense-
ri, sustinet, ac *de Franchis citat. decis.* 102.
contrarium affirmantem, improbat.

At etiam notandum,quod apud *R. de Ma-*
rin.to.1. resol.quotid. cap.35. ex Thesaur.decis.
*Pedem.*104. habetur, fiscum succedere ad me-
7 dietatem,si bona damnati sint pretij exigui,&
filij infra tres, nam si vltrà sint,& bona magni
pretij, excluditur fiscus, & integra hæreditas
datur filijs, cum fauorabilem tali casu filiorũ
numerus causam faciat apud Principem ex
Diui Adriani sententia, qui *ampliari imperium*
hominum adiectione potiùs, quàm pecuniarum
copia maluit *ad text. l.cum ratio* 1. §. *si plures,*
ff.de portion.quæ liber.damnat. conced. Item *au-*
thent. bona damnatorum ad casum mortis in-
quisiti, vel deportationis propter delictum
referri, non autem publicationis bonorum
causa absentiæ, vel propter delictum absq; ta-
men deportatione, vel morte, idem *de Marin.*
vbi sup.ex Fabian.post Bald.in authent. nouissi-
*ma,n.*204.*C.de inoff.testam. & ex Thesaur. dec.*
198.*n.*4.voluit.

8 Quæ diximus,valent pro stabilibus; nam
mobilia post elapsum annũ à die banni indi-
stinctè,siuè adsint,siue non successores in gra-
du, quæruntur fisco *Prouens. obseru.3. ad con-*
*suet.Neap.n.*4. *Afflict.in cõstit.regn.si quãdo,tit.*
de foriudic.pœn.& baiul.dan.fil.eor.n.9. ex glos.
*ibid.Montan.de regal.fol.*97.*n.*8. sed clementia,
9 & benignitate Regis Catholici Neapolitanis
fuit indultum, eorum bona stabilia,mobilia,
atq; feudalia pro quouis crimine, si excipias
hæresis crimen, aut læsæ maiestatis in primo
capite non publicari,vt ex *cap.14.Neapol.* no-
taturq; apud *de Franch.dec.*102.*n.*14. *dec.*213.
*n.*21.*& dec.*563.*in princ.R.de Marin.obseru.ad*
*decis.*104.*Reg.Reuert.& to.2.resol.quotid. c.*28.
Prouens.obseru.1.n.17.& obseru.3.nu.5. in con-
*suet. si moriatur, Caput.vbi sup.n.8.& alios,*ve-
rùm propinquioribus applicantur, *de Franch.*
*cit.decis.*213.*Prouens.d.obseru.3.à n.7. Montan.*
ibid.fol 103.*n.*13.*&* 14. qui etiam pro tripar-
10 tito mobilium,cuius iacturam facit contumax
post diem dictum ad informandum,id verum
esse, ac etiam pro feudis per aliam gratiam
anni 1507. *in lib.priuileg.* registratam, *fol.*60.
11 *cap.*6.dixit, & inter successores admitti sexus
prærogatiuam, voluere *Caput.ibid.num.6. de*
*Franch. dec.*563. *& aly.* Et num quælibet in-
12 quisiti bona, præcipuè si conditionatè possi-
deantur,vel sint fideicommisso subiecta, fiscus
possit habere? tractat *Montan.vbi sup. fol.*300.
a n.8.cum seqq. & de simili scripsit *Rouit. cons.*
85.vbi *n.*17.*&* 18.differentiam notat inter ius
13 commune, & regni respectu contumacis, cui
pœna infra mortem naturalem venit impo-
nenda.

14 Religionem intrantes tamquam mortuos,
professione emissa, non ambigitur reputari,nã
ipsorum bona, nullo coniunctorum tunc præ-
15 iudicio considerato, monasterium vindicat
ab intestato, *R.Rouit. cons.27. nu.3.Cons.Ioan.*
Bapt.Melior.in alleg. cons.28. inter cons. Rouit.
n.7.de Franch.dec.40.Caput.vbi sup.n.13. Na-
*pod.in hac consuet.si moriatur,nu.9.fol.*77. istud
16 enim monaci filius appellatur. At filijs legiti-
mis, & naturalibus legitimam bonorum por-
17 tionem non auferri, imò eis duas ex tribus
partibus, si monacus inuitus, putà ex deli-
cto petierit religionem, ac tertiam monaste-
rio dari, *Napodan. ibidem numer.7. &* 8. ad
uertit.

17 Possunt verò ad libitum (*Concilij* tamen
Tridentini dispositione seruata *ses.25. tit. de*
regular.cap.16. Molses. to.1. par.3. de success.ex
testam.quæst.8.nu.1.) in quem velint nouitij di-
sponere ab intestato, siquidem *Consuetudines*
18 *nostras* in donatore,venditore, & ingressore
non militare,communiter est receptum, prout
*Afflict.dec.*350.*&* 370.*Capyc.dec.*85.*de Fràch.*
*dec.*518.*n.*6.*&* 7.*R.Rouit.cõs.27.to.2.n.1.Mol-*
*ses.ibid.à n.*12.testantur,& comprobat *Napod.*
*iam cit.nu.*10.fuitq; die 20. Nouembris 1674.
determinatũ ad relationẽ Marchionis Latertię
Regiã Cancellariam præclarissimi Reg.D.An-
tonij Nauarrettæ pro Ianuario fratre contra
patrimonium Io: Baptistæ Cacace in S. R. C.
in banca Clauelli, quicquid eruditè in contra-
rium scriptum fuerit per *R.de Marin. to.2. re-*
*sol.c.*150.& per *Montan.controu.*46. decisumq;
extiterit die 4.Maij anni 1672. ad relationem
suauissimi, ac integerrimi Consiliarij Erasmi
de Põte Viri Patritij super successione Andreę
Aulettæ in banca Amentæ, nec vtriusq; classis
Doctorum iura allegare, fas esse credidi,cum
copiosè apud eosdem inueniantur: vniuersam
19 tamen succedendi formam regularium ab in-
testato,vel ex testamento, tàm actiuè, quàm
passiuè, tàm si supersint descendentes, quàm
si ascendentes existant,examinat *Paschalis*, &
tradidit *de vir.patr.potest.par.1.cap.4. à nu.*59.
per seqq. quem ad plenam notitiam rei con-
sulas.

Idem non viget in feudis, quæ regulariter
20 nec monacus retinet,nec ad monasterium mi-
grant, *cap.1.de feud.fœmin.cap.1.de vassall.mili.*
qui arm.bell. depos.cap.1. §.qui Clericus, si de
feud. defunct. controu. sit, & cap.1. an mut. vel
*aliàs imped.Marin.Frec.de subfeud.lib.2. f.*321.
*à n.*22.*Cons.Theod.alleg.*58.*à n.*1. *Afflict.decis.*
320.*Gallup.in method.vniuers.iur.feudal.par.3.*
*cap.2.à n.13. & propriè nu.*18. Illa enim, quæ
21 Princeps à feudatarijs requirit, fidelitatem
nimirum, ac militare seruitium, quod adhoæ
solutione haud tolli voluit *Theodor.ibid. nu.*6.
22 Ecclesiasticæ personæ promittere non valent:
verùm priusquam legitimam professionem
emiserit feudatarius, si feudum non fuerit à
fisco,

fisco,vel quouis alio legitimè occupatum, nec adhuc quæstio successionis sit mota, potest id, factus laicus,recuperare, *Cons.Theodor. nu.17. & alleg.59.Gallup.vbi sup.a num.7.vsq;ad 12. vbi n.10.ità refert decisum, R. de Pont. de potest.Proreg.de assens.reg.tit.7.§.4.à n.13. & alij,*
23 proùt etiam in Clerico beneficiato, ex *Andr. Aluar.& Iacob.de Beluis.* dixit *R.de Marin.resol. qootid.lib.1.cap.21. n.7.* qui alienationi factæ per feudatarium,qui legitimum habet suc-
24 cessorem , & si Clericum, præstari debere assensum à Prorege, proindè infert, cum terminum ad deliberandum Clerico sex mensium ,
25 num velit clericatu se abdicare, concedi dicat *R.de Pont.in lect.4.de feud. tit.de his , qui feud. dare poss.n.35.& dec.4.à nu.12.* decisumq; tradat *Ann.alleg.98.*
26 Item illud retinere potest Ecclesiastica persona si nullis adstrictum seruitijs sit,*Gallup.ibidem à n.13.Capyc.dec.64.& alij apud Camill.de Curt.par.1.diuers.iur feudal.fol.40.num.35.* (licet Ecclesiam, Ecclesiasticasq; personas feuda,
27 etsi franca retinere non posse, ipse sentiat) aut
28 feudatarius ità seruire teneatur , vt possit supplere per substitutum,*Camill.de Curt.ibid.f.18. n.7.Gallup.ibid.nu.15. Capyc.in inuestit.feudal. fol.68.vers.de hoc nihilominus,& fol.245. vers. monacus si efficiatur .* Quid sit adhoa , de eius
29 introductione,ac de donatiuo,quod in locum adhoæ anno 1564.successit, eiusq; taxatione tractant *Vinc.Ann. in rep.rubr. & cap.1. de vassall.decrep.atat.§.quidam vassall.à num.149. Cons.de Rosa consult.11.& 12.* (vbi etiam de militari seruitio,ac de immemorabili præscriptione non soluendi donatiuum) & *Camill. de Curt.diuers.iur.feudal.fol.mihi 41.à n.47.* Et an Clericus,qui ad officium successit , habens ta-
30 men facultatem exercendi per substitutum possit illud retinere,quæri hìc posset? & quam-
31 quam negantium sententia verior credatur, iuxtà dispositionem *constit.regn. instrumentorũ robur in fin. & cap. Carol.2. incip. vt cum nil 159.* secundum ordinem *Nigri*, eaq: de ratio-
32 ne ne Clericus delinquens in officio, à Rege puniri non valeat, *Mastrill.dec.159. nu.18. & 19.& lib.2.de magistrat.cap.6.nu.10.de Franch. dec.479. & alij*, vel ne fiscus teneatur coram
33 iudice ecclesiastico litigare, *R.Rouit.dec.72.in fin.* contrarium tamen Ipse sentirem cum *Mõtano de regal.offic. à nu.76.fol.mihi 144. & seq.*,
34 cõcessa enim facultate substituẽdi nõ tantùm concessionarij industria, & persona videtur electa, sed cuiusuis substituti , dummodò substituens teneatur de culpis,& defectibus illius , nec Rex tenetur cum Clerico substituente coram ecclesiastico iudice litigare ; cum habeat
35 iurisdictionem radicatam in officio , & sicuti pro causa feudali non traheretur coram ecclesiastico iudice,vt in *cap.regn.item statuimus , & in pragm.2.§.3.tit.de cler.saluat.* neq; in posses-sorio,proùt decisũ habetur per *Reg.Collaterale Consilium ex Reg.Rouit. super eadem prag. n.2.* ità quòq;nec pro causa officij,*R.Galeo.resp.fiscal.12.cap.8.à n.249.* qui tamen à *princ.d.c.8.* huic nostræ opinioni mordicùs contradicit , & Clericos prorsùs à quocumque officio,siue feudo,etiam si habeat facultatem nominandi, exclusos,& insuccessibiles dicit;nec de persona teneri potest Clericus pro culpis substituti , &
36 criminalitèr , sed ciuilitèr tantùm super officio, proùt communitèr est receptum , & dixerunt *Roman.cons.11.& 15. R.de Pont.de potest. Proreg.tit.de diuers.prouis.§.solent etiam, Gram. vot.29.& cit. Rouit.cons.87.Galeot.ibid. n.247.* Ergo parum refert , possit ne , vel non possit Clericus à Rege castigari:& faciunt ad probãdum nostrum assumptum ea, de quibus *Sanfelic.dec.339.n.15.tom.3.* facultas enim nominã-
37 di non amittitur cõtumacia officialis habẽtis eam , cum consistat in quodam facti ministerio,& iurisdictio,quæ conceditur à Rege , administretur per nominatum, *R.de Pont.in tract.de potest.Proreg.d.tit.de prouis.fieri solit.§. 1.nu.7.* Ergo idem dicendum in Clerico , cui nec potest dici interdicta nominandi facultas per clericatum , licet ex se seruire impediatur .

Verbum (*deinceps*) repetitum in *Textu* iu-
38 ri communi firmat consuetudinem , nam successionem,quæ magis naturalis nuncupatur in descendentes, etsi diuersi ordinis , *l. cum ratio 7.ff.de bon. damnat.* vtraq; iura producunt in
39 infinitum, *l.quicumque, §. parentes, ff.de in ius vocand.authent.de hæred.ab intest.venient.cap.si quis igitur , Napod.in consuet.si moriatur, verb. deinceps,n.14.fol.78.Molfes.par.4.de success. ab intest.quæst.35.in princ.*

Sic verbum: *In stirpem*, vtraq; iura pecullia-
40 ri quodam nexu veluti maritat, cum inter descendentes in stirpem scindi hæreditatem,mãdetur *instit.de hæredit.,quæ ab intest.defer.§.cum filius,& auth.de hæred.ab intest.venient.§.sic tamen, collat.9. Napod.in ead.consuet.si moriatur , ver.in stirpem,n.16.fol.79.* Iura Regni non con-
41 tradicunt subingressioni ; bonorumque in stirpem diuisioni , quare illis congruentia iudicantur ex *Text.in l.præcipimus , C.de appellat. Caput. in consuetud. si moriatur, par.1. §.5. num.6.*

Et hìc pro Coronide notandum,varias fuisse antiquorum opiniones de decernendo , quæ
42 portio pro ventre pregnante esse debeat in suspenso, dum superstes filius petit hæredem sui patris declarari? cum scire, quot nasci pos-
43 sent haud permittatur, & tam varia , & incredibilia tradita sint, vt fabulis annumerentur , nam in *l.antiqui 3.§.vbi autem, ff.si pars hæred. petat. Paulus Iuris Consultus* quatuor pariter puellas à matre familias natas esse, item quinquies quaternos enixam Peloponesiam , multasq; Ægypto vno vtero septenos peperisse ; ter-

45 tergeminos Senatores cunctos Horatios vidisse, mulierem quamdam liberam Serapiam nomine (vt colligitur ex *l.8.ff.de reb dub.*)ab Alexandria, vt ostenderetur Adriano productam
46 cum quinque liberis, quorum quintum post quadragesimum diem peperit, rescripsit, & *Iulianus in l.si pater 36.ff.de solut.& liberat.* fuisse Romæ ex Ægypto mulierem Alexandrinam,quæ quinque simul peperit, & tamen eos habebat incolumes, sibi fuisse affirmatum, testatur, Aristotelisq; sententiam,qui ex totidem
47 vuluæ receptaculis quinque nasci posse scripsit, affert, *glosaq; ibidem* cuiusdam meretricis, quæ vno partu nouem genuit filios, meminit. Hinc iuris *Authores* mediam sequuti viam, vt quod fieri non rarò admodum posset in-
48 tuerentur, quartam partem superstiti filio, assignandam, voluere *cit.l.antiqui,& l.si pater,*ac etiam *in l. sed & si restituatur 28. §. si pater famil.ff. de iudic.*, quod secus est in fœmina per hoc nostrum ius municipale;habet enim donec mater pariat, paragium eadem legis censura liquidandum, posteà verò si fœmina nascatur, virilem, si, vt supra diximus, masculus non extat.

His positis, ad perfectiorem operis structuram reliquum est nonnullas ad rem,vt digniores enucleatiùs discutiamus quæstiones, idcircò quærimus, nomina debitorum, annuæ redditiones, iura, & actiones, num consuetudini-
49 bus supponantur? Quare tripliciter certo loco debiti solutionem deberi posse, præmittimus;
50 primo ratione promissionis,*l.hæres absens 19. §.illud sciendum,ff.de indici, l.contraxisse, ff.de act.& obligat.cum l.3.ff.de bon.author.indic.pos-*
51 *siden.* secundò, ratione contractæ obligatio-
52 nis, *l.omnem obligationem 20.ff.de iudic.*tertiò, ratione rei sitæ,*l.quod legatum 38.§.si autem, ff.eod.* quoniam verò plures in partes quæstio discriminatur,etiam ex varia debitæ solutionis ratione,eam per capita, his præmissis, conficiamus, oportet:& primùm de nominibus debitorum inquiramus.

53 Nomina debitorum cum non circumscribantur loco, *R. Rouit. sup. pragm.1. de iur. & exact.fiscal.n.74.in princ. Montan.contr.8.nu.3. Soccin.consil.101. vol.1.* nec sub stabilibus, vel
54 mobilibus sint comprehensa, ac potiùs quid tertium iudicentur apud *Lap. alleg.91. num.9.* vbi *Quint.Mandos.vers.de re indic.*hæc quæstio in hac parte difficilis videtur. Verum quia *Doctorum* sententia circa eam quasi similis existit,& non vna apud eosdem decisio Supremorum Tribunalium cumulatur,quod communiter receptum est, subnectamus. Ista itaq; debitorum nomina, quamuis existentia vltra di-
55 strictum, quatenus ipsorum est Neapoli solutio destinata, *Consuetudinum* dispositionibus supposita existimantur à *R. de Marin.lib.1. resol.quotid.cap.70.n.3.de Franch.dec.93.*vbi *Ric. in addit. R.Rouit. vbi sup. Montan. controu.80. n.3.Alex.cons.16.circ.fin.vol.1. Ant.de Alex.in consuet. si aliquis moriens in apost. incip. nota quod potest accidere,fol.162.Cons.de Bot.ibid.in apost.incip.secundum hanc opinionem cod.fol. de Rube.in consuet.si quis, vel si qua in apost. incip. Aduerte quia non dicit,Thor.in compend. par.1. ver. nomina debitorum,& infra ibid.Amat.cons. 77.n.31.Ann.cons.45.n.79.& cons.92.num.50. Lap.cit.alleg.91.Prouens.ad consuet.Neap.obser. 19.n.36.Caput.in proem.ad consuet. §.6. de bon. quæ in loc.n.2.in fin.*cum ibi existere videantur, vbi solutio fieri debet.

Et quamquam idem *Cons.Anna cons.78.*inter *cons. Amat.nu.24.*ex *Salic.in l.cunctos populos, C.de Sum.Trin.& Fid.Cathol.col.7.* perso-
56 nam creditoris potiùs, quàm locum destinatæ solutionis considerandum tradat per *Text. l.si quis ergo casus, ff.de pecul. & l.3.ff.pro soc.*, eius tamen sententiam cumulatiuè ad superiora, vt scilicèt in dubio absq; speciali pacto solutionis Neapoli faciendæ, ibidem posita censeantur si Neapolitanus sit Creditor,approbamus ex *Prouens.vbi sup.nu.39.& 40.* etiam ad sensũ *Caput.sup.cit.sub n.3.*ab eo ità explicatũ, nonnullorumque *Doctorum*,qui per *text. l.Caius 88.ff.de legat. 2. cum concord.* nomina debi-
57 torum nullatenus consuetudinum dispositione comprehendi, credidere, communiter reprobatur sententia, opportunaq; media ad id recensentur apud *de Franch.dec.93. nu.9. Prouens.ibid.n.38. Caput.ibid.qui a nu.6.* oppositis iuribus satisfacit, quicquid *Anna vbi supr. n. 23.ex Ari.Pinel.in rubr. C.de bon.mater. par.1. num.10.*in contrarium attentauerit.

De annuis redditionibus agere consectaneũ est, & hac in re variè *DD.* sensere, nam tales redditus annuos super bonis immobilibus ex-
58 tra districtum,consuetudinum censuræ suppositos non esse etiam si eorum solutionem in hac Ciuitate fieri, contractum fuerit, affirmauerunt *R. Rouit. vbi sup.* & propriùs *num.80. R.de Marin.vbi sup.cit.nu.33. Montan.cit. controu.8.n.7.Fab.Ann.cons.45.nu.78.Virgil.Boccat.in tract.de cens.par.2. nu.98.* & præter *decis. relat. per cit. Rouit.* in causa inter fratres de Gesualdo, & Comitem Muri,aliam secundum superiorem sententiam decisionem refert *Consil.Prouens.obseru.17.n.13.*

Alij verò, cum quibus & nos sentimus, ratione promissæ solutionis, initique contractus
59 decidendam quæstionem opinantur, adeò vt, propter contractam hic obligationem, vel destinatam solutionem tales redditus consuetudinibus supponantur, ità *Molfes.ad consuet. p. 2.de bon.quæst.12. nu.11.Cons.de Bott.in addit. incip.secundum hanc opinionem fol.162.Minad. cons.12.Caput.in prælud.ad consuet. §.6. de bon. n.11.*idem *Anna* sibi contrarius,sed magis (vt dixit) consideratè *cons.78.* apud *Amat.num.1.*

Theo-

Theodor.alleg.1.n.64.Signor.de Homede.consil. *167.Bertran.cons.105.vol.1. Lap.sup.cit.alleg.* *91.n.8.* ac ità pluriès decisum cernitur apud *de Franch.dec.93.159.& 280.*& *Prouens.vbi sup. num.18.* qui argumenta vtriusq; partis refert, reiectisq; contrarijs veriorem, ac tutiorem recentem hanc sententiam esse, ait.

Sed respectu functionum fiscalium, quæ sub
60 annuis quoq; redditibus continentur, maxima fuit quæstio in causa successionis quond. D.Antonij de Cardenas patrocinantibus hinc dignissimis fermè viris *R.Rouit. & Præs.Anel. Amat.* functionesq; ipsas fiscales extra distri-
61 ctum dijudicandas sustinentibus, prout apud *Illum* super *pragm. 1. de iur. & exact. fiscal.* & *Istum cons.77.* videre est, indè verò meritissimo *Cons.Anna vt cit.cons.78. Anel. Amat.* & celeberrimo Aduocato *Io: Vinc. Caualcrio* vt ex eius *allegat.impres.obseru.18. Cons. Prouens. ad*
62 *consuet.Neap.* qui eas consuetudinibus nostris submissas esse, tenent.

Priorem tamen sententiam tamquam ve-
63 riorem, ac Supremorum Tribunalium decisionibus roboratam, sequuntur *Montan. controu.8.n.10.* idem *Prouens.ead.obseru.18.Caput. vbi sup.n.12.Reg.de Marin.cit.cap.70. num.33. lib.1. resol. quotid.* licet alitèr *ijdem* teneant re-
64 spectu fiscalium Prouinciæ Terræ Laboris, cōtra *Prouensal.* qui circa hoc malè (vt opinor) illorum sententiam impugnat *a n.21.*

65 Redditus super vectigalibus, tàm Regiæ Curiæ, quàm huius Fidelissimæ Ciuitatis cōprehensos esse sub dispositione consuetudinaria non dubitandum ex traditis per *Caput. à numer. 13. Prouensalem obseruat. 19. n. 6. Reg.de Marin. eodem cap.70.* qui etiam decisum refert, & *alios*, contra quos etsi nil di-
66 cere ausim, ne superbus tantorum Iuris Consultorum sententiam impugnare videar, aliqua opponi posse crederem respectu redditiū vectigalium, quæ varijs regni huius partibus exiguntur.

Tandem iura, actiones, bonaq, mobilia
69 consuetudinibus subijci, communiter est receptum, post *de Franch. dec.93.num.1. Molfes. par.2.de bon.quæst.11. & alios*, semper tamen
68 creditoris persona attenta, & tamquam Neapolitana considerata, prout explicat *Prouens. obseru.19.n.40.& 46.Caput.vbi sup.n.17. Coler.de process.exequut.par.1.cap.3. nu.244.* offi-
69 bus enim creditoris videntur adhærere iura, & actiones, *Gratian.discept.forens.cap.29. to.1. nu.26.* ipsaq; mobilia, *Amat.cons.77. n.5.* idem *Gratian.discept.forens.cap.120.num.87. & alij*, ac per consequens eiusdem territorium sequuntur.

70 Iura consuetudinaria etsi non adita, an, & quando in alium transferantur? videamus. Hæc quæstio quoad eius generalitatem facili negotio resoluitur, nam licet *Cons.Hodier. in addit.ad decis.138. Surd.à num.20.per tot.* por-
71 tionem consuetudinariam, etiam non aditam, in quemcunque hæredem adhuc ignotum, transmitti, asserat, multaq; media ad probandum afferat, eius tamen opinio communiter
72 refellitur ex *Napod.in consuet.etsi testator, ver. perueniat,n.33.in consuet.si quis,vel si qua, ver. materna,& in vers.sed an bona,nu.246. & in consuet.si qua moriens,ver.saluo, de Franch.dec. 89.374.& 536.Minad.in constit.in aliquibus 4. notab.n.15.de Pont.cons.52.n.21.& cons.73.nu. 29.R.Capyc.Latr.dec.8.num.11.* Et in terminis Mediolanēsis statuti, idē disponētis, tenet *Carpan.to.1.ad stat. prædict. cap.278.nu.82.* ex *Gabriel.in suis commun.tit.de stat.conclus.4.& Cotta in memorab. ver. statutum quod extantibus, vers. an autem; & in lib.17.commun. ver.statutum fœminas excludens limit.* 11. excepto casu,
73 cum in pactum deducta fuit, tūc enim absque aditione in vim pacti debetur, *Capyc.Latr.ibidem n.9. Hodiern.vbi sup.nu.67.* nec ad rem pertinet illud obijcere de transmissione paragij absq; aditione, de quo supra diximus: patet enim disparitas, cum illud debeatur instar
74 portionis legitimæ, non autem ista *de Franch. decis.374.n.13.*

At ex hoc principio nonnullæ controuersię
75 emanant, quarum vel dignissima illa est, num neptis ex masculo amitam ab hæreditate ascēdentium non adita, excludat? Et sanè quamquam præmissis medijs illam decidendam esse videatur ad sensum, *Salyc.in l.1.C.de adult.* negantium sententiam recipientis, vt habetur ex *de Franch.dec.32.nu.1.2.3.& 4.* quam sequuntur *Cons.Stayban.resol.forens.cent.2.cap.181. n. 8.& seq. Maxil.de consuet. Bar.rubr.de iur.dot. 5,dos à patre nu.14.fol.mihi* 210. quo loco ius
76 excludendi fœminam non aditum in masculum tantùm transferri, ait, & *Lanar.cons.1.nu. 58.59.60.& 61.* & faciunt *decis.63.Gram.,dec. 4.Capyc.Latr.& dec.21.Capyc.* maxima tamen, quæ semper fuit inter peritos quæstio datur examinanda, cum non defecerint, qui aliter senserint. Quare vtriusque partis argumentis propositis, & examinatis, nostram demùm sententiam subnectemus.

Primum ergò citatorum *Doctorum* argumentum *ex text.l.emancipata,C.qui admitti, & l.1.§.ibidē ff.de collat.bonor.* desumitur, his enim
77 iuribus, specialiter acceptandum esse, quod peculiari priuilegio conceditur, cauetur. Quare
78 cum hæc facultas excludendi fœminas iure consuetudinario concedatur, eam, ad hoc, vt transmitti possit, esse specificè acceptandam, sequitur inferendum, cum secus nec ratione suitatis in descendentes ad *Text. l.si fratris tui 3.C.de iur.deliber.*, nec iure sanguinis ad *Text. l.1.C.qui ante aper.tabul.* nec tandem facultate deliberandi per *Text.l.cum in antiquioribus,C. eod.* absq; aditione transmittatur.

Se-

Secundum argumentum ità fit. Priuilegium
79 transmittendæ hæreditatis in suos hæredes, ideò inductum est, vt eam isti tamquam propriam valeant vindicare, *l.1. C.de his qui ant. aper.tabul.& l.1.§.largiùs, ff. de success. edict.*, nec præiudicentur per non aditionem. Ergo non item in portionibus illis hæreditarijs, quæ peculiari iure possent ad parentes spectare, dicendum esse videtur.

Tertium ex verbis nostri *text.* ibi, *Ipsi suc-*
80 *cessores*, quę in masculino genere loquūtur, accipitur argumētum. Ergo fœminæ tale ius, excludendi amitas, quamquam à patre obueniat, nequeunt acquirere.

Quarto tandem, omissis alijs, quæ fieri possunt, & habentur apud *Surd. decis. Mantuan.* 138.*& alios*, ità arguunt: Maiorum hæredita-
81 tes in descendentes non vt aditæ, sed transferuntur, vt adeundæ *Gomes.tom.1. variar.resol. cap.9.num.*55.eò fortiùs iure suitatis, *Picar.de acquir.hæred.cap.*12.*nu.*11. *ex l.si quis filium* 7. §. 1.*ff. de acquir. hæred.* adeò vt successoribus
82 abstinendi facultas tribuatur, *cit.l.*1.*C.de his, qui ant.aper.tabul. l.necessarijs* 57.*ff. de acquir. vel omit.hæred.& l.nam nec* 91.*ff.de leg.*1.Ergo
83 filia adeundo videtur non posse acquirere ius excludendi amitam, cum eidem nec communi iure, nec consuetudinario, concedatur, imò nec iure Constitutionum Regni, quo pariter excludi fœminam per masculum in eodem gradu sistentem tradit *Molfes.par.*4. *de success.ab intest.quæst.*27.*n.*9.

Verùm his haud refragantibus, contrariam
84 nos sententiam amplexamur, atq; amitam per neptem ex masculo ab hæreditate maiorum excludendam esse, etsi non fuerit adita, affirmamus, eiq; confirmandæ sequentia pugnacium rationum momenta adhibemus.

85 Primum, quia hæreditatis transmissio in suos hæredes fit ipso iure etiam ad inscium, *l.per hanc* 1. *C.de his, qui ant.aper. tabul.* Ergo item aditione non facta, nam secus per indignum esset fortuitas ob causas, vel casus humanos, nepotes, aut neptes, pronepotes, aut proneptes, auita, vel proauita successione fraudari, aliosque aduersus auitum, vel proauitum desiderium, vel institutum, insperato legati commodo, vel hæreditatis, potiri.

86 Secundum, quia mulierum exclusionem, ideò municipale ius introduxit, vt per masculos in familia bona conseruentur, *de Franch. decis.*24.*n.*2.*ex Soc.cōs.*30.*col.*4. *ver.circa quartum, vol.*1. *& cons.seq. & Curt. Sen. cons.*150.
87 istaq; ratio conseruationis bonorum in familia sustinetur magis per successionem in fœminas ex masculo, quàm in ipsius testatoris filias, vt ex *Molfes. par.*4. *quæst.*32. *à num.* 22. *Alex.cons.*139.*n.*3.*vol.*6.*Cephal.cons.*17. *n.*31. *& cons.*69.*n.*46. *Ruuin.cons.*153.*nu.*14.*lib.*2. *Bologn.cons.*15.*n.*53.*& alijs*, cum istæ de familia testatoris non dicantur, *DD. relat. per Seraph. dec.*848.*n.*3. (quicquid in contrarium sustineat, *R.Valens.cons.*97.*n.*91.*& seq.lib.*1.)
88 & neptis in successione aui patrem repræsentet, ac auum efficaciùs *Geor.alleg.*9.*n.*3. *&* 6. Ergo semper fœmina ex masculo præferenda in amitæ exclusionem.

Tertium, quia hæreditas quælibet nuda su-
89 scipiendæ hæreditatis voluntate aditur *instit. de hæred.qual.& differ. §.extraneis autem.* Ergo
90 adhùc ex præsumpta vltimi morientis voluntate, qui hoc ius in filiam præsumitur velle
91 transferre, amita erit exclusa, nam filia prædiligitur à patre, *l.cum auus, ff.de condit.& demonstrat. l.*1. *& ibi glos.ver.paterno, ff.de in ius vocan. l.generaliter, §.cum autem, C.de instit. & substit. l.cum alienam, C.de leg. cum concordant.* & in concursu cum amita etiam præsumitur
92 prædilecta, cum sit propior familiæ, vt modò diximus, & habetur per *Alex.consil.*130.*vol.*2. *col.*2.

His positis, alijsque quibusdam de industria omissis, reliquum est, vt aduersariorum rationes diluamus: & Respondetur primùm, enunciata iura nostro casui non adaptari, cum in eis dicantur multa, quæ propositæ quæstioni non conueniunt, bonorum enim posse sio
93 ex se non transmittitur *glo. ibid. ver.nullam*, taliq; pacto conceditur à Prætore, vt infra annum agnoscatur transmittendi ergò. Quod non item est in portione consuetudinaria, cui circa transmissionem in descendentes ius non resistit, si non fuerit adita.

Ad secundum respondetur, idem esse respe-
94 ctu hæreditatis, atq; ipsiusmet iuris consuetudinarij, quod continetur hæreditate; est enim hæc successio in vniuersum ius defuncti, *l.nihil aliud, ff.de verb.signif.* Ergo sicut quodlibet aliud ius, semel quæsitum patri, ità & hoc excludendi fœminas, & non aditum transmittitur ad filiam, *l. videamus, ff. quod met. caus.*

Tertium minus obstat, cum consuetudinis verba masculos, & fœminas comprehendant.

Ad quartum non vna datur responsio, cum
95 primò, vt aditam, quæsitamq: hæreditatem in descendentes suitatis iure transmitti, posset affirmari ex traditis per *Dec.cons.*330. *Cost. in cap.si pater in ver.deindè filio de testam. in* 6. & *Perez.ad tit.C.de iur.deliber.n.*20.secundò, quia esto, quod aduersarij volunt, nec ideò valet
96 consequentia, nam pater non tantùm ius quęsitum, sed etiam quærendum ad filiam transferr, *Molfes.cit.par.*4.*quæst.*32.*nu.*11. & adeundo filia hoc ius vniuersaliter acquirit, *§.videamus instit.per quas person.nob.acquir.*

97 Rata ergo, atq; omnibus maior incursionibus viget nostra conclusio, quæ peritissimorum sentētia approbatur, & inter eos *Surd.cit.* de-

decis.138. de Franch. decis.32. Prouens.ad consuet.ist.si moriatur,obseruat.5.à nu. 5. ex Capyc. in apost.ibid.ver.solum,lit.A.fol.78. & in apost. incip. nota Pisanell.in consuet. sed si morienti in apost.incip.nota fol.153. lit.B. Minad.in constit. in aliquibus 3.notab.fol.120.n.118.vers.contraria tamen opinio, Consil.Hodiern.controuers.forens.lib.1.cap.23.num.22. Masul.in addit.ad decis.Capyc.21.num.1.Reg.Marcian.diput.4.to.1. à num.5.& propriùs *nu.8. Molfes. vbi sup. Caput.in hac consuet.si moriatur par.1.§.9.num.11.* impugnans *Marant.diput.10. nu.17. & par.3. §.3.num.1.Reg.de Marin.lib.2.resol.quotid. cap. 145.num.10.* scripsitque *Napodan.hic ver.masculis,num.112.cum seqq. & ver.pronepotibus*, idque fieri fictione *legis Velleiæ ad text. l. Gallus,§.nunc de velleia,& §.videndum, ff.de liber. & posthum.* dixit. Verum tamèn fatemur, nonnullos ex prædictis *DD.* indistinctè, siue auo præmoriatur pater, siue non, loquutos fuisse, nonnullos verò tunc solum cum mori-

98 tur auus,filio, ac ex eo nepte superstitibus hãc sententiam tenuisse; nam si secus, aliorum opinioni adhærent, istorum verò distinctio falsa agnoscitur ex præscriptis. Nonnullas differentias inter repræsentationem per *l. Velle-*

99 *iam* introductam, & illam, quam *Consuetudines* concedunt, cumulat *Caput.ibid.cit. par.3. §.3.in princ.*

100 Quæritur modò, quid sit dicendum de iure Regni, quid in linea collaterali per vtrumq; ius, quid tandem in feudis?

Quoad primum nonnulli respondent propositam quæstionem sub dispositione *Constitutionum* non comprehendi, eiusq; proindè decisionem à communi iure dependere, ac

101 ideò amitam, & neptem æqualiter admitti volunt, *Prouensal.citat.obseruat.5.nu.15.Gram. decis.63.Afflict.in constit. in aliquibus num. 65. & alij.*Sed contraria prænalet opinio communiter in regno recepta, eamque sequuntur *Minad.vbi sup. Molfes.cit.quæst.32.par.4. Reg.Ronit.cons.74.à n.5.& propriè n.8.in fin. Reg.de Pont.de potest.Proreg. tit.9.de success.mulier.à n. 37. vsq; ad fin. Reg. de Marin. citat.capit.145. numer.5.*

Ad secundum verò dicimus cum *Capyc.dec.*

102 *21.Capyc.Latr.dec.4. Reg.de Marin.eod. cap. 145.à num.13. & aliis,* quos refert *cit. de Marin.n.13.& 14.* æqualiter amitam, & neptem admitti, proût etiam decretum per S.C. die 10.Iunij 1627.tradit *n.16.in fin.ac Colut.Cop. in consuet. sed si morienti fol. 153. lit. C. & D.*

103 quicquid scribant in contrarium *Cons. Hodier.controu.23. per tot. Reg. Rouit.cit. cons.74. num.10.& Molfes. vbi sup.* qui nimis confusè loquitur.

Et aduerte hic, apertè errare *de Franchis decis.157. sub n.6.* putantem fœminas excludi

104 si cum fratribus concurrant, non autem si filij fratrum supersint, hoc enim communiter reijcitur,circa secundam partem assumpti, & probari per *Napod.* tenet *Prouens.obseru.7. ad hanc consuet.num.10.* & ad hunc sensum reducenda,quæ habentur apud *Censal.ad Peregrin. de fideicomm.fol.mihi 214.ver.sed tamen.*

105 In feudis idem, quod suprà diximus de exclusione amitæ verum esse, non ambigitur per *Rouit.cit.cons.74.n.13.ex Afflict.in cap.1 de natur.success.feud.n.54.in fin.Lanar.cons.1.num. 59.de Franch.dec.73.n.17.Masul.ad dec.21.Capyc.n.2.R.Marcian.cit.disput.4.R.de Marin.vbi sup.a n.5.Montan.contr897. 28.*quod etiam pro-

106 cedere ad exclusionem patrui ad beneficiũ neptis ex primogenito dixit *Marcel. Maur.alleg.12.n.3.* & apud nos vsu receptam esse opinionem, vt primogeniti linea semper præferatur, ita vt donec superest aliquis ex ea linea, vel fœmina, non admittatur linea secundogeniti, testatur *Montan. in repet. l. imperialis, §. præterea ducatus, n.122.* sequuntur *Molfes. cit. par.4. de success. ab intest. quæst.35.*ex *Cons. Anna cons.125.n.42. Surd.cons.403.* qui idem esse

107 in maioratu dicit;ac sequitur *Menoch. consil. 442.* aliosque recenset *DD.Thor. in compend. ver nepos ex secundogenito*; habet enim neptis

108 ex persona patris ipsiusmet patris locum, & gradum *Cons.Geor.cit.alleg.9.nu.33.* in quã fi-

109 liæ ex secundo genito paragium in bonis auitis, adhùc feudalibus deberi, fundat.

CAPVT TERTIVM.

Dispositio Constit. in aliquibus tit. de success.filior.Comit.& Baron. ac Constit.vt de successionibus tit.de success.nobil.in feud. circa successionem descendentium enucleatur.

De successione descendentium in Regno etiam ad feudalia, & de exclusione mulierum per masculos adhuc remotiores in gradu, earumq; admissione, & successione, vel ad materna feuda. Item de actione ad feudum,& de facultate percipiendi fructus feudales, & nominandi ad officium, & an omnes dicantur feudales?

C SVM-

SVMMARIVM.

Constit.in aliquibus aque de feudalibus disponit, ac de allodialibus, vt n.1.& 2. & tollit antiquā consuetudinem, per quam olim remotior agnatus filiam feudatarij excludebat, omnes descendentes admittens, & quomodo? n.3.

Constit. in aliquibus an tantùm in vltimis voluntatibus, & ab intestato procedat? n.4.

Constit. vt de successionibus procedit in feudis quaternatis, nu.5. & vocat descendentes in infinitum præferendo feminis masculos, n.6.

Inter mulieres viuentes iure Francorum statuit prærogatiuam capilli, n.7.

Capitulum Regni Papæ Honorij incip. si aliquem *non viget in Regno Neapolis, n.8.*

Pater in actu dotationis secundogenitæ potest ius succedendi ad feuda reseruare absq; assensu primogenitæ dotatæ, n.9.

Capit. Regn. emergentium *respicit interesse fisci, num.10.*

Successio defertur iure Longobardorum instar iuris Romanorum, n.11.& 12.

Primogenita dotata non excluditur per secundogenitam à feudo materno, nu.13. cum dotatio debeat esse etiam ex bonis maternis, vt valeat excludi, n.14.

Fœmina validè excluditur à successione feudi hæreditarij vocato masculo proximè successuro tam per actus inter viuos, quàm vltimæ voluntatis, n.15.

Mulieri exclusæ debetur paragium si non fuerit dotata, & nuptæ aliquid ad arbitrium feudatarij, n.16. vbi quomodo liquidetur paragium, & vita militiæ, & de differentijs inter ea remissiuè.

Successio ad actionem hypothecariam super feudo, an eodem modo ordinetur, prout ad ipsum feudum, n.17.18.19.& 26.

Actio realis ad vindicandum supponit dominium, num.20.

Ius hypothecarium est inalienabile absq; assensu, n.21.& contra, nu.23.

Prohibitio Friderici in hoc Regno ad feuda, iuraq; feudalia pariter dirigitur, n.22.

Quod est inalienabile transit cum vniuersitate bonorum ad hæredem, vel extraneum, n.24.

Ius patronatus est inalienabile, & transit cum vniuersitate rerum vendita, n.25.

Quilibet successor hodie admittitur ad successionem hypothecariæ, personalisque actionis ad feudum, n.26. etiam si sit forensis, n.27. vel particularis successor, numer.29. ac fiscus ipse, num.28.

Facultas percipiendi fructus feudales quæsita vigore instrumenti recognitionis, an sit feudalis, an verò burgensatica, n.30.& 31.

Facultas nominandi ad officium potest alienari absq; assensu, n.32.

1 C*Onstitutionem in aliquibus* nedum super feudalibus, verùm & allodialibus bonis disposuisse, non dubitatur: hæc verba, *Francus, aut etiam Longobardus, miles, vel burgensis, &c.* demonstrant iuxta communem interpretationem, *Marin. in princ. ipsius constit. Minod.in repet. eiusd.vlt.notab.in princ. & 2.notab.num.111. Petr.de Montefor. in prin. apost.in fin.præd.constit.incip.in glo.ibi, Caput.ad hanc consuet. §.2. par.1. Afflict.super constit.vt*
2 *de successionibus n.3.* quod etiam in feudis planis, & de tabula verum esse tenet idem *Caput. n.7. ex Frec. de subfeud.* decisumque refert de *Franch. dec.7.* quibus contradicit *Afflict. in ead.constit.vt de successionibus, vers. & tota ista constitutio, & Gallup.in method.vniuers.iur.feudal.par.3.cap.3.n.14.* ex sententia *R.Io:Camil. Cacac.* tunc maximè strenui aduocati *in alleg.* pro Barone Tricarici apud *Fulu. Lanar. in cap.de success.feud. R.Lanar.nu.133.aliq;*

Inter descendentes dat formam succeden-
3 di, & antiquam consuetudinem, qua remotior agnatus defuncti filiam excludebat à feudis, in aliquot regni partibus inuectam, euertit *Geor.alleg.11.nu.18.* omnibus prorsus descendentibus admissis, & inter eos sexus in quibuscumque bonis, in feudis verò quoque ætatis introduxit prærogatiuam. Et an sit verum
4 *Constitut. in aliquibus* tantùm in vltimis voluntatibus, & ab intestato, non autem in contractibus inter viuos procedere, & quomodo talis propositio, quam non pauci confirmant, intelligatur, tradidit *de Marin. resol. quotid.to. 2.cap.68.n.20.*

At *Constit. vt de successionibus* in successio-
5 ne feudi quaternati tantum viget, vt ex *Isern. & Afflict.* tenet *Caput.ad hanc consuet.§.3. de natur.discos.constit.vt de successionibus*, & quo
6 ad descendentes, quos omnes vocat in infinitum data masculino sexui prælatione, idem, quod *in constit.in aliquibus*, disponit, dat quo-
7 que capilli prærogatiuam, cum innuptæ, quæ iure Francorum viuunt, nuptis præferantur *R. de Pont. cons.43.* (quicquid aliter sentiat *cons.10.*) *Afflict.in constit. vt de successionibus n.48. Cons.Anna cons.8.n.1. & Amen. ad decis. 119.de Franch.n.3.* confirmaturq; per *cap.regn.*
8 Papæ Honorij incipiēs *si aliquem*, licet hoc in Regno Neapolitano nō vigere scripserit, *Reg. Marcian.disp.forens.to.2.disput.88.n.27. & melius to.1.disput.3.*

Verum tamen est, patrem in actu dotationis
9 secundogenitæ posse ius succedendi in feudis primogenitæ dotatæ, etiam absq; assensu reseruare, nec *capit.regn. emergentium*, quod tā-
10 tùm quoad interesse fisci valet, ad rem pertinet, vt ex *eod.Anna ibid.à n.9. R.de Pont.cons. 21.to.1.n.56.ex Andr.in cap.1.de natur.success. feud.* habetur.

At si viuatur iure Longobardorum aliter, res

11 res se habet, omnesq; ad successionē æqualiter vocantur *in cap.omnes tit. si de feud. fuer. con-*
12 *trou.* instar iuris Romanorum nulla ætatis facta distinctione, collatis tamen dotibus, *Afflict.ibid.cit. n.*48. si aliqua ex filiabus inueniatur dotata.

Quid sit dicendum si mater feudataria mo-
13 riatur filiabus relictis, quarum altera maior natu dotata fuerit, & coniugata, altera verò viri nescia sit, quæritur per *glos. supe. cad.constit.vt de successione ver.excludunt?* Et respondendo, ad fauorem primogenitæ, vel coniugatæ, & dotatæ, quæ secundogenitam excludat, decisum esse refert, videturq; conuenire *Afflict. sup. ead. constit.*, dum loquitur relatiuè
14 *nu.*49. nam vt primogenita excludatur à materno feudo oportet, de maternis bonis fuisse dotatam, *Iser.sup.constit.in aliquibus, ver. maritare lin.*50.*col.*2.*Marcian.disput.forens.tom.*1. *disput.*6.*n.*47.*ex Afflict.Petr.de Greg. & aliis.*

Notandum hìc, quod ex *pragm.*33. *de feud.* habetur, masculum proximè successurum in
15 feudis hæreditarijs tàm per actus inter viuos, quàm vltimæ voluntatis posse à feudatario, prætermissa fœmina proximiori gradu sistente, admitti, & exclusæ, si nō dū tædas maritales
16 accēderit, dos, si verò nupta sit, aliqua quātitas ad libitum feudatarij, dari debet; verùm an idem in nouo feudo militet, perpende, & de liquidatione paragij mulierum super feudis, liquidationeque vitæ militiæ, videndus *Montan.* qui in *repetit.l.Imperialem,§.ducatus,num.*137.de ea tractat, ac differentias inter paragium, & vitam militiæ ennmerat.

17 Quæritur insuper num successio ad actionem hypothecariam super feudo ità ordinetur, prout ad ipsum feudum? Affirmatiuā tenet *de Franch.dec.*41.*&* 75.sententiam, ac tantùm succedere primogenitum, qui secundogenitis portionem præstabit, ait, eaq; confirmatur de
18 ratione, quia est idem in feudo ius, ac in actione ad feudum ex *Barthol. de Capu.in constitut. regn.minoribus, in princ.de Franch.cit.decis.*41. *& dec.*75.*ac dec.*593.*Anna alleg.*122.*nu.*7.*Canet.cap.volentes, §.sed opere prætium,num.*4. *R. de Pont.de potest.Proreg.tit.de refut. feud. §.*11. *n.*26.*& de assens.reg.§.*8.*nu.*3. *Cons.Geor.in repet.feudal.cap.*43.*nu.*13.*& seq.* apud *Cons.de Rosa consult.*47.*nu.*60. & præter decisiones relatas per *de Franch.* aliam conformem per S. C. in anno 1610. in causa Magdalenæ Longobardo, *Viscon.in addit.ad decis.*593.*de Franch.num.*1.affert.

19 Contrariam tamen, & forsan veriorem suo confirmarunt calculo sententiam, *Montan.in repet.l.imperialem,§.præterea ducatus nu.*76. *&* 77.*Schrader.in tract.feud.par.*7.*cap.*2.*nu.*26. *& cap.*3.*n.*10.quorum meminit *cit.Cons.de Rosa consult.*20.*n.*6. Quare idem *Montan. Bartholomæi de Cap.* dictum explicans iuxta *Text.* ab eodem met *citat. in l.qui actionem, ff. de regul.*
20 *iur.* in actione reali ad rem vindicandam, ac per consequens ius dominicale supponentem, hypothecariam actionem ad feudum non secundum feudorum iura, sed potiùs Romanorum leges regulari, dicit; differt enim actio ad rem, siuè ad feudum, de qua *Barthol.de Cap.*ab actione, quæ super re datur, prout est hypothecaria ad personalem accessoria obligationem, *Montan.ibid.Cons.de Rosa cit.consult.*47.*nu.*61.& communiter omnes: ergo non idem ius in vtraq; admittendum; Verùm *Montanus* etiam *Schrader.*tenētem ius
21 hypothecarium absq; domini assensu alienabile, impugnat ea de ratione, quia Friderici
22 prohibitio in Regno nostro ad feuda, iuraq; feudalia pariter dirigitur, nec ideo validam
23 esse alienationem iuris hypothecarij absque assēsu, quia valere eiusdem dispositionē in extraneum heredem absque assensu, dicit, cū pos-
24 sit, quod inalienabile est in extraneum hæredem transire cum vniuersitate bonorum, prout de iure patronatus dicitur, quod vendi non potest, *cap.quia clerici extr.de iur.patron.*& ta-
25 men cum vniuersitate rerum vendita transit, *cap.ex litteris eod. tit.*

At hæc quæstio anno 1586. dirempta fuit,
26 generali enim Concilio publico sermone hypothecariam, personaleq; actionem ad quemcumq; successorem transire dummodo bona penès fiscum non adsint, indultum fuit per *pragm.*27.*de feud.*,& dicūt *Montan.ibid.nu.*77. *R.de Pont.de potest.Proreg.tit.de assens.reg. §.*4.
27 *n.*5. *& alij*, quod etiam ad beneficium forensium procedere, ait *Cons.de Rosa consul.*47.*nu.*
28 56.ac similiter regij Fisci domini directi feudi, vt à *n.*60.*ex Reg.de Pont.cons.*64.*à n.*9. *vsq; ad* 14. *lib.*2.(*Reg.Lanar.cons.*87. *nu.*4.ità similiter
29 interpretando) item singularis successoris, vt *n.*65.*ex Reg.Capyc.Latr.consult.*84.*n.*36. *lib.*2. Nō relinquā hìc subnectere omnia circa superiorem quæstionem pro, & contra, posse desumi ex scriptis in causa pro qu.Io:Baptista Imperiali per *Cons.de Rosa consult.* 18. cuius collega fuit meritissimus olim R. Cons. Ascanius Raitanus, sustinentem, facultatem percipien-
30 di fructus ex feudo quæsitam vigore instrumenti recognitionis, esse feudalem, & absq; assensu non posse obligari contra Franciscum Mariam Imperialem, Brigidam Spinulam, & Geneuram Doriam, prætendentes talem facul-
31 tatem esse burgensaticam, prout probare voluerunt *R.de Marin.lib.*2.*resol.cap.*38. *n.*26. *& resolut.*140.*tom.*3. *& Ioseph Magal. allegat.* 115. *inter alleg. diuersor.eiusd.de Marin. d.to.*3. qui scripserunt in hac eadem causa, in qua posteà scripsit etiam insignis ille olim causarum patronus nunc Regius Consiliarius D. Antonius de Ponte in horum fauorem, quo patrono factum est, vt obtineretur sententia

C 2 S.R.C.

S.R.C.in horũ fauorem in anno 1651.ad relationem Reg.Marciani, tunc Regij Consiliarij, & licet referente Regio Consiliario Carauita alio decreto S. R. C. iura Francisci Mariæ Imperialis, & Brigidæ Spinulæ fuerint reiecta in anno 1671. die 1.Iunij, demùm 1.die Decembris 1676.similiter iunctis Aulis, ac adiunctis Regio Consiliario Prato, ac Consiliario Padilla fuit ordinata satisfactio crediti illorum pro exequutione superioris sententiæ in banca Clauelli, & faciunt tradita per *R.de Pont.consf.*38.*in princ.n.*1.*vol.*1. *& R. Sanfelic.decis.*339. *à num.*5. *& num.*14. dicen-
32 tem ius nominandi ad officium posse vendi, & aliter quomodocumque absque assensu obligari.

CAPVT QVARTVM.

Consuet. si quis, vel si qua eod. tit. explicatio.

De successione Ascendentium, & diuersitate bonorum inter eos attendenda, & an eadem bonorum distinctio Regni Constitutionibus admittatur, & quid in feudis? Et an infanti filio exclusis Collateralibus parentes succedant: item sicuti pro parentibus vtriusq; sexus succedentibus ius commune seruatur, ità quoque pro alijs ascendentibus vlterioris gradus?

S V M M A R I V M.

*Successio ascendentium dicitur secundi ordinis, n.*1. *& iure proximitatis, n.*2.

*Consuetudo statuens bonorum diuersitatem inter ascendentes, qui descendentibus succedunt, an sit conformis iuri communi, n.*4. *&* 5.

*Distinctio rei familiaris etiam à iure communi fuit introducta, n.*6.

*Successio ista consuetudinaria dicitur extraordinaria, & quæ plura patrimonia vnius morientis distinguit, n.*7. *quod tantùm in milite datur per ius commune, n.*8.

*Bona illuc redire debent, vndè emanant, n.*9.

*Testator potest ad libitum disponere de bonis obuentis ex eo latere, a quo successores non habet, n.*10.

*Qualitas bonorum ex proxima causa desumitur, num.*11.

*Portioni paternæ, quæ obuenit matri, & inde alij filio, succedit coniunctus ex parte patris, si hic decedat, num.*13. *idemq; seruatur de iure communi, n.*14.

*Remota causa attenditur si linea non mutatur, num.*15.

*Ius regni in successione ascendentium non discrepat a communi, num.*16. *&* 17. *& quid in feudis? num.*18.

*Constit. vt de successionibus excludens patrem à successione feudalium in concursu collateralis, extenditur ad matrem, n.*19.

*Distinctio bonorum in feudalibus etiam fit inter ascendentes, n.*20.

*Pater succedit in feudo paterno, & mater in materno si deficiant descendentes, & collaterales n.*21. *& aliter dicitur, n.*22.

*Ascendens excluditur si expressè à iure disponatur, num.*23. *& casus enunciantur, num.* 24. 25. *&* 26.

*Pater succedit ad feudum refutatum, nu.*27. *excluso fratre defuncti in feudo indiuiduo, num.*29. *& tenetur ad debita contracta per filium, numer.*28.

*Consuetudines Neapolitanæ non habent locum patre, & matre existentibus, num.*30. *qui admittuntur in defectum descendentium seruata forma iuris communis absque distinctione bonorum, n.*31. *&* 32. *& de ratione, n.*33.

*Ius commune seruatur pro parentibus tantùm, num.*34.

*Bartoli placitum de eo, vt authen. defuncto procedat in bonis castrensibus examinatur, nu.*35. *&* 36.

*Infanti filio, an solus pater succedat exclusis collateralibus? nu.*37. *& an authen. defuncto fuerit correcta per text.l.si infanti* 18.*C.de iur.deliber. traditur, n.*38.

*Paulus Malangonus Authoris magister laudatur, num.*39.

*Patri non datur vsusfructus bonorum filij si insimul cum eo successit, n.*40. *si ab extraneo simul instituantur hæredes, n.*41. *item nec super feudis quaternatis, nu.*42. *& bonis Castrensibus, quæ assimilantur feudis, n.*43.

*Ius commune an sicut concurrentibus patre, & matre ad filij successionem attenditur, ita pro ascendentibus vlterioris gradus seruetur? n.*44. 45. 46. *&* 47.

QVamquam generalitate verborum quoscumque succedendi ordines ista Consuetudo complecti videatur, vt hic *Napod.* notat *n.*126.*fol.*113. eam tamen apertè in successionibus ad beneficium ascendentium, etiam si remotissimo sint gradu positi, vt argumento eius, quod idem *Napod.* dixit *hìc ver.liberis fol.*119. *n.*160. colligitur, locum vindicare tradidit *ibid.n.*125. de primo
1 enim succedendi ordine diximus, hic de secundo,

do, & tertius sequitur *seq. consuet.* explanandus. Dicitur successio iure proximitatis, sed
2 vtrum à communi iure distet, cum fiat data
3 totius rei familiaris distinctione? quæri solet. *Prouens. super ead. consuet. obseru.* 1. eam adeò
4 Romanorum legibus esse putat conformem, vt inter se verba, & mens confundantur, si dispositio *l. emancipatis, C. de legit. hæred.*, attendatur.

Verior tamen *DD.* sententia illam dissimi-
5 litudinis à communi iure rationem in *consuetudine* affert, quia gradus prærogatiua succedẽtium bonorumuè distinctio deficientis admittitur, vt ex *Marin. Frec. in addit. incip. vide Soccin. in fin. Napod. vbi sup. Montan. contro.* 1. *n.* 30. idem *Prouens.* notat, cum regulariter nulla facta bonorum distinctione proximiori deferatur hæreditas ex *dispos. authen. itaq; C. de legit. hæred.*

Et licet noua *Consuetudinis* introductio
6 diuidende rei familiaris iuxtà qualitatem bonorum dici haud possit, dum *l. si eius, C. eod. et alibi*, quoque inuecta cernitur, prælatiua tamen dicitur successio consuetudinaria, & ex-
7 traordinaria, quę plura patrimonia vnius morientis generaliter distinguit, quod tantùm
8 militibus ius commune indulsit *de Franc. dec.* 59. *n.* 7. & explicat *Napod. ibid. nu.* 129. vt gradus prælatio inter coniunctos ex eadem parte, patris scilicèt, vel matris, bonorum autem distinctio in diuersa linea consideretur, vt illùc
9 redeant bona, vndè emanarunt *Theodor. alleg.* 28. *n.* 8. *&* 26. *Prouens. sup. ead. consuet. obseru.* 8. *n.* 4. *Cons. Hodier. controu. forens. cap.* 24. *nu.* 35. *Molfes. cons.* 50. dariq; ideò potest casus, quo proximus excludatur per remotiorem, *Montan. controu.* 1. *nu.* 31. *Napod. vbi sup. & alij*, &
10 potest quis ad libitum disponere de bonis, quę obuenerint ex vno latere, à quo successores non habet, etsi multi ex altero supersint *Montan. ibid. in fin. num.* 29. *ex Molfes. par.* 2. *tit. de bon. quæst.* 18.

Quæritur insuper quonam pacto materna,
11 siuè paterna bona, remota ne, a qua exierant, an verò proxima, a qua ad vltimum obuenere defunctum, persona considerata, dijudicentur? De hac re inter diffidentes *DD.* sanctiorem, magisq; receptam puto esse sententiam, quæ
12 proximam, non remotam causam attendendam esse, tenet, comprobant *Cons. Prouens. ad cit. consuet. si quis, vel si qua, obser.* 2. *n.* 8. *ex Paul. de Castr. in l. quod scitis*, §. *fin autem, vers. in text. ibi C. de bon. quæ liber. & aliis, Montan. controu.* 1. *n.* 38. *circ. med. R. Rouit. cons.* 100. *to.* 1. *nu.* 7. *& decis.* 100. *n.* 13. qui etiam *Napod.* ità affirmantem multis in locis, affert, *de Franch. dec.* 696. *Afflict. dec.* 127. *& ibi Vrsil. n.* 2. *Ann. alleg* 117. *n.* 4. *in fin. Steph. de Caiet. in apost. ad cit. cõsuet. fol.* 111. *lit. F. &* Camil. *Saler. in alia apost. fol.* 119. *lit. B.* & dixit *R. Capyc. Latr. consult.* 19. *per tot. tom.* 1. adeò vt portioni paternæ, quæ
13 matri obuenit, & post eius obitum filio, coniuncti ex parte patris succedant cum hic filius diem suum obit, vt dixit *post. incip. nota quod si mater lit. E. fol.* 145. & ita similiter se-
14 cundum ius commune esse contra *Bart. in l. quod scitis, C. de bon. quæ liber.* voluere *Castren. in ead. l. n.* 2. *et* 3. *Vrsil. ad Afflict. decis.* 127. *nu.* 2. *Giurb. ad consuet. Massan. cap.* 2. *glos.* 4. *par.* 1. *n.* 2. *Sess. decis.* 52. *lib.* 1. *Mart. de success. legal. p.* 1. *quæst.* 5. *art.* 2. *à n.* 17. *et par.* 2. *q.* 1. *art.* 1. *a n.* 10. *cum seqq. et p.* 3. *q.* 12. *art.* 2. *n.* 19. *Peregr. decis.*
15 77. *n.* 7. *et alii*, & tunc remota causa attenditur, cum non mutatur linea, & prima vsque ad hanc manauit ætatem, *de Franch. decis.* 25. *num.* 2.

Et nostrum vt sequamur institutum, quid circa scripta per iura regni statuatur? conuenit videamus. *Napod. releg. hac nostra consuet. ver. bonis omnibus n.* 174. *f.* 124. in bonis positis extra cõfinia, ius commune tam quoad exteros, quàm quoad ciues seruari docuit. Quare ni
17 *Constitutionibus* innouatam contra ius commune fuisse, consentaneum est affirmare, porrò, nec bonorum prærogatiuam, nec proxi-
17 mitatis vinculum considerari, *Anton. Capyc. ibid. in apost. incip. nota igitur lit. B.* infert. Hoc
18 in allodialibus valet, nam in feudis *constit. vt de successionibus* disponit, vt ex *Afflict. Gram. Geor. & alijs* probat *Mont. contr.* 24. *n.* 1. *&* 2. (quidquid sit de ratione exclusionis ascendentium in concursu collateralium, quam affert ex mente Friderici, *Lanar. cons.* 69. *n.* 10. *ab eod. Montan.* impugnatus *ibid. nu.* 3. *& seq.*) Et licet
19 verba *constit.* exclusionem patris tantùm statuant, *ibi excluso etiam communi patre superstite*, tamen ex paritate rationis contra matrem quoque interpretantur per *glos. ibid. fol. mihi* 240. *col.* 1. *vers. excluso etiam lin.* 20. *& lin.* 51. *col.* 2. *DD. omnes*.

20 At *constit.* bonorum distinctioni faciendæ maternorum, ac paternorum, non derogat in feudis, nam descendentibus, & collateralibus
21 deficientibus, pater in paterno feudo, seu à linea paterna peruento, mater verò in materno succedunt, vt affirmat *glos. super ead. constit. fol.* 250. *col.* 1. *ver. iniuriam nullus, lin.* 50. (quicquid aliter dicat deinde, omnino nempè ascẽdentes excludi à successione feudali) & probat *Montan. cit. contro.* 24. *à n.* 4. *vers. antiqui sapien-*
23 *tes*, vbi *circa finem* concludit ex *Andr. in cap.* 1. *n.* 8. *col.* 2. *de natur. succes. feud.* tunc excludi ascendentem, cum exclusio expressa iuris dispositione statuitur, si scilicet pater donationi
24 feudi ab auo factæ nepoti consentit, vel ipse
25 pater omnimoda renunciatione in quouis casu refutet feudum, vel filius tanquam de
26 nouo feudo fuit inuestitus, ad limitationes contentas in *text. cap.* 1. *in fin. de eo qui fin. fec. agnat.*, & in regno rerum iudicatarum authori-

ri-

ritate cõprobatum subiungit: patrem enim iure successionis ad feudum refutatum venire,
27 non dubitatur, cum ad debita, per filium re-
28 futatarium cõtracta, teneri, habeatur ex *decis. 3. de Franch. & post R. de Ponte de potest. proreg. tit. de refut. feud. in rub. num.* 14. *& seq.* etiam
29 excluso fratre defuncti in feudo indiuiduo, *idem de Pont. ibid. n.* 15. *&* 32.

Ad consuetudinarium ius modò redeuntes,
30 aduertẽdum duximus, *Consuetudines* nostras patre, ac matre existentibus non militare, ita vt non tantùm in defectum descendentium
31 admittantur, *ad text. in authen. cessante, C. de legit. hæred. & authen. de hæred. ab intest. venien. §. si igitur il secondo*; verùm etiam vlla facta
32 bonorum distinctione æqualiter succedant, iuxta dispositionem *authen. defunct. C. ad sen. Cons. Tertul. Napodan. in consuet. si quis, vel si qua in p. glo. n.* 132. *vers. sed primum puto verius*; & iterum *in ver. præterquam in princ. nu.* 180. *&* 186. *& in cõsuet. & si testator, ver. proximiores, de Franch. decis.* 91. 92. 543. *num.* 4. *& decis.* 606. *Molfes. par.* 4. *de success. ab intest. quæst.* 44. *n.* 1. *& quæst.* 45. *n.* 1. *Thor. in compen. decis. p.* 1. *ver. consuet. neap. Prouens. obseru.* 22. *n.* 11. *Montan. contro.* 1. *n.* 23. *& n.* 64. *Theod. alleg.* 1. *n.* 28. *Prat. to.* 2. *discept. forẽs. c.* 6. *n.* 2. & ra-
33 tionem *idem Montan. d. n.* 64. assignat, quia cum parentum existentia *Consuetudinibus* non fuerit considerata, debet ipsis existentibus ad
34 ius commune recurri, sed hoc tantùm quoad parentes ipsos valet, cum concurrentibus fœminis cum masculo, ac parentibus, fœminæ adhuc excludantur, *de Franch. cit. decis.* 543. *num.* 4.

Et hic afferam, quæ scripsit *Bart. in authen. itaque, C. commun. de succes.*, ac in *l. quod scitis, C. de bon. quæ liber.* dispositionem nempe *auth.*
35 *defuncto* respectu castrensium bonorum, vel quasi vindicare [illegible]cum, & aduentitijs ex parte patris, patrem dumtaxat, exclusa matre, succedere, & è contra matrem admitti ad proprietatem bonorum aduentitiorum ex materna cognatione obuentorum, patri vsufructu reseruato; *Bart.* placito adherent *Theodor. allegat.* 28. etiam durioribus in terminis, *Thesaur. decis.* 27. *per tot. Prouens. in hac consuet. obser.* 9. *Capyc. Latr. consult.* 19. *to.* 1. *nu.* 19. *& alij*, & successionem, quæ iuxta dispositionem *l. quod scitis* datur, prælatiuam dici, ac ideo per aditionem patrimonia non confundi, tradidit *Camill. de Medic. cons.* 99. *n.* 40.

Sed contra voluere *Bald. & alij* inter quos
36 conuenit *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 190. *num.* 13. vbi decisum refert, & facit *text. in authen. de hæred. ab intest. venien. collat.* 9. *cap.* 2. *§. si igitur defunctus lo primo, & §. seq.* tu verò vtram ex his valeas tutè sententiam tenere, hincindè adducta considera.

Quæritur modò quid seruetur in successione filij in infantili ætate morientis, num scili-
37 cet parentes cum collateralibus admittantur, an verò solus pater, ad *text. l. si infanti* 18. *C. de iur. deliberan.* succedant? Maxima quidem inter DD. quæstio, eorumque duæ in hac re sententiæ feruntur, at ex nostratibus *Cons. Prat. to.* 2. *discept. forens. cap.* 6. *Anna cons.* 1. *n.* 10. *& seqq. cum Vasq. de success. lib.* 3. *§.* 21. *n.* 267. *vers. contrariam partem, Cras. de success. §. transmissio lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 3. *& quæst.* 27. *num.* 2. *Noal. de transmis. cas.* 8. *n.* 166. *& alij, authen. defuncto*
38 correctam à *l. si infanti* tenent, idemque meritissimus olim, & eximia eloquentia aduocatus
39 vereq; huius seculi Cicero, & Papinianus Paulus Malangonus præceptor meus consultus in causa cuiusdam de Prisco affirmauit, faciunt scripta per *Reg. de Ponte cons.* 19. *to.* 1. *n.* 46. *& seq.* eorumque placito, & ipse adstipulor, nam quamquam *idem Prat. tom.* 2. *disceptat. forens. cap.* 7. *in fin.* decisionem causæ, in qua scripserat, aduersus scripta sequntam tradat, sub præceptoris tamen verbo iurare, mihi fas esse
40 reor. Patri verò non dari vsumfructum super bonis filij sui, cum quo successit ad *text. in authen. item hæreditas, C. de bon. quæ liber.* subne-
41 ctam: ea si ab extraneo pater, & filius instituãtur, seruari habetur in *decis.* 573. *n.* 1. *&* 4. *de*
42 *Franch. & decis.* 651. item nec datur super feudis quaternatis, *Napod. in consuet. quod si aliquis tit. de alim. præstan. num.* 32. *&* 33. *fol.* 217.
43 bonisque castrensibus, quæ feudis assimilantur in *text. l. cum multa, C. de bon. quæ liber.*

44 Superest de alio perquiramus, an scilicet illud, de quo supra de successione parentum iuxta regulas iuris communis, procedat si ascendentes vlterioris gradus supersint? Ardua sanè hæc controuersia retrò temporibus
45 visa fuit, nam alij idem prorsus in ascendentibus quibuscumque tenendum esse crediderunt, ita *Ant. de Alex. in consuet. si quis, vel si qua in apost. incip. si ergo quis moritur, Capy. decis.* 210. *num.* 3. *& in apost. ad cit. consuet. incip. ad ea, quæ vers. sed si queratur, Minad. decis.* 38. *num.* 2. *Anna alleg.* 70. *n.* 49. quorum sententiam acriter sustinet *Reg. Rouit. in alleg. impres. post comment. ad prag. regn.* quæ inscribitur quæstio Illustris, *& cons.* 100. *to.* 2. *ante num.* 15. & iterum *cons.* 71. *tom.* 3. & sequuntur *P. Molfes. ad consuet. par.* 4. *de succes. ab intest. q.* 45. *per tot. & R. de Marin. resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 70. *n.* 14.

46 Alijs placuit contrarium, successionemque in ascendentes vulterioris gradus secundum consuetudinariam censuram, bonorum nempe facta distinctione, etiam in præiudicium ipsorum ascendentium, & ad gratiam collateralium, dari: hanc sententiam rerum iudicatarum authoritas tenendam esse suadet: fuit enim decisum in causa Ducis Montis alti, & aliàs continuatis temporibus; Comprobat communis peritorum opinio, proùt videre

est

est apud *Reg. Reuert. in alleg.* similiter impressa post *comment. Rouit. ad prag. de Franch. in apost. ad coniect. si quis, vel si qua incipien. consuetudo non habet locum*, *& in decis. 92. n. 6. & decis. 543. sub n. 4. Camil. Saler. in apost. ad consuet. & si testator, incip. si consuetudo, fol. 182. in fin. R. de Ponte cons. 61. à n. 62. Camill. de Laratha cons. 115.* qui *n. 36.* consuetudinem taliter iudicandi inductam esse, testatur, *R. Galeo. in addit. ad cons. 11. Camill. de Medic. n. 24. Cons. Prouens. obseru. 24. ad consuet. neap. Montan. contro. 1. n. 23.* quare de hoc amplius dubitari, haud superest, cũ enim super tali articulo exagitari debuisset in S.R.C. in causa pro qua *idem Reg. Rouit* scripsit *cons. 98. tom.* 1. noluit super eo
47 scribere, tanquam aliàs, & si contra propriam sententiam, determinato, vt *n. 2.* consonant, & *Napod. dicta hic num. 129. fol. 114. & alibi*, & argumentis aduersariorum apprimè satisfacit *Prouens. vbi sup.* illudque ad probandum cumulare non vereor argumentum, adeò iuris consuetudinarij rationi hæc *DD.* sententia videri consona, vt si contrarium affirmemus, ipsius dispositio destruatur; diximus enim, in ascendentibus disposuisse *consuetudinem*, sed si de his non sentit, certè, nec alius, de quo disposuerit, valet inueniri, nouissimè *Blasius Altimar. in obs. ad d. cons. 95. R. Rou. n. 11.*

CAPVT QVINTVM.

Verba textus exponuntur.

De separatione rei familiaris heredis etiam post aditionem à Consuetudine introducta, & de admittendis Ascendentibus ad successionem iuxta qualitatem bonorum potiùs, quàm coniunctionis vinculum, & proximitatem, & de naturalium filiorum successione, legitimatorum per subsequens matrimonium, per rescriptum Principis, & oblationem curiæ, & an distinctio bonorum sit facienda respectu forensium succedentium Neapolitanis?

SVMMARIVM.

Consuetudo si quis, vel si qua agnatos generaliter vocat ad successionem descendentium etiam ad bona per defunctum quæsita, & corrigit ius commune n. 1. 2. & 3. etiam si adsit propinquior cognatus n. 6.

Consuetudo non derogat traditis à iure communi de essentia Agnatorum, & Cognatorum n. 4. sed formam statuit succedendi iuxta qualitatem bonorum n. 5.

Bonorum qualitas quando praualet sanguinis coniunctioni n. 7.

Duplicitas vinculi non attenditur si proximus indè, quò bona obuenerunt concurrit n. 8.

Agnatus quandoque vincitur à cognato in succedendo n. 9.

Consuetudo excludit confusionem bonorum hæredis, & defuncti, etiam post aditionem, ac ideò corrigit ius commune n. 10. & 11.

Inuentarium operatur rei familiaris distinctionem ac separationem iure communi attento, num. 12. & 13.

Post aditionem defuncti bona dicuntur hæredis, impropriè tamen defuncti n. 14. 15. 16.

Consuetudo si quis, vel si qua vocans ascendentes in defectũ filiorum an de legitimis simul filus, & naturalibus senserit? & quid in legitimatis per subsequens matrimonium, per rescriptum Principis, & per oblationem curiæ n. 17. 18. 19. 21. 24. 28. & 29.

Princeps legitimando naturales, non præsumitur in dubio agnatis velle præiudicare n. 20.

Princeps potest legitimato omnia legitimorum iura concedere n. 22. sed in dubio non dicitur concessisse ius succedendi n. 23.

Illegitimus potest legitimari, & tamen nõ ad succedendum habilitari, n. 25.

Principis animus aut verbis, aut coniecturis percipitur, n. 26.

Legitimatio absque citatione agnatorum non valet, num. 27.

Legitimati per oblationem curiæ dicuntur legitimi in præiudicium patris tantùm, n. 30.

Naturales admittuntur ad maternam hæreditatem cum legitimis, & naturalibus, n. 31. & de ratione n. 32.

Bonorum distinctio etiam pro forensibus facienda num. 33.

Coniunctis ex materna cognatione succedunt bonis maternis lucratiuo titulo obuentis, non autem datis pro meritis, aut titulo oneroso, n. 34. & ratio n. 35.

1 Coniunctos ex parte patris super omnibus defuncti bonis cũ præterat ista *Cõsuet.* idẽ iuris in quæsitis per testatorẽ ipsũ *Napod. hic ver. bonis omnibus n. 174. f. 124. Montan. contro. 1. n. 22. cir. med. & n. 31. et alij*, esse arbitrantur, generalitate enim verborum ipsius non tantùm antiqua, sed & cætera
2 ra complexa videntur, hinc correctio iuris communis in *authen. de hæred. ab intest. veniẽt. cap. nullam 4. collat. 9.* emanat *Afflict. decis. 96. post n. 9.* licet ex facti contingentia, quandoque re-

remaneat incorrectum, vt obseruat *Napod.*
3 *ibidem n.*175. hoc ex accidente euenit, correctio verò ex aperta nostræ *Consuetudinis* dispositione resultat.

4 Nil tamen credas circa agnatorum, cognatorumque essentiam eadem nostra *Consuetudine* reformatum, disposita enim in *l. inter agnatos* 5.*ff.vnd.legit.et vnd.agna.at in l.Iurisconsultus* 10. §. *nomen, ff. de gran. affin.* vigent,
5 sed potius inter eos iuxta bonorum qualitatem distributam successionem dicas; siquidem in bonis paternis, & quæsitis propinquior co-
6 gnatus ab agnato excluditur remotiori, *Napod.ibid.fol.*124.*de Franch.decis.*175.*n.* 2. *et* 5.
7 cum validior sit qualitas bonorum gradus ipsa proximitate, vt *Napod.* subnectit *nu.*151.
8 adeo vt nec duplex vinculum agnationis, & cognationis consideretur ad exclusionem pro-
9 ximioris ex illa parte, qua bona dependent, *Montan.cit.contro.*1.*n.*33.*&* 34. & proximus agnatus possit reijci à cognato remotiori in bonis maternis.

10 Item ex bonorum discrimine per *Consuetudinem* constituto, iuris communis correctionem circa hæredis, ac defuncti rei familiaris separationem inferri, deducitur: bona enim defuncti, cum paternam, maternamque in hærede qualitatem consuetudinaria virtute
11 conseruent, nec aditione talis deleatur vmquã character, *Napod. hic n.* 231. alijs commisceri non valent, *Napod.ibid.num.*230.*& Cons.Prouens.in ead.consuet.obseru.*10.*num.*20.cum illorum facta hæreditatis acceptatione, separa-
12 tio absque inuentario non permittatur, *Anna alleg.*30. *num.* 10. actionesque hæredis, ac
13 defuncti confundi dicatur, *l. debitori* 7.*C.de pact.* ideoque vnum, ex duplici vtriusque fit
14 patrimonium, hæredis nempè, & non nisi im-
15 propriè bona nuncupantur hæreditaria, *glo. & DD.in l. possessio* 1. §. *veteres, ff. de acquir. & amitt.possess.* & est *text. l. cum hæredes* 23. *ff.*
16 *eod.* cum post aditionem non amplius defunctum, sed repræsentet hæredem, *l. hæres quandoq;* 54.*ff.de acquir.hæred.*

Per verba illa: *Filijs, seu liberis legitimis*
17 *non extantibus*, deueniri solet ad quæstionem, num de legitimis, & naturalibus simul senserit *Consuetudo*? Affirmatiuè primus omnium *Napod.hic ver.legitimis num.*161.*fol.* 120. *& ver.ex parte patris num.*170.*fol.*122.respondit
18 legitimatosque in bonis proprijs defuncti tãtùm admittendos censuit, ipsum sequuntur *Adden.ibid.Pisanel. in apost. incip. nota fol.* 122. *lit.B.& Montan.cit.contro.*1.*num.*74.*& contro.* 6.*num.*4. *&* 5. At stricta sermone *Napod.* sententia est, eãque ideo in legitimato per rescri-
19 ptũ Principis, nõ autem per subsequens matrimonium tenendam scripsit *Prouens.in ead.consuet.obseru.*10.*num.*6.Princeps enim indulgen-
20 do legitimato, proximo successuro non censetur præiudicare voluisse quibuscumque fuerit verbis facta legitimatio, si tamen expressissimis illum ad successionem non admiserit, & ita pluries decisum, & præmanibus haberi ex *Vrsil.ad decis.*195.*Afflict.num.* 5. *& Molfes. ad consuet.neap. par.* 2. *tit. de person. quæst.* 10 *num.*1.*cit.Prouens.à num.*16.*vsque ad* 19. *& P. Merlin.contro.to.*2.*cap.*90. *in fin.* quam senten-
21 tiam tanquam certiorem, ac consuetudinariæ rationi consentaneam sequimur, nam licet à
22 Principe legitimati quæque legitimorum iura consequi videantur, eiusdemque prorsus reddi conditionis, pro vt *Fab.Ann. cons.* 106. & ex *Pres.Vrsin.de success.feud. par.* 1. *quæst.* 3. *art.*1.*Prouens.ibid.num.* 2. *&* 3. dixerunt *& P. Merlin.contro.to.*2.*cap.* 85. *n.* 6. faciuntq; scri-
23 pta per *Theod.alleg.*18.secus tamen est quoad consuetudinariam successionem, posset enim Princeps (etiam in sententia *Fab. Ann. cit.*
24 *cons.*106.*Molfes. ibid. num.* 41. & *aliorum* ad-
25 uersæ partis *Authorum*, aliquẽ ita legitimare, vt ei nec faciat succedendi facultatem, eius-
26 que mentem non modo verbis exprimi, sed posse coniecturis elici, non dubitatur: ergo sat est non dixisse Principem ad animi explicationem, & ita sensisse patet *Censal.ad Peregrin.de fideicom.obser.ad art.*23.*per tot.& proprius fol.* 101.*vers.* 3. *obseruo.* vbi allegat *Fragos. de regim.rei publ.Christ.par.*1.*lib.*3.*disput.*6.§.4. *sub num.*57.*& fol.*168.*vers.sed tamen limitabis*, & ex multorũ authoritatibus, statuit legitimatio-
27 nẽ absq; citatione agnatorũ, siue cognatorũ, factã esse inualidã, & ferè omnia in hac materia legitimationũ habentur, à *fol.*85.vbi allegationes contra scripta per *Montan.*in causa illorum de Gagliardo inueniuntur.

Cæterum quoad legitimatos per subsequẽs
28 matrimonium adeo *Prouens.*opinio præualuit vt cum ea cuncti transierint, nec superesse quæstionem dicat *cit.Molfes.num.*30.*&* 31. At le-
29 timatos per oblationem curiæ reiectos volumus à successione consuetudinaria cum *eod. Molfes.nu.* 5. dicuntur enim in paternum præ-
30 iudicium legitimi, §.*filium, authen. quib. mod. nat. effic.sui*, ergo cæteris præiudicare non possunt.

Nec prætermittendum, quod *Napod. ibi tunc proximiores ex parte patris n.* 169.*fol.*122.
31 notauit, naturales tantùm etiam cum legitimis, & naturalibus pari in gradu sistentibus ad maternam successionem admitti, certa
32 enim est cognatio, *l. si spurius, ff. vnd. cogna.* iuraque *in authen.licet, C.de natur.liber.& in l.fin.C.ad Sen.Cons.Orfic.* sunt immutata.

Item notandum, bonorum distinctionem inter coniunctos ex parte patris, & matris à
33 *Consuetudine* statutam, etiam respectu forensium dari, illi enim tamquam neapolitani succedunt in concursu, vt ex multis probat, reiectis contrarijs, *Cons. Prouens. ad nostr. consuet. obser.*

obseruat.14.per tot. & est decisio S.R.C. ad relationem *Præsid.de Franch.* in causa illorum de Lembo, cuius meminit *Iac.Ant.de Bottis in apost.incip. in causa in consuet.pupillus de in integrum restit.*

Distinguit ad explicationem verbi, *Obuenerunt, Napod. noster in text.* tunc ex materna li-
34 nea coniunctis successionem deferri, dicens, cum bona lucratiuo titulo à matre, cognatisq; dependent, quod secus si oneroso, vel pro meritis data fuerint, habentur enim ista vt quæsi-
35 ta, quibus agnatos succedere, diximus; Quare in successionis delatione bonorum originem inspici, & causam, non dubitatur.

CAPVT SEXTVM.

Vsus nobilium platearum Capuanæ, & Nidi, ac mos Procerum, & Magnatum explicantur.

De contrahendi more nobilium platearum Capuanæ, & Nidi, quid importet, & an ex eo Consuetudo excludendi parentes censeatur inducta etiam absq; pacto, ac eorum renunciatione filiorum successioni ab intestato? Item an dicatur vltimo morienti succedi, vbi nouus vsus viget, ac renunciatum bonis per defunctum quæsitis, vel quæ extra agrum sunt? De conuentione contrahendi more nobilium etiam per exteros facta, & de vsufructu patri debito super bonis filij, vel dotalibus, & an eidem debeatur si more nobilium sit actum: de restitutione dotium post mortem filij, ex matrimonio more nobilium contracto, suscepti; ac tandem de more, vt dicitur, Procerum, & Magnatum, quiduè sibi velit?

S V M M A R I V M.

Parentes se tollunt de medio renunciatione, si contrahatur more nobilium platearum Capuanæ, & Nidi, n.1.

Nouus vsus platearum Capuanæ, & Nidi inter nobiles earumdem cœpit seruari, nu.2. & quid importet, n.3.

Nobiles platearum Capuanæ, & Nidi an dicantur nouo vsui subiacere absq; pacto, & renunciatione successioni filiorum, nu.4.6.8.9. & 10.

Rex Ferdinandus approbauit omnes vsus, & consuetudines, vel non scriptas, n.5.

Consuetudini expressis verbis valet derogari, n.7.

Vltimo morienti ne, an illi à quo bona obuenerunt dicatur succedi, si contractum sit more nobilium, nu.11.12.13. & 15. ac etiam n.57.

Nouus vsus idem statuit in parentibus, quod per cõsuet. siquis, vel siqua constitutum est in alijs coniunctis, n.14.

Vsus nobilium nil disposuit in ascendentibus vltra vtrumque parentem, qui dicuntur succedere ad formam à consuet. statutam n.16. etiam fauore collateralium, n.17.

Auia an excludatur in concursu materteræ, nu.18. & auia materna an excludatur à bonis paternis sui nepotis, n.19.

Matre exclusa an censeatur auia exclusa, n.20.

Vsus nobilium non viget in bonis quæsitis per defunctum, ad quæ succedunt parentes ad formã iuris communis, n.21.

Vsus nobilium non dicitur corrigere consuetudinis siquis, vel siqua dispositionem, sed potiùs ipsi adhærere, n.22. & 23.

Bona extra confinia an subiaceant renunciationi parentum contrahentium more nobilium? nu.24. 25. & 26.

Nouus vsus nobilium Capuanæ, & Nidi legitimè fuit inductus, nu.27.

Exteri, aliq; non gaudentes honore sedilium possunt nouum vsum accipere saltem in vim pacti, n.29. & 30. sed expressis verbis, n.31.

Nouus vsus non ligat circa non expressa, nu.32. & 33. & quare, n.34. & contra n.35.

D.Hieronymus Borgia laudatur, n.36.

Vsusfructus super bonis maternis filij an extinguatur filio mortuo, si contractum sit more nobilium, n.37. & 38.

Pater non dicitur existere post quam renunciauit successioni bonorum dotalium filij, n.39.

Ius consuetudinarium non discrepat à communi circa vsusfructus præstationem patri designatam bonorum filij, n.40.

Vsusfructus dotis patri non debetur viuente filio, suscepto ex matrimonio contracto more nobilium, n.41. & contra, n.46.

Pater per nouum vsum censetur etiam ex testamento exclusus si non instituatur à filio, n.42. cum habeat filius liberam disponendi facultatem, num.43.

Alienatio bonorum inhibetur filijs, ne patri tollatur vsusfructus, n.44.

Filij liberam habent dotium aduentitiarum alienãdi facultatem, post quam ipsis sunt consignatæ, cum earũ vsusfructus nõ debeatur patri, n.45.

Ademptio vsusfructus, patri debiti non arguitur à renunciatione facta successioni filij, n.47. & de ratione, n.48.

Vsusfructus debetur patri iure retentionis super bonis filij, n.49.

Patri si non potest deberi vsusfructus bonorum filij sui, debetur vsusfructus commoditas, n.50.

Patri an debeatur vsusfructus super feudis remissiuè, n.51.

Restitutio dotium post mortem filij, suscepti ex matrimonio contracti secundum vsum nobilium, mulieris ne vicinioribus, an verò dotantium sit facienda, n.52.53.55.& 56.

Notariorum attestationes circa explicationem noui vsus habentur, n.53. sed eis non credendum in hoc, n.57.

Mos Procerum, & Magnatum quid sit, & an distet à iure communi Romanorum, numer.58.59. & 60.

Ius commune Romanorum, et Francorum conuenit, num.61.

Magnates contrahentes si asserant viuere more Magnatum, dicuntur tamquam Magnates contrahere, n.62.

CVM supra, parentes *Consuetudinum* dispositione comprehensos non esse, ipsosque iuxta iuris communis regulas ad successionem descendentium admitti, sit dictum: videndum modò num aliquando dicatur exclusi, merito de hoc vsu, per quem à suc-
1 cessione filiorum, tanquam de medio auferuntur, tractandum.

Et primò dicimus, vsum, quem nouum plerique appellant, inter nobiles platearum Ca-
2 puanæ, & Nidi introductum, & ideò dicitur ipsorum specialis, licet postea inter alios Ciues inualuerit, ac ex *Napod.* doctrina introductum dixere *Consil.de Rosa consult.6.n.66. de Franch.dec.537.nu.3. R.de Marin.lib.2.variar. resol.cap.192.n.8.Cons.de Geor.alleg.23.& alij.* & traditur in *dec.Afflict.237.* sed ab *eod.de Rosa ibid. num.66. 67. & 70.* secundum placitum *Camill.de Laratha cons.115.num.2.& seq.* & fe-
3 rè omnium, sub compēdio explicatur, nil aliud esse, quàm renunciationem altrinsecè à parētibus factam successioni filiorum ab intestato, siuè in pupillari ætate, siuè post decedentium quandocumq; adeò, vt ipsis extantibus *Consuetudo* nostra *si quis, vel si qua*, etiam pro eis vigeat, prædefunctiq; filij successio viciniori in gradu, bonorum facta distinctione, deferatur.

Quoniam vero *DD.* disceptare solent, an
4 huiusmodi contrahendi forma, adeò inter Nobiles illos inualuerit, vt in ea dicatur ius aliquod consuetudinarium constitutum, an verò solo cōtrahentium pacto in vsu versari soleat? ad rei firmitatem regulam statuamus, oportet: & sanè non pauci, inter quos *Anna cons. 1. 2. 118.& 119.Theodor.alleg.1.& 79.Amat.cons. 26.n.16.Andr.in præslud.feudor.n.24.vers.dubitatur, R.de Marin.resol.quotid.to.1.cap.70.n.16.* vbi Aduocatorum suæ tempestatis, idem affirmantium, commendat sententiam, *& alij*, quibus & assentiri videtur *Capyc.Latr.dec.35. nu. 14.ex Minad, ab eod.relat.* Consuetudinem in-
5 ter Nobiles illos inuectam ità contrahendi, approbatamq; nedum Regia Ferdinandi Catholici authoritate ab anno 1505. quo vsus omnes, mores, consuetudinesq; approbauit, confirmauit, verùm & temporis iam lapsi intercapedine, ac communi nostrorum loquendi vsu, quo hic mos *Consuetudo* appellatur opinātur; hincq; deducendū esse patet, etiā absq; speciali
6 pacto censeri inter nobiles platearū Capuanæ, & Nidi secundum nouum vsum contractum,
7 cū alioquin expressa verba *Consuetudini* derogantia requirantur *Criuel. decis. Dolan. Senat. 68.num.6.*

Contrariorum tamen tutior, & receptissima
8 est opinio, proùt idem *de Marin.* vel inuitus, testatur, quam sequuntur, & comprobant *Cōs. Geor.alleg.23.& 24.R.Rouit.cons.98.nu.19.& cons.100.vol.1.& decis.100.nu.20.* vbi nouissimè refert decisum in causa Principis Conchę, (de qua in *decis.35.R.Capy.Latr.*) *Prat.discept. forens.tom.1.cap.12.& cap.36.à n.26. R.Galeo. lib.2.controuers.cap.30.n.59.R.de Pont.cons.61. n.48.lib.1.de Franch.dec.537.nu.16.Molfes.ad consuet.par.1.cap.4.n.15. Montan.controuers.1. n.55.* & latè etiam in *l.imperialem, §.præterea ducatus, nu.99.de prohib.feud.alien. per Frider.* videturq; etiam inferri ex verbis *Afflict.cit.decis.237.* si verborum vim attendamus; dicit enim adesse *Consuetudinem* inter nobiles Capuanæ, & Nidi, quæ in dotalibus instrumentis exprimitur, quod idem videtur sonare, ac cōsuetam contrahendi formam inter eos verborum expressione in contractibus dotalibus,
9 haberi: proùt sępè decretum extitisse *cit. Authores*, affirmant, & quicquid in contrarium ab aduersarijs opponitur, responsis *cit. Montan.* eliditur. Ideòq; parentum, vel earundem platearum exclusionem absque speciali
10 renunciatione non dari, concludimus cum *eod.Prat.discept.forens.to.1.cap.12. à n.65.*

Tali nunc iusto fundamento, infertur ad multa, & P. falsam esse opinionem dicentium,
11 non vltimo morienti, sed potius ei, à quo obuenerunt bona, succedi, si hoc pacto, & renunciatione sit actum, proùt voluere *Præs. Amat. cons.26.n.34.Cons.Theod.alleg.1.num.9.& de*
12 *Franch.dec.92.* & pro vero habitum fuisse per S.C. refert *Rouit.* in causa *decis.100.num.20.* verè enim vltimo morienti succeditur *R.de Ponte cons.61.n.54.Cons.Geor.alleg.23.à n. 34.* qui *alijs* satisfacit, ac *de Franch. decis.* respondet,
13 quicquid in contrarium senserit *R.Capyc.Lat. consult.61.à nu.48.ex Caput.et Thor.* & distin-
xe-

xerit *consult.* 20. Nostrum confirmatur assumptum ex eo, quia (vt superius diximus) tali contrahendi vsu nostræ *Consuetudinis siquis*,
14 *vel siqua*, dispositio ad parentes vsq;,alioquin exemptos,dilatatur: ergo sicuti data bonorum distinctione per *Consuetudinem* non primo ac-
15 quirenti,sed vltimo morienti succeditur, prout probatum est, ità pariter hoc casu dici debet; nec decisio Rouiti supra relata obstat; fuit enim reuocata iūctis Aulis in secunda instantia ex iuribus, quæ nostram videntur confirmare sententiam,vt à *n.*21.licet ad bis mille nummos aureos mulieri donatos ex sua nobilitate declaratum fuisset debere succedere viciniores mulieris, non autem filij tanquam ad bona per mulierem ipsam quæsita,vt *n.*28.

Deducitur secundò, nihil innouatum fuisse
16 per talem contrahendi vsum circa successionem ad beneficium Ascendentium vlterioris gradus vltra dispositum in hac nostra *Consuetud. siquis*, *vel siqua*, circa bonorum distinctionem etiam fauore collateralium R.*de Marin.resol.quotid.lib.*1.*cap.*70.*nu.*15.& facit *decis.*
17 537. *de Franch.*quicquid circa exclusionem auiæ in concursu materteræ ex vi renunciatio-
18 nis, quam semper subintelligendam esse voluit inter nobiles prædictos *Amat.cit. cons.*26. teneat *Anna filius cons.*92.*nu.*25.dicens,auiam
19 censeri exclusam super bonis paternis prædefuncti nepotis, non quia nostræ huic *Consuetudini siquis*, *vel siqua* fiat locus, sed potiùs
20 quia matre exclusa per renunciationem, auia quoque censeatur exclusa,quasi illam non tantùm sibi, sed & isti præiudicare renunciando, autumet,quod est falsum.

Tertiò infertur, hanc renunciationem, siuè
21 vsum Capuanæ, & Nidi non extendi ad bona per morientem filium quæsita, cum istis siuè superfit pater, siuè mater, iuxta iuris communis regulam in *authent.defuncto, C.ad Tertulli.* succedatur,& quamquam hec sententia fundetur in authoritate *Geor.alleg.*24.*nu.*19.*et* 25. *à num.*18. eam strenuè defendentis contra *Ann. cons.*92.*n.*61.*et cons.*119.*et Theodor. alleg.*1. & propriè *n.*53. *et* 54., eius tamen dictum non
22 probo circa id quod assumit, dici nempè talem vsum nobilium correctorium *Consuetudinis* nostræ quoad bona quæsita,cum potiùs dici debuisset illi congruens, cum nec ea ius
23 commune euertatur, si parentes existunt,& sic quoad illa bona casus superexistentiæ ascendentium vtrobiq; potest dici omissus, ac non consideratus, nisi tamen dicendi animus esset tibi *Geor.* propositionem posse defendi in casu illius *alleg.*

At circa illud num vsus Capuanæ, & Nidi
24 locum vindicet in bonis extra confinia: in quo articulo scripserunt pro,& contra *cit. Anna vbi sup.et Geor. alleg.* 23. Ipse cum R. *de Marin.resol.quotid.lib.*2.*cap.*56.*n.*15. sentirem,
25 bona ipsa, vbique posita ex vi renunciationis & pacti censeri renunciata, & infertur ex scriptis, nam sicut pater generaliter eius exclusionem paciscitur ab intestato bonorum dotalium
26 filij sui, ità & mater bonorum patris, ergo qualitas tantùm consideranda non locus, cum sub generalitate vbiq; posita cóprehendantur, *Capyc. Latr.consult.*61. *n.*2.Certum est enim exploratumque,nouum vsum Nobilium Nea-
27 politanorum Capuanæ,& Nidi validè, legitimèq; fuisse inductum, vt probant *Fabius de Anna cons.*2.*n.*5.*et cons.*92.*n.*7.*Anellus Amatus cons.*26.*n.*17. *et alij* ab his adducti; certumque
28 etiam posse exteros, & omnes,qui Sedilium honore non gaudent, siuè Ciues, siuè Alienigenæ, & verè exteri sint,dictum nouum vsum
29 recipere,ad eumque se alligatos velle,vt testātur *DD.cit.* R*ouit.dec.*100.*n.*6.*et de Frāch.dec.*
30 272. & tunc alligabuntur saltem in vim pacti, vt placuit *Reg.Merlin.contr.cent.*2.*cap.*49.*n.*19. licet non certum, neque exploratum apud Nostros sit,an eo ipso,quod aut sub verborum
31 inuolucro, aut aliquo ex capitibus alijs eiusdem noui vsus expresso exteri recipere vsum Nidi,& Capuanę declarauerint,videantur successioni filiorum reciprocè renunciasse:etenim
32 quamquam *Regens Merlinus vbi sup.* postquā pro affirmatiua plura adduxisset, negatiuè ta-
33 men concluserit,& ità decisum,retulerint *Reg. Capyc. Latr. dec.*35. *alijq;* ea potissimùm moti ratione, quòd cum exteri subijciantur nouo
34 vsui in vim pacti,non debent,nisi ad ea tantū, quę expressere,obligari,nam pacta tantum valent, quantum sonant, de qua re videndi *Rouit.cit.dec.*100.*n.*25.*& alij.*
35 Attamen in aduersum, non solum videntur esse, quę scripsere R*ouitus cons.*99. *de Marinis lib.*2.*d.c.*56.*n.*15. *&* 16.*quotid.resol.et Marcianus lib.*1. *disput. cap.*44. sed acerrimè disputat *D.Hieronymus Borgia* pari sanguinis nobilita-
36 te,ac scientiarum cumulo insignis, & de legali scientia optimè meritus, non solum *Inuestigationum Iuris Ciuilis lib.*15.*cap.*10.sed etiam, responso edito,dum causarum Patronum ageret, pro D. Iosepho Danuscio aduersus D. Iosepham Fasulo. Moneturque *Borgia* pluribus nec spernendis rationibus, vt apud ipsum videre est.

Nec prætermittendum, quod aduertit *R.de Marin.to.*1.*resol.cap.*345.*n.*7.*& seq.* confirmaruntque *P. Merlin.to.*1.*controuers.cap.* 29. *post num.* 20. *Thor.in compen.par.*3.*sect.*3.*ver.vsusfructus*, quibus tamen videtur contrarius, *Napod.in consuet. fil. famil. ver. saluo num.* 25.
37 vsumfructum patri debitum super maternis bonis, morte filij extingui si ad hanc formam
38 sit contractum; integrarum enim dotium restitutio est facienda, quod verificari,haud potest si vel vsusfructus fiat detractio, & pater quoad dotes dicitur non existere ex pacto;

39 Secus autem est iure communi inspecto, à quo
consuetudinarium scriptum non discrepat,
40 cum nec mortuo filio vsusfructus patri debitus, extinguatur, *l.fin. vers. sin autem defuncta
persona, C. ad sen. consult. Tertul. l. fin. C. de
vsufruct. l. fin. vers. in omnibus, C. commun. de
success. Paschal. de vir. pat. potest. par. 1. cap. 3. n. 6.
Grat. discept. forens. to. 4. cap.* 281. *nu.* 49. *& seq.
aliijque multi*.
41 Viuente filio, nec patri deberi vsumfructum dotis, si contractum sit matrimonium
secundum nouum vsum tenet *Cons. de Rosa
consult.* 43. quod probari etiam videtur ex eo,
42 quia ne dum ab intestato excluditur pater,
verùm etiam ex testamento si à filio non instituatur, cum libera ipsi tribuatur disponendi
facultas per talem vsum nobilium in quem-
43 cumque, & alienatio, qua etiam vsusfructus
patri dici potest ademptus, *argum. l. cum
non solum, §. filijs autem, C. de bon. quæ liber.*
44 filio enim familias bonorum alienatio ratione vsusfructus, patri debiti, alioquin interdicitur, *Crauett. cons.* 84. *num.* 7. & donatio inter
viuos, *l. filius familias, ff. de donat. de Franch. decis.* 71. *de Petr. festiuar. lect. cap.* 6. *lib.* 1. *num.* 7.
45 & per consignationem factam filijs dotium
aduentitiarum censeri patri denegatum
vsumfructum, liberamque eis alienandi facultatem concessam tenent, *Molfes. ad consuet. nostras to.* 2. *p.* 5. *tit. de alimen. præstan. n.* 11. *&* 12.
& Paschal. vbi sup. à n. 39.
46 Sed verior, ac magis æquitati cõsona aliorũ
semper mihi visa fuit sententia, affirmantium,
dari super dote patri vsumfructum, pro vt tenent *R. Merlin. sup. cit. contro.* 29. *à num.* 11. *&*
47 *alij*, nam vsusfructus ademptio non potest
desumi à renunciatione, & pacto contrahentium, cum tantùm successioni sit renunciatum,
48 vt *n.* 7. *&* 8. & in tantùm renunciatio vsusfructus potest tacitè inferri, in quantum verba
possint hoc importare, & non aliud, *idem
Merlin. ibid.* & *Paschal. vbi sup. nu.* 38. aliàs regula generalis est in contrarium, desumpta
ex *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* eo fortiùs
49 cum vsusfructus debeatur iure retentionis, &
potest etiam inferri ex dictis eiusdem *Consil.
de Rosa*, qui *num.* 20. *vers. sed quando*, dicit
eius sententiam posse videri nimis rigorosam,
& quod diximus est cum minori cõtradictio-
50 ne receptum in vsusfructus cõmoditate apud
DD. inter quos *Paschal. ibid. à num.* 9. (vbi
quid importet hæc cõmoditas explicatur) *de
Franch. decis.* 10. *num.* 9. *& seq. Molfes. vbi sup.
Io: Angel. Pisanel. in obseru. quadam relata per*
51 *R. de Marin. lib.* 2. *resol. cap.* 69. *à num.* 141. *&
alios* pænes quos etiam quid sit dicendum in
feudis videri potest; & *Mastrill. decis. Sicil.* 82.
52 Ardua item est illa quæstio, num dotium
restitutio post mortem filij, suscepti ex matrimonio contracto more nobilium dictarum
platearum vicinioribus matris prædefunctæ,
an verò dotãtis, sit facieda? Et oritur ex verbis
illis *Affl. cit. dec.* 277. *Et ipsarũ restitutio fiat, &
fieri debeat hæredibus, et successoribus dictę vxoris, seu hæredibus dotantis in pace*; cũ inferri va-
53 leat, hæredibus vxoris si dotãtis quoq; sint hæredes, dotes restituendas, nam ly *seu*, ad explicationem præcedentium videtur positum
inter diuersa, *de Franch. decis.* 92.
Præterea ex Notariorum attestationibus ha-
54 beri, clausulam successionis secundum nouum
vsum, extendi debere, vt morientibus filijs in
pupillari ætate, vel quandocumque ab intestato, dotes præcisè restituantur dotanti,
eiusquè hæredibus, & successoribus, ac in ipsorum defectum, alijs proximioribus mulieris, dicitur, *consult.* 6. *Cons. de Rosa num.* 73.
confirmaturque authoritate *R. Rouit. decis.* 87.
n. 13. *& Cõs. Ann. cõs.* 92. quod si verũ esset, nec
quæstioni superesset locus; ex pacto n. expressa
legis dispositio veniret obseruanda ad beneficiũ dotantis *l. rẽ in præsenti* 1. §. *accedit ei, C.
de rei vxor. act. et l. ex morte* 9. §. *simili modo, C.
de pact. conuent.* cum magis sibi ius seruare, quã
mulieri donare voluisse dici posset.
Præualet nihilominùs in contrarium opi-
55 nio, quam sequuti fuere idem *Afflict. decis.*
202. *in prin. vbi Vrsil. et in const. in aliquibus
num.* 36. *de Franch. d. decis.* 92. *in princ. et decis.*
537. *nu.* 7. *Theodor. alleg.* 1. *et alleg.* 79. *R. Rouit.
decis.* 100. *num.* 12. *R. Capy. Latr. consult.* 20. *n.* 2.
et decis. 35. *Adden. ad cõsuet. relat. per cit. de Rosa
vbi sup. n.* 68. *R. de Marin. resol. iur. to.* 2. *cap.* 345.
56 Quare & nos dicimus, verè hæredibus mulieris esse faciendam restitutionem dotium, cum
illi post dotationem sit ius omnimodè constitutũ, dũmodo dotans cõtrarium non paciscatur, prout superiora iura cõmunia declararũt.
Notariorumque attestationibus in hac re,
57 ac circa explicationẽ moris Magnatum non
credendum, ex *Cons. Prouens. obser.* 25. *ad hanc
consuet. nostram num.* 4. *et alijs*, docet idem de
Rosa num. 74. falsasque eas dignosci rei euidentia demonstrat *num.* 75. quod adeo verum
esse dicit *Capy. Latr. consult.* 61. *to.* 1. vt morien-
57 tis vltimi nequaquam respiciatur persona,
sed matris, cui succedi potiùs, asseuerat, quod
nos minimè retinemus circa postremam partem ex superiùs scriptis,
His positis, quoniam moris Magnatum
verbum fecimus, de eo vt aliquid latiùs dica-
58 mus superest. Et dicimus nil aliud importare Morem, quem Procerum, & Magnatum
appellant, quàm merũ ius ciuile Romanorum,
siuè sit ipsum ius commune Romanorum,
59 prout arbitrati fuere, *Anel. Amat. cons.* 26. *n.* 2.
Capyc. decis. 176. *post. num.* 17. *R. de Pon. cons.* 35.
num. 7. *Prouens. ad consuet. nostr. obser.* 28. *fol.*
159. *num.* 9. *et seq. Merlin. contro. for. tom.* 2. *cap.*
16. *num.* 16. *Anna iun. consil.* 2. *in prin. Vrsil. ad*
Af-

*Afflict.dec.*237.*num.*7.*de Rosa consult.*65.*nu.*4.
60 *et* 18.& ferè omnes, siuè Francorum, ac speciale eorum, qui tali iure vitam degunt, vt dixit *Montan. contro.* 1.*num.*49.*et* 56. secundum opinionem *Fabritij Brancacij*, idem semper est; ad commune enim ius Romanorum,
61 cum quo conuenit illud Francorum, recurrendum semper, dum de successione agitur, idem *Montan.*docuit *num*58.& ad materiam
62 huius moris videas, *decis.*35.*R.Capyc.Latr.*in qua per simplicem assertionem factam à Magnatibus se viuere more Magnatum, censeri contractum ad talem formam, declaratum est.

CAPVT SEPTIMVM.

Consuetudinis sed si morienti, & §. quod autem eod.tit.explicatio.

De tertio ordine succedendi ab Intestato, de diuerso fratrum genere, & de repræsentatione, siue subingressione in lineaCollaterali admittenda, & quando vltrà fratrum filios extendatur, & an Fœminæ sicuti à Consuetudine excluduntur per masculos ab intestato à successione collateralis, ita similiter à Iure regni, & quid in feudis? Item de omnimoda successione Collateralium vtriusque sexus ad feuda, & diuisione hæreditatis inter eosdem facienda.

SVMMARIVM.

Successio ab intestato per tres gradus distinguitur, n. 1. *vltra illam, quæ defertur inter virum, et vxorem, n.*2.

Collateralium est tertius ordo succedendi, et inter eos præfertur frater vtrinque coniunctus, num. 3.*et* 4.*etiam de iure consuetudinario n.*5.

*Collaterales succedunt in stirpem, etiam ope repræsentationis, n.*6.*et* 7.

*Fœmina excluditur per masculum in linea collaterali secundum ius consuetudinarium, n.*8.

*Fratrum genera plura sunt, et enumerantur, et explicantur, à n.*9.*per* 16.

*Consuetudo, sed si morienti, et §. quod autem de quibusnam fratribus loquantur? n.*17.*et* 18.

*Determinatio consuetudinaria æquè omnia fratrum genera complectitur circa repræsentationem, n.*19.*per* 23.

*Ius commune, admittens subingressionem intra filios fratrum corrigitur à consuetudinario per quod datur in infinitum, n.*24.

*In successione proscriptorum collateralium attendi ius commune in subingressione statuenda, traditur, n.*25.

*Repræsentatio inter fratres sobrinos quomodo permittatur? n.*26.27.*et* 28.*et quid in linea collaterali superiori, n.*29.

*Consuetudo sed si morienti circa repræsentationem in infinitum procedit, quando fratres, ac descendentes alterius fratris prædefuncti eiusdem ordinis supersunt num.*30.*non autem inter nepotes, et pronepotes n.* 31. *et inter fratres sobrinos, non autem si supersunt fratres sobrini, et nepotes, et pronepotes, n.*32.

*Collaterales septimi gradus æque excluduntur à iure communi, et consuetudinario, n.*33.

*Subingressio in linea collaterali superiori fit secundum regulas iuris communis, n.*34.

*Ius regni non correxit commune in allodialibus tam respectu repræsentationis, quàm mulierum cum maribus admissionis, n.*35.*et* 36.

*Fœmina non excluditur per masculum à successione fratris cuiuscumque qualitatis sint bona, n.*37. 38.*et* 39.*et de ratione n.*40.

*Subingressio in linea collaterali pro feuda libus quomodo admittatur? n.*41.*et* 42.

*In feudalibus quilibet frater constituit lineam, numer.*43.

*Successio collateralium ad feuda vniuersaliter traditur remissiuè, n.*44.45.46.47.*et* 48.

*Ius regni admittens fratrem ad feudum fraternum de nouo quæsitum discrepat à iure communi, num.*49.

Constitutio vt de successionibus procedit in feudis quaternatis, num. 50. *in feudis verò planis, et de tabula, vel quaternatis secundum quid procedit ius commune feudorum n.*51.*et vsque ad quem gradum detur successio? ibid.*

*Fœminæ an admittantur ad feuda plana, et de tabula, num.*52.*et in alijs casibus enumeratis, à n.*53.*per* 56.

*Capitulum ex presumptuosè non habet locum in subfeudis, n.*57.

*Hæreditas an diuidenda sit in stirpem si nepotes concurrant ad successionem patrui, an verò in capita? n.*58.59.60.61.*et* 64. *et quid de iure communi? n.*62.63.

*Repræsentatio an iuuet abnepti ex sorore concurrenti cum alia sorore defuncti in terminis consuetudinis Neapolis, n.*65.

Consuetudo concedit repræsentationem in infinitum ad beneficium descendentium ex masculo, nam pro descendentibus ex fœminis seruatur ius commune, num. 66. *et* 67. *et contra num.* 65. *et* 69.

Tri-

1 TRibus cognosci gradibus omnis gene-
ris ab intestato successionem, hoc est
ascendentium, descendentium, & ex
latere, habetur in *authen.de hæred.ab intest. no-*
uell.118.collat.9.in princ. quibus, & ille, viri
2 nempè & vxoris additur à *Modestino in l.1. ff.*
quis ordo in bonor. possess. seruetur, meritò post
quam de primo, & secundo actum fuit, de ter-
tio videndum, cum post descendentes,& ascē-
dentes,ad hæreditatem fratres primùm, & in-
3 ter eos vtrinque coniunctum cum prælatione
4 respectu illius,qui vno tantùm parente coniun-
gitur defuncto, vocauerit *Iustit.eod. authen. §.*
si igitur defunctus, neque, & traditur in *authen.*
cessante, C.de legit.hæred.
Similiter post primum, & secundum succes-
5 sionis ordinem, de tertio hac nostra *Consuetu-*
6 *dine* tractatur, qua fratres, filijque fratrum
7 ad hæreditatem defuncti collateralis admit-
tuntur in stirpem; data etiam repræsentatione
inter eos, qui in gradu remotiori sunt, vt cum
vicinioribus concurrant; verùm si quoque
8 fœmina superstit, repellitur à successione per
masculū, à quo exclusa dotabitur de paragio:
idemque inter collaterales remotiores seruan-
dum disponitur in *§.quod autem.*
His ita positis, dicimus ad rei nostræ noti-
9 tiam pleniorem, plura fratrum genera connu-
10 merari.Et primum vtrinque coniunctorum,
seu germanorum, & sunt, qui ex vtroque pa-
11 rente dependent. Secundum consanguineo-
rum, & sunt,qui nascuntur ex eodem patre.
12 Tertium,qui ex eadem matre,dicitur vterino-
13 rum. Quartum genus est illorum, qui patrue-
les fratres appellantur, & sunt duorum fra-
14 trum filij.Quintum, fratrum consobrinorum,
seu consororinorum, qui à duabus sororibus
15 sunt geniti. Sextum, fratrum amitinorum,
nempè ex fratre, ac sorore procreatorum,
eaque omnia colligit *Napod. hic ver. consan-*
guineos à n.280.& §.quod autē in p.glos.n.286.
16 Sunt, & alij fratres sobrini vulgo tertij, qui
sexto gradu cognationis distant secundum ius
ciuile.
17 Aduertendum modò, sub nostri *textus* di-
spositione fratres primi, secundi, tertijque ge-
neris comprehensos,cæteros verò quarti,quin-
ti, ac sexti generis, *cit. §. quod autem* censuræ
18 suppositos, *Napod.hic p.glos.num.267. & in*
§. quod autem, ver. in fratribus num. 287. sed
quoad omnes est eadem *Consuetudinarij* iu-
19 ris determinatio, nam sicuti concurrentibus
20 ad successionem prædefuncti fratris, fratre
vtrinque coniuncto cum filio alterius fratris
21 vtrinque coniuncti, siue fratre consanguineo
cum filiis alterius fratris consanguinei, siue
22 etiam vterino cum descendentibus fratris
vterini conceditur descendentibus cuiuscun-
que ordinis repræsentandi facultas in infini-
tum, vt coæqualitas gradus legis fictione ha-
beatur ad succedendum, ita similiter inter fra-
23 tres aliorum ordinum, descendentesque fra-
trum seruandum explicauere, *R.de Pon. consil.*
39.to.1.num.6.R.Rouit.consil.23 .to.1.à num. 1.
de Franch.dec.24. & 157. & iterum *decis.266.*
R.Galeo.in.addit.ad consil.11.Camill.de Medic.
num. 39.Cons.Geor.alleg.30.à num.59.Thor.in
compen.decis.par.1. ver. subingressio, & ita cor-
24 rigi ius commune, quo subingressio vltra fra-
trū filios nō admittitur, *authen.de hæred. ab in-*
test,venien.§.si igitur defunctus, versic. si autem
defuncto, & versic.huiusmodi, &c. R. Rouit. d.
consil,23.num.1.Geor.alleg.30. num. 59. & alij
quāplurimi adnotarunt, *Caput.ver.in consuet.si*
moriatur par. 3.§. 1. num.7, in successione pro-
25 scriptorum ius commune,non autem consue-
tudinarium, à quo perpetuò conceditur sub-
ingressio in linea collaterali, attendendum
autumat.
26 Et quamquam idem dicendum fratribus
sobrinis, vulgo tertiis superexistentibus, alijs-
que filiis fratrum eiusdem ordinis, insinuent,
Camill. de Medic.consil.43.à num. 22. & Mon-
27 *tan. contro. 2.* communior tamen sententia
DD. renuit id dicere, prout est videre penes
Molfes.ad consuet.p.4.de success. ab intest. quæst.
36. num. 10.R.de Marin.resol.quotid.lib.2.cap.
216.à num.8.& alios, qui hoc casu non muta-
28 ri ius commune, sed successionem iuxta ipsius
regulas deferri,tradūt,& faciunt, *Napod.verba*
in nostro, §. quod autem, ver. alijs num. 289. &
inferiùs *num.293.* Idemque verum esse in linea
29 collaterali superiori. Iidem de *Medic.ibid. nu.*
25. & Montan.num. 3. ex Napod.alijsque affir-
30 mauerunt. *Consuetudo* enim nostra,concedens
repræsentationem ad infinitum,explicatur, tūc
procedere,quādo fratres prædefūcti supersunt
ac filii, descendentesque alterius fratris cuius-
cumque ordinis sint, non autem quando re-
manserunt nepotes, ac pronepotes diuerso-
rum fratrum, licet eiusdem ordinis, iuxta
tradita in *decis. 262. de Franch.* ac similiter
32 cum plures fratres sobrini superexistunt, non
autem quando cum fratribus sobrinis vulgò
tertiis concurrunt filii alterius fratris, nam
isti vti septimo in gradu positi excluduntur
omnino de iure cōmuni,nec dicuntur per con-
suetudinē admissi, vt explicat *de Franch.decis.*
24.num.1.2.& 3. pro vt ex proprietate verbo-
rum *Consuetudinis* nostræ nec dici posse, sub-
34 ingressionem in linea collaterali superiori
contra dispositionem iuris communis admis-
sam, fundat *cit.Author.* & decisum fuit in *de-*
cis.157.de Franch.
35 Ius commune remansit incorrectum quoad
allodialia à iure regni, ne dum circa repræ-
sentationem in linea collaterali, prout dixit
Molfes.ad consuet.p.4.quæst.36. num.1. verùm
36 & circa mulierum simul cum masculis admis-
37 sionem, cum à successione fratris, siue mater-
na

38 na huius sint bona, siue paterna, siue ab ipso-
39 met quæsita, fœminā per fratrem haud excludi, contra *Afflict.in constit. regn. in aliquibus in 8.& 9.quæst.& Thes.decis.63.*dicant *de Franch. decis.171.post num.3.decis.307.num.4. & decis. 667.num.4.cir.fin.ex Afflict.decis.187. vbi Vrsil.num.3.Reg. Galeo. in addit. ad cons. 11. de Medic. num. 18.Anna alleg.70.num.48.Capyc. decis.159. & alij post Censal. ad Peregrin. de fideicomm.fol.mihi 216.vers. hæc tamen conclusio*: fateor tamen non exploratam vndique hanc rem esse, sed quæ maximam habet difficultatem, quæuè anceps est, ita vt concordia terminandam esse de ea quæstionem censuerit, ac quoque decretum in specie statuti Astensis per Senatum Pedemontanum mense Augusti anni 1588.retulerit citatus *Thesaur.*sed nostrā sententiam communem confitetur *num.* 8.& comprobari patet ex traditis per *Adden. ad eand. decis. lit. B. Constitutio* enim *in aliquibus* excludit dotatam à bonis maternis, & pater-
40 nis, non autem à fraternis, ergo non conuenit indè huiusmodi exclusionem inferre; cū altera differat ab altera, & hoc tanquā certū Senatū decreuisse in simili facti specie anno 1597.refertur ab *eod. Adden.* neque illud qualitatis paternæ, siue maternæ bonorum, quod contra adduci solet, obstat; cum & si affirmemus antiquam adhuc bonorum qualitatem lucere, non tamē deducitur sororum exclusio, quam ius regni in linea collaterali non statuit, & exclusio, quæ dicitur perennis mulierum per masculos, non datur, mutata causa successionis.

Et quoad subingressionem admittendam
41 in linea collaterali pro feudali successione, idem iuris esse docuerunt *DD.* inter quos *R. de Marin.resol.quotid.lib.1. cap. 126. num. 15. R.de Pon.ab eod.cit. & alij*, tam *constit. vt de successionibus, §.filij autem fratrum*, attenta dispositione *Napod. in hac consuet. ver. in infinitum in prin.* quàm etiam iurium feudalium *in tit.de success.fratr. vel gra.success. in feud. §. his verò, & in tit.an ille, qui interf.fra.dom.sui, Montan.in repet.§. præterea ducatus num. 122.*
42 *in fin.*cum vndequaque regulam firmari, inter collaterales non dari repræsentationem vltra fratrum filios,habeatur, illudque tantùm constitui diuersitatis in feudis, quod est incogni-
43 tum Romanorum iuri, vt quilibet frater lineam constituat à se, idem *Montan. num.123.* notauit, multaque ad materiam subingressionis *Caput.ad consuet.si moriatur, par.3.§.3.* rescripsit.

44 At quomodo feudorum successio deferatur collateralibus, eorumque descendentibus habetur(cæteris omissis)apud *R.de Marin.qui d.cap.126.* quæ sparsim scripta sunt ad ornatum *cit.constit.vt de successionibus* collegit, omnesque casus tàm respectu repræsentationis,
45 quàm duplicitatis vinculi, ac maioris ætatis, & dependentiæ a primogenito; proposuit, & examinauit, etiam attentis gratijs, nobis per inuictissimos nostros Reges concessis,ac *Pragmaticis* huius Regni,& adeò benè, ac compendiosè, vt me pudeat,quæ alibi haberi possunt, rescribere; possunt tamen videri, quæ tradunt *Montan.in d.§.præterea ducatus à d. nu.122. &*
46 *Caput.ibid.* & de duplicitate vinculi inter collaterales diuersi generis concurrentes ad feudum à matre peruentum, idem *Montan.ibid.n. 127. Minad.dec.36.& alij*, item an sit verum
47 admitti fratrem ad successionem feudi si coniunctus sit fratri præmortuo ex illo latere, quo feudū obuenit, habetur apud *Pras. Amat. cons.97.à n.5.per 8.& de Marin.cit.cap.126.ac cap.102.2.to.resol.n.1.* contra *Vrsin.de success. feud.par.2. quæst.2.art.1.*& de successione fra-
48 tris, cui frater secundogenitus proscriptus, & nepos ex tertio genito superfuit,dicit idem *de Marin.cap.127.* Quibus omnibus benè perpensis facilè inferri possunt nonnullæ iuris communis feudorum, & regni discordantiæ,
49 proùt est circa admissionem fratris ad feudū fraternum quæsitum de nouo per *Constit.vt de successionibus*, voluerunt *And. in eadem constit. ver.fratres, & Afflict. ibid.6. notab. & decis.293. & in allegat.34. post Reg.Saler.decis. numer. 2. & 3.* cum alter in *cap. 1. de grad. succed.in feud. & cap.1. de fratre de nou. benef. inuest.* statuatur,quas, ne multa, omitto.

Haud tamen aduertere omittam, quod cōmuniter est receptum, proùt testatur *de Marin.vbi sup.n.87.Constit.vt de successionibus*,qua
50 successio in linea collaterali restringitur ad tertium gradum, in feudis quaternatis tantummodo vigere, at in planis,& de tabula, vel
51 quaternatis secundum quid attendi dispositionem *cap.1. §.hoc quoque de his,qui feud. dar. possint*, per quod ad septimum vsque gradum inclusiuè extenditur successio, dixerunt *glos.in fin.cit. constit. vt de successionibus, ver.in omnibus,Andr.in c.1.n.14.ver.constitutio tamen de natur. success. feud. Viscon. in suis conclus. ver. feudum planum,& ver. feudum quaternatum, Frec.de subfeud.lib.3.fol.419.n.4.Geor.de feud. cap.9.n.6.& seq. Reg.Reuert.dec.399.num.* R.Rouit.dec.72.n.66.& *cons.1.n.4.lib.2.R.Cacac.in alleg.impres. per Fulu.Lanar. in addit.ad eius patr.nu.9.fol.246.Capan.de iur. adhoa q.7. n.17.& 22.Gallup.de feud.par.1.cap.3.n.82. in fin.Montan.in cap.imperialem, num.72.& in §. præterea ducatus n.114.& controu.22. ante nu. 8. Vrsin.de feud.par.1.quæst.7.art.2.num.28.& alij*, qui etiam sic decisum testantur.

52 Attamen non ideò sequitur, fœminas omninò excludi à successione feudi plani, & de tabula, earum exclusionem statuente *cap.1. de success. feud.*, admittuntur enim in defectum masculorum iuxtà regulam *Constit. in aliqui-*

bus,

bus, quam attendendam diximus supra. Præterea *d.cap.*1.dispositio multifariè limitatur.

Et primò si pro se, eiusq; hæred ibus ma-
53 sculis, & fœminis, fuerit feudo inuestitus feudatarius, proùt ex *eodem cap.* 1. §. *filia*, *& in cap.*1. *de eo, qui sibi, & hæred. suis mascul. & fœmin.* percipitur, & dixerunt *Afflict.in d.§.filia,n.*4.*Mart.de success.legal.par.*3. *quæst.*5.*n.*11.*Geor.ubi sup.n.*14. *Capan.cit.quæst.*7.*de iur.adhoæ nu.*32. *& Gallup.de feud.par.*3. *cap.*2.*n.*18.

Secundò limitatur si feudum fuerit aliquã-
54 do fœminæ concessum cum assensu, nam tunc efficitur fœmininum, & censetur à prima inuestitura recessum,& omnes fœminæ admittũtur iuxtà *cap.*1.*de feud.fœmin.Galeo.contr.*2.*nu.*46.*lib.*2.*Capyc.Latr.consult.*75. *to.*1. *num.*167. *Geor.de feud.cap.*51.*n.*21.*&* 22.*de Franch.decis.*7.*n.*8.

Tertiò limitatur, dum adhoa soluitur pro
55 seruitio militari, quod ità potest per mulierem præstari, *Geor.ibid.n.*27.*de Franch.ead.decis.*7.*et ibi de Luca ante n.*4.

Quartò, limitatur in successione feudi pla-
56 ni, & de tabula, siuè subfeudi *Montan. in §. præterea ducatus à n.*114.*usq; ad* 117.*Geor.sup.cit.cap.*9.*n.*14.*cum seqq. Frecc.de subfeud.lib.*3. *de differ.in §.feuda quaternata differ.*23. *nu.*30. *Larath.de feud.par.*9. *dilucid.*82. *num.*1. *in fin. Thor.in compen.par.*1.*uer.fœminæ non admittũtur,Capiblanc.de Baron.in rubr.n.*43. *Capan.de iur.adhoæ quæst.*7.*n.*31.*de Franch.dec.*7.*ubi Nonar.aliiq; adden.* & in ea ità decisum, hancque esse communem opinionem,& inTribunalibus receptam asserit *Mormil.in annotat.ad constit.in*
57 *aliquibus col.penul.* & in subfeudis locum non habere *cap.ex præsumptuosè*,dixit idem *Capan. quæst.*3.*n.*20.proùt nec militare *constit.constitutionem diuæ memoriæ*, scripsit *Consil. Rocc. de offic.rubr.*19.*n.*60.

Redeuntes ad *textum*, non leuis se offert quæstio examinanda, num sicuti concurrentibus ad successionem prædefuncti fratris,ac nepotibus alterius fratris similiter vtrinq; coniuncti,vel fratre quarti gradus,& descendentibus ex altero fratre eiusdem gradus,hæreditas in stirpem diuiditur,ità etiam dum nepotes ex
58 pluribus fratribus eiusdem tamen gradus ad successionem patrui;an verò,cum quilibet hoc casu videatur posse ex propria persona succedere, diuisio fiat in capita?

Molfes. distinguendo respondet *par.* 4. *de success.ab intest.quæst.*37.*num.*4. & putat nostro
59 *Consuetudinario iure* inspecto dari successionẽ in stirpem, de iure verò communi in capita,
60 & varijs medijs distinctionem comprobat, eã tamen improbat tamquam nullatenus nostro
61 municipali iure confirmatam,*Prouens.ad consuet. si moriatur,obser.*29. *nu.*17. Quare ad terminos iuris cõmunis reducendam esse, reor.

Et sanè sicuti maxima fuit altercatio inter
62 *Azonem*,in capita diuidendas transuersalium hæreditates in casu proposito, sustinentem, & *Accursium* contrarium tenentem, ità quoq; in causa successionis Io: Andreæ Parnasij inter *R.Rouit.* scribentem ad conualidationem sententiæ *Azonis cons.*23. *à nu.*28.*& Cons. Geor.* partes *Accursij* sustinentem *alleg.* 30. *à nu.*47. & omnia hinc indè pugnantia ibidem haben-tur, in qua causa nostro S.R.C. *Azonis* sen-
63 tentia magis placuit, *Accursij* placito reiecto, quod etsi verius dicant *idem Prouens. vbi sup.* annuendo *Præsid.Vrsin. in tract.de feud. par.*2. *quæst.*6.*art.vnico à n.*3.*et Censal.ad Peregrin.de fideicom.fol.*83. & *ab eod. Prouens.* dicatur determinatio in eadem causa ex vno tantùm
64 voto processisse. Ego tamen huius rei inscius à determinatione S.R.C.recedere non audeo, quæ confirmatur etiam *Napod.* authoritate hic *ver.in stirpem*, illius enim maximè authoritas me monet.

Quæritur insuper num concurrentibus ad
65 successionem sorore,& abnepte ex præmortua sorore, huic repræsentationis fauor concessus à nostra *Consuetudine* in infinitum, iuuet? & inficias eundo respondent *R.de Pont. cons.*39. *Rouit.cons.*23.*n.*5.*Prouens.cit.obser.*29. *à nu.*5.
66 cum repræsentationem dari ad beneficium descendentium ex masculis, non autem mulieribus,quæ cũ masculis non concurrunt,eoq;
67 casu *Consuetudinem* non attendi ex *Caput.hic par.*3.§.3.*n.*1.dicatur.

Contrarium habetur in *decis. de Franch* 652.*Capyc.Latr.consult.*61.*nu.*42.*to.*1. *Molfes. par.*4.*de success.ab intest.quæst.*36.*num.*10.*& R. de Marin. lib.* 2. *resol. quotid. cap.* 217. qui &
68 suam comprobat rationibus sententiam, & aliorum argumentis in contrarium satisfacit, ac verba illa nostri §.*quod autem*, ibi, *appellatione fratris soror non continetur*, haud obstare
69 demonstrat. Quare si veriorem horum *DD.* sententiam credes, ius commune in hoc à *Consuetudine* correctum, aduertas.

CAPVT OCTAVVM.

Verba Textus declarantur.

De repræsentatione in linea collaterali admittenda, qualitate bonorum, vinculi duplicitate, siuè duplici coniunctione, ac etiam de successione Collateralium diuersi generis, tàm ad allodialia, quàm feudalia adhuc con-

concurrentibus parentibus. Item de paragio sororibus præstando, ac eiusdem diuersitate respectu hæreditatis Ascendentium, & Collateralium.

SVMMARIVM.

Repræsentatio in linea collaterali permittitur in infinitum etiam fauore mulierum ex masculo descendentium, n.1.

Qualitas bonorum præualet proximitati gradus, num.2.

Duplicitas coniunctionis an præualeat inter collaterales, nu.3.4.8. & 11. & quid de iure communi, n.5. & 9. & in linea collaterali superiori? nu.6. & quid respectu bonorum per defunctum quæsitorum? n.7.

Mater si cõcurrat ad successionem filij cum collateralibus ex vtroque latere coniunctis, consanguineus frater excluditur, num.9. & contra, num.15.

Duplicitas vinculi, seù coniunctionis attendenda in bonis quæsitis, etiam attento iure communi, n.12.13. & 14.

Pater succedit filijs in bonis maternis etiam cum fratre vterino, et mater in bonis paternis cum fratre consanguineo, n.16.

Ascendentes succedentes simul cum collateralibus succedunt iuxta dispositionem iuris communis, collaterales verò secundum ius consuetudinarium, n.17.

Fratres ex vno latere coniuncti non excluduntur per ius consuetudinarium per parentes, neque fratrum filij, cæteri verò collaterales non item, ac ideò differe ius consuetudinarium à communi habetur, n.18. & quid in bonis comparatis inter fratres consanguineum, & vterinum, n.19.

Duplicitas vinculi in feudalibus adeò præualet, vt fratre vtrinque coniuncto minore natu instituto, succedat in perniciem fratris consanguinei primogeniti, n.20.

Fratres vterini non tenentur dotare sorores, n.21. ideoq; sorores vterinæ non dicuntur exclusæ, nu.22. & succedunt cum fratre vterino etiam concurrente patre de iure consuetudinario, non autem communi, n.26.

Sorores excluduntur propter dotationem, n.23.

Portio sororis vtrinque coniunctæ bonorum maternorum accrescit fratri similiter vtrinque coniuncto, non autem vterino, numer.24.

Vterinus excludit patruum vtrinq; coniunctum de iure communi, n.27.

Sororibus an debeatur paragium ex bonis fraternis si fuerint aliàs dotatæ, n.28. & 29.

Paragium diuersimodè decernitur collateralibus, ac descendentibus per ius consuetudinarium, num.30.

Fratres non dicuntur in mora constituendi paragiũ super bonis fraternis absque interpellatione, num.31.

Masculiata semper censetur masculiata etiam in diuersis successionibus, n.33. etiam in concursu fratrum, n.33.

Inspici debet, habeat ne mulier aliquid per formam dotationis, an verò successionis? n.34.

Soror primogenita viuens iure Francorum dotata præfertur minori, vel in capillo in seccessione feudorum, si ex fraternis bonis non fuerit dotata, secus verò si viuatur iure Longobardorum, n.35. & 36.

Soror quando dicatur efficaciter dotata? remissiuè num.37.

Vita militiæ an debeatur in linea collaterali remissiuè, n.38.

1 REpræsentatio in infinitum, id est perpetuò, conceditur in linea transuersali non modò fauore masculorum, sed & fœminarum ex masculo descendentium, vt diximus, & tradidit *Napod. hic ver. filiis, & ver. nepotes num.271. & 272.* nec proximitas
2 gradus officit, qualitas tamen bonorum, siuè paternorum, siuè maternorum præualet, vt ex *eod. Napod.* colligitur *hic ver. gradu n.270. & in §, quod autem, ver. alijs, n.289.*

3 Quare insurgit difficultas vtrum duplicitas coniunctionis præualeat inter collaterales? & quoad bona paterna, siuè materna, vel quæ ex
4 paterna agnatione, vel materna cognatione dependent nulli dubium est, quin succedatur ratione proximitatis ex ea parte, à qua bona obuenerunt, seclusa vinculi duplicitate, *de Franch. dec.99. de Marin. lib.2. quotid. resol. cap. 216. n.13.* & faciunt verba *Napod. in consuet. si quis, vel si qua in 1. glo. nu.240. in fin. & 241. & consuet. filius familias, ver. saluo, n.21.* & ità iu-
5 ris communis correctio redũdat *Molfes. par.4. quæst.39. n.3.4. & 5.* & idem dicendum in linea
6 collaterali superiori, dum succeditur nepoti, alijsque ordinis inferioris ex *Mart. voto. 124. & in summa success. par.3. quæst.9. art.2. nu.5. & alijs*, per *Text. in authen. cessante, C. de legit. hæred.* dixit *de Marin. ibid. n.12.*

7 Similiter quoad bona per defunctum quæsita, nec attendi vinculi duplicitatem, siuè coniunctionis voluit *Napod. in ead. consuet. si quis, vel si qua, d. n.241.* dixit enim, fratres vtrinque
8 coniunctos, & consanguineos concurrentes ad successionem fratris pariter admitti nedum ad paterna bona huic peruenta, sed & quæsita, ità verba illa: *Et alia*, explicante *Anton. Capyc. ibid. in apost. incip. aduerte nam &c. lit. D.*
9 & ius commune in hoc quoque correctum, proùt etiam tenuit *Ant. de Alex. in apost. incip. de iure fol. 145.* vno tantùm casu excepto. si

ſcilicèt, mater etiam ſuperexiſtat, nam eo ma-
trem, & vtrumque coniunctum ſuccedere, ex-
cluſo conſanguineo iuxta iuris communis di-
ſpoſitionem *in authen.defuncto,C.ad Sen.Conſ.
Tertull.* & iudicatum fuiſſe per S. C. affirma-
uit, eumq; refert, ac ſequitur *de Franch. deciſ.
91.poſt n.16.*

At de *Napodan.* hac ſententia maximè du-
bitauit *R.de Marin.lib.1.reſol.cap.70.nu.70.&
lib.2.cap.216. à nu.12.* quam nec Ipſe ſequor;
11 verbis enim conſuetudinarijs non probatur,
nam licet maioritas vinculi per *Conſuetudinem*
ſit ſublata, dum diſtinctioni bonorum ſit lo-
cus, hoc non item eſt reſpectu bonorum ac-
12 quiſitorum, in quibus nulla eſt facienda di-
ſtinctio ratione originis, aut dependentię,cum
nullam antiquitatis retineant qualitatem;
13 prȩterea ius ipſum *Conſuetudinarium* videtur
circa hoc communi ſe conformare vocando
ad bona paterna, & alia proximiores, & ſic
ceſſante bonorum qualitate vtrinq; coniun-
14 ctus debet conſanguineo præferri ex quodam
potentiori vinculo, potiorique ratione pro-
ximitatis, quæ à iure communi fuit conſide-
rata.

Et ſicut *Napod. & alij* errauerunt in conſti-
tutione ſuperioris regulæ, itá *Ant. de Alex. de
Franch. & Minad. ab iſto relat.* vltrò ſe dece-
15 perunt circa exceptionem datam ad regulam,
caret enim ratione, & impugnatur ab *eodem
de Marin.eod.cap.70.n.8. Vrſil. ad Afflict.deciſ.
38.à n.3.vſq; ad 9.& Molfeſ.par.4.de ſucceſſ.ab
inteſt.quæſt.46.nu.14.* & contra eam deciſum
teſtantur *Rouit. conſ. 29. in fin.* vel contra eius
opinionem *lib.2.Thor.in compen. deciſ. par.1.
ver.frater vtrinq; coniunctus*, & *Monac. in ad-
dit. Minad.deciſ.38. in fin.* & ſic pater ſuccedet
16 filijs in bonis maternis ſimul cum fratre, vel
ſorore vterina defuncti, & mater in bonis pa-
ternis cum fratre,& ſorore conſanguineis pro
æquali portione; & parentes iſto caſu ſucce-
17 dent de iure communi, fratres verò *Conſuetu-
dinario* etiam in concurſu vtrinque coniun-
ctorum, vt *Napod.*voluit *in conſuet.ſiquis, vel
ſiqua, ver.ſic ergo,n.226.*cuius meminit *Conſil.
Prat.diſcept.forenſ.to.2.c.6.nu.7.*hoc tamen be-
18 neficium non extendendum vltra fratres, &
ipſorum filios, proùt de communi iure eſt in
vtrinque coniunctis, habetur ex *Caſp. de Leo.
in ead.cõſuet.ſiquis,vel ſiqua ſub n.225.lit.B.de
Franch.d.dec.91. & 92. & Molfeſ.ibid.q.41.&
quæſt.46.n.13.* poſt *de Marin.d.cap.70.in fin. n.*
19 *6.* vbi *à n. 4.* quid dicendum reſpectu bonorũ
acquiſitorũ ſi ſuperſint cõſanguineus frater, &
vterinus,& quid patruo inſimul ſuper exiſtẽte,
etiam in terminis *conſ. 119. Fab. de Anna, &
alleg.24. & 25. Io: And. de Geor.* inter ſe pu-
gnantium?
20 Iſtaque duplicitas vinculi num ſit in conſi-
deratione dum tractatur de ſucceſſione feudo-
rum pręſertim concurrentibus fratre vtrinque
coniuncto etiam hærede inſtituto per defun-
ctum fratrem feudatarium, & fratre conſan-
guineo tantùm,ſed maiore natu,an potiùs ętas
maior attendatur? *idem Geor.alleg.21. per tot.*
diſcutit, vbi *nu.71.* concludit, *tùm ex iure Ro-*
21 *mano, cum ex iure regni, atq; ex traditionibus
DD. ac deciſionibus Regij, & Supremi Tribu-
nalis, fratrem vtrinque coniunctum eſſe præfe-
rendum,vel adcò eſſe dubium caſum,vt melior ſit
conditio inſtituti.*

Ex verbis: *Quæ habeant fratres conſangui-
neos*, huius noſtri *Textus*, ſororum dotatio-
nem vterinis fratribus non iniungi, non ſecus
diſponente iure communi *in l.cum fratres, §.
penult. ff. de admin.tutor.*, *Napod.*noſter infert
*hic n.281.& 284.*quem ſequitur *Molfeſ.par.4.
de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.41. num.4.* Quare nec
22 ſorores vterinas dici poſſe excluſas à ſucceſ-
ſione fratris vterini per exiſtentiam fratrum
vterinorum,dixerunt *Afflict.dec.127.de Fran-
ch.dec.25.n.2.& dec.566.nu.1. Molfeſ.ibid. Ca-
mill.de Medic.conſ.11.n.5. vbi R.Galeo.nu.41.
& apoſt. in ead.hac noſtra conſuet.fol.155. lit.B.*
nec obſcurè deducitur ex verbis conſuetudi-
23 narijs,ſorores enim excluduntur per dotatio-
nem, ergo quoties dotatio deberi haud po-
teſt, ſucceſſio non poteſt dici ſublata,proindè
24 concurrente vterino fratre ad ſucceſſionem
fratris cum alio fratre vtrinque coniuncto de-
functi, ac ſorore ſimiliter vtrinq; coniunctæ,
portionem, huic ſorori debitam ex bonis ma-
ternis defuncti, accreſci vtrinque coniuncto,
non autem vterino fratri, cum ille, non autem
iſte teneatur dotare ſororem,docet *Molfeſ. d.
p.4.q.17.nu.35.& 36.* licet maximè fuerit hoc
controuerſum *in deciſ. 566. de Franch.* nec *ibi*
25 deciſum, & ſoror vterina admittitur cum
fratre vterino etiam ſi concurrat pater, & ſi
26 aliter ius cõmune diſponat in *authen. poſt fra-
tres,C.de legit.hæred. & in §.ſi verò cum aſcen-
dentibus authen.de hæred. ab inteſt.* proùt ex *de
Franch.ead.dec.25.nu.3.& Napod.in conſuet. ſi
quis,vel ſiqua n.225.& 226.* habetur: aſcendẽ-
tes enim præferuntur, vt ſuperiùs diximus *nu.*
18.& probatur *in deciſ.Rotæ Roman. 461. Fa-
rinac. in recenſ.* & quòd vterinus ſecundum
27 ius commune excludat etiam patruum vtrin-
que coniunctum,probatur in *alleg.23.Conſ.Io:
Andr.Geor.à n.2. per 3.* & omnia prædicta itá
ſeruari in praxi,teſtatur *Caput. ad conſuetud. ſi
moriatur,p.1.§.5.in fin.n.8.*vbi *num.9.* quid di-
cendum in terminis Regni *conſtit.in aliquibus?*
& habetur poſt *Cenſal.ad Peregrin.de fideicom.
fol.mihi 216.verſ.4. limitatur.*

Et an ſororibus excluſis ab hæreditate fra-
28 terna, ſi aliàs fuerint dotatæ, debeatur para-
gium ſaltim quoad bona per defunctum quæ-
ſita,videndum? pro qua re faciunt, quæ ſupra
diximus in *conſuet. ſi moriatur, tit.de ſucceſſ.ab
inteſt.*

intest.à num.76.per 86.& videnda,quæ ſcripſit *Molfeſ.cit.par.4.quæſt.29.nu.16.* vbi multæ adducuntur deciſiones; ac *n.19.*ſententiam *Fab. Ann.conſ.45.n.74.* affirmantis, vnicum ſuffice-
29 re mulieri excluſæ paragium eo tantùm caſu, quo de ſuccedendo collaterali ſuperioris lineę tractatur, non autem inferioris, impugnat, ac noſtram hanc *Conſuetudinem,*quę dotationem ſtatuit, indiſtinctè ad beneficium cuiuſcunq; mulieris non dotatæ, cuiuſcumque collateralis ſit ſucceſſio, à qua excluditur, interpretari ſubſtinet, & confirmatur per *Conſ. de Medic. conſ.11.* & conſideranda, quæ habentur poſt eundem *Conſil.ibid.fol.215. verſ.quin & idem, R. Rouit.cit.conſ.23.*

Aduertas cum *eod.de Medic.ibid.nu.11.Napod.in conſuet.ſi moriatur,ver.in ſtirpem, nu.26. fol. 80. & apoſt. in hac conſuet. incip. quoad fol.*
30 *158.in fin.* aliter prouiſum in *d. conſuet. ſi moriatur* circa paragij præſtationem,ac in *Iſtā*, cum *ibi* non expectandum vltra decimum quintum fęminarum annum dicatur, hic verò dotationis tempus non præfinitur. Quare abſq, interpellatione,fratres non dici in mora
31 conſtituendi paragium, eaque contracta poſt interpellationem, ſorores haberi tamquam maſculiatas, crederem, quod videtur colligi *ex verb.Napod.hic ver.habuiſſet n.301. & Anton. de Alex. in apoſt. ibid. incip. hic loquitur lit. B.*

Per verbum: *habuiſſet,* in noſtro §. *quod au-*
32 *tem,* infertur, ſemel maſculiatam fœminam, etiam ſi cauſa alterius ſucceſſionis, & paragij aliàs non conſtituti, perpetuò cenſeri maſcu-
33 liatam, etiam in concurſu fratrum ad ſucceſſionem collateralis,cum iſtorum culpa eis noceat ſemper *R.Galco.in addit.d.conſ.11. de Medic.n.35.*ac ſicut excluſa ſemel, dicitur ſemper excluſa, ità admiſſa per maſculiationem, debeat ſemper cenſeri admiſſa, ne mulieres ad imparia iudicentur, & ideo *Napod.* noſter *hic*
34 *n.303.*dicit,inquirendum, quod mulier tenet, an per formam dotationis, an verò per formam ſucceſſionis habuerit?

Remanet videamus de ſucceſsione mulierum ad feuda, & præcipuè, dum ſoror primo-
35 genita dotata, & altera minor natu in capillo concurrunt:Et dicas,etiam attenta diſpoſitione *pragm.1. de feud.* ad explicationem *conſtit. vt de ſucceſſionibus, Doctorumq;* concordiam
36 emanatæ, primogenitam iure Francorum viuentem, adhuc ſecundogenita concurrente, ad feudi ſucceſsionem admitti, etſi dotata, & maritata fuerit, dummodo ex fraternis bonis non receperit dotem;viuentem verò iure Longobardorum à ſecundogenita non dotata excludi ſi illa de paternis bonis, non autem fraternis receperit dotem, *de Franch. dec.328.* & nouiſſimè *R. Marcianus diſput. 6. per tot.* qui
37 multa ad rem,& de efficaci ſororum dotatione, ac etiam de ſucceſsione collateralium ad feuda, notatu digna ſcribit à *diſput.1.per 7.*&
38 ſuper articulo vtrum vita militię debeatur in linea collaterali? videndus *Fab. Ann. conſil.6. per tot.*

TITVLVS SECVNDVS
DE
Succeſsionibus ex Teſtamento.

CAPVT PRIMVM.

Conſuetudo, Si aliquis moriens, explicatur.

De ſucceſſionibus ab Inteſtato, & Cóſuetudinaria diſponendi prohibitione bonorum antiquorum medietatis, ac etiam de reuocandis alienationibus in fraudem factis, & an, & quando debita morientium detrahantur à toto hæreditatis aſſe, & legatorum in beneficium ſuccedentium ordinatorum, detur imputatio?

SVMMRIVM.

Consuetudo si aliquis moriẽs *versatur circa dispositiones illorum, qui filios habent, n.1.& an comprehendat quemlibet habilem ad testandum? n.2.*

Masculinum regulariter comprehendit foemininum, num.3.

Patresfamilias ad libitum valent disponere de bonis quaesitis reseruato descendentibus bonorum subsidio, nu.4. de bonis verò antiquis non item; cũ medietas sit reseruanda successoribus, num.6.

Descendentibus non potest in legitima praeiudicium inferri, n.5.

Debita contracta an sint deducenda ex toto patrimonio, n.7.15.& 18.

Legata successoribus facta, num veniant imputanda in portionem Consuetudinariam, nu.8.33.34.& 35.

Medietatis Consuetudinariae dispositio prohibetur per actus vltimae voluntatis tantùm, num.9. non autem inter viuos, n.10.

Disponere, verbum est aptum quascumq; alienationes comprehendere, n.10. sed consuetudinarium ad vltimas voluntates trahitur, n.11.

Pater in vita sicut potest in praeiudicium legitimae filiorum alienare, ità & portionis Consuetudinariae, n.12.

Alienationes in fraudem facta reuocantur, n.13.

Fraudum praesumptiones enumerantur remissiuè, num.14.

Onera, contracta ab illo, qui bona ad vltimum successorem transmisit, habentur vt aes alienum, num.16.

Bona dicuntur deducto aere alieno, n.17.

Funeralia deducuntur ex portione libera, etiam super bonis maternis, n.19. secus verò in filijs, respectu quorum fit detractio à toto patrimonio, num.20.

Portio Consuetudinaria an teneatur in subsidium in satisfactionem debiti ab vltimo moriente contracti, n.21.22.& 27.

Medietas consuetudinaria debetur ex bonis tempore mortis remansis, nu.23.& debetur coniunctis indiminuta, n.24.

Coniunctis testatori tribuitur hypotheca pro medietate consuetudinaria, n.25.

Argumentum nimis probans nihil probat, n.26.

Vendens annuos introitus, an & quando censeatur voluisse rem obligatam alienare, num.28.29.& 30.

Debita diuiduntur inter successores, nu.31. etiam si alij succedant in allodialibus, & alij in feudalibus, n.32.

Donans non censetur compensare cum debito remdonatam, n.36.

Portiones consuetudinariae an debeantur ex testamento remissiuè? n.37.

Consuetudo si aliquis resistit *disponentibus contra eius dispositionem, non autem imponit necessitatem, ità vel ita disponendi, num.38.*

POst quàm de successionibus ab intestato egimus, de eis, quę ex testamento deferuntur, superest videamus.

Ad explicationem, & intellectum huius
1 *Consuetudinis* quinq; regulas constituit *glos. in princ.* Nos verò circa habentes filios versari, arbitrium restringendo testantium in bonis, quae acquisitionem effugiunt, ad medietatem,
2 dicimus: nec quemlibet habilem ad testandum eius dispositioni suppositum, proùt credidit *Napod. per text. l.1. C. de sacrosanct. Eccles.*, sed
3 patremfamilias tantùm, patet, nam de matribus testamento disponentibus dicetur infra, & de filijs familias, ideòque hoc casu foemininum comprehensum sub masculino ad *Text. in l.1. ff. de verb. signif. & l. ait praetor, §.1. ff. de negot. gest.* minimè dici potest.
4 Libera patri familias disponendi de bonis per eum quaesitis, praebetur facultas, ac descendentibus bonorum subsidium tantummodò reseruatur ad *Text. l. cum quaeritur,* iuncta *authent. nouissima, C. de inoffic. testam.*, cum enim
5 in legitima portione nil praeiudicij possit descendentibus inferri, nec grauaminis, *l. quae nuper, l. quoniam in prioribus eod. tit. cum simil.*, intactam quoque remanere inter *Consuetudi-*
6 *narias* sanctiones, decuit; at caeteris in bonis pinguiùs, ad medietatem nempè vsq; successoribus quibuscumque prouidetur, cum ipsius dispositio interdicatur.

Et ad huius medietatis liquidationem de
7 duobus principaliter inquirendum, & Primò qualiter debita, per testatorem contracta, deducantur, à toto nempè patrimonio, ità vt quod superest sit in diuisione, an verò à portione illa libera, cuius dispositio non pro-
8 hibetur? Secundò vtrum legata successoribus relicta in consuetudinariam portionem imputententur?

Praemittimus ad primi explicationem, de-
9 negari bonorum medietatis alienationem antiquorum per actus vltimae voluntatis, non autem inter viuos: loquitur enim *Consuetudo*
10 per verbum, *disponere*, quod latè sumptum quascumque alienationes etiam inter viuos comprehendit *cap. cum satis de reb. eccles. alien. vel non, & DD.* post *Molfes. par.3. de success. ex*
11 *testam. quaest.1. n.6.* at in hac materia *Nostrates* ad vltimas voluntates communiter retulerũt, proùt & *Napodan.* & habetur *ab eod. Molfes. n. 2.8. & 9.* quo loco dictum confirmat argumento à maioritate rationis, quę in legitima respectu consuetudinariȩ portionis considera-
12 tur, nam sicut patris alienatio in vita in praeiudicium legitimę substinetur, ità fortiùs & huius medietatis debet subsistere.

Po-

Poteſt tamen (verum fateor) quandoque
13 talis alienatio reuocari, & tunc, cum alienan-
tis fraus interuenit Molfeſ.ibid.n.2.& 51.Ca-
pyc.Latr.conſult.123. per tot.tom.2. Geor.alleg.
14 22.& alij, qui etiam nonnullos fraudulentos
actus explicant,ac preſumptiones fraudis enu-
merant.

His poſitis, dicimus onera contracta ab
eo,à quo ad vltimũ poſſeſſorem bona obueno-
15 runt, eſſe de toto patrimonio deducenda; ha-
16 bentur enim vt æs alienum, Paulus in l.ſub-
ſignatum 39. ff.de verb.& rer.ſignif. & Bo-
17 na intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ære
alieno ſuperſunt; ità de Franch. dec.280. Mon-
tan.controu.1.n.68.R.de Marin.reſol.quotid.lib.
1.cap.325.n.1.& 2.ex Capyc.dec.191.Stephan.
18 de Gaeta, Napod.& alijs. At ſi ab vltimo ſuc-
ceſſore onus contractum fuerit,eo mortuo,de-
tractio debiti de portione libera fiet, Napod.
in conſuet.& ſi teſtator, ver.perueniat, fol.181.
nu.27.& alibi ſparſim, Apoſt. incip.fuit indica-
tum lit.F.eod.fol.& in alia apoſt. Io: Angel. Pi-
ſanel.incip.ſecũdum iſtam, fol.170.de Franch.hic
in apoſt. incip. adde quod ſi reperiatur onus, fol.
163.P.Molfeſ.p.3.cit.quæſt.1.n.54.& par.4. qu.
60.n.5.6.& 19. R.de Marin.ibid. Afflict.deciſ.
347.Amat.conſ.43.in fin.conſ.47.n.9. conſ.74.n.
47. Montan.ibid.(qui ſolido aſſumptum com-
probat argumento ad ſenſum Conſuet. noſtræ
19 etiam in expenſis funeralium) apoſt.in conſuet.
& ſi teſtator,fol.181.lit.F.quibus & conferunt
tradita per Criuel.dec.68.n.6.ex Bal.in l.fin. ff.
ad l.Falcid. per text. l.Neratius, ff.de relig.&
ſumpt.funer. non tamen ſi filius ſit ſucceſſor;
20 tunc enim cum legitima ad medietatem bo-
norum patris ſit aucta, gloſ.in hac conſuet. ver.
ſubſidio, & ver. reſeruato, dixitque cit.Amat.
eod.conſ.43.à n.1. reſpectu nouem partium, de
quibus mulier,habens filios,nequit diſponere,
vt infra, funeralia de toto patrimonio dedu-
cuntur, l.Papinianus,§.quarta autem, ff.de inoff.
teſtam.

Verùm Capyc.dec.195.n.2. dicit Conſuetu-
21 dinariam portionem in ſubſidium teneri in
ſatisfactionem debiti, ab vltimo moriente cõ-
22 tracti,ſed videntur obſtare, quæ ſcripſit Mon-
tan.cit.controu.1.à n.68. ex mente Conſuetudi-
nis noſtræ, quæ medietatem reſeruauit bono-
23 rum antiquorum agnatis,habita relatione ad
tempus, quo obuenerunt vltimo diem ſuum
obeunti, non autem ad tempus, quo ipſe vlti-
mus è vita decedens retinuit, cum ipſi pacto
24 peculiari mandata fuerint,vt medietas trãsfe-
ratur ad coniunctos indeminuta apoſt. ad con-
ſuet.& ſi teſtator incip. fuit indicatum lit. F. fol.
25 181.hypothecamq; dari ſuper ea fauore con-
iunctorum, tradiderit Petra in addit.ad dictam
deciſ.195. Capyc. per ea, quæ de Franch. deciſ.
307.n.14.& per conſequens numquam huiuſ-
modi portionem teneri poſſe,dicendum eſſe,
videatur.

Hoc tamen argumentum nimis probat, &
26 totam alienandi in vita facultatem deſtruit;
quare à me nimis futile exiſtimatur; at Capyc.
27 ſententiam reſpectu obligationum per actus
inter viuos vltimi acquirentis, non autem cir-
ca teſtamentarias diſpoſitiones, laudarem
Conſ.Hodiern.in addit.ad dec.138.Surd.n.48.et
ſeq.Molfeſ.d.par.3.nu.28. poteſt enim illa por-
tio validè alienari in vita, ergo & obligari, l.
codicillis,§.mater, ff.de leg.2. ac ſatis, ſuperque
agnatis indulgetur, dum integra conſuetudi-
naria portio conſeruatur vſque dum alterius
portionis liberæ vires ſuppetunt.

Nec omittam hic notare, quod vulgò ap-
probatur,& habetur per R.de Marin. d. c.325.
lib.1.reſol.quotid.n.3.Molfeſ.ead.par.3.n.52.de-
ciſumq;extitit dec.280.de Franch.venditiones
28 factas annuorum introituum ſub ſpeciali
obligatione bonorum obuentorum,deducen-
das de toto patrimonio, iſto ſiquidem caſu
29 videtur vltimus acquiſitor voluiſſe illa ſpe-
cialiter alienare obligando, vt Prouenſ. dixit
ad conſuet. ſiquis, vel ſiqua obſer.15.nu.3.& ſi
30 contra ipſe ſentiat, at in caſu generalis obli-
gationis omnium bonorum eſt ſecus, cum nõ
idem arguatur animus alienandi per obliga-
tionem, ſed potiùs diſponendi iuxtà conſue-
tudinarias ſanctiones, & iſto caſu tenerem cũ
eodem Prouenſ.obſeruat.15. Montan.eod.contro-
uerſ.1. numer.7. circa med. Molfeſ. de Franch.
& alijs relatis à dict. Prouenſ. numer. 14. de-
31 bita diuidi inter ſucceſſores pro rata
bonorum etiam ſi alter ex eis ad materna, al-
ter verò ad paterna bona admittatur, non
ſecus ac inter ſucceſſores in allodialibus, &
feudalibus iuxta tradita per Capyc.deciſ.198.
n.1.4.5.& 6.& per Maſul.ad deciſ.191.eiuſdem
n.4.Lanar.conſ.80.n.52.Prouenſ.vbi ſup.obſeru.
16.per tot. & videndi Galeo. controuerſ. lib.2.
controu.22.& Berlich. pract. concluſ.par.2.con-
cluſ.55. hanc eandem concluſionem more ſo-
lito explanans.

Ad ſecundum reſpondetur, imputationem
33 dari legatorum,ſi credimus Molfeſ.ad conſuet.
par.2.de bon.quæſt.13.nu.8.R.Rouit.conſ.94.nu.
42.& 43.to.1.Amat.conſ.74.n.56.Conſ.Hodier.
in addit.ad Surd.dec.119.à nu.12. Thor.in ſup-
plem. compen. ver. compenſatio an admitti de-
beat pro legato, fuitque deciſum anno 1666.
ad relationem meritiſſimi olim Conſiliarij, &
Præſidentis R.C.S. nunc grauiſſimi Regentis
Antonij Florilli in banca tunc Caſalenæ pro
Vennitto, contra Aurelium de Franco patro-
cinante pro Antonio, & Horatio de Franco
præclariſſimo viro Petro Fuſco, quorum &
Ego interfui, & licet hæc deciſio benè proceſ-
ſerit,cum ex teſtamento quond.Honufrij de
34 Franco teſtatoris intentio imputãdi legatum
non obſcurè elici potuiſſet; articulum tamen
in puncto iuris in medium reſecandum eſt, &
po-

35 potiùs contrariorum sententia me tenet ex nonnullis rationibus per *Caput.* pensatis *in consuet.si moriatur par.2.§.11. à nu.* 45. quibus conferunt tradita per *Merlin. controu.44.to.2. n.45. Afflict.dec.138.in 2.dub. & alios;* nam in casu mortis portiones consuetudinariç non censentur dispositæ, sed quæ sunt liberæ, in quibus liberalitas disponentis considerari po-
36 test, & animus non compensandi, prouti in donatione inquiunt *Molfes.ibid.nu.9. Montan. n.55.& alij,* contra *Capyc.dec.180.num.20.* & quicquid sit de articulo, an portiones consuetudinariæ debeantur ex testamento, an ab intestato, de quo infra, illud est fixum immo-
37 tumque deberi ex prouidentia *Consuetudinis,* quæ non imponit necessitatem testantibus statam illas tantùm remittendi vicinioribus
38 testamento, sed dispositioni testamentariæ, quæ fit offensione aliqua interposita coniunctorum, resistit; ergo quoties quis ità legat, vt expressus animus imputandi legatum in portionem consuetudinariam, percipi non possit, non debet dici propriam exsoluisse obligationem, ideoq; nec permittitur imputatio.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus pensantur.

De bonorum qualitate iuxtà Consuetudinariam censuram decernenda, & de admittendis agnatis, cognatisque in bonis antiquis, etiam in exclusionem pupillariter substituti, & quid in feudis? & de admissione matris ad successionem filij, cui pupillariter fuit substitutum, item de libera patrisfamilias potestate disponendi tradita bonorum ab eodem comparatorum, & de exhæredandis liberis si causa legitima intercesserit.

SVMMARIVM.

Verba consuetudinaria, habens filios, seù liberos, *comprehendunt omnes descendentes,n.1.*

Bona sua dicuntur,quæ opere, & industria sunt cõparata,n.2.etiam secundum ius regni,n.4. licet etiam, quæ ex successione habentur, adhuc dicantur sua,n.3.

Disponere *verbum reducitur ad vltimas voluntates,n.6.& coniunctum verbis,* pro suo arbitrio voluntatis, *extenditur ad alienationes in vita,n.7.*

Verba ex quocumque latere *de masculino, & fæminino explicantur,n.8.*

Medietas bonorum antiquorum debetur descendentibus,nu.9.non autem illorum, quæ ad testatorem obuenerunt ob merita, eod.num.

Verbum relinquere *vtrum importet necessitatem relinquendi consuetudinarias portiones titulo institutionis? n.10.11.& 12.*

Differentia inter consuetudinariam portionem debitam descendentibus, ac cæteris coniunctis traditur remissiuè,n.13.

Legitima debetur titulo institutionis; non autem alio titulo,n.14. & 15.

Portio consuetudinaria debetur descendentibus in locum legitimæ,n.16.

Legitima debet præstari absque onere,n.17.

Pater an valeat filio pupillariter substituere etiam in perniciem matris, vel gentilium in portione consuetudinaria, num.18. 19. 20. 22. 23. & 24.

Pater dicitur quandoque habere arbitrium refrenatum,n.21.

In testamento patris dicitur inesse filij testamentum, si filio pupillaris fuerit facta substitutio, numer.25.

Mater an possit filio substituere? n.26.& 27.

Mater an super medietate consuetudinaria excludatur à legitima? n.28.

Agnatis peculiari iure debetur consuetudinaria portio,n.29.

Matri potiùs debetur filij substantia non repugnante lege,n.30.& quare,n.31.

Patre, & matre in medio existentibus Consuetudines non militant,n.32.

Mater non excluditur a pupillariter substituto super medietate bonorum antiquorum,n.33.

Pupillariter substitutus dicitur,& testatoris,& impuberis hæres, num.34. nec ideò excludit coniunctos paternos, & maternos a portione consuetudinaria,n.35.

In feudis an pupillariter substitutus excludat viciniorem? relatiuè, num.37. & affertur decisio S.R.C.n.38.

Filiorum æqualitatem in succedendo pendet ab arbitrio paterno, nu.39. cum sufficiat non minui eis legitimam,n.40.

Parentes possunt exhæredare filios legitima intercedente causa,n.41.

Loquitur (vt supra diximus) ista *Consuetudo* in ascendente, *qui habens filios, seu liberos,* descendentes nempè vlterioris gra-
1 dus testatur, & bonorum suorum, idest, quæsitorum à testatore eius opere, & industria,
2 vt verba consuetudinaria demonstrant, nam
3 licet sua quoque dicantur bona, quæ ex succes-

cessione habentur, de his non dicitur hic *Mon-*
4 *tan.contro.6.num.7.* prout nec in *constit. vt de*
successionibus, §.in acquisitis, vt *glo.* explicat in
ver.quolibet titulo iure suo, qualitas enim bo-
norum, à testatore de propria industria com-
paratorum, illis verbis (*quolibet titulo iure suo*)
5 in ea specificatur: tribuitur cuique dispone-
di facultas arbitrio voluntatis, filijs tantùm
legitima reseruata.
6 Pluries vides verbum (*disponere*) tàm ista,
quàm sequenti *Consuet.* repetitum, quod à
Napod.in sup.explic.consuet.si quis,vel si qua,
ver.à matre num.31.& seq.consuet. & si testa-
tor.ver.perueniat, ad vltimas reducitur volun-
tates, quod absque controuersia est receptum:
At positum in principio huius *text.*coniũctum
cum verbis, *pro suo arbitrio voluntatis,* latissi-
7 mam recepit explicationem ex maioritate ra-
tionis; perperam enim prohiberetur fieri in-
ter viuos, quod per actus vltimæ voluntatis,
in quibus humanum arbitrium *Consuetudine*
aliàs arctatur, fieri patitur.
Illa verba, *& alijs bonis sibi à consanguineis*
ex quocumque latere obuenientibus, latissimam
itẽ recipiũt interpretationem apud *Napod.*vt
8 vt scilicet tam masculinum, quàm fœmininum
latus complectantur; ex quibuscumque enim
bonis, vndequaque peruentis ad testatorem,
descendentibus integra medietas reseruanda:
9 excipiuntur, quæ propter merita ad testato-
rem deuenere, cum tamquam per eius indu-
striam parta habeantur, & quę absque eiusdem
facto peruentura non forent, *Napod. hic ver.*
obuenientibus num. 16. l. Seio amico fidelissimo
*10.ff.de ann.legat.*dantis potiùs mente conside-
rata *l.sed,& si quid,ff.de vsufruct.* quàm factũ,
l.verum,ff.de furt.
Ad verbum (*relinquere*) *Napod.* quæstionem
conuertit in *eod.ver.a n.33.*vtrum illo hęredis
10 institutio, an verò legatũ, aliudq; titulum, quo
portio cõsuetudinaria dari debeat, designetur?
11 Distinguendo satisfacit quæstioni, vt filio ex-
heredato medietas ista debeat per institutio-
nem dari, instituto verò possit quocumque
titulo relinqui, talique distinctionis fœdere
pugnantium circa hoc nititur conciliare sen-
tentias, cum priori casui per *authen. ut cum*
de appellat. cognoscitur, §. alind quoque capitu-
lum collat.8.& altero per *authen.nouissima,C.de*
inoffic.testam.& authen.de trien. & semis. collat.
*3.*consultum, istaque iura remansisse incorrè-
cta, iudicauerit: At nos, institutionis titulo de-
12 deferri descendentibus portionem *Consuetu-*
dinis indistinctè, pronunciamus cum *Caput.ad*
consuet.si moriatur sup.cit.p.2.§.11.n.55. quod
ex mente eiusdem *Napod.* esse ac eius verbis
in consuet. & si testator, ver. perueniat in prin.
*num.25.*elici, demonstrat ad differentiam alia-
13 rum portionum coniunctis debitarum, & ha-
betur ex *Fachin.controuers.iur.lib.12.cap.4.Go-*
mez.uariar.resol.iur.to.1.cap.11.de success. con-
tra testam.in fin.num.1.& ibid.Eman. Soar. in
addit. qui de communi testatur, & sane quo
nam pacto superior distinctio sine frustratione
saluari possit, non video, quid enim refert in-
stitutio in abstracto absque portionis legitimę
14 designatione? cum in ipsa legitima instituen-
15 dos liberos, nec licere parentibus, vel per le-
gatum, vel per alium quemcumque modum
dare debitam portionem, sanxerit *Iustinianus,*
ac illos, qui non debent institui, nominatim
exheredandos.
Et quòd portio quælibet filijs per *Consue-*
16 *tudinem* designata in bonis tàm comparatis,
quàm antiquis in locum legitimæ debeatur,
apertissimè ex verbis, *Defunctus ipse vni ex*
filijs plus, quam alij non potest de ipsa medietate
*relinquere,*conuincitur: nemo enim potest legi-
17 tima fraudari, & *quod deficit, ad implendum*
sine vllo onere, vel mora, siuè adijciatur in te-
stamento de adimplenda legitima portione,
siuè non, compelletur hæres, firmo remanente
testamento, l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.
*Gomez.ibid.n.23.*habetur.
Capta occasione ex eo, quod de portione
consuetudinaria instar legitimæ, diximus, nũc
18 quæstio succedit, vtrum pater filio suo pupil-
lariter substituere valeat nedum matris in
preiudicium, sed & gentilitium, ita vt illa
portione legitima, hi verò consuetudina-
ria priuentur? & in prima quæstionis par-
te parum immorandum si ad bona per te-
19 statorem quæsita velimus reducere quæstio-
nem; receptum siquidem fuit, etiam iure com-
muni attento ad *Tex. l.precibus, C.de impub.*
& alijs substit.& scripta per *de Marin.lib.1. re-*
sol.cap.265.Afflict.dec.310.n.3. Surd.cons.240.
*lib.2.Thesaur.quæst.forens.84.lib.2.et alios,*quo
ad ista posse mulieribus præiudicium substi-
tutione inferri, ità *Molfes.par.2.quæst.23. nu.5.*
*R.de Marin.lib.2.resol.quotid.cap.129.nu.2.*At
secus pro bonis antiquis voluere *Molfes.iam*
20 *cit. Afflict.decis.310.Ant.Capyc.in consuet.filius*
famil.in addit.incip. quod autem, & alij, substi-
tionem pupillariter filio factam, non nisi in
portione libera veritate comprobari posse, au-
tumantes; nam quoad alia dicitur habere pa-
21 ter refrenatum arbitrium à *Consuetudine,*
tàm respectu matris, quàm aliorum coniun-
22 ctorum filij sui, & istos tantùm à portione
libera posse à substitutis pupillariter excludi,
Napod. dicit *hic.ver. medietatem, nu.22.* quod
veritati amicissimum esse; affirmauit *de*
22 *Marin.d.cap.129. nu.12.* & licet se opposuerit
Ant.de Alex.in ead. hac nostra consuet. in apost.
incip.imò videtur lit. A. in aliorum postea iuis-
23 se sententiam testatur *de Franch.dec.295.* quã
& ipse confirmat ex *Afflict. dec.319.* & sequi-
tur *Capyc.in ead.consuet.in apost.incip.hic loqui-*
tur lit. A. (vbi de substitutione fideicommis-
saria)

ſaria) *fol.*168. & *in dec.* 208. nam ſicut pater
25 eius teſtamento, in quo & filij teſtamentum
ineſt per ſubſtitutionem pupillarem *inſtit. de*
vulgar. & pupilla.ſubſtit.§.igitur, l.2.§.prius,cũ
l.patris, & *filii, ff.eod.* coniunctis non valet ex
ſe, ità nec ex filio præiudicare. Nec ſecus di-
26 cendum in matre eius filio ſubſtituente;cum
tantùm ſuper decima,de qua poteſt liberè,ha-
27 bens filios,diſponere,poſſe ſubſtitutionem or-
dinare, dicant *Conſ.de Roſa conſult.*43. *nu.*22.
*ex Napod.in conſuet.ſi qua moriens, n.*15. & *de*
*Franch.dec.*486.*n.*2.& 4.& idem *de Marin.eo-*
*dem to.*2.*cap.*150.*n.*12.

Neq; eſt quod cuiquam mirum videri poſ-
ſit,quod *Reg.de Marin.cit.cap.*129.*à numer.*5.
conſtantiſsimè tenendum nobis inſinuat
contra *Afflict. citat. deciſ.* 310. *Molfeſ.* &
28 *alios*,affirmantes,matrem non ſolum à legiti-
ma ſuper medietate, de qua potuit pater di-
ſponere, excludi, ſed etiam, tamquam ſemper
excluſam, ad portiones conſuetudinarias nec
admitti in concurſu agnatorum, cum his ma-
29 gis peculiari quodam iure medietatem anti-
quorum bonorum deberi, quam matri legiti-
mam, affirment; optimis ſiquidem argumen-
tis fulcitur *de Marin.* dictum,ac maximæ niti-
tur æquitati; matri potiùs filij ſubſtantia de-
30 betur lege non repugnante,ne luctuoſa(vt di-
citur) ac lucubri hæreditate huius careat;qua-
31 re illud *Noſtrorum* ante ora fertur; patre, &
matre in medio exiſtentibus *Conſuetudines* nõ
32 militare; hinc profectò inferendum,neç à pu-
pillariter ſubſtituto matrem vinci in me-
33 dietate bonorum antiquorum, nam licet
pupillariter ſubſtitutus,etſi non tantùm teſta-
34 toris, ſed impuberis dicatur hæres inſti-
tutus, *l. ſed ſi plures* 10. §. *ad ſubſtitutos, ff.de*
35 *vulg.& pupill.*, non poſſit coniunctos ſiuè ex
parte matris, ſiuè ex parte patris excludere,
quin bonorum medietatem valeant auocare,
Napod.in conſuet. filius famil.ver.poſſunt,Mol-
*feſ.par.*4.*de ſucceſſ.ab inteſt.quæſt.*61.*à nu.*15.*ad*
fin. cum diſpoſitio *Conſuetudinis* iſtis foueat,
36 non ideò ſequitur idem dicendum ad exclu-
ſionem matris, cui municipalis legis determi-
natio non obſtat.

37 In feudis quid iuris ſit,reliquũ eſt dicamus;
quoniam verò hac de re multum ſatiſque
ſcriptum fuit in cauſa ſucceſſionis Illuſtris
Ducis Andriç,& controuerſum inter excellen-
tiſſimos, peritiſſimoſque vtriuſq; partis Ad-
uocatos, quorum ſcripta maximam redolent
doctrinam,tantùm mihi ſupereſt tacere;dicam
38 tamen in ea cauſa inter alios iuris articulos
per S.R.C.iunctis aulis fuiſſe deciſum, D.Hæ-
ctorem Carrafam modernum Ducem Andriæ
potuiſſe ſuccedere D. Carolo Carrafa eius
pronepoti, nedum tanquam pupillariter ſub-
ſtitutum, & vigore gratiæ, de qua in *prag.*33.
de feud. verùm etiam & per fideicommiſſum
per aliam gratiam contentam in *prag.*34. *eod.*
tit. excluſa Domina D. Emilia Carrafa Dux
Magdaloni fœmina viciniori; allegationeſque
iſtius cauſæ hincindè, reſcripſit *de Luca in*
*tractat. de lin.legal. artic.*5.*tom.*1. *à num.*29. &
*artic.*28.

Ex verbo,*adæquare*, colligitur, æqualitatem
39 filiorum in ſuccedendo à patris arbitrio om-
ninò dependere; valetque ideò legatum vni
ex pluribus filijs à patre factum etſi cauſa non
exprimatur, ineſt enim iſta conſuetudinaria,
ſi ad æquandam huius conditionem fiat, *l. ſi*
ita 12. *ff.de condit. & demonſtrat.* idemq; con-
firmant verba illa, *ſi vult*, cum tertiam iure
40 naturæ debitam haud minui, ſufficiat, ita
Napod.in ver.adæquate; nec parentibus exhæ-
redandi facultas interdicitur, dummodò ſuf-
ficiens adſit cauſa exhæredationis, *ad text. in*
authen. vt cum de appellat.cogno. §.*aliud*, & §.
cauſas, vbi quatuordecim enumerantur, quare
diſpoſitionem *Conſuetudinarij iuris*, ibi, *iuxtà*
cauſa exhæredationis fuerit, & communis *in*
l.fin.de bon.damnat. concordare, patet.



TITVLVS TERTIVS DE Succesſionibus morientis ſine filijs ex teſtamento.

CAPVT VNICVM.

Conſuetudinis, & ſi teſtator filios, explanatio.

De portione Conſuetudinaria agnatis, cognatiſq; debita ſuper bonis morientis ex teſtamento, & an ab inteſtato debeatur, & poſſit propria authoritate præcapi à proximo coniuncto etiam abſque hæredis inſtituti traditione. De Clerico viciniori concurrente cum laico remotiori; & cui nam potiùs portio Conſuetudinaria debeatur? Item de capacitate,& incapacitate Regulariũ poſſidendi in communi. De re empta ex pretio bonorum antiquorum,vel dotalium, & an dicatur antiqua effecta, vel dotalis? Proſcripti ac perenniter triremibus damnati, an valeant facere teſtamentum, ſaltē ad pias cauſas? Item de legato monialibus relicto ſuper certo corpore, an dicatur generis, vel ſpeciei, & an ad piam cauſam factum, & an legatum ſpeciei dicatur generis fauore piæ cauſæ; & an, & quando actio exequutiua detur pro legato annuo?

SVMMARIVM.

Conſuetudinis etſi teſtator diſpoſitio maſculos, & fœminas complectitur, n.1. ac eos qui ſunt geniti ex matrimonio contracto more nobilium, n.2. nec procedit pro bonis quæſitis, ac medietate bonorum antiquorum, n.3.

Neapolitani poſſunt pro parte teſtati decedere, & pro parte inteſtati, n.4. & quando, n.5. & 6.

Cautela traditur ne quis adeundo præiudicium recipiat in portione cōſuetudinaria, remiſſiuè, n.7.

Conſuetudo etſi teſtator eſt conſentanea iuri Caſtellæ, & Valentiæ, n.8.

Portio Conſuetudinaria an debeatur ab inteſtato, an ex teſtamento? n.9, 10.12.13.14. & 32.

Pactum non operatur vltra paciſcentes, n.11.

Portio Conſuetudinaria abſque traditione hæredis præcapitur, nu.15. & debetur proximo agnato tamquam creditori, num.16. & 18. et facto inuentario conſeruatur incolumis, n.17.

Succedens non tenetur habere ratum factum defuncti in portione conſuetudinaria, n.19.

Inuentarium non iuuat hæredi contra creditores defuncti reſpectu bonorum eiuſdem defuncti, vel feudalium, n.20. & 21.

Agnatus an valeat propria authoritate præcapere medietatem bonorũ antiquorum, an verò indicis officio implorato per remedium, l.fin.C.de edict. Diui Adrian. tollen.? *num.22.23.24. & 25.*

Portio qualibet conſuetudinaria debetur inſtar legitimæ, n.26.

Agnatis pinguiùs prouidetur Conſuetudine in portione conſuetudinaria, quàm filijs in legitima per ius commune, n.27.

Filijs nullum ius eſt conſtitutum in legitima viuente patre, agnatis verò pro portione conſuetudinaria aliquale, n.28. & 29.

Filius poteſt, patre viuente legitima, priuari, n.30.

Agnatus reuocat alienationem factam in fraudem portionis conſuetudinariæ, n.31.

Conſuetudine ius viciniori conſtituitur in bonis antiquis, cuius exercitium confertur ad tempus mortis agnati, ſiuè cognati, n.33.

Cauſa teſtati diſponentis contra formam Conſuetudinis & ſi teſtator, *an tribuenda bonis extra confinia, n.34. & 35.*

Clericus vicinior an excludatur per remotiorem agnatum à conſuetudinaria portione, n.36.

Clerico an detur actio ad vindicandam portionem conſuetudinariam contra hæredem, à fratre inſtitutum, n.37.

Religioſi profeſſi in religione capaci poſſidere in com-

communi adhuc excludunt agnatum remotiorem à portione bonorum antiquorum,n.38.

Item excludunt fœminas in terminis statuti excludentis fœminas a successione per masculos,numer.39.

Religiones incapaces, quæ sint, habetur remissiuè, num.40.

Venerabilis Societas Iesu enumeratur inter Mendicantes,nu.41. & comparatur Religioni Capuccinorum,n.43,

Domus Professorum Societatis Iesu, & Collegia, an dicantur capacia possidere in communi, & valeăt recipere hæreditates,& stabilia,n.42. 44.45.46.51.& 52.

Mendicantes possunt acquirere stabilia, vt vendantur,ac pretium conuertatur in alios vsus, numer.47.

Venerabilis Societas Iesu eiusq; Reuerendi Patres laudantur,n.48.

Iesuitas assimilari Capuccinis, an sit verum,et quomodo? traditur,n.49.

Paupertas non violatur, vbi redditus hæreditarij non retinentur,nu.50.

Res empta ex pretio bonorum antiquorum,ac ipsum pretium,an subiaceant consuetudini,n.53.54. 55.56.& 57.

Res empta ex pecunia dotali dicitur dotalis,n.58.

Priuilegium dotale est,vt res, empta ex pecunia dotali, dicatur dotalis,n.59.

Verba consuetudinaria, disponere pro arbitrio facultatis, *non faciunt facultatem inhabili ad testandum, nec habilibus indulgent disponere fauore incapacium.n.60.*

Relictum spurijs reuocatur à vicinioribus ex parte patris,n.61.

Proscripti an valeant facere testamentum, item morti damnati, deportati, ac perenniter triremibus mancipati, num.62.63.64.65.66.68. & 69.

Facultas testandi censetur tributa delinquentibus, vbi bona non publicantur, num.67. contra num.70.

Damnati morti valent testari ad pias causas, numer.71.

Disponere ad piam causam quilibet potest habens facultatem naturalem, & si non habeat ciuilem,n.72.& 73.

Inhabiles ad testandum fauore piæ causæ traduntur remissiuè,eod.n.73.

Hæres tenetur tantum legatario actiones cedere,si legatum factum sit super certo corpore, num.74.

Non existente re legata corruit legatum,n.75.

Actio exequutiua pro legati consequutione quando datur,n.76.96.& 97.& quando in annuis legatis,n.99.100.101.102.& 103.

Legatum quando dicatur determinatæ rei, vel ipsa rei designatio demonstrationis causa censeatur adiecta,n.77.78.79.& 80.

Corporis designatio in dubio censetur potiùs causâ demonstrationis,numer.81.

Non præsumitur voluntas testatoris annullandi legatum postquam factum est,n.82.

Testator designans corpus pro satisfactione legati, præsumitur in gratiam legatarij fecisse, numer.83.

Legatum speciei etiam dicitur generis fauore piæ causæ,n.84.

Specialis ademptio legati requiritur,si ad pias causas fuerit legatum, n.85.

Causa alimentorum an dicatur pia? n.86.& 87.

Argumentum valet de alimentis ad piam causam, num.88.

Legatum annuum censetur in causam alimentorum, num.89.

Legatum quando dicatur pium, numer.90. 91.92. & 93.

Testator si legauit scienter rem alienam, hæres eam luere tenetur, vt legatario præstetur, num.94. & 95.

Legati destributio demandata, fieri debet arbitrio boni viri, n.98.

Hic morientium absq; filijs testamentaria dispositio pertractandam se offert:
1 Liberos,& Filias sub vna masculini generis voce ex identitate rationis æque complectitur *Consuetudo ista* ad *text.l.1.ff.de verb. signif.& l.ait prætor,§.1.ff.de negot.gest.* & *Napod.* dixit *in prin.*nostri *textus*, licet ex matri-
2 monio ad vsum platearum Capuanæ, & Nidi contracti, sint geniti, argumento eorum, quæ scripsit *de Marin.lib.1. resol.cap.151.nu.13.* &
3 bonorum quæsitorum à testatore dispositionem, prout & medietatis bonorum antiquorum non arctat, cum tantùm ad medietatem istorum proximos agnatos, siue cognatos succedere cum distinctione originis, quam habere dicuntur, statuat.

Hinc fit, vt Neapolitani testati possint de-
4 cedere pro parte vna, ac intestati pro alterâ; potest enim quis liberè in quem vult de me-
5 dietate disponere, & quoad eam testati causa subsistet, quoad alterâ verò,cû validè in extra-
6 neû disponere nequeat,disponês,dicetur decedere intestatus *Napod.hic ver. perueniat n.26. & ibid.Marin.Frec.in apost.incip.nota quod po-*
7 *test,fol.181.* vbi dat cautelam proximo agnato hæredi instituto pro adeunda hæreditate, ne quid præiudicij ipsi fiat in consuetudinaria medietate, *Scip.Boccin.in alia apost. incip. an talem medietatem lit. D.* quod etiam notauit *Fran.Hier.de Leo. dec.valen.131.lib.2. à nu.6. per 10.* & congruens, ac consentaneum esse
8 hoc Ius nostrum iuri Castellæ, Valentiæ, aliarumque Hispaniarum partium tradidit; & tanquam vno omnium ore confirmatum tenet etiam *de Marin.resol.quotid.lib.2.cap.57.n.2.*

Quærimus modò,num adeò quis intestatus
9 decedere dicatur quoad medietatem, quam ad

ad coniunctos peruenire statuit *Consuetudo*, vt
proximus agnatus etiā si instituatur in ea, di-
catur ex prouidentia *Consuetudinis* potiùs
succedere, quàm totam hæreditatem hæredis
nomine vindicare? Et huius quęstionis deci-
10 sionem potiùs ex pacto ciuium in contracti-
bus apposito, dependere, placuit nonnullis,
inter quos *R.Capyc.Latr.dec.8.nu.9. Conf.Ho-
dier.ad Surd.dec.138. nu.67.* ità vt inito taliter
disponendi pacto inter contrahentes, admit-
tantur absque hæreditaria qualitate successo-
res, cumque in capitulis matrimonialibus il-
lud apponere pleriq; soleant, vnico taliter co-
nantur verbo dirimere contemptionem, sed
hos petere principium, non autem finem po-
nere quæstioni, rectè intuenti patet, pactum
11 enim vltra paciscentes non operatur *instit. de
inutil.stipul.§.alteri,& l.si sibi decem,§.si pactus
sim vbi glos.ver.proderit, ff. de pact.* & operan-
12 do, tantùm transmissioni portionis consuetu-
dinariæ absque aditione agnati, cui defertur,
confert iuxtà placitum *R.Rouit.dec.87.& Au-
thor.damn.* opinionem *in addit.ad cons.260.Dec.*
proùt dicit *Montan.sæpè cit.contro.1. num.71.
& 72.*

Nos itaque, circumscripto pacto, portiones
13 omnes agnatis, cognatisque *Consuetudine*
reseruatas haud hæreditario iure, sed consue-
tudinaria prouidentia transferri, sentimus, ità
quoque *Scip. Boccin. hic in apost.incip. circa
hanc consuetudinem, fol.173.* & in alia *incip. an
talem medietatem, fol.181.Molfes.ad consuetud.
par.4.quæst.61. Surd.cons.206. Mart.de success.
legal.par.1.quæst.21.art.2.n.12.cum seq.Hodier.
in addit.ad decis.Surd.138.à n.51.Caput.infra
cit. Montan.iam cit.à n.69.de Franch.dec.89. n.
7. & dec.307. in fin.* licet sibi contrarius aliter
14 voluerit *dec. 667.* deberi nempè portionem
consuetudinariam cum qualitate hæreditaria,
sed confecto inuentario liberari successorem à
molestia creditorum, quod etiam *Prouens. ob-
seru.16.n.7.* affirmauit.

Probatur nostra conclusio, nam coniunctus
15 proximus hanc medietatem absque hæredis
traditione præcapit ab intestato *Caput.ad con-
suet.si moriatur par.2.§.11.nu.52.cir.med.53.&*
16 *54.* ac hæres, à testatore institutus, sibi ipsi
tamquam creditori primo venièti ad *text.l.fin.
§.etsi præfatam,C.de iur.deliberandi,* satisfacit,
17 ipsamque portionem per inuentarium con-
seruat incolumem *Vrsil.ad Afflict.dec.237.n.6.
Montan.ibid.nu.69.Napod.in consuet.siquis, vel
siqua,ver.perueniat,nu.231. & alibi* (quod nec
aduersarij respuunt) debetur enim tamquam
18 creditum consuetudinarium, vt verbum, *Per-
ueniat,* demonstrat; & succedens quoad id de-
19 functi factum ratum habere non cogitur, *Scip.
Boccin. in apost. in hac consuet. incip., an
talem lit. A. cit. fol.* 181. alioquin enim non
20 iuuaret agnato hæredi instituto si quid hære-
ditarium esset talis portio, cum vel in feudo
21 hæreditario non proficere inuentarium ad
excludendos creditores si feudi substantia
suppetit, dixerit *Andr. in addit. l.Imperialem,
n.16.& alibi ab eod.Montan.relat.*

Et hinc tenendum esse patet, quod ex *eod.
Molfes.cit.quæst.61. par.4.* habetur licere agna-
22 tis propria authoritate medietatem bono-
rum antiquorum capere, quasi *Consuetudine*
23 permittatur, nec iudicis offitium implorare, &
remedium, *l.fin.C.de edict.Diui Adrian. tollen.*
24 necesse, contra ea, quæ scripsit *de Marin. sup.
cit. cap.57. lib.2.* iste enim qualitatem hæredi-
tariam tribuit proximo agnato, etiam ab inte-
stato succedenti, & per consequens vtili reme-
dio *d. l.fin.* si non directo, succurrendum putat
per ea quæ à *Rolan.a Vall. cons.1. nu.61. Paris.
cons.22.n.67.& alijs* habentur, quod, cum nos
respuerimus, non obstat, & faciunt verba *Na-
pod.hic vers.perueniat n.30.* secundum *Ann.sin-
gul.19.* qui reuocatam possessionem propria
25 authoritate captam bonorum Io: Bernardini
de Anna in anno 1569. ex quo, lite pen-
dente, possessio capta fuit, non autem
alia de causa, testatur. Neq; id, quod de non
minuenda legitima filiorum per onera à patre
in testamento ordinata assertur *n. 6.* iuxta di-
spositionem *l.quoniam nouella, l.quoniam in
prioribus, & l.omninò, C.de inoffic.testam.* ad di-
luendam nostram sententiam obstat; debetur
26 enim portio quælibet consuetudinaria instar
legitimæ, & diximus aliàs, sed pinguiùs pro-
27 uidetur agnatis *Consuetudine* in ipsa portione
consuetudinaria, quàm filijs iure communi in
legitima saltem quoad hoc, vt nullum ius fi-
28 lius viuente patre dicatur habere in legitima,
vt pro absoluto tradit idem *Marin. lib. 1. cap.*
29 *143.n.1.* agnatus verò habeat aliquale, & pa-
ter vendendo, aliterq; contrahendo titulo one-
30 roso possit filium legitima priuare, agnatus
31 verò alienationem bonorum antiquorum,
aliàs in vita permissam, in fraudem ipsius fa-
ctam, reuocabit, vt diximus. Ergo benè sussti-
32 neri potest, consuetudinarias portiones debe-
ri ex prouidentia *Consuetudinis* testatore
mortuo, si & ipso viuente eadem *Consuetudo*
quodammodo ius constituit viciniori super
33 bonis antiquis, cuius exercitium ad tempus
mortis confertur. Quare paritas in legitima
cum non vndiq; consonet, nec conuincit: quic-
quid sit de eo, in quo conuentio potest assi-
gnari.

Et ista (ni fallor) ratione præmonitus *Scip.
Boccin.in cit.apost.incip. an talem medietatem,*
34 *lit.E.fol.181.* ausus fuit affirmare, totam te-
stati causam disponentis contra formam *Con-
suetudinis* tribuendam bonis extra districtum;
intestati verò bonis in districtu ex *Bald. consil.
245.in 3.dub. vol.1.* quod nos ex alio capite
reprobamus, continet enim absurdum in se-

35 cunda parte, ipsique *Consuetudinis* dispositioni resistit, nam medietas bonorum in districtu sistentium est, quæ disponi nequit, at alia medietas est libera, nec subiacet censuræ municipalis iuris, vt *Napodan.* dixit *in consuetud. si testator, & in consuetud. si moriatur, ver. paratum*, quod substineri haud valet, si veram superiorem sentiam dicere volumus. Et licet maxima sit quæstio de eo, an
36 concurrentibus ad portionem consuetudinariam vindicandam clerico viciniori, & laico remotiori in gradu constituto, isti potiùs, quã illi ea portio sit deferenda? quoniam de tali re latè egit *de Luca in suo tract. nouissimo edito de linea legali art.3.de lin. consuet. in disput.* in plura capita diuisa *à fol.* 25. *per* 47. cum quo mihi placet de hoc articulo sentire, super eodem scribere non curo; ad confirmationem tamen non piget aduertere, & illud quod supra dixi *in consuet. si quis, vel si qua, cap.5.nu.*33. conferre, sicuti enim distinctio bonorum inter coniunctos paternos, & maternos etiam quoad forenses concurrẽtes cum ciuibus Neapolitanis est faciẽda, nec forẽses dicũtur per Neapolitanos exclusi à bonis, quæ perueniũt à linea suæ cognationis, ità nec vicinior clericus
37 à laico remotiori. Quare nec perperam inferendum censeo contra *Capyc.dec.98.n.3. & de Franch.decis.*411.*n.5.* affirmantes clerico haud superesse actionem ad portionem consuetudinariam petendam, quoties à fratre turpis persona non fuit instituta, quasi eo casu dispositioni, *l. fratres 27. C. de inoffic. testam.* sit locus, nam ex traditis aperta sumitur responsio; nonne clerico per laicum successioni sit aditus etiam ad exclusionem ipsiusmet laici? Ergo vt valeat succedere ad consuetudinariam portionem, ius excludẽdi ab ea cõstitutum, quod aliàs agnato remotiori superesset, clerico supererit.

Idem respectu Regularis professi in Reli-
38 gione capaci possidere in communi dicendum, non vereor affirmare; fœminas enim ab huiusmodi Religioso exclusas in terminis sta-
39 tuti eas excludentis in concursu masculorum, voluit *Molin. in tract. de primog. Hisp. lib.1. cap.13.n.*80. relatus à *Pascali de vir. patr. potest. p.1. cap.3.n.64.* qui ad huius articuli resolutionem *Mangil. in tract. de imput. & destract. q.71. nu.5. cum plur. seqq.* videndum allegat.

Et quamquam idem *Paschal.*, religiones in-
40 capaces possidere in communi enumerans à
41 *n.64. per* 81. inter Mendicantes quoque adscribi Venerabilem Societatem Iesu, eiusq; Collegia per ea, quæ defendit *Hieron. Gabr. cons.*28. *vol.1.* & dixit *Panci rol. cons.*114.*n.3.* tradiderit *n.67.* quibus & conferunt scripta per eximium olim Aduocatum, ac ter Comitem Palatinum *Iul. Capon. discept.*162.*to.3.* pro illis de Tipal-
42 do, qui incapacitatem eiusdem Societatis ad quascumq; successiones, & hæreditates nedum ex Constitutionibus eiusdem Societatis, & regulis, sed alijs de rationibus, *Doctorumq;* pla-
43 citis probare nititur, comparando eius Reuerẽdos Patres Patribus Capuccinis, alijsq; strictioris obseruantiæ Mendicantibus iuxta tradita per *Conf. Stayban. resol. to.1. resol.97. nu.4.16. & 17. & resol.162. tom.2. & 163.* & per *Cutel. de donat. contempl. matrim. par.1. tract.1. discur.2. art.4.n.5.*

Aduertas tamen id non intelligi de Domi-
44 bus probationis, ac Collegijs eiusdem Societatis, quorum capacitatem succedendi quocũque titulo, ac retinendi *idem Capon.* asseuerat. Cęterum nec de capacitate Domorum Profes-
45 sorum recipiendi hæreditates, vel aliter vniuersali titulo acquirendi, (de qua re maxima fuit controuersia inter Venerabilem Domum Professam huius Inclitæ Ciuitatis, & illos de Tipaldo in causa successionis quond. Iosephi Tipaldi) dubitandi locum remanere, censeo; cum hoc ipsum ex traditis per *Ludouic. Molin. to.1. de iust. disput.195. col.2. vers. à regula proposita, Tho. Sanch. in sum. lib.7. cap.27. num.15. Layman. in theol. moral. lib.3. de iust. & iur. tract.5. cap.5. nu.4. vers. an verò, Card. de Lugo de iust. & iur. to.1. disput.3. num.99. Menoch. to.11. cons.1014. Nouar. in cap. non dicatis 12. quæst.1. n.82. Hieron. Gabr. cons.28. num.6. & 12. lib.1. Grat. discept. forens. cap.200. in fin. Burat. decis.245. per tot.* & præcipuè *n.16. Farinac. dec.477. n.2. tom.2. in posthum. Fagnan. in cap. in præsenti n.66. de probat. Ricciul. lib.8. de iur. person. cap.9.* & optimè omnium *Dicastillum de iust. & iur. to.2. tract.19. disput.1. à n.312. & seq. & Pereir. 1. p. theol. moral. tract.15. n.1039.* innumerosq; alios, comprobetur, nam capacia esse Collegia
46 siue Professorum domos recipiendi hæreditates, legata, annuos introitus, & stabilia, dicunt, etsi non ad effectum retinendi, sed vendendi, vt pretium in alios conuertatur vsus, quod rationi consentaneum esse, intuenti constat, nec alienum à Constitutionibus, ac regulis eiusdem Societatis, & placito Sanctissimi Fundatoris, & pro tempore Generalium Pr̨e-
47 positorum: *Paschal.* enim à me *sup. cit. n.77. ex Didac. Spinol. in specul. testam. glo.12.n.39. Cardin. Mantic. dec.225.n.1. cum seq. per tot.* & communi *Doctorum* sententia, cuiq; Mendicantiũ Monasterio, vel incapaci, licere legata recipere, & hæreditates ad Regulariũ fulcimentum, & vt, venditis stabilibus, si quæ relinquuntur, pretium, quod indè peruenit, in emptionem domorum pro ædificandis Ecclesijs, seù Oratorijs, vel pro alijs eorum vsibus, conuertatur:
48 cur ergo idem PP. Iesuitis non licebit? Et sanè nulli potiùs Regularium Collegio id concedendum esse, quisq; vel inuitus, affirmabit si numerus spectetur proborum, ac doctissimorum PP. Societatis Iesu, quibus quicquid

quid necesse in communione suppeditat ipsa Societas; si pietas in pauperes, in Sanctam Ecclesiam, diuinumq; cultum, maxima religiositas attendatur, cum toto in orbe terrarum omnes consilio, & opere iuuent tàm in spiritualibus, quàm temporalibus, & adeò vt vix vnus inueniri valeat, qui eorum probitati,& charitati nil debeat,sic Deus omni æuo eos conseruet incolumes.

Nec quod dicitur similitudinis RR.PP.Capuccinis,alijsq; strictioris obseruantiæ officit;
49 nam præterquam quod simile non est idem, & longè distat illorum incapacitas, quæ sacris canonibus est constituta *in cap. exijt de verb. signif.in 6.*vbi *§.caterum,& §.quia oportet*, expresse disponitur; vt illis elargita adhuc in dominio, & possessione elargientium remaneant,ab ipsa Iesuitarum incapacitate, & de ratione consulendus *Illustriss. de Luca ad Cõcil. Trid.disc.35.n.11.cum duob.seq. ac de Regular.discur.35.n.13.& discur.63.n.13. vers.ponderando cum seqq.* Respondetur nec pauperta-
50 tem destrui, aut excludi,vbi redditus hæreditarij non retinentur,sed recipiuntur ità, vt vẽdantur eo præcipuè casu,quo paupertas non per indictam incapacitatem,sed per Constitutiones à S.Sede Apostolica approbatas, prouenit, prout ex *Epis.Ricciul.vbi sup.n.23. & 24.* R. P. Antonius de Rossi eiusdem Societatis eximius Iuris Cõsultus, ac Theologus respondit in eadem causa successionis Francisci Tipaldi, & est, quod ex *Regula 66.* eiusdem Societatis *sub tit.de his, qua pertinent ad res temporales*, habetur; dicitur enim, *si quid stabile donatum,legatumq; Domui fuerit, Prouincialem admoneat, vt quam primum vendatur, & pretium in suos vsus necessarios iuxta illius iudiciũ expendatur, TEMPORIS TAMEN OPPORTVNITAS AD VENDENDVM NON EST EXCLVDENDA.* Quare nec obstat cessio iuri cuicumq; ad habenda bona
51 immobilia in domibusProfessorum acquisito per decretum Concilij Tridentini *sess.25. cap. 3.de regular.*facta in secunda Congregatione Generali magno PP. consensu, cum talis cessio,& renũciatio superioribus nõ contradicat, fuit enim renunciatum Tridentini Concilij indulgentiæ, non tamẽ Sanctissimæ Regulæ permissionibus,& explicatur in *decis.225.Mantic.*

Meritò igitur in Sacra Congregatione Cõcilij habita Romæ super capacitate Domus
52 Professę eiusdem Societatis Iesu pronunciatum fuit pro affirmatiua in causa inter Venerabilem Domum Professam Neapolis, ac illos de Tipaldo patrocinium eidem domui præbente Peritissimo Aduocato in Vrbe Ioanne Dominico Corrado,prout ex authentico talis determinationis documento præsentato in processu Angelæ, & aliorum de Tipaldo in banca Speræ Actorum Magistri S.R.C. apud Scribam Franciscum Cimminum, tenoris sequentis, constat.

Neapolitana hæreditatis de Tipaldis.

In controuersia Neapoli agitata, remissa fuit ad S. Sedem infrascripta inspectio: proindè monita vtraq; parte ad informandum, per libellum à SS.remissum,quæritur.An Domus professa Societatis Iesu sit capax hæreditatis.Die 12. Iunij 1677. S.Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, vtraque parte informante respondit affirmatiuè, scilicet esse capacem, ad effectum tamen vendendi.

Nec prætermittendum illud exquirere, an res empta ex pretio bonorum antiquorum,
53 vel pretium ipsum dicantur *Consuetudini* subesse tãquam ipsa bona antiqua,eorumque in locum subrogata? Et quanquam facili negotio quæstio resolui videatur, & pro affir-
54 matiua pronunciandum esse ex traditis per *Molfes.in 2.par.tit.de bon.quæst.5.& in addit.ad eand.to.2.Geor.alleg.4.n.13.*plures S. R.C. iunctis Aulis referentes pro ea decisiones, *Thor. compen.ver.pretium,& Censal.ad Peregrin.de fideicomm.art.23.* habent tamen maximi ponderis rationes in contrarium istorum sententiæ, & relatæ decisiones,ità vt non liceat sine discussione eis adhærere, vt colligitur ex *controuers.90. Præs.Merlin.tom.2.* referentis decisionem articuli haud factam fuisse ab eodem
55 S.R.C. in causa illorum de Gagliardo propter maximam ipsius difficultatem, & sanè quo nam pacto dici possit pretium bonorum
56 antiquorum, resque ex eo comparata antiquum mihi suadere non valeo; habet enim quilibet in bonis antiquis liberam arbitrium in vita, & potest ea ad libitum alienare, ergo
57 quoties rem antiquam distrahit, non eo animo fecisse dicitur,vt pretium indè perceptum, vel rem comparatam *Consuetudini* supponat, sed potiùs vt vtrumq; sit penès se liberum, ac origo mutetur quasi pretium sit solutum, & consumptum, & res ipsa, & pecunia de nouo quæsita ad *text.l.singularia,ff.si cert.petatur.*

Nec, quod dicitur de emptione rei, facta ex pecunia dotali per *Felic.de Rube.,de Franch.et alios*, quos affert *R.de Pont.de potest.proreg.tit. de success.mulier.n.8.& 9. Molfes.ad consuetud. par.2.tit.de bon.quæst.3.Geor.alleg.23.nu.10.& 11.* decisumq; tradidit *R.Marcian. disput.45. n.11. tom.1.* vt dicatur dotalis,ac consuetudi-
58 nariæ dispositioni subiaceat,obstat;disparitas enim patet, tum quia isto casu sumus in vniuersalibus, tum etiam quia dotali causæ con-
59 ceditur, vt pretium rei dotalis sit semper dotale, ac ipsa emptio, quæ ex eo fit *vulgat. l. si cum dotem 22.§.fin.ff.de matrim.l.res quæ 57. ff. de iur. dot.* & dixerunt *Gratian. discept. forens. cap.694.n.22.to.5.Marcian.disput.74.num.6.& Cons.Stayban.resol.156. n.64.cum seq.*, idque quo-

quomodo sit intelligendum dicemus infrà *in consuet. si mulier nupta, tit. de iur. dotium cap.* 1.

Libertas disponendi per *Consuetudinem*
60 tributa bonorum quæsitorum his verbis: *De bonis verò per eum acquisitis potest disponere pro arbitrio voluntatis*, nec inhabilem ad disponendum facit habilem, nec habili adeò indulget, vt ad beneficium inhabilis valeat te-
61 stari; ideòq; relictum spurijs, alijsque incapacibus reuocari à viciniorībus ex parte paterna, habetur *in apost. eiusd. consuet. incip. nota, quod in quæsitis fol.* 184. *in fin.*

Et quoniam aliàs, cum de successione ab intestato ageremus, vidimus proscriptorum bona successoribus ne, an fisco ab intestato deferantur, hìc, an valeant ijdem, item & deportati, ac perenniter triremibus mancipati,
62 aut vinculis detinendi facere testamentum? de qua re sicut variè *DD.* sensere, ità quoque
63 diuersè pronunciatum extitit; *Reg.* enim *de Marin. resol. quotid. to.* 2. *cap.* 332. *n.* 6. *&* 7. nonnullas recenset decisiones, quibus intestabiles illos esse constat, si à sententia condemnatoria appellatum non extiterit, citat *Imol. Maran. & alios*, idem affirmantes, idemq; ex *dec.* 501. *de Franch. & addit. Conf. Stayban. ad conf.* 63. sui patrui, & *Molfes. par.* 4. *ad consuet. nostras quæst.* 47. *n.* 16. percipitur, cum in anno 1622. secus iudicatum fuisse per M.C.V. & iterum per S.R.C. in anno 1663. in causa successionis Ioseph Arduini liqueat ex traditis per *Gizzi. obseru.* 161. *dec. Capyc. Latr. tom.* 2. *& Modernum quemdam in eius glossographia ad consuet. Neapolitanas tit. de success. morient. sine filys ex testament.*
64 *fol.* 200. qui eo patrocinante obtentum fuisse pro testamenti validitate, vel cõfecti per damnatum morti, autumat: siquidem *Harpret. et alij*, de quibus hic *Author, Consuetudine* omniũ
65 placito recepta, omnes prorsus effectos testabiles, vel vinculo delictorum detentos si ta-
66 men sint ingenui; nec huiusmodi damnatos, seruos pœnæ fieri ad *Text. in authent. sed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.* & si mortis pœna veniat irroganda, *glo. in l. eius qui, §. fin. ff. instit. tit. & in l. si quis filio, §. sed & si quis, ff. iniust. rupt. &c.* quasi iuribus ipsis secus disponentibus fuerit iure *C.* derogatum, vt *Conar.* refert *de testam. par.* 3. *n.* 27. quod inter Neapolitanos videtur absq; difficultate, si regiam attendamus indulgentiam, de qua aliàs, qua in cæteris criminibus, excepto læsæ maiestatis in primo capite, & hæresis, bonorum publicationem non fieri, indultum fuit, vt per *Harpret. ad Clar. §. testamentum, quæst.* 21. *n.* 3. ac si ita
67 censeatur testandi facultas à Principe similiter delinquentibus tributa, nam absque publicatione bonorum criminosum non dici seruũ pœnæ, habetur ex traditis per *Farinac. dec.* 492. *tom.* 2.

R. verò *de Marin. vbi sup. Mastrill. decis. Sicil.* 167. *Castill. dec.* 36. *Conar. & alij*, adeò in-
68 testabiles illos dici si Princeps testari non indulgeat, asserunt; vt nec fauore piæ causæ valeat factum testamentum, quod & *DD. ab eod. de Marin. relat. n.* 5. *Clar. lib.* 3. *§. testamẽtum q.* 5. *ver. quæro, & Harpret. ibid. n.* 12. *Tiraquell. de priuil. piæ causæ priuil.* 79. vbi *Thor. vers. & de condemnato*, ac idem *Thor. in summ. priuileg. piæ causæ priuil.* 164. *& alij*, confirmant; ergo si nõ licet illi testari fauore piæ causæ, minus causa pia cessante: *authen.* enim *sed hodiè* non loquitur de damnatis morti, probariq; per *authen. de nupt. §. quãdo autem inter nouell. constit. nu.* 22. ac per consequens pro istis saltẽ *Pandectarum ll.* adhuc vigere *Conar. vbi sup.* scripsit,
69 idemq; tenendum in damnatis ad triremes, qui non sunt Clerici, voluit, *Abb. in rubr. de testam. nu.* 4. *per text. l.* 2. *ff. de publ. iudic.* quicquid in contrarium decretum tradat *cit. Farin. vbi sup.* in quadam Romana domus 4. Decembris 1613. & *Consuetudo* in contrarium, quam aduersę partis *Authores* adducunt, cum non constet, probari debet, ac testamenti permisio nõ
70 ideò videtur concessa, ex quo bona non publicantur, cum aliud sit bona non publicari, ac testari permitti.

Nec decisio, de qua *Gizzius*, officit; dispositio enim, de qua ibi, fuit ad piam causam, ac ideò approbatam fuisse, dici potest, & licet *sup. citat. DD.* teneant, nec permit-
71 ti damnatis morti ad pias causas testari authoritate *Ab.* ab omnibus ferè relati, contrarium deduci ex traditis ab eodem reor; *in*
72 *rubric.* enim *de testament.* dicit vnicuique, vel inhabili, si tamen naturalem habeat facultatem testandi, licere ad pias causas testari, cum iuris
73 gentium facultas non requiratur isto casu, nec quæ sunt iuris ciuilis necessaria, illosq; quibus non licet ob defectum naturalem disponere ad pias causas, enumerat *n.* 9. & hic casus inter enumeratos non cernitur, cum certè ex præmissis inter eos enumerari non potuisset. Et hìc postquam aliqua ad piam causam spectantia tetigimus, liceat quæsò, vt quod mihi cordi est, assequi valeam, pro eadem ea scribere, quæ in causa monialium familiæ Brancacciæ, petentium legatum, à quond. F.D. Lælio Brancaccio relictum, rescribere, nec te, amice Lector, tædeat in mei gratiam legere.

ALLEGATIO.

FRater Lælius Brancaccius, Marchio Montissyluani ad beneficium Monialium familiæ Brancacciæ eius vltimo testamẽto legauit ità.

Dechiaro come il Sig. Andrea Gambacorta mi deue doc. 1300. *e per essi alla raggione di sette per cento, giratimi dal Sig. Ottauio mio fratello, come appare per instrumento per mano di Not. Gio: Battista Franco: voglio, che l'entrate di essi perpetuamente, & in infinitum se riparti-*

no

no alle monache di casa Brancaccia per mano di
due Caualieri piu antichi della casa.

Cuiusque distributio ordinata defecerit, in-
stiterunt propterea D. Isabella, & D. Camilla
Bracaccio, & nonnullæ aliæ moniales eiusdem
familiæ pro legati prædicti præstatione, tam
pro præterito, quam in futurum, quibus hære-
des, ex infrascriptis non deberi legatum, op-
ponunt.

Primò, quia onus legati non simpliciter hæ-
redibus est iniunctum, sed super certo, ac de-
74 terminato corpore constitutum; ac proinde
ipsos tantùm actiones contra debitorem lega-
tario cedere, teneri, *ad text. l. seruum filij 46. §.*
cum qui chyrographum, & *l. si sic 78. §. 1. ff. de*
leg. 1.

Secundò, quia capitale duc. 1300. per Andreã
Gambacurtam debitum, in ipsius testatoris
hæreditate haud esse, cum de cessione Octauij
75 fratris non constet, dicunt, sicq; non existente
re pro legati satisfactione designata, legatum
non deberi *cit. l. si sic 78. §. 1.*

Tertiò, attentis huius legati qualitate, in-
certitudine personarum, inter quas est distri-
butio facienda, ac tandem maximo temporis
76 à die conditi testamenti, mortisque testatoris
sequutæ cursu ad præsentes dies interposito,
non posse illas exequutiua actione legati pe-
tere præstationem. Hæc tamen non obstare,
Moniales, quin distributio redditus annui
duc. 91. fiat inter eas, etsi capitale designatum,
ipsiusq; redditus non existant, credunt.

Primum ad Monialium intentionem fun-
dandam ex eo sumitur argumentum, quod
77 corporis designatio, demonstrationis potius
causa, quam taxationis fuerit in legato à te-
statore adiecta, quo casu corpore ipso desi-
gnato siue in parte, siue in toto deficiente le-
gatum adhuc deberi, iura in *l. Paulo Calima-*
cho, §. fin. ff. de leg. 3. l. quidam testamento, ff. de leg.
1. l. legatum, §. 1. ff. de ann. leg. cum concord. vltro
78 concludunt. Communiter enim *DD.* tradunt,
tunc legatum demonstratiuè conceptum cen-
seri, dum diuersitate verborum legatum sit, &
exactio ex certo corpore designatur, *Dec. cons.*
324. per tot. Paul. de Castr. cons. 338. n. 3. quoties
79 enim testator duo facit, vnum nempe, per
quod aliquid dari, vel solui mandat, alterum,
in quo statuit, vnde illud solui debeat, tunc
res demonstrata censetur causa facilioris exa-
ctionis, non autem vt onus huic determinatæ
rei adhæreat; ità *Præs. de Franch. dec. 721.* &
decisum refert. Consonant hæc facto enarra-
to; nam legauit testator quamdam distribu-
tionem annuatim Monialibus familiæ Bran-
caccio, demonstrauitq; faciliorem exactionem
super redditibus capitalis debiti per Andream
Gambacurtam. Videtur itaq; potius in exe-
80 cutione, quàm in obligatione adiectum capi-
tale prædictum, & per consequens legatum de-
monstratiuum ad tradita per *Gratian. discept.*
forens. cap. 258. n. 22.

Confirmatur prædicta generali quadã ratio-
ne; vt in dubio verba censeantur potiùs causa
81 demonstrationis prolata, quàm taxationis, ad
conseruandam testatoris voluntatem, ac etiam
vt legatum sortiatur effectum, *Gratian. ibidem*
n. 20. & 21. Dec. cit. cons. 324. n. 1. argumento l.
quoties, ff. de reb. dub. nec credi potest, testato-
82 rem voluisse id, per quod legatum factum
annulletur, *l. 3. ff. de testam. milit.* & facit *text. l. si*
quando in princ. ff. de leg. 1. P. Merlin. controu. fo-
rens. cent. 2. cap. 82. per tot. & propriùs à nu. 19.
Quod magis valet in casu nostro, in quo testa-
tor per illa verba: *Perpetuamente, & in infini-*
tum, declarauit, suam intentionem esse, vt lega-
tum perpetuò præstaretur; illaq; capitalis de-
monstratio videtur potiùs enunciatiuè facta
ad denunciãdam hæredibus cessionem eidem
testatori per Octauium fratrem factam, quæ
aliundè potuisset ignorari, cum & hodiè etiam
facta tali declaratione nec de cessione liqueat;
prospiciens ità testator vtilitati, ac commodo
83 familiaris rei, dando capitalis prædicti noti-
tiam, prout aduertit *Gratian. vbi sup. n. 29. ex*
text. l. quidem 99. de leg. 1.

His positis. Ad exuberantiam (sequentia
enim factum quæstionem tollunt) secundum
proponitur argumentum contra hæredes; nã
& si verè legatum verbis taxantibus conceptũ
84 fuisset, cum illud ad pias causas factum fuerit
adhuc verba ipsa taxantia, ad obligatio-
nem specialem, & hypothecariam super re le-
gata iudicantur, adeò tamen vt etiam alia bo-
na ad legati solutionem remaneant obligata.
Est communis *DD.* opinio fundata super *glos.*
in l. Caius, ff. de ann. legat. in l. huius, ff. de alim.
leg. & in l. fin. ff. de contrah. empt. relat. per
Roman. sing. 435. in fin. qui sic iudicatum refert
Romæ, & apud eum *Adden. Mantic. de coniect.*
vltim. voluntat. lib. 12. tit. 6. num. 26. Menoch. de
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 167. n. 48. circa finem,
lib. 3. respons. cap. 11. n. 4. in fin. Gratian. vbi sup.
n. 29. Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuil. 40.
& 63. vbi *Adden. Guid. Pap. dec. 8.* vbi *Ferret.*
in addit. & decisum testatur, multæq; decisio-
nes referuntur apud *Cons. de Rosa consult. 61.*
nu. 4. factæ in Rota Romana, & sequitur *Ma-*
ran. resp. 15. par. 4. nu. 76. & scripsit *Marcell. de*
Maur. alleg. 44. n. 5. qui statuit requiri specialẽ
85 ademptionem, seu reuocationem legati, si fue-
rit ad piam causam factum ex *text. l. libertatis*
la 2. §. posthumis ff. de aliment. & cibar. legat. qui
textus licet loquatur in alimentis extenditur
ad quamlibet piam causam secundum *Nico-*
laum de Neap. ibid. & *Roman. in authent. simili-*
ter n. 54. C. ad l. falcid. ab eod. Maur. relat.

Et quamquam *R. Rouit. decis. 57. per tot.* cui
adhæret *Cons. de Rosa ibid.* impugnet hanc opi-
nionem tanquam fundatam in præcitatis *glos.*
id

86 id non probantibus, sed loquentibus in alimentis,& inter causam piam, & alimentorum non dari connexionem dicat,& sequitur *Cons. Stayban.iun.resol.106.à n.71.to.2.* Respondetur tamen eius opinionem esse contra *DD.* omnes, qui affirmant *glossas prædictas* ad rem facere,
87 & validum argumentum de alimentis ad causam piam secundum veriorem, ac communiorem *DD.* sententiam, quam talem esse idem *Rouit.* testatur *n.* 18. Præterea in causa *R.Rouiti* non fuit decisum,& ità cessante authorita-
88 te rei iudicatæ remanet simplex *Doctoris* authoritas, quæ tot alijs authoritatibus in contrarium præualere non potest, etiam stantibus decisionibus supra enarratis, tanto fortiùs in casu nostro, vbi tractatur de legato annuo,
89 quod censetur in causam alimentorum, *Bart. in l.si Stichum,aut Pamphilum,§.stipulatio, n.2. ff.de verb.oblig.& ibid. Bald.* testatur de communi *nu.* 11.

Quod autem præsens legatum sit pium difficultari nequit, nedùm ex parte testatoris,qui
90 tanquam Ecclesiastica persona præsumitur animæ consuluisse, ac relinquere bona, quæ adhuc pia dicũtur,pietatis intuitu, vt affirmat *R.Cons.Stayban.iun.lib.1.resol.forens.resol.23.n. 43.Cuttier.cons.26. n.12.* verùm etiam ex par-
91 te recipientium legatum; cum fuerit factum legatum Monialibus etiam futuris, nec per testatorem cognitis; & sic potiùs causa pietatis, quàm coniunctionis, etsi Monialibus familiæ factum fuerit. Militant propterea tradita per *Tiraquell.in tract. de priuil. piæ caus. in præfat. vers.sed non solum, Menoch.de præsumpt. lib. 4. præsumpt.115.nu.3.in fin.de Franch.dec.565.p. 4. relatis per eumdem Stayban.vbi sup.n.26. &* 27. Nam etsi posset difficultari,an legatum fa-
92 ctum pauperibus personis, sanguine testatori coniunctis, sit potiùs causa coniunctionis, vel pietatis, hæc quæstio in casu nostro non valet; cum hæc sanguinis præsumptio in coniunctis
93 vltra quartum gradum non detur; ita concludit *Nouar.in addit.ad cit. decis.565. de Franch. rer.præterea dicitur relictum*, & allegat *textum in §.interdicimus auth.de Eccles.* tamquam singularem.

Tertium argumentũ desumitur ex illis legati verbis: *Giratimi dal Sig.Ottauio mio fratello per instrumẽto per mano di Not.Gio:Battista Frãco,* sciebat testator rem legatam à principio suam
94 nõ fuisse, & tamen legauit; & per consequens hæres legatam rem luere tenetur ad *Text. l.cũ alienã 10.C.de legat.* vbi *DD.* cõmuniter,& *Ias. in cit. l.si sic 78. §.si mihi ff.de leg.1.n.14.* quod vltrò procedit in casu nostro, cum legauerit testator coniunctis, & in piam causam. Qua
95 de re etiam si res legata verè testatoris non esset; & putauerit suam esse; cum alioquin si sciuisset rem alienam esse, aliquid aliud daturus esset testator, adhuc peti potest legatum *citata l. cum alienam*, & ità doctè concludit *Tiraquell. priuil.66.* argumento desumpto ab *eadem l.cum alienam,*& comprobat prædicta *Nouar.ad Tiraquell.tract.de incert.et mal.ablat. priuil.50.à n.6.citat.Paris.cons.57.nu.25. lib.3. Menoch.cons.89.n.124.& seq.* ac multos alios Auctores, quos repetere non oportet.

Fundatis igitur prædictis in iure facilis remanet responsio,quoad primam,& secundam oppositionem partis aduersæ;cum iura allegata nostro casui adaptari non possint.

Tertium destruamus remanet oppositum. Respondemus itaq;quandoq; contigisse dubitari,nùm pro consequutione legati actio detur
95 executiua,cum nonnulli *DD.* actione ordinaria illud peti tradiderint,ità *Alex. in l.si cum dotem,§.eo autem tempore,n.60.ff.sol.matr. & in l.ait prætor,§.1.n.5.C.de edict.D.Adrian.tollen. Menoch.de adipisc.possess.remed.4. n.64. & alij;*
96 sed magis recepta,ac verior sententia, secundum quam iudicatur,est in contrarium;quare de hoc immeritò dubitatur,ità testantur *Viu. lib.3.dec.464.n.2.*vbi multos recẽset *Authores, Sanfel. dec. 204.n.1.& 2.Gratian.discept.c.62. n.16.Capyc.Latr.dec.12. n.18.* ac communiter *DD.* omnes.Cum ergo omnes Moniales familiæ Brancacciæ sint admissę ad legatum,solũq; distributio annuæ quantitatis alijs Equitibus
87 sit commissa, vt ipsa distributio arbitrio boni viri ad iudicij æquitatem fiat, *citata l.si sic legatum 78. vbi Bald. & l.fideicommissaria 3. de fideicomm.libert.* dicendum superest eis,& cuilibet ipsarum exequutiuam petendi legati competere actionem.

Nec valet de præscriptione opponi; cum illud non fuerit huc vsque petitum, Respondetur enim primò,in facto sępiùs fuisse factam petitionem legati, vt demonstrabitur. Secundò,in iure.Nam petitio legati; licet triginta
99 annorum spatio pręscribatur inter extraneas, sexaginta verò inter coniunctas personas, vt testatur *Viu.dec.465.nu.1.&* 2. vbi testatur de communi,cum tamen legatum annuum sit pro
100 primo anno purum; & pro sequentibus cõ-
102 ditionale,& sic tot legata,quot anni, *l.in singulos, ff.de ann. legat.* & per consequens non transmittitur ad hæredes *cit. l. si stichum, §.stipulatio huiusmodi,*vbi *Bart.& Bald.num.12.* id circò tot esse debent præscriptiones, quot sunt
103 anni, & numquam præscribitur in futurum tale legatum.Ità *Viu.cit.decis.465.per tot. & DD.* omnes apud eumdem *P. Merlin. controu.c.43.à n.10.to.1.Mastrill.dec.120.n.13.*

Liquet ergo (vt credo) Moniali institia ad legati cõsequẽtiam;opposita enim nõ militãt, & cõsonãt allegata iura; quibus illud addẽdũ putò ferè iniquam videri legati denegationem contra enixam testatoris voluntatem,in ipsius familiam maximè declaratam. Quare prout institerunt decernendum fore putant.

TI-

TITVLVS QVARTVS
DE
Filijs familias volentibus testari, & de quibus bonis.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, filius familias, explicatio.

De libera filijsfamilias facultate testandi à Consuetudine tributa, ac de eorum cognatorum exclusione tàm ex testamento, quàm ab intestato, item de legitima parentibus, alijsque ascendentibus debita, & an, & quando ipsis præteritis inofficiosi querela competat?

SVMMARIVM.

Filijsfamilias disponere indulgetur etiam in præiudicium ascendentium per Consuet. si filius familias, *n.* 1. *quæ nõ conuenit cum alijs* Consuetudinibus *explicatis*, *n.* 2.

Filijfamilias debent testari iuxta regulas traditas à iure communi, n. 3.

Facultate testandi concessa, videtur tantùm legitima testandi facultas tributa, n. 4.

Filijfamilias non valent disponere de bonis extra confinia, etsi extra agrum sint tempore testamenti, n. 5.

Cognatis non debetur portio bonorum, quorum dispositio filijsfamilias concessa fuit, nu. 6. 9. *&* *contra, n.* 7. *&* 8.

Ius Consuetudinarium resistit parentibus, ne impediant filios familias testari, n. 10.

Coniuncti sicuti ab intestato non succederent filio familias, ità nec aliquid prætendere valent ex testamento, n. 11.

Extraneus potest institui à filio familias si legitima patri relinquatur, n. 12.

Patribusfamilias debetur legitima super bonis maternis filij testati decedentis, nu. 13. *sed non item si filius genitus sit ex matrimonio, iuxta nouum vsum contracto, n.* 14.

Legitima potest tolli statuto, & pacto, num. 15. 16. *&* 17.

Parentes renunciantes ad formam noui vsus successioni filiorum dicuntur de medio sublati, nu. 18. *at secus per alias renunciationes, n.* 19.

Testamentum filij non rumpitur præteritione patris si attendatur ius consuetudinarium, quo eidem actio ad legitimam tribuitur, n. 20. *&* 21. *&* *conuenire ius commune, traditur n.* 22. 25. *&* 26. *sed contra, n.* 23. *& eod. n.* 26. *& distinguitur, n.* 27.

Legitima patris quanta sit, & super quibus bonis debeatur? n. 28. 29. 30. *&* 31.

Legitima matris, an sit tertia tertiæ, an verò tertia totius hæreditatis, n. 32. *per* 41.

Legitima fratris quanta sit instituta turpi persona, num. 42.

1 ADuentitiorum à matre præmortua, siuè alijs ex materna linea obuentorũ filijs familias hìc permittitur dispositio etiam in præiudicium patris, & ascẽdentium vlterioris gradus, quibus bonorum subsidium reseruatur. Quare hanc *Consuetudi-*
2 *nem* ab alijs hucusq; explicatis differre, dicimus cũ *de Franch. dec.* 546. *n.* 3. in eo, quod hìc à iure alioquin impediti fiũt apti ad testãdum, cum in illis testantium liberum arbitrium re-
3 frenetur; eos autem ad præscriptam iuris cõmunis formam testari oportet, *de Franch. dec.* 537. *n.* 20. *Napod. hìc ver. voluntatis*, & faciunt *eiusdem* verba in *ver. possunt n.* 7. *Scip. Boccin. in apost. incip. statutum fol.* 185. *lit. D. ex Iason. in l. omnes populi, n.* 62. *ff. de iust. & iur. Iustinianus* enim Imperator in *l. si quando* 35. *C. de inoffic.*
4 *testam.* sub libera, quæ conceditur testamenti factione nil aliud concessum videri, nisi legitimam, & consuetam, declarat, *ne vno verbo tota testamentorum obseruatio multis vigilijs excogitata, atq; inuenta, euertatur.*

Libertas ista testamentaria filijsfamilias
5 tributa, est pro bonis intra districtum, *de Franch. decis.* 546. *à n.* 5. *per* 8. etsi testator in alieno agro tempore conditi testamenti adsit *Cons. Geor. alleg.* 27. *&* 28. *vbi in fin.* confor-
6 mem tradit decisionem, & tam magna creditur, vt cognatis ex bonis testari permissis nil sit relinquendum, vt sæpè *cit. de Franch. decis.*
7 91. *& Geor. ead. alleg.* 27. *num.* 13. affirmarunt,

 dis-

dissentiente *Molfes.ad consuet.par.4. de success.*
quæst.46. quem nos refutamus, & sanè ne-
mini vnquam omnium contra asserendi locus
præbetur; si verba *Consuetudinaria*, tàm gene-
raliter, ac indefinitè prolata attendantur; nec
dicas ex verbis, *Possunt de bonis aduentitijs tan-*
tùm sibi à matre præmortua, vel alijs ex linea
materna obuenientibus testari, ac si pater, vel
mater familias essent, &c. desumi facultatem
disponendi moderatè iuxtà præcedentes *Cō-*
suetudines filijs familias indultam, quasi hoc
ipsum facilè patiatur, quod & patribus fami-
lias, nempè disponendi in quem velint reser-
uata medietate dictorum bonorum, tanquam
antiquorum cognatis, ac patri legitima à iure
communi taxata, nam respondetur hac nostra
9 *Consuetudine* filijsfamilias nō autem coniun-
ctis ex parte matris indulgeri, nam eis testa-
menti factio conceditur, ac patribus familias
10 ne filios testantes impediant resistitur, ergo
nil est, quam ob rem illi ex testamēto filiorum
11 familias valeant aliquid prætendere, cum
nec possent ab intestato, prout optimè tenet
*Pisanel.in apost.incip.nec te decipiat fol.*188. *ex*
*Bart.*sententia *in l.*1.§.*si pater col. fin. ver. ex*
hoc concludam.ff.de coniung.cum emanc. lib. &
dixit *Capyc.dec.*310.*n.6. ver.deueniendo nunc,*
&c. Quia nulli proximioribus, nec intentioni
Consuetudinis fit iniuria, ex quo ipsi proximio-
res sunt iam exclusi per ascendentes à successio-
ne intestati morientis; hæc *Capyc.* & videtur
etiam de mente nostri *Napod. hic ver.testari,*
*n.*15. ibi: *Tamen ex beneficio huius Consuetu-*
dinis permittitur filio testari de ipsa plena pro-
prietate fauore vltimæ voluntatis, saluo tamen
patri debito bonorum subsidio, si extraneum sibi
12 *fecit hæredem*; en ergo potest etiam in extra-
neum de integra proprietate testari.

Debetur patri bonorum subsidium in bo-
13 nis maternis decedentis filij, sed hoc intelli-
ge si ad formam noui vsus Capuanæ, & Nidi
14 contractum non fuerit, nam si taliter potest
ascendens quilibet præteriri etiam quoad le-
gitimam, nec succurritur querela inofficiosi,
aut per bonorum possessionem contra tabu-
las aduersus conditum testamentum *de Fran-*
*ch.cit.dec.*537.*n.*5.*& dec.*552.*de Marin.variar.*
resol. cap. 345. *num.* 19. *tom.* 1. legitimam
15 enim tolli statuto posse ex communi *Docto-*
rum consensu probat *Camill. de Medic. consil.*
16 144. *n.*39. ergò fortiùs peculiari parentum
pacto, cum quisq; iuri suo renunciare valeat,
*Geor.cit.alleg.*27.*nu.*15.*&* 20. *ex Capyc.in ad-*
dit.ad consuet.siquis, vel siqua, ver.præterquam
in apost.incip.renuncians, & alijs, & alleg. seq.
17 *n.*11. prout per pactum restituendæ dotis cer-
to temporis spatio interposito, tenet *Anton.de*
*Amat.resol.*48.*tom.*2.*in fin.*, & sanè huiusmodi
18 parentum exclusio, ex renunciatione ipsorum
resultans, tàm præstans dicitur à *Napod.in*
*sup.explic.consuet.siquis, vel siqua, n.*95.*fol.*130.
vt non existentes habeantur, & in hoc potissi-
19 mùm differre parentum renunciationes in-
troductas per nobiles harum platearum ab
illis, quas ius nostrum municipale scriptum
admittit, *Marin. Frec. in apost. ibid. lit.C.* ad-
uertit.

Nec testamentum filij paterna præteritione
20 rumpitur si hoc ius nostrum attendamus iu-
xtà decisionem relatam à *Geor.ead.alleg.*27.*n.*
21 12. datur enim patri actio ad legitimam,
22 quæ *Consuetudine* ei tribuitur, quod & iuri
communi consonum mihi videtur, *Geor.*
*ibid.n.*18.& alijs, *text.l.nam & si parentibus,* §.
hæredi, ff.de inoff.testam. benè perpenso, quic-
23 quid in contrarium afferatur alibi; *Papinia-*
nus enim *Iuris Cons.* querelam allegandi te-
24 stamentum inofficiosum ad hæredes non trās-
mitti si testator eadem animi constantia ad
mortem vsq; non inueterauerit, quasi mutato
animo dicatur & querela remissa, ac firmum
testamentum, per hæc verba demonstrat, *Hæ-*
redi eius, qui post litem de inofficioso præparatā,
voluntate mutata decesserit, non datur de inoffi-
cioso querela; non enim sufficit litem instituere, si
non in ea perseueret; hoc vtiq; substineri haud
25 posset si nullum esset testamentum, cum nul-
lum, quod est, conualidari non possit, ergo
26 non dici nullum testamentum filij propter
patris præteritionem, dicendū sequitur quic-
quid in contrarium dicāt *Napod.hic ver. sal-*
*uo, n.*25.*per authent.ex causa, C.de liber.præter.*
*& Paschal.infra cit.cap.*4. *par.*2.*à n.*34. distin-
27 guens inter præteritionem ascendentium ex
paterna linea, & materna.
28 Quanta sit patris legitima tractant *de*
*Franch.dec.*486.*n.*1.*Molfes.p.*4.*de success.ab in-*
*test.quæst.*46.*nu.*42. vbi duas vncias totius pa-
trimonij esse dicitur, *Afflict.cit.à Cons.Paschal.*
*de vir.patr.potest.par.*2.*cap.*4.*n.*31. *in dec.*204.
29 *nu.* 4. tradens, quartam portionis debitæ ab
intestato olim fuisse per *text. l. cum quæritur,*
C.de inoff.testam.& l.Papinianus, §.*si quis mor-*
tis, & §.*quoniam autem quarta, ff.eod.* deindè
30 ad trientem quādoq;, quādoq; verò ad medie-
tatem auctam discriminatim iuxta numerum
filiorum in *authen.de trien.& semis.*§.1.*& in*
authen. nouissima, C.cit.tit.de inoff.testam. Et an
31 legitima super bonis filij quorum liberam
disponendi facultatem habet siuè statutaria,
siuè paterna permissione, debeatur patri, ha-
betur *in cap.*324.*resol.quotid.Reg.de Marin.lib.*
1.*& cap.*325.*n.*5.

Et hic congruum, ac consentaneum in ani-
mum induxi meum decidendam adducere
32 quæstionem illam: Num legitima matris in
bonis filij, qui vltimum clausit diem extraneo
hærede vniuersaliter instituto, ac matre tan-
tum in legitima, germanisq; fratribus præte-
ritis, sit tertia tertiæ, an verò tertia totius? Ma-
ximè

ximè quidem hæc quæstio inter *Iacobum Bu-*
33 *trigar.* defendentem, esse tertiam totius hære-
ditatis, ac *Barto.* tertiam tertiæ partis substi-
34 nentem esse, exagitata, quare *DD.* in diuersa
tracti sunt, & pro earum varietate hincindè
35 decisiones numerantur. *Theodor. alleg. 35. iu-*
xta Bart. sententiam refert decisum per S. R.
C. in causa, in qua scripsit, quod & antea die
20. Iunij 1581. ac 16. Octobris 1584. in causa
successionis Hugonis Carrafa approbatum
fuerat teste *de Franch. dec. 63.* etiam alias eius-
dem S.R.C. sententias reuocando, & in causa
successionis Octauij Cimunini fuit itidem cō-
firmatum in anno 1623. die 15. Martij.

Sed in hac causa scripsit doctissimus tunc
36 Aduocatus, deindè fisci regalis patrimonij
meritissimus Patronus, & in Regia Aula
Summariæ Præsides *D. Didacus Moles,* cuius
37 dignus filius D. Franciscus Dux Paretæ do-
minus meus nunc eadem patris dignitate
gaudet ob maxima eius merita, qui reiectis
contrarijs triplici medio, rationibus scilicet,
38 maiori, ac grauiori numero *Doctorum,* ac re-
rum iudicatarum authoritate, sanctius *Bu-*
tricar. placitum esse fundauit, & in gradu in-
terpositæ reclamationis reuocationem senten-
39 tiæ, ac deberi Aureliæ de Ansora pro legiti-
ma, in qua fuerat instituta, tertiam integram
totius hæreditatis sub die 15. Martij 1638.
obtinuit, & quæ in iure allegauit *Thor. in 3. p.*
compen. decis. sect. 2. in fin. fol. mihi 393. rescri-
psit, vbi quicquid ad rem facit, habetur, quare
verbum non amplius addam, cum superua-
caneum esse sciam, quod ingeniosè discussum
fuit, iterum attingere: Illud tamen ad confir-
40 mationem subnectam, quod mihi retulit do-
minus meus olim Regius Cons. Honuphrius
de Palma se vidisse in processu hæreditatis
D. Sueuæ de Aulos in banca Strinæ *fol. 131.*
per dominum nempè Presidentem Merlinum,
tunc Regium Consiliarium causę Commissa-
rium fuisse indicatum D. Margaritæ de Ara-
41 gonia integram tertiam partem pro eius legi-
tima in bonis eius filiæ deberi; hoc idem pro
absoluto tradit *R. de Marin. resol. to. 1. cap. 253.*
n. 3. Ad pleniorem verò rei notitiam, quæ di-
stinguit *Paschal. cit. par. 2. tract. de vir. patr. po-*
test. cap. 4. à n. 33. videnda vbi *n. 32.* quanta
42 sit legitima fratris quando ab altero fratre
turpis persona instituitur.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus declarantur.

De bonorum aduentitiorum qualitate probanda per hæredem à filiofamilias institutum, de vsufructu eorumdem bonorum, ac subsidio patrisfamilias debitis; de Tutore, Curatore, siuè Balio dandis, & confirmandis, & de temporibus maioris ætatis; Item de legitimis, siuè illegitimis filiorumfamilias obligationibus. De iure Longobardorum circa filios familias testantes, & an, & quando seruetur in Regno?

SVMMARIVM.

Hæredibus institutis à filiofamilias onus iniungitur probandi qualitatem bonorum aduentitiorum, nu. 1. cum in dubio quælibet bona censeantur paterna, n. 2.

Facultas testandi filijs familias facta per Consuetudinem est contra iuris communis regulas, n. 3. ideoq; non probata qualitate bonorum aduentitiorum iuris communis dispositioni fit locus, n. 4.

Vsusfructus aduentitiorum debetur patrisfamilias, etiam si ex filio familias descendentes superfint, n. 5. & 6.

Verba consuetudinaria, saluo debito bonorum subsidio. *an importent conditionem, an verò modum? habetur, nu. 7. 8. & 9.*

Puberibus filijs familias tantùm non autem impuberibus testari indulgetur à Consuetudine, num. 10.

Consuetudo nil derogat iuri communi circa pubertatem, n. 11.

Puber quando quis dicatur? n. 12.

Adultus supponitur curatori vsque ad annum vigesimum quintum suę ætatis de iure communi, quo tempore quilibet dicitur ætatis perfecta, nu. 13. & 14. de iure verò regni vsque ad annum decimum octauum completum, n. 15.

Dispositio l. fœminę, C. de secun. nupt. *explicanda iuxta* constit. regn. minorum iura *in regno, num. 16.*

Fran. Capiblan. *placitum, affirmantis, nil aliud operari* Constit. minorum iura *præter tutoris, & curatoris præsidij extintionem, refellitur, n. 17.*

Clerici supponuntur iuri communi circa tutorum, & curatorum receptionem, n.18.
Clericis an iudex laicus dare debeat tutores, & curatores? remissiuè, n.19.
Feudatarij quando dicantur maiores esse? nu.20. & 21. & quid per feudorum vsus? n.22.
Curator datur volenti, & petenti, aliàs administrare non valet, n.23. & 25.
Regibus alijsq; iurisdictionem habentibus datur curator, vel inuitis, n.24.
Curator à filio petitus confirmatur in concursu curatoris dati à patre filio in testamento, n.26.
Curator testamentarius confirmatur eo casu, quo filius alium petere renuerit, n.27.
Cautela traditur ad hoc, vt filius debeat paternum curatorem recipere, n.28,
Feudatario minori datur Balius per Regem, Proregem, siuè Collaterale Consilium, n.29. si à patre non fuerit filio relictus, n.30.
Filius familias ex voto tantùm, & mutuo non obligatur iure communi attento, nu.31. & 32. at de iure regni patre absente, nec consentiente numquam validè obligatur, nu.33. & quid in contractibus ad beneficium patris celebratis, num.34.
Consensus patris superueniens obligationi factæ à filiofamilias, an eam conualidet? n.35.
Filijfamilias clerici an comprehendantur sub dispositione reg.pragm.1. de Sen. Consul. Macedon.? *n.36. & 37.*
In regno seruatur ius commune Romanorum, vbi Longobardorum non viget, n.38.
Filijsfamilias suppositis iuri Longobardorum est permissum facere testamentum etiam absque patris consensu, n.39.
Ius Longobardorum sustulit ius patriæ potestatis, & fecit omnes patresfamilias, n.40.
Ius Longobardorum an aliquibus in partibus seruetur? n.41.42.43.45.47.& 48.
Ius Longobardorum dicitur asininum, & ratione carens, nu.44. & seruatur aliquibus in partibus quoad ius Mundualdi, n.46.
Consuetudo quando dicatur adesse, ac legitimè probata? habetur remissiuè, n.49.

1 ADventitiorum qualitatis probandæ onus in hæredes institutos transferri hac *Consuetudine*, tenet *Napodan. hic ver. aduentitijs n.12.* in dubio enim à patre,
2 vel eiusdem contemplatione filio peruenisse quæq; bona dicuntur, *glo. in l. cum oportet. ver. ex substantia, C. de bon. quæ liber.*, & cum filijs
3 familias contra generalem iuris communis regulam *l. qui in potestate, ff. de testam. authent. & cum solis, C. ad tertul. authen. defuncto, & authen. de hæred. ab intest. §.1. collat.9.* testamentaria dispositio aduentitiorum peculiari iure concedatur, bonorum indicta qualitas de-
4 monstranda, nam si secus iuris communis dispositio seruatur, nec aduentitiorum vsusfru-
5 vsusfructus patri debitus consuetudinariæ disponendi permissione tollitur, cum potiùs in subsidij proprietatem commutetur *Napod. ibid. ver. testari*, ac eidem vsumfructum bono-
6 rum decedentis filij deberi si filius ipse descẽdentes relinquat ad *text. in authen. de hæred. ab intest. venien. §. si quis igitur collat.9. Napod. infra expon. ver. saluo n.22.* non autem bonorum subsidium, concludit.

Quæstio fieri solet, num verba, *Saluo debito*
7 *bonorum subsiddio*, necessariam conditionem sub qua filio familias testari permittatur, an
8 verò contrarium importent? & potestatiuam quamdam reseruationem in arbitrium disponentis collectam ex illis argui, *Napod. ver. saluo*, primus omnium affirmauit sequuntur *Molfes. par.4. q.46. n.27. de Franch. dec.552. nu. 20. & seq. & alij*, & faciunt quæ diximus supra hoc *eod. tit. cap.1. n.20.* fundauimus enim haud rumpi testamentum filij paterna præteritione, sed huic ad petendum subsidium
9 actionem superesse, ergo quoties valet testamentum etsi legitima aduentitiorum non fuerit relicta patri, consequens est dicere, haud inesse præcepto *Consuetudinis* conditionem, prout arguit *cit. de Franch. n.19.* & etiam hoc medio *Napod.* authoritas de qua supra *n.26. cap.1. huius tit.* circa filij nullitatem testamenti eliditur, cum aliàs in hoc, quo conuenimus, eiusdemmet verbis conuinceretur ab Aduersarijs.

Et aduertas filio familias puberi tantùm,
10 qui alioquin nec patre consentiente testari potest *instit. quib. non est personis fac. testam. §.1. & l. qui in potestate, ff. eod. ac l. senium, C. eodem consuetudine*, induigetur, nam impubes, siue patris potestati subsit, siuè non, testamentariam factionem non habet, *§. præterea, eod. tit. cum concord.*

Quare hic notare libet, nil municipali iure
11 circa pubertatem innouatum, ac haberi an-
12 no decimoquarto completo masculorum; mulierum verò decimo secundo, *l. qua ætate, ff. de testam.* traditur, quam vsq; ad ætatem tutela durat *instit. quib. mod. tutela fin. §. pupilli.*

At pubertate transacta adultus, volens, cu-
13 ratoris authoritati supponitur ad annum vigesimum quintum vsq; *instit. de curat. l.1. & l.3. §. minores, ff. de minor.* eo enim tempore
14 quisq; dicitur perfectæ ætatis *in l. ex his, ff. quan. dies leg. ced.* Ius verò regni aliter dispo-
15 nit in *constit. minorum iura, tit. de rest. minor.*, cum *in contractibus, in iudicijs, & in omnibus perfectæ ætatis anno decimo octauo completo* quemq; reputandum, statuat. Quare dispo-
16 sitionem, *l. fæmina, C. de secun. nupt.* accomodandam esse huic *Constitutioni* dixit *de Franch. dec.632. num.3.* & ità decisum, & senten-
17 tiam *Franc. Capiblanc. tract. de baron. quæst. pract. super pragm.5. cap.25. num.7.* per ea, quæ di-

dicunt *Magon.decis.Floren* 22. *Barz.decis.Bonon.*74.*n.*12.& *Sfor.de restit.in integrum par.*1. *quæst.*15. *art.*9. dicentis, *Constitutionis*, declarationem nil vltra tutoris, & curatoris præsidij extinctionem eo anno cõtra formam iuris communis operari, aperti finis eiusdem *Constit.*verbis, quæ generaliter loquuntur, falsam
18 esse, conuincitur; Clericos tamen iuri communi suppositos voluit *Genuen. in prax. cur. Archiep. Neap.c.*49.& an eis tutorẽ,& cura-
19 torẽ iudex laicus dare debeat, vel ecclesiasticus? habetur *in decis.*58.*Reg.Rouit.*
20 Feudatarijs, vt maiores dici, ac liberam valeant habere administrationem bonorum, eadem ætas est præfinita post diem vltimam mensis Maij anno 1597. *in pragm.*2. *de minor.*
21 antea enim anno decimo quarto maiores pronunciabantur, *Sanfelic.dec.*367.*to.*3.*n.*1.& 2. prout hodiè mulieres, quæ ante annum decimum octauum nubunt, quod etiam ex feu-
22 dorum vsibus percipi, promittur *R.Rouit.sup. ead.prag.nu.*2.*ex And.in ead.constit.minorum iura prope fin.vers.nos de facto,Capyc.in inuest. feud.ver.feudatariorum,§.desinunt,fol.*88.*col.*1. & *Escobar.de ratiocin.cap.*6.*n.*17. *cum seqq.* & *ead.pragm.* quæstionem de qua *de Franch. decis.*650.*Fab.Ann.cons.*29.*à n.*19.& *alij* crederem ipse determinatam.

Diximus, volenti dari curatorem, nam si
23 secus, curator administrare non valet, etiam si filio à patre curator designetur, *Anna cit.consil.*29.*n.*8.*R.de Marin.resol.quotid.c.*289.*lib.*1. *Gratian.discept.forens.cap.*225.*tom.*2. *à num.*1.
24 qui aliud esse in Regibus, aliisq; iurisdictio-
25 nem habentibus, dicit; petenti enim datur curator, *l.qui habent.§.si pupillus*, *ff. de tutel. l.*1. & *l.matris,C.qui petant.tutor.*,& *curat.* & in
26 concursu curatoris à patre testamento relicti, alium à filio petitum, confirmatum fuisse, refert *Sanfelic.dec.*207. *to.*2. ac tantummodò testamentarium curatorem confirmandum,
27 cum adultus alium petere recusauerit, vel distulerit, tenet *à num.* 14. Quare *cit. de Marin.*
28 cautelam tradit, sub qua possit filius cogi ad petendam testamentarij curatoris confirmationem, vt scilicet pater tantùm in legitima dicat filium institutum si designatum curatorem accipere renuerit. At feudatario minori
29 licet sit dandus balius bonorum administrator per Regem, Proregem, siuè Collaterale Consilium patre mortuo, siuè naturaliter, siuè ciuiliter, hoc intelligitur si à patre non fuerit
30 testamento relictus, nam aliàs idem, qui à patre filio datus fuit testamento balius confirmandus *Sanfelic.cit.decis.*367. vbi etiam an mater præferatur cæteris; etiam ab auo nominatis in baliatu, & alia ad rem dicuntur.

Insuper notandum, filij familias obligatio-
31 nes ex voto, & mutuo tantùm improbati iure communi attento *Merlin. infra cit.* cæterum
32 quouis contractu validè ligatur, *l. filius familias, ff. de act. & obligat. l. tam ex contractibus* 57.*ff.de iudic.* At ius regni *in pragm.*1. *de Sen. Cons. Maced.* quascumq; filijfamilias obliga-
33 tiones, & contractus patre absente, vel non consentiente celebratos, annullat ita, vt nec causa studij præualeat contra *text. l.Iulianus*, *§.perinde, vers.quod dicitur,* & *l.Macedoniani, ff.ad Sen.Cons.Maced.* vt aduertit *R.de Marin. resol.quotid.lib.*1.*cap.*145. ac secus esse in con-
34 tractibus ad patris beneficium celebratis, tenet *Merlin.controu.forens.cap.*39.*to.*1.*n.*11. & *seqq.* & *to.*2.*cap.*99.*n.*13. vbi multa ad germa-
35 num intellectum *pragm.* afferuntur, & examinatur articulus, num consensus patris superueniens possit præcedentem filij contractum validare? & ad eiusdem *pragm.* interpretationem alia congerit *Rouit.in comment.*, & an
36 etiam filiosfamilias clericos comprehendat? tractat *de Marin.lib.*1.*resol.cap.*62. qui adhærendo opinioni *Carauitæ* negando respondet excepto casu, quo patri aliquid damni per contractum filij infertur, contra *Rouit.Pasibal.* & *alios*, ab illo relatos, qui etiam ad fi-
37 liosfamilias clericos *pragm.* sanctionem extendunt.

Quid seruetur in Regno superest videamus.
38 Quare dicimus, ius Romanorum attendi vbi Longobardorum non viget, ideòq; filijsfami-
39 lias, Longobardorum iuri suppositis, licere absque patris consensu testari, cum patria po-
40 testas in filios per istud omnino sublata dicatur, ac quilibet paterfamilias factus, consultus respondit *Gram.cons.*87.*num* 8. & dixit *Petr.ad dec.*159.*Capyc.n.*8. etiam per *Vrsil.decis.*260.*Afflict.* difficultas tamen de eo est, an
41 huiusmodi Longobardorum ius aliquibus in partibus adhuc vigeat? *Constit.* enim regni
42 *puritatem tit.de præst.Sacram.baiul.*&c. habetur, illud ius commune dici, prout & illud
43 Romanorum; in contrarium verò adducitur placitum *Anna cons.*28.*n.*11.*Andr.in cap.*1.*§. fin.in fin. de nat. feud. Odofred.* & *Bald. in authen.dos data, C.de donat.ant.nupt. Afflict.in cit.constit.puritatem col.*4.*Maran.disput.*2. *Luc. de Pen.in l.*1.*C.de conduc.lib.*11.*col.*7.*n.*18.19. & *seq.* & aliorum, qui ius Longobardorum
44 asininum dicunt, ac ratione carens, ideòque recessisse ab Aula, ac Romanorum ius semper
45 præferendum in hoc Regno circa successiones decisum affert *Thor.in compen. par.*1.*ver. ius Longobardorum*, sublatumq; esse à toto regno, habetur ex *Prat.discept.forens. tom.*1.*cap.*
46 37.*nu.*30, ac solùm aliquibus in partibus seruari quoad ius *Munualdi*, qui mulieribus contrahentibus datur iuxta tradita in *rit. M.C.V. tit. de tutor.* & *curat.Munuald.* & per *Maxil.in proem.Consuet.Baren.n.*227.& 228.
47 Quare nos cum *cit.DD.* concludimus, ibi tãtùm ius Longobardorum attendi, vbi de eo

ser-

seruando legitima *Consuetudo* adest; Cæterū
48 *Constitutio puritatem* non obstat, cum ei optimè *cit. Afflict.* satisfaciat, & quando dica-
49 tur adesse *Consuetudo*, ac legitimè probata ex *cod. Prat.* percipitur. Et ista non tantùm in gratiam eorum, quæ hic diximus, sed & quæ dicemus infrà proximè sequenti *Consuetudine*, sint tradita.

TITVLVS QVINTVS

DE

Filiafamilias nubente.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, sed & mulier, explicatio.

De mulieribus sui iuris effectis per matrimonium, & libera eisdem facultate testandi à Consuetudine tributa: de iure patriæ potestatis in filios, & an vidua in patriam potestatem soluto matrimonio reincidat?

SVMMARIVM.

Consuetudo, sed & mulier *alia præcedenti olim continebatur Consuetudine, nu.* 1. *& explicatur, n.* 2. *& est conformis iuri naturali, & Canonico, n.* 3. *ac etiam omnium ferè nationum a n.* 38. *per* 43. *sed iuri ciuili Romanorum aduersatur, n.* 4. 49. *&* 50.

Consuetudo, sed & mulier, *in nuptis tantùm procedit, num.* 5. 52. *&* 53. *& latè eis indulget, num.* 6.

Mulieres nuptæ valent disponere etiam de bonis extra confinia, num. 7. *si tamen sint Neapolitanæ, nam forenses etiam viro Neapolitano copulatæ non valent disponere, n.* 8. *&* 9.

Patri datur ius occidendi filiam in adulterio, n. 10. *&* 14. *etiam si filia sit prægnans, n.* 11. *& de ratione, n.* 13. *sed extraordinariè puniendum patrem, traditur, n.* 12. *At de iure consuetudinario id non licere, proùt nec de iure canonico, habetur, n.* 15. *&* 16.

Vidua an dicatur in patriam potestatem reincidere soluto matrimonio, num. 17. 18. 20. 21. 23. 24. 25. 44. 45. 49. 51. 65. 81. *&* 89.

Mulier nupta dicitur exempta à patria potestate per ius consuetudinarium pro operibus obsequialibus, & debito carnis, num. 19.

Liberatus à patria potestate non redit ad statum pristinum, n. 22.

Filiafamilias liberata à patria potestate non amittit cęteros iuris patriæ potestatis effectus, num. 26.

Ius potestatis naturali ratione parentibus tribuitur sicuti religio erga Deum, nu. 28. *&* 29. *nec est iuris gentium, & si moribus hominum fuerit introductum, n.* 30. *&* 31. *& dicitur proprium Romanorum ciuium, nu.* 32.

Patribusfamilias olim vsque ad Constantini tempora licebat filios relegare, vendere, & occidere, n. 33. *&* 34.

Patria potestas pluribus modis finitur, n. 35. *&* 36. *& sublata à Consuetudine*; sed & mulier, *num.* 37.

Videndum prius an testator legitimam habuerit facultatem testandi, & postea an secundum regulas iuris testatus sit, n. 47.

Statuta interpretanda quo minus ius commune lædant, n. 48.

Deficiente municipali iure recurrendum ad commune, n. 54.

Exemptio à patria potestate est fauore matrimonij indulta, n. 55.

Incompatibile videtur mulierem patri, ac viro sub esse, n. 56.

Mulier etiam quoad iurisdictionem dicitur subdita marito, & eiusdem Ciuitatis incola, num. 57. *&* 58.

Mulier etiam de iure diuino subditur viro suo, num. 59.

Consuetudinis dispositio cessat cessante causa eiusdem, nu. 60. *& perempta causa perimitur effectus, num.* 61.

Nepos per adoptionem aui liberatur à patria potestate,

state,n.62.& 63.sed emancipatus reincidit in eam,num.64.
Filius deportati reincidit in potestatem patris, si pater recuperet dignitatem, n.66.& 67.
Filiusfamilias dicitur sui iuris quousque pater est apud hostes,sed eo reuerso non item, num.68. & 69.
Causam matrimonij cessare, an sit verum, si matrimonium soluatur, ita vt vidua non dicatur in matrimonio perdurare? traditur, num. 70. & 71.
Statuta interpretanda propriè, & secundum veritatem verborum,& non fictè,n.72. & fortiùs disponentia contra ius commune,n.73.
Vidua dicitur impropriè esse in matrimonio, nu.74. ac propriè vidua,n.75.
Statutum disponens, compromitti lites affinium, an procedat affinitate soluta?n.76.& 77.
Ius commune nullum cogit compromittere, n.78.
Statuta interpretanda strictè, & secundum proprium sensum,n.80.
Durare in matrimonio post viduitatem explicatur, vt nuptiæ non recontrahantur,n.82.
Stuprum committitur in viduam, non autem adulterium,& de ratione,n.83.84.85.& 86.
Patria potestas extincta semel,quādo dicatur non reuiuiscere?n.87.& 88.
Filiafamilias nequit testari,n.90. nec patre permittente,n.91.
Testamentorum iura de per se firma esse debent, num.92.
Testamenti factio est iuris publici, n.93.
Filijfamilias non habent velle,nec nolle, n.94.
Testamentum filij est inofficiosum propter patris præteritionem, n.95.
Inofficiosi querela competit tàm liberis, quàm parentibus, n.96.
Causa præteritionis patris debet scribi, n.97.
Codicillum facere non valet, qui nec facere valet testamentum,n.98.& 99.

1 ISta *Consuetudo*,vt ait *de Frāch.dec.546.n.9.* sub præcedenti titulo antiquitùs inscribebatur, at post nouam impressionem *Consuetudinum* fuit posita alia sub rubrica: Breuis est, & breui compēdio verborum summatur, mandat enim mulieres per nuptias sui
2 iuris effici etiam non emancipatas, & ideò legi naturali, quæ omnes vult liberos, ac ferè
3 omnium nationum iuri,atq; canonico cōformis, *Tiraquell.in l.1.connub. glo.1.à nu.1. per plur.seqq.& apost.hic incip.vide, lit.A fol.190.*
4 Iuri verò ciuili Romanorum, per quod mulier à patria potestate per matrimonium non liberatur, *l.si vxorem,C.de condit.inser.vbi glo. vers.potestate*, aduersatur: de nuptis tantummodò loquitur, cum innuptæ sub dispositio-
5 ne præcedentis *Consuetudinis* continentur *Ant.Capyc.super consuet. filiasfamilias in apost. incip.quod ista lit.B.*

6 Largiùs quam superiori *Consuetudine* nuptis mulieribus,eas per matrimonium sui iuris effectas declarando,& per consequens ad testadum, aliterq; disponendum etiam de bonis extra territorium habiles, indulget *de Franch. cit.decis.546.num.13. cum seqq.* dummodò
7 sint Neapolitanæ, cum forensibus, & viro
8 Neapolitano connubio traditis,in patris præiudicium disponere non permittatur per *decis.eiusd. de Franch. in fin.* & faciunt scripta per *Capyc.Latr.consult.156.à n.46.*quibus nec
9 obstat *decisio* de qua *Thor. in compend. par. 3. ver. filiafamilias*, eo enim casu ciuilitatem Neapolitanam disponentis mulieris adfuisse ex multis,consideranti patet.
10 Hinc cum ex *Pomponio lib.1.de adul. patri dari ius occidendi adulterum simul cum filia,quā in potestate habet*,tradatur,*in l.patri 20.et l.nec in ea 22.ff.ad leg.Iul.de adult.l. Graccus,C.eod.*
11 habeatur etiam si filias prægnans sit *Arnon. sing.52.* quem sequitur *Cephal.cons.303.nu.7. vol.3.* & voluit *Decian.tract.crim.lib.9.cap.15.*
12 *num. 16.* (quanquam isto casu extraordinariè patrem plectendum dicant *Gramm.in constit.regn.si maritus,nu.8. Farin.pract.crim.quæst. 121.n.5.& Baiar.ad Clar. §.homicidium, num. 167.*) nam quod adhoc attinet, durat adhuc
13 facultas necandi filios, quæ antiquitus patri familias concedebatur *Ar.Pin. in rubr.de bon. quæ liber. par.2.à nu.19.* & patri potiùs quàm
14 marito permittendā maluit *Papin.d.l.nec in ea*, ex eo, *quod plerumq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterum mariti & calor, & impetus facilè sæuientis fuit refre-*
15 *nandus*, hoc minimè licere patri,nostro municipali iure attento, notauit,*Io:Mar.Nouar. in opus.singul. & practicab. conclus. canon. conclus. 1. nu.35.* sicut etiam in foro conscientiæ
16 certum,est nullibi id licere, præsertim hodiè post propositiones ab *Alex. VII.* damnatas, inter quas damnatur 19.quæ est huiusmodi: *Non peccat maritus occidens propria authoritate vxorem in adulterio deprehensam*; vide *Dian.3.par.tract.4.resol.223. & par.11. tract. 6.resol.28.versic.sed hæc opinio.*
Nec leuis quæstio insurgit de eo, vtrum fi-
17 lia post viduitatem in patriam potestatem reincidat? Et primus omnium *Napod. ver.nu-*
18 *bit*, constanter pro affirmatiua respondet, sequuntur *Gramm.decis.54.* vbi decisum,*Danza in addit.Molfes.par.1.ad nostras consuet.cap.3.n. 8.& seq.Thes.decis.150.nu.6. Vrsil. ad Afflict. dec.172.& Viuius commun. opin.121. ex Boer. decis.197. & alijs*, cum exemptam à patria
19 potestate nuptam mulierem pro operibus obsequialibus tantùm,quas viro, contracto matrimonio,exhibere tenetur,& debito carnis ex *Gramm.cons.ciuil.63.n.15.& 87.n.4. cum alijs seqq.*dicat.
Contrarium tenent *Afflict. in apost. incip. Na-*

20 *Napodanus hic*, *&c.* & *in constit. regn. prosequentes,n.*12. *Ant.de Viuaya in ead. consuet. in apost.incip.licet Napod.Boer.d.dec.*197. *num.*4.
21 vbi eodem modo vbique seruari,ait, *& alij*, quorum argumentum ad probandum desumitur ne dum ex verbis *Consuetudinis,eo ipso, quod nubit*; verùm ex dispositione *l.qui libera-*
22 *tus, ff. de adopt.* qua, liberatum à patria potestate ad pristinum statum haud posse redire,
23 cauetur. Quare itá similiter dicendum in fœmina sui iuris per matrimonium effecta;& sanè hæc quæstio tàm ardua est, vt, hinc indè opinionibus recitatis,nil ausi fuerint statuere, *Consil. Paschal. de vir. patr.potest. par.*1.*cap.*3. *numer.*44. *& Gratian. discept. forens. cap.*382. *numer.* 24.

Ipse tamen in punčto iuris verò simillimã
24 *Doctorum* negantium sententiam crederem; proùt etiá visũ fuit affirmare doctissimo; nec vnquam dignis laudibus persequuto *D.Hieronymo Borgia* 2.*to.inuestig.iur.lib.*12 *cap.*1. *n.* 14. verùm in iudicando, vt cautius agatur, & muliebri pudicitiæ consulatur sub patria po-
25 testate, præcipuè si vidua iuuenis fuerit, & formosa, *Napod.* sententiam ex arbitrio, in ambiguis iudicibus impartito, sequendam reor, quod in *pracit. decis.Gramm.* decisum fuit, vt colligitur ex verbis: *Habita quoque ratione minoris ætatis ipsius Portiæ*: & videtur affirmare *Vrsill.vbi sup.*& est,quod *Camill.Saler.in apost.incip. pro opinione hic*, distinguendo deduxit, quem malè (vt credo) *sup.citat. Molfes.* impugnat. Cœterum *Merlin. controu. forens. cent.*2.*cap.* 77. filiamfamilias vigore
26 huius statuti à patris potestate ob matrimonium subsequùtum exemptam, non ideò iura suitatis, ac patriæ cæteros potestatis effectus amittere, docuit; ius enim nostrum municipale mulieribus certè fauorabile, odiosum alioquin diceretur.

Verùm non tantùm ad pleniorem rei no-
27 titiam, sed vt ingeniosi, nec vulgaris expectationis iuuenis Francisci Catari dilectissimi amici in lucem prodeat eruditus labor,hic super eodem articulo responsum eiusdem imprimi curaui.

ALLEGATIO.

28 IVs potestatis in liberos,& si ipsa naturali iubente ratione parentibus tribuatur, quod solis hominibus proprium est, ve-
29 luti erga Deum Religio,vt parentibus,& Patriæ pareamus,vt ex *Vulpian.* & *Pompon. in l.* 1.*&* 2.*ff.de iustit.& iur.*,consultum habemus,
30 non ideò de gentium iure est; verumtamen
31 moribus, ac Quiritum iure introductum videtur,vt metipse *Vulp.*tradidit *in l.patre,ff.de ijs,qui sunt sui, vel alieni iuris, Oroz.de apicib. iur.lib.vlt.cap.fin.* Nàm Romanorum Ciuium
32 proprium esse, potestatis iura in liberos habere,rescripsere *Caius*, & noster *Iustinianus in l.*3.*ff.de ijs,qui sunt sui,vel alieni,&c.*§.1.*instit. quib.mod.patr.potest.soluatur,* Patri ideò tem-
33 poribus Romuli, filios relegandi, vendendi, & occidendi, ius erat, vt *quarta* ex *duodecim Tabularum lege* inuenimus, ex *Alicarnasseo* etiam tradit *Gotofred.ad fragm.*12. *tabul.*4. *de*
34 *iur. patr.* quæ potestas per Constantinum Cæsarem, vt contra commune libertatis bonum, sublata cernitur, *l.fin.C.de patr.pot.*
35 Quod potestatis ius quamquam pluribus finiri modis tradatur per *Iustinian. in tit. instit. quibus modis ius patris potest. sol.* & præ-
36 sertim emancipatione; Numæ Pompilij tamen lege,qui post Romulum regnauit,matrimonio patris potestas quoque soluebatur, vt ex *Alicarnasseo* traditur his verbis: *Si pater permiserit, filios vxorem ducere, quæ ex legibus particeps sit, Sacrorum bonorum, patri posthàc nullum ius esto, vendendi filium*, *ex Gotofred. vbi suprà tabul.*4. *Oroz.de apicib.Iuris.lib.*2.*c.* 4. *nu.*4. cuius etiam legis meminit ex nostris *Præs.Merlin.controu.forens.cap.*77. *nu.*26. *to.*2.
37 quod idem per *Consuetudinem* nostram in filiasfamilias introductum videtur, mandatur enim ibi,filiamfamilias nuptam,quamquam non emancipatam, eo ipso effici sui iuris, *Consuet. sed & mulier*, *tit. de filiafam.*
38 *nub.* cui nostro iuri patrio plurium sanctio-
39 nes locorum respondent,vt seruari in Gallorum Regno, scribunt *Tiraquell. ad ll. connub. in princ.,Boer.dec.*197.*Cassan.ad consuet. Bur-*
40 *gun. rubr.*4. §. 1. in Hispania *Gomesius ad l. Tauri,l.*48.*Rodricus in l.*9.*Suarez. tit. de litib.*
41 in Siculorum Regno,*Muta ad consuet.Messan.*
42 *cap.* 48. apud Longobardos *in l.* 1. *& penult.tit.qualiter mulier liberè alienar.permiss. in*
43 *in Longobard.* & apud Græcorum quoq; Populos, necnon & Hæbreos Mosaica ex lege refert idem *Tiraquell.vbi sup.n.*7. *&* 10.

Constat verò, ambiguam in præfata nostra
44 *Consuetudine* excitari quæstionem, an scilicèt mortuo viro, reincidat filia in patris potestatem? quæ sanè quæstio in causa Catharinæ Spinæ, cuius pro defensa sum,cum Venerabili Monasterio Sanctæ Mariæ, dicto della Stella, disceptanda se offert, ambiguam inquam cum duos pati videatur acerrimos contradictores, *Napodanum* nimirum, & *Afflictum* altero alterum propugnantes, tamen *Napo-*
45 *dani* consilium affirmatiuum magis cùm legum, tum rationum *Authorumq;* fundamentis fulcitum, post habita *Afflicti* negantis sententia, sequar.

Et vt dilucidiùs pateat, prænotandum in
46 facto est, Annam Mariam Spinam nuptui Antonio de Auitabile fuisse traditam, post cuius verò mortem in vltimis constitutam, suum condidisse testamẽtũ,quo hæredem Mona-

nasterium Sanctæ Mariæ, dictum della Stella scripsit, relictis centum Francisco suo patri absque Institutionis titulo; quod quidem legatum in codicillis ademit, causa non alia scripta, præterquàm patrem sibi non rem gratam egisse; quamobrem Catharina Spina, Francisci Spinę patris personam repręsentās, institit dicendum testamentum istud esse iniustum, & inofficiosum, tùm quia conditum ab ea, quæ filiafamilias testamenti factionem non habebat, tùm quia vt contra pietatis officium factum exhæredato, præteritoq; Francisco Spina dictæ Annę Marię Patre, quod quātum sit Iuri consonum, & nulla prorsus carens difficultate ex sequentibus in propatulo erit, nam dum de testamenti validitate agitur, *Caij Iurisconsulti* dogma sectando, imprimis animaduertere debemus, an is, qui fecit
47 testamentum, habuerit testamenti factionem, deindè si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit, *l. si quæramus 4. ff. de testam.* & quoad primum, an scilicet Anna Maria testamenti factionem habuerit, vt videamus opus est, an ipsa per sui viri mortem in patris potestatem reuersa videatur, &
48 redijsse in comperto est, statuta namque fore vt quanto minus ius commune lædant accipienda, vulgatis iuribus, traditis per *Rouitum dec.92.nu.3. D. Hodier. contron.23.nu.1. & D. Rosam consult.48. num.31.* Nulli enim du-
49 bium est, nostram *Consuetudinem, sed & mulier*, quæ filiasfamilias nuptas sui iuris effici iubet, correctoriam iuris communis esse, cum pateat omnibus nostra per Romanorum iura matrimonium haud à parentis potestate filios soluere, *l. filiæ, C. de collat., l. quoties, ff. solut. matrim. Glos. in §.1. institut. tit. ad Tertull. vers. parentis, & per Diocletian. & Massimian. Cæsares in l.5. C. de condit. insert.* ibi, *Si vxorem tuam tempore nuptiarum in patria potestate fuisse monstretur*, cum cæteris similibus, per *Tiraquell. vbi suprà, et Suarez in l.9. tit. de li-*
50 *tib. num.11.* igitur dum *Consuetudo* contra commune ius disponit, omninò strictò iure eā interpretari debemus.

Strictè ideò interpretemur, vt in vidua non
51 procedat, sed sibi tunc locum vindicet, non cum matrimonij fuerint soluta iura, sed dum ea perdurauerint, mulierq; in sui viri aliquali potestate permanserit: *Consuetudo* enim, *sed &*
52 *mulier*, de filiabus tantummodò nuptis loquitur, nullatenùs verò de viduis, adeò vt pro omissis eæ videantur, earumq; inclusio exem-
53 ptionè à patria potestate à communis Romanorum iuris sanctionibus, vt cernatur, remaneat, *l. commodissimè, ff. de liber. et posthum.* quotiescumq; enim consuetudinarium Ciuitatis,
54 ac Regni municipale ius deficiet, ad Romanorum commune recurrere erit operæ pretium.

Probatur insuper, nam certo certius est, fa-
55 uore, & causa matrimonij, filiæ *Consuetudinem* nostram hoc exemptionis, à potestate patris priuilegium concessisse; incompatibile
56 quasi videbatur eam in duorum, patris scilicèt, & viri potestate esse; vt *Napodanus in fine* perpendit, nam vxores naturali lege, ac ratione in earum virorum potestate, ac ipsis subditæ videntur, adeò vt obsequia, suasq; operas marito teneantur præstare, vt *Hermogenianus Iurisconsultus* scriptum tradidit *in l. sicut cum glos. ff. de operis libertorum*; quin etiam quoad
57 iurisdictionem, nàm mulierem quam diù nu-
58 pta est, incolam eius Ciuitatis videri, cuius maritus eius est, & ibi, vndè originem trahit, non cogi muneribus fungi, ex *Veri, et Antonini* Imperatorum rescripto *Papinian.* scripsit *in l. fin. §.2. ff. ad municip. & Vulpinian. in l. exigere dotem, ff. de iudic.* plura eruditè *Tiraquell. ad ll. connub. l.1. n.12.* ex *Quintilian., Platone, Aristotile, Homero, ex Dino Paulo* coaceruat; sic
59 denique Summo Opifice Deo præcipiente, cum ait: *MVLTIPLICABO ÆRVMNAS TVAS, ET CONCEPTVS TVOS, IN DOLORE PARIES FILIOS, ET SVB VIRI POTESTATE ERIS, ET IPSE DOMINABITVR TVI*; *Genes. 3.* Con-
60 sequitur indè, vt cesset *Consuetudinis* dispositio, fauore, causaq; cessante, adeò vt ea in vidua non procedat, sed iuri communi fiat lo-
61 cus, nàm effectum perimit, causa perempta, argumento *Text. in l. omni, ff. de adoptionib. l. Senatoris, ff. de Senatorib. cum concordant. à Tiraquell. tract. cessante causa p.1. n.12.*

Quod confirmatur, nam etsi nepos datus
62 auo in adoptionem, à patris potestatis nexu liberetur, auumq; solummodò, vt patrem re-
63 cognoscere teneatur, eique acquirat, quæ possunt acquiri, & prodesse, tamen si ab auo emā-
64 cipatus fuerit, denuò ad patris redibit iura, vt per *Iustinianum* dispositum habemus, in *l. cum in adoptiuis, §. si verò pater, C. de adoptionib.*, qui ait: *Sed hæc omnia remanere integra*, (scilicet, vt in Aui potestate nepos sit) *nisi Auus, & Proauus emancipatum fecerint filium adoptiuum, tunc enim necesse est, iterùm ad patrem naturalem eum reuerti, cum emancipationis interuentu, adoptio in quacumq; persona facta dissoluatur*; Nàm cessata adoptione, ne-
65 cesse est, vt cesset eius effectus, ità, & à simili cessato matrimonio, quo filia sui efficitur Iuris, dicendum, vt ipsa propterea in patris reuertatur potestatem.

Quod & similiter comprobatur à *Constan-*
66 *tino* Imperatore in *Text. fin. lib.9. Codicis in final. tit. de sentent. pass. & restitut.* vbi, & si filius per patris deportationem ab ipsius potestate liberetur *Instit. quib. mod. ius patr. potest. sol. §. cum autem*; nihilominùs patre prouin-
66 ciæ suæ in integrum restituto, denuò in pa-

triam reincidet potestatem, nàm *Papiniani* placet valere sententiam, vt in patris sit filius
67 potestate,cui dignitas,ac bona restituta sunt; ergò etsi per matrimonium Anna Maria sui iuris fuerit effecta;denuò tamen in potestatem reuertit,eo soluto per viri mortem.

Tandem confirmatur, nàm quousque pater
68 apud Hostes remanserit, in suspenso ius potestatis erit, adeò vt filiusfamilias sui iuris videatur, nàm vt *Theophilus* ait, *quomodo qui Ciuis Romanus est,in potestate eius erit, qui Hostibus seruus est?* tamen reuertens pater ab Hostibus, pristinam in filios potestatem recu-
69 perat,quasi,quod cessata captiuitatis causa, argumento *Textus in §. si ab Hostib. instit. quib.mod.ius patr.potest.sol.* ergò licèt durante matrimonio in suspenso potestas patris in filias videatur, eo tamen cessato, in pristinam ex reincident potestatem, ex quibus dicendũ, Annam Mariam, etsi à patris sui Francisci potestate solutam, & per matrimonium sui iuris fuisse effectam, tamen per sui viri mortem, in eam rediisse.

Et vt validiùs isthęc sententia solidetur, *Af-*
70 *flicti* obiecta, aduersæ partis fundamenta, vt diluãtur necesse est;Video enim,quid dicturus sit ipse contra *Napodanum*, nempè non quia vidua, ideò *Consuetudinis* dispositionem in
71 ea cessare,tanquam cessata matrimonij causa, nàm licèt vidua adhùc tamen in matrimonio durare, allegat *Text.in l.fin. C.de bon.matern. Text.in auth.de nupt. §.soluto.*

Huic verò obiectioni sic respondemus,om-
72 nes scire,statuta propriè, & secundum verborum veritatem intelligenda; non verò impropriè, & secundum fictum casum *Text.* ad hoc semper allegatus in *l.3. §.hac verba, ff.de neg. gest. cum concord.* eò fortiùs in statutis contra
73 ius commune disponentibus,vt supra probauimus; vidua enim etsi eodem dicatur in ma-
74 trimonio perdurare, id nihilominus impropriè dicitur, *l.viro,atq; vxore, ff.solut.matrim.*, vbi *Glos.in verb.vxore,* addidit, *quondam,* vt ostenderet,soluto matrimonio non vxorem,
75 sed viduam propriè appellandam esse, & similiter *Gloss.in l.diuortio,vers.vxoris, ff.de negot.gest.*, vt probatum tradidit *Alex.cons.207. n.9.lib.2.* qui articulum discurrens,num stan-
76 te statuto iubente,lites Affinium, inter se cõpromittendas, illud etiam sibi locum vindicet, affinitate soluta, scilicèt in vidua, negatiuè consuluit,propriè rem nostram faciens,cuius etiam sententiam fuit sectatus *Tiraquell. tractat.cessante causa p.1. num.31.* opinionum concordiam adducens,ex *Paulo Castrensi consil.80.nu.2. lib.2.* qui distinctionem ex *Oltrad.*
77 tradidit, scilicèt, quod, aut quis tanquam Affinis vult admitti ad aliquid, quod sit de iure communi,& admittetur etiam, Affinitate soluta,vel vult admitti ad aliquid de iure speciali,quod est contra ius commune, & non admittetur,Affinitate soluta, nam de iure cõ-
78 muni nullus ad compromittendum cogitur, *l.si compromisero, ff.de euict.*, ea propter statu-
79 tum de compromittendo inter Affines non intelligi de Affinitate soluta circa viduam,
80 quia statuta sunt strictè interpretanda, & secundum proprium casum accipienda, vt probant idem *Tiraquell. & Castrens. vbi sup. ex*
81 *Oltrado*; igitur *Consuetudinem* nostram, quæ cum contra ius commune sit,et supra patens est, & tantummodò de nupta loquatur, & solùm ipsis exemptionis à potestate patria priuilegium indulgeat, propriè accipiendam esse omninò dicendum, & in vidua non procedere, quæ impropriè, & fictè in matrimonio perdurare videtur.

Imò nec obstat *Textus in auth. de nupt. ab Afflicto* allatus, nàm ibi, etsi vidua perdurare
82 in priori coniugio, quod felix, & Beatum dicit *Iustinianus,* tamen verbum illud perdurare *Glos.* taliter explicat, vt intelligatur,nè ad secundas veniat nuptias,vt probat quoque *Alex.quo supra d.cons.207.nu.20.lib.6.*quod & *Iustinianus* ipse hoc dilucidare videtur, dum subdit, *ET NON PROCREATAM SOBOLEM, SEQVENTIBVS FORSAN MATRIMONIIS CONTRISTARE.*

Et vt videatur, an vidua propriè in coniu-
83 gio sit,mihi interroganti respondeat pars aduersa,stuprum nè, vel adulterium perpatrabitur, si sui corporis copiam faciet vidua, se ho-
84 mini prostituens? sanè responsum habebo stuprum, nam in viduam quippè quæ in matrimoniali thoro non cubat, haud adulterium
85 committitur, nam vt *Modestinus* Consultus ait, *inter Stuprum, & Adulterium hoc interesse quidam putant, quod Adulterium in nuptam, Stuprum in viduam committatur, l. inter stuprum 101.ff.de verb.signif.& l.stuprum 34.eod.* idem tradit *Papinian. in l.inter libertas, §. lex Iulia, ff.ad l.Iuliam de adulter.*, quod metipse *Afflict.* fatetur in *constitut. si quis rapere de rapt.& viol. num.11. lib.1.* Quare igitur adulterium in viduam committi non dicis, si matrimonio viduam durare dicis? erga si stuprũ
86 committitur,consequens est, vt non in matrimonio verè, & propriè censeatur vidua perdurare,sed tantum fictè, quæ fictio in *Consuetudine* nostra non procedit; ergo vidua in patris potestatem reincidet, soluto matrimonio.

Obijcitur tandem ex *Afflicto*, potestatem
87 patriam semel extinctam ampliùs non reuiuiscere,cui obiectioni, vt fiat satis, distinctione vtamur necesse est, scilicèt, aut simpliciter potestas fuit extincta,simpliciterq; filius ab ea liberatus,& tunc qui liberatus est à patria potestate,is posteà in potestatem honestè reuerti non potest nisi adoptione, vt ex *Vulpian.* habemus in *l.qui liberatus,ff.de adoptionib.* at verò

rò si non simpliciter, sed causatiuè fuerit extincta, tunc enim cessante causa denuo reuiuiscet, pugnaret alioqui *Vulpiani* dispositio, cũ *Iustiniani* sanctione, qua habemus emancipatum filium, ab auo adoptatum, qui licet ob adoptionem à potestate patris liberatus videatur, non ideò sui iuris per emancipationem effici, veruntamen iterum ad patrem naturalem eum reuerti, ex eo, quod extincta videatur adoptio, quæ filij liberationis à patris naturalis potestate causa videtur, vt supra probauimus, per *Text. in d.l.cum adoptiuis*, sicuti etiam *Text.* ille in *l. qui liberatus*, intelligitur de perpetuo liberato à patria potestate, vt ex *Glos.* quæ dicit, quod antiquo mutato in perpetuum ad pristinum statum redire non debet, quamobrem, & si matrimonij causa Francisci patris potestas extincta, suiq; iuris Anna Maria per *Consuetudinem* nostram effecta fuerit; tamen soluto, siuè extincto matrimonio, iterum necesse esse dicatur, ad sui pa-
89 tris iura reuertisse, tamquam nuptiarum causa cessante. Quam sententiam amplexi fuere *Thom. Gramm. dec.* 54. qui pluribus alijs cumulatis erroneam dicit *Afflicti* opinionem, non benè percipientis *Napodani*, & *Consuetudinis* intentum, & ità esset decisum in S.R.C. vt & aliàs etiam refert *Molfes. ad consuet. p.*1. *cap.*3.*num.*6.7.*& seqq. Paschal.de patr.potest.p.* 1.*cap.*3.*num.*44. *D.Cons.Hodiern.contr.forens. cap.*13.*in fine.*

Proptereà deniq; probato, Annam Mariam
90 in patris potestatem reuertisse; ideò dicendũ, testamenti factionem nullatenùs habuisse, tanquam filiamfamilias, *l.qui in potestate, ff.de testam.l.senium, C.eodem* vulgatis iuribus, & qui in potestate parentis est, adeò ius testamenti
91 faciendi non habet, vt quamuis pater ei permittat, nihilò magis iure testari possit ex *Caio I.C. in l.*3. *ff. de testam.* quod indubitati iuris est, per *Cæsares in l.*1.§.*filium, C.qui testam.facer. poss.* & confirmatum tradidit *Iustinian.* noster *instit.in princ. quibus non est permiss. fa-*
92 *cere testam.*, nam satis constanter veteres declarauerunt testamentorum iura, ipsa per se firma esse oportere, non ex alieno arbitrio pendere, *l.illa institutio* 32. *ff.de hared.inst.* te-
93 stamenti enim factio non priuati, sed publici iuris est, *Vulpian.in l.*3.*ff.de testam.* filius nam-
94 que familias, qui patris obsequitur imperio, neque velle habet, neque nolle, *l.velle* 4. *C.de reg.iur.* ergò testamentum Anna Maria nullatenùs conficere poterat, & confectum redditur iniustum, siuè nullum, vel infirmum.

Insuper, & testamentum istud redditur
95 inofficiosum, ex eo, quod Anna Maria Franciscum patrem in eo hæredem non instituit, neque vlla ex causa exhæredauit, sed illum præterijt *auth.vt cum de appellat. cognoscitur*, §.*si verò contingerit, vers.iustum autem*; quere-
96 la enim inofficiosi testamẽti, tàm parentibus, quàm liberis, competit, ex *Vulp. in l.*1. *ff.de inoff.testament.*, *nam etsi parentibus non debeatur filiorum hæreditas, propter votum parentũ, & naturalem erga filios charitatem, turbato tamen ordine mortalitatis, nõ minus parentibus, quàm liberis piè relinqui debet Papin.I.C.* scripsit *in l.*15.*ff.de inoff.testam. Hodier.contr.for. cap.*38.*num.*42.*& seqq. cum alijs concord.* Neq;
97 enim causa illa apposita in ademptione legati, valida erat, vt exhæredaretur Franciscus pater, tamquam non scripta, neque notata in *dict.Auth.vt cum de appellat.cognoscitur.*

Nec etiam obstat, dictum testamentum va-
98 lere ex codicillorum confectione, nam respõdetur, Annam Mariam illos nequaquam conficere potuisse, cum ex *Martian.I.C. Codicillos*
99 *is facere potest, qui & testamentum facere potest, l.Diui Verus,* §.*Codicillos* 2. *& Paul.in l. conficiuntur,*§.*Codicilli,ff.de iur.codicillor.* Ergò si Anna Maria testamentum facere non poterat; neque etiam codicillos conficere poterat; ex quibus omnibus clarè patet, & omninò dicendum esse speratur, dictum testamentum esse, iniustum, inofficiosum, & nullius roboris, vt à testamenti factionem non habente factum, &c.

Hæc ille, quæ non obstant, cum nostram sententiam, de qua supra *Marcian. cons.*12.*to.* 1.*n.*5. præ cæteris confirmet.

Verba consuetudinaria sigillatim expendere, cum pauca, & clara sint, haud necessarium, & licet ex verbo *nubit* difficultari possit,
100 quonam tempore mulier à patria potestate libera dicatur, post consensum nuptiarumne, post sequutam copulam, an verò post quam ad viri domum traducta fuit? id cum disertè explicet *Napodan. in* 1.*glos.* attingere non curo.

Pro coronide ad explicationem eorum,
101 quæ de tutela filiorum diximus in præcedẽti *Consuet.* & quæ hìc habentur, aduertas, minores non liberari à potestate Curatoris per matrimonium contractum, etiam si adsit statutum, quo à patria potestate liberari nuptias contrahentes, statuatur, cum vnum ab altero
102 inferri non valeat, *Gregor. Lopez l.*3. *ver. facta, tit.*15.*par.*2.*Roder.Suar.in rep.l.*9. *tit.de los pleitos lib.*1. *Forer.tit.*11. *numer.*38. *in fin. Parlador.lib.*1.*cap.*12. *rer.quotid. per tot.* quos allegat, & sequitur *Peguer. decis.*134. *per tot.* contra quos videtur sentire *Marcian.* licet, soluto matrimonio, minorem viduam feudatariam subijci Balio, dicat *num.*4.



TITVLVS SEXTVS
DE
Muliere habente filios, qualiter dotem disponit.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, siqua moriens, explanatio.

De facultate disponendi de decima bonorum antiquorum,& dotalium mulieribus tradita,& de cęteris nouem partibus filijs in locum legitimæ conseruandis, & an illæ, quæ olim ad formam Consuetudinis contraxerunt, valeant iterùm contrahere more Magnatum, & transeuntes ad secundas nuptias num teneantur sàtisdare filijs prioris matrimonij de seruandis dotibus?Item an alienigenæ mulieres postquam Consuetudinibus Neapolitanis se submiserunt in contractibus matrimonialibus, valeant liberè bona extra confinia alienare, si filij non adsint?

SVMMARIVM.

Mulieribus nõ eodem modo indultum fuit Consuetudine disponendi de dotibus, alijsque bonis antiquis, ac de paratis ad vsum,num.1.& disparitas traditur, num.2. & quid si parentes earum existant, vel matrimonium sit contractum ad vsum nobilium?n.3.& 4.

Consuetudo, si qua moriens, *an contradicat iuri communi,& consuetudini,* si aliquis moriēs? *num.5.7.& 9.*

Legitima institutionis titulo filijs relinqui debet de iure communi,n.6.

Intestabilis quilibet dicitur in portione, cuius dispositio prohibetur,n.8.

Text. l.Quintus Mutius *dicitur incorrectus à Consuetudine,* si qua moriens,*nu.10. & præsumptio,de qua in eo,attenditur, etiam vbi viget consuetudo,n.11.*

Portiones consuetudinariæ dicuntur quasi debitum iure naturæ,nu.12.reseruatum quadam naturali ratione, n.13.

In portione consuetudinaria filij primi matrimonij non possunt præiudicium recipere sicuti in portione legitima per pactum mulieris, iterum nubentis,n.14.

Mulier, quæ contraxit nuptias, sibi reseruando disponendi facultatem iuxta Consuetudinis dispositionem, non potest iterum contrahere more Magnatum, num.15.17.18. & contra, numer.16.

Mulieres an valeant disponere decimam bonorum dotalium, & antiquorum per actus inter viuos?n.19.20.23.& 24.

Verbum, disponere, *quod respectu masculorum ad actus vltimæ voluntatis trahitur, extenditur ad quascumq; alienationes fœminarũ etiam in vita factas,n.21.& 22.*

Textus in l.hac edictali, C.de secun.nupt. *an corrigatur à Consuetudine respectu donationum factarum filijs ab vtroque parente, num.26. & 27.*

Mulier secundo nubens,an teneatur satisdare filijs prioris matrimonij de non alienando dotem? num.28.29.41.& 42.& quid dicendum iure communi inspecto?n.43.

Pactum mulieris, iterum nubentis, dotium lucrefactionis ad beneficium secundi viri,an valeat? num.30.

Dotium alienatio mulieribus prohibetur, quia antiquam continent qualitatem,n.32.

Dotes mulieribus constitutæ propter pulchritudinem,vel partæ per industriam sunt alienabiles ex Napod.*placito,n.33. de quo dubitandum, habetur,n.36.*

Mulier alienigena, quæ Consuetudinibus *Neapolitanis se submisit, an, filijs non extantibus, valeat de bonis extra confinia disponere ad libitum,n.34.& 35.*

Filijs tãtùm quæritur ius ex materna stipulatione, non verò cæteris agnatis, quorum in gratiam non videtur stipulatum,n.37. & 38.

Consuetudines Neapolitanæ habent locum etiam in

in bonis extra confinia, & alienatis pro dotibus, & iuribus dotalibus tantum, num.39. & dummodò mulier sit Neapolitana, nu.40. non autem si sit alienigena, n.41.

1 MVlieribus, liberos habentibus, testandi tributa facultas, nō eadem competit pro dotibus, bonisuè ab agnatis, & cognatis iure successionis, vel alio quouis titulo lucratiuo obuentis; ac super paratis
2 ad illarum vsum, & alijs, cum illorum decimam tantùm partem, horū verò totum assem post filiorum legitimæ detractionem vltimo testamēto in extraneum disponere valeāt; nec
3 aliter esse si parentes quoque superexistant, dixit *Galeot.in addit.ad cons.11.de Medic.num.25.* & *26.* vel si ad vsum nobilium platearum
4 Capuanæ, & Nidi matrimonium fuerit contractum, contra *Ann.in rubr.de vassall.decrep.atat.n.313.* decisum fuit in *decis.100.num.23.Reg.Rouit.* & *dec.486. de Franch.* Quare *Con-*
5 *suetudo* ista non tantam iuri communi aduersatur in *authen. vt cum de appellat. cognos. §. aliud quoque capitulum nouel.* 116. quod
6 tantùm legitimam portionem filijs institutionis titulo relinquendam sanxit; cum hoc firmum remanere voluerit illa in paratis ad vsū,
7 non autem in dotibus, ac bonis antiquis, vt *Montan. contron.1. num.59.* aduertit, sed & *Consuetudini, si quis moriens,* superius explicatæ, per quam masculis bonorum antiquorum dispositio ad medietatem vsq; indulgetur,
8 prout considerat *Napodan. hic in princ.* licet tàm masculi, quàm fœminæ quoad portiones testari prohibitas eque intestabiles dicantur, & habere os clausum, & arbitrium refrenatū, *Caput.ad consuet.nostras, §.3.de person.n.24.* ac *DD.* relati à *Rouit.cit.decis.100.nu.3.* Conue-
9 nire tamen hoc ius nostrum, & commune agnoscitur, si arbitrium testandi nunquam restrictum, quoad bona ad vsum mulierum parata, attendamus, vt *Montan.contron.3.in prin. Tho.Naucl.ab eod.cit.* & *Napod.hic ver.paratum autem n.37.* & *alij,* dixere, & nos incor-
10 rectam quoque dicimus dispositionem *text.l. Quintus Mutius, ff.de donat.inter vir.& vxor.*
11 cum præsumptionem, ibi traditam, attendendam in terminis Neapolitani statuti, si dubitari contigerit de origine bonorum mulierum, dixerit *Napod.in prin.explic.consuet.* & *si testator, ver.acquisitis, n.38.*

Hinc quasi debitum iure naturæ, à *Consue-*
12 *tudine* præfinitū, nomen illas portiones, quarum dispositio prohibetur, appellarunt *de Franch.decis.374.num.13.Napod.ab eod.cit.* &
13 *alij,* naturali quadam ratione reseruatum, nimirum ne illi per matrem maiorum successione priuentur *Bertran. in repet. l.hac edictali ver.ità tamen col.5.vers.in text. ibi quæ eisdem, num.13.fol.595. C.de secun. nupt.* idemq; de-
14 his, ac de ipsa portione legitima, in qua nil præiudicij per pactum mulieris, secundò nubentis, filijs, ex primo matrimonio susceptis, inferri posse traditur *ead.l.hac edictali*, dicendum voluit *Pras.Amat.cons.56.per tot.*

Quare postquam primò contractum fuerit
15 matrimonium per mulierem, sibi facultatem disponendi ad formam, in *Consuetudinibus* Neapolitanis præscriptam, reseruando, eoq; soluto, haud posse iterum contrahi more Magnatum docuit *Anna cons.79.* cui adhærent *R.de Marin.resol.quotid.lib.1.cap.274.a n.22. Camill.de Medic.cons.162.* & post eum *Camil. de Curt. cons.seq.* quos sequi videtur *Montan. contron.5.n.3.* & *4.* si per ea, quæ dicit, argumentum à contrario sensu sumamus, ab his
16 tamen discrepant *R.de Pont. cons.35.* & *Sanfelic. dec.353.n.3.* vbi decisum refert iuxta eius sententiam, ac affert allegationem *Mar-*
17 *tin. de Leo.* qui scripserat pro altera parte, faciuntq; tradita per *Capyc.Latr. consult.91. à num.12.* verum horum sententiæ non adstipulor; cum prioris matrimonij filijs iuri con-
18 stituto per contractum matris iuxta *Consuetudines* Neapolitanas, haud derogandum esse videatur, si nil fecerint, quo derogationi consensisse, arguatur, iuxta tradita in *cons.56. Amat.à n.34.* explicantis *verba Napod.in consuet. siqua moriens, num.6.* Præterea idemmet
19 *Sanfelic.decis.398.* facultatem diponendæ decimæ bonorum dotalium, & antiquorum vltra actus extremæ voluntatis non superesse,
20 dicit, ac alias distractiones per actus inter viuos, tamquam à municipali lege non approbatas, annullari, cum pinguius in morte, quā in vita eis *Consuetudine* prouisum, & verbum,
21 *disponere*, quod de actibus vltimæ voluntatis diximus interpretandum respectu masculorum, restrictiuum quarumcunque alienatio-
22 num mulierum, etiam in vita factarum, dici, affirmet; quod & si aduersari videatur scriptis per *de Franch.dec.435.n.35. Cons.de Rosa consult.65.num.23. alijsq;* recentioribus, qui om-
23 ni controuersia remota constanter asserunt, Antiquorum, ac dotalium alienationem nullo iure mulieribus prohiberi, fraude remota; fortius sibi metipsi, ac traditis in *sup.cit.decis.353.* obstant, si enim mulieres (vt dicit) vltra decimam non possunt in vita disponere, consequens est affirmare, nec posse secundo nubendo more Magnatum contrahere, cum & ità videatur disponendi facultas ampliata, nisi, ad saluandam tanti *Doctoris* æstimationē, velis dicere cum *Amat.cit. cons.56.num.34.* & *Ann. cons.79. post nu.4.* per reseruationem di-
24 sponendi ad libitum, quæ fit per contrahentes more Magnatum non argui alienationem inter viuos ad tempus mortis collatam.

Sed quid dicendum si fuerint filij secundi
25 matrimonij aliquo donati, ità vt prioris matri-

trimonij filijs videatur præiudicatum, quæritur? & in hoc articulo conclusum fuisse penès *de Franch.decis.*345.*de Marin.sup.cit.cap.*274. *lib.*1.*Montan.controu.*4.*n.*6.*& alios*, habetur, *l.*
26 *hac edictali* nil correctionis recepisse à municipali, ac procedere in vtroq; parente scripsit *Capyc.Latr. consult.*118. *tom.*2. in causa, quæ scripsit in contrarium *Tasson.ab eod.in fin. cit.*
27 Verùm quæ tradidit *Boer.dec.*201.*n.*5. *&* 6. & distinguit *Rouit. decis.*12. tibi ponderanda propono.

Et hinc ad aliam quæstionem infertur, de qua *Gasp. de Leo. in consuet. si aliquis moriens in apost.incip.an teneatur fol.*196. *Frec. hic in apost.incip.an ista lit.E.& alij*; nimirùm vtrum
28 mulier secundò nubens filijs prioris matrimonij satisdare teneatur de non alienando dotem? *Anton. Capyc.cit.consuet. si aliquis moriens in apost.incip. nota quia Marchio fol.*169.
29 *lit. A.* haud dandam esse cautionem, decisum fuisse per S.R.C. in Regio Collaterali Consilio, votantibus simul Regentibus eiusdem, re-
30 fert, quod probari ex placito *Napod.* affirmatis, pactum mulieris secundò nubentis de lucranda dote per secundum virum valere, sentit, quod approbat *Amat.cons.*56.*n.*36. & rationem affert, mihiq; (quicquid sit de eo, quod
31 *Napod.*) *Capyc.* sententia arridet, potest enim quælibet mulier aliquando dotem legitimè alienare, cur ergò de non alienando cauebit? Et probatur apertiùs si ratio interdicendæ dispositionis decimę bonorum dotalium perpendatur: ea profectò est, quod semper in eis
32 antiquitatis qualitas consideretur inesse, non tãtùm dotalis, vt ex verbis *Napod. hìc ver.saluo, num.*50. *ex ijs collige, quod regula est, quod mulier habens liberos potest testari pro suo arbitrio voluntatis de omnibus bonis suis præter quã de dotibus, & alijs obuenientibus ab agnatis, & cognatis, in quibus habet arbitrium refrenatum, & limitatum*, deducitur, *& ver.alijs, num.*3. *& Rouit.decis.*100. *num.*2. 24. *&* 28. cum dotes
33 per industriam mulieris, ac pulchritudinem paratas alienabiles, dempta legitima filiorum, dicat idem *Napodan.citat.num.*50. Ergo sicuti non præstanda cautio pro bonis antiquis de non alienando, ità nec pro illarũ dotibus.

Quare nec immeritò dicendum censeo, mu-
34 lieri alienigenæ, quæ dotium alienationem sibi reseruauit iuxta consuetudinarias nostras dispositiones, licere (filijs non extantibus) bona extra confinia posita, vel quæ habuit extra dotes, liberè alienare; non tantùm enim infertur ex traditis à *Napod.d. num.* 50. cum le-
35 gitimè dici valeat, licere alienigenis, quod Neapolitanis *Consuetudine* non prohibetur fieri (licet de *Napodan.* sententia, *Camill.Salern.in consuetud. si qua moriens in addit. incip.*
36 *ex hac Consuetudine* dubitandum dixerit, eamque non certam, firmamque dixerit *Capyc.Latr.consult.*91.*num.*6.*&* 7.) verùm ex eo, quia quoties mulier contrahendo promittit, non aliter, ac à *Consuetudine* sancitur, aliena-
37 turam dotes, filijs tantùm ex materna stipulatione ius quæritur, vt per *Guid. Pap.decis.*267. vbi *Ranch.in annot.* traditur, nõ autem cæteris ex cognatione, quorum in gratiam nunquam
38 videtur stipulatum fuisse, iuxta ea, quæ aliàs diximus de muliere renunciante; ideoque deficientibus illis promissio non obligat promittentem, ac libera superest mulieri alienandi facultas, tùm eiusdem persona, tùm bonorum qualitate attentis; *Consuetudines* enim habent locum etiam in bonis extra confinia,
39 vel alienatis quoad dotes, ac dotalia iura tantùm, vt ex traditis per *Molfes.tom.*2. *consuet.par.*8.*quæst.*6.*num.*8. *de Franch.decis.*472. *num.*6.*Consil.de Bott.in consuet. sed si mulier in addit.incip.pone casum, vers.an hæc Consuetudo*,
40 & quoties mulier est Neapolitana, proùt colligitur ex apertissimis verbis *Consil. Stayban. resol.*189.*numer.*58. *tom.*2. *Nec dicatur, quod dictę Consuetudines habent locum in bonis sitis intra districtum, & sic non poterunt habere locum in dicta terra Agriptariæ, sita extra districtum huius Ciuitatis; nam respondetur, quod sufficit, quod capitula matrimonialia Principissæ Cassani NEAPOLITANÆ fuerint facta iuxta formam Consuetudinis, &c.* nam alienige-
41 na vix potest dici pro bonis, intra confinia positis, & quæ expressit, *Consuetudini* supposita, vt optimè defendit *de Marin.resol.quotid. lib.*2.*c.*56.*à n.*11.*per* 17. Cęterũ pro superiori articulo vide scripta in contrariũ per *Thor.in compen.decis.par.*3.*sect.*3. *ver.sequestrum factũ*,
42 qui etiam in contrarium decisionem S.R.C. qua determinatum fuit, medietatem dotium matri dandam liberè pro secundo matrimonio, alteram verò medietatem conuertendam in emptionem ad cautelam filiorum primi matrimonij, affert de anno 1637. & quid di-
43 cendum de iure communi? habetur in *decis. Boer.*200.*& alibi.*

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De bonis mulieribus disponi concessis, & quæ eisdem donata dicuntur, & de protestatione, ac declaratione viri non donandi vxori pretiosiora, etiam ea absente, faciendis.

SVM-

S V M M A R I V M.

De bonis, quorum alienatio mulieribus tribuitur, agitur, n.1.

Bonorum genera, quæ mulieres habere dicuntur, enumerantur, n.2.

Verbum, Paratum, generale est, & multa complectitur, ac etiam donatiuum mulieribus significat, n.3. & 4.

Ornamenta mulieris an, & quando dicantur à viro eidem donata, num.5.6.7.18.19.20.21.22.

Verbum, dono, quandoq; non inducit donationem, n.8. & 9.

Verba per vrbanitatem, & ad complacendum prolata non præiudicant, nu.10. & 11. nec obligationem inducunt, aut donationem, numer.12. & 13.

Munera allata sponsæ per coniunctos viri, & amicos, non censentur illi donata, num.14. & 15. prout nec marito, quæ præstantur per coniunctos mulieris, n.16. & 17.

Bona in corredum data, vt dos habentur si sint magni pretij, num.24. & eorum dispositio vltra decimam prohibetur, n.25.

Sponsus potest sponsæ quandoq; vltra id, quod in pragm.vnic.de donat.propt.nupt. statuitur, donare, & quando, n.26.28. & 29.

Pecunia missa sponsæ in partita banci, censetur donata, num.27.

Debitum à viro plebeo, qui nobilem duxit vxorem, taxatur iudicis arbitrio, n.30.

Cautela traditur, ne vir teneatur vxori donare vltra intentionem ad ornatum eiusdem, n.31.

Declaratio, ac protestatio de eo, quod à voluntate protestantis dependet etiam extraiudicium facta, & altera parte absente, operatur, n.33.

Correctio iuris consuetudinarij per pragm.vnic.de donat.propt.nupt. traditur, n.34. & 35.

Prouisum per Lazzi spingole deberi in vltimo anno matrimonij firmatur à iure communi, num. 36. & 37.

Postquam de bonis, quorum decimæ tantùm dispositio mulieribus permittitur, est dictum, eorum sequitur explanatio, quæ prohibitioni disponendi non subiacent, vt ibi, *Paratum autem, &c.* & *Napod. hic ver. saluo, nu.48. & in consuet. si constante, ver. diminuitur*, vbi quot bonorum genera

2 dicuntur mulieres habere ad rei notitiã enumerat, & sunt dotalia, quę ab agnatis, cognatisq; peruenerũt, donata propter nuptias à viuente viro, quarta, quæ à viro præmortuo data fuit, quæsita per eas, & paratum.

Hoc vltimum generale verbum esse, com-

3 plectens vestes, aurum, argentum, cæteraque mulierum ornamenta, tradidit *Napod. ver. paratum autem, n.38.* idem importans, ac dona-

4 tum, cum mulieribus horum omnium alienatio regulariter permittatur.

Diximus regulariter, cum enim non om-

5 nia ornamenta dicantur mulieribus à viro donata, nec quælibet valent ad libitum alienari. Quare quænam bona dono tradita di-

6 cantur, sedulò inquirendum? Auri, argenti, gemmarumque, ac vestium magni pretij do-

7 nationem haud præsumendam, & si sponsæ per virum patris domi traduntur, verbo, *dono*, insuper intercedente, dixerunt *de Marin. resol. quotid. lib.1. cap.90.* & apud eum *Parthen. Petrapaua in alleg. pro D. Iosepho Galeota aliiq; DD. ab eod. recitati*, eo enim, *donandi*, verbo, ac similibus (vt *Afflict.* dixit *decis.315.*) viri

8 animum donandi haud elici, sed potius ornamentorum pompam exhibendi sponsę ad cõ-

9 suetum ornatum, placuit, etiam si inter nobiles tractetur, eidem *de Marin. lib.2. resol.c.242.* vbi ità decisum per Regiam Cameram testatę *Reg. Mi. in ad. nu.2.* refert, faciuntq; scripta per *Fran. Hier. de Leon. decis.36. lib.1. & decis. 15. lib.3.* vbi multa ad hanc rem: huiusmodi

10 enim verbum habetur tanquam per vrbanitatem, & ad complacendum prolatum, ideoq;

11 nec præiudicat, *l. qui iure 41. ff. de acquir. poss. latè glos. Paris. improbati nominis Authon.*

12 *ill. 5.1 glo.4. nu.11.* nec inducit obligationem, *l. obligationum substantia 3. §. verborum, ff. de act. & oblig. & cap. cum venisset 6. de instit.* vbi *Abb. num.5. glo. in l.2. ver. & eius, C. in quib. caus. col. lib.11. Angel. in l. si cum, ff. de seruit.*

13 prout nec induci donationem tradidit nouissimè per ea, quæ *Curt. iun. cons.197. num.15. vol.3. Amat. cons.48. cir. fin.*

Nec munera, allata sponsæ per viri coniun-

14 ctos, & amicos, ipsi dono tradita habenda, cum in virum liberalis dicatur, qui eiusdem

15 occasione donat, tenent *de Franch. decis.595. & alij ab eod. Parthen. Petrag. relat. nu.15.* & è

16 contra in mulierem beneuolus, qui eius occasione donat viro, *Napod. in consuet. mulier de dotibus, tit. de alim. præstan. ver. donatiuo, nu.58.*

17 quare, nec viro donata, quæ per coniunctos mulieris præstantur.

Sed contrarium in priori articulo sua-

18 sum omnibus volunt *Geor.* per ea, quæ scribit *alleg.45. à n.30. Thor. in 1. par. compen. ver. donatiua transmissa*, & *alij*, qui nedum inter

19 nobiles Capuanæ, & Nidi, pro quibus de hoc peculiarem adesse Consuetudinem, testantur cum *Capyc. in consuet. si qua moriens, ver. ad vsum*, sed inter plerosq; ciues, seruari dicunt,

20 omnia bona per virũ sponsæ transmissa, antequam matrimonium fuerit contractum, pro donatis haberi, nec aliter sæpè sæpius decisum, fatentur: haud secus in altero articulo di-

21 cendum placuit *R. Rouit. decis.12. num.14.* qui iunctis duabus Aulis S.R.C. decisionis conformis meminit.

Nos

Nos verò in vtroq; articulo priorem sen-
22 tentiam commendamus, quam dispositionẽ *Reg. Pragm. vnica tit. de donat. propt. nupt.* confirmari credimus, ea enim, dum quantitas donatiui ad certam quantitatem reducitur, dotium quantitate considerata, superiores de-
23 cidi quæstiones videntur, ac debitum viri determinatè constitui ad tradita per *de Franch. decis.* 503. *nu.* 5. Ità à pari bona in corredum
24 data si magni sint pretij, tamquam dotem ipsam, non autem dono tradita, ac proindè
25 ipsorum vltra decimam prohiberi dispositionem, dixit *Capyc. in apost. incip. nota ex ista gloss. fol.* 203. & confirmatur alia *apost. ibid. incip. dic, quod res*: & pro hac re sunt considerãda, quæ *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 2. *tit.* 9. *n.* 10. *Tepat. variar. sentent. iur. tit.* 453. *cap.* 11. *to.* 2. *Gam. decis.* 71. *n.* 4. scripserunt.

Posset tamen sponsus aliquid vltra sponsæ
26 donare, tum expressè, prout eo casu, quo spõ-
27 sæ pecunia mittitur in fide crediti, dicendum arbitratus est *Thor. in compen. par.* 2. *ver. pecunia missa*, tum tacitè, si donandi ratio expo-
28 scat, putà si matrimonium inter plebeum, & nobilem mulierem absq; dote, vel cum parua contrahatur, isto enim casu ornamenta, quæ
29 dantur, vt donata habentur, & si dotis quantitati non respondeant, sed potiùs excedant,
30 & quocumq; casu controuersiæ, iudicis arbitrio taxanda, tenet *Afflict. citat. decis.* 315. *numer.* 15.

Et vt omnis prorsus controuersiæ occasio
31 tollatur, declarandi per publicum instrumentum cautelà traditur per *Reg. de Marin. resol. quotid. cap.* 90. *lib.* 1. *n.* 11. *ex Fontanel. de pact. dotal. tom.* 1. *clauf.* 4. *glo.* 28. *n.* 26. *& tom.* 2. *glo.* 3. *calus.* 7. *p.* 6. *n.* 85. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 48. *n.* 46. *& seq. Capyc. & aliis*, sponsum ad sponsam iturum, aurum, & gemmas non animo donã-
32 di, sed ad ornatum traditurum sponsæ, nam ista cum sit quædam voluntatis declaratio, & & protestatio circa ea, quæ à voluntate protestantis dependent, si extraiudicialiter fiat, ac altera parte absente, adhuc iuuat.

33 Ex scriptis deducitur, verbum, *vsum*, intelligi de quotidiano, necessario, & mediocri iuxta *Napod.* explicationem *hic ver. ad vsum*
34 *n.* 41. *& & seqq.* Aduerte modo, hanc *Consuetudinem*, ibi: *Et quartam siquam habet ab aliquo marito defuncto, à quo liberos non habuerit,* correctam existere per dispositionem *cit. prag. vnic. de donat. propter nupt.* cuius meminit *Merlin. controu. forens. cent.* 2. *cap.* 16. *num.* 15.
35 cum ibi ad hæredes viri redire antephatum mortua muliere absq; filijs, statuatur, quodq; in *ead. pragm.* dicitur, vt promissum vulgò *per*
36 *Lazzi, e Spingole* tantùm pro vltimo anno matrimonij exigatur, à iure communi desum-
37 ptum, vel quia præsumitur viuente viro mulier recepisse, vel eidem, si non recepit, donasse argumento *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & l. vir vsuras* 55. *ff. de donat. inter vir. & vxor.*

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, si qua mulier, eod. tit. explicatio.

De bonis maternis inter filios diuersarum nuptiarum diuidendis, & an soror vterina dotari debeat à fratre vterino, & pauper ali, & quando?

SVMMARIVM.

Modus diuidendæ hæreditatis maternæ, ac dotes inter filios diuersarm nuptiarum, traditur in Consuetudine, siqua mulier, *num.* 1. *& alia capita ad præcedentia subnectuntur, n.* 2.

Mater potest aliquando vni ex filijs plus donare, ac ideò eiusdem meliorem conditionem facere, num. 3.

Consuetudo, siqua mulier *tantùm in matre, non autem patre disponit, n.* 4. *&* 5.

Filij suscepti ex diuersis nuptijs in capita succedũt matri, etiam si aliter illa disposuerit, n. 6. 8. *&* 9. *&* Molfes. *error, contrarium affirmantis, notatur, num.* 7. *etiam si matrimonium more Magnatum fuerit contractum, n.* 10.

Fœmina non refundit fratri eius portionem hæreditariam iure communi inspecto, numer. 11. *&* 12.

Soror vterina concurrit ad maternam hæreditatem cum fratre vterino, nec ab isto excluditur, n. 13. 18. 20. *& contra, num.* 14. *&* 16. *& quid in regno? n.* 15. 21. *&* 22.

Fratres vterini tenentur quandoq; dotare sorores vterinas, ac alere, n. 17. *sed dicitur huiusmodi irregularis dotatio, n.* 19.

Consuetudines habere locum pro dotibus in bonis extra confinia quando sit verum? traditur, num. 23. *& remissiuè.*

1 HVc vsq; de mulieribus decedentibus cum testamento, nunc de his, quæ moriuntur ab intestato tractatur, ac modus diuidendi hæreditatem, & dotes inter filios diuersarum nuptiarum, firmatur; succedunt enim æqualiter ad virilem nullo discrimine sexus attento, at fœminarum portio fratribus vtrinq; coniunctis accrescit sub dotandi onere, si dotatæ non fuerint; Item nonnul-
2 la capita ad præcedentem facientia, subnectũtur; dicitur enim in quaræ proprietate, paratis,

tis, ac donatis mulieri alicuius ex filijs meliorem fieri posse conditionem à matre, vni plus,
3 quàm cæteris donando, & hoc (ni fallor) addere superfluum fuit, cum ex maioritate rationis à præcedentibus non obscurè potuisset inferri, nam si illorum dispositio in extraneos mulieribus indulgetur, cur non item in aliquem filiorum?

Dubitatur à *Barthol. Martial. in consuet. si moriatur in apost. quid si pater*, ibi, *sed pone lit.*
4 *H. fol. 69.* num *Consuetudo* ista patrem quoq; filiorum, ex pluribus nuptijs susceptorum, li-
5 get, an matrem tantùm? sed ad maternam tantùm hæreditatem intendi, vulgò est receptum, ità affirmantibus *Thor. in compen. par. 1. ver. filij nati, Visconi ad Franch. decis. 435. Molfes. ad consuet. par. 3. quæst. 22. n. 15. Iacob. Anell. de Bott. in addit. ad hanc consuet. incip. adde quod dic, & alijs.*

Et hic, ne *Molfes.* mox citatum considerans,
6 decipiaris ab eo, aduertas, falsum esse, quod *n. 16.* asserit, dotes nempè inter filios primi, & secundi matrimonij æqualiter, ac bipartitè diuidendas; tale enim dictum nedum à *DD.* vulgò improbatur, inter quos *Tasson. de antefat. fol. 361. nu. 12. Gratian. discept. foren. tom. 3. cap. 581.* verùm ab ipsomet *Molfes. in addit. ad dict. quæst. 22. par. 3. to. 2.* qui proprio fatetur se
7 ore deceptum, ac diuidi per capita dotes ad formam iuris communis in *§. intestatorum instit. de hæred. quæ ab intest. defer. l. 1. C. vnde liber. authent. in successione, C. de suis, & legit. cum concord. ad Surd.* placitum *cons. 426. n. 12. vol. 3. aliorumuè, & Reg. de Marin. quotid. resol. lib. 1. cap. 274. in fin.* S.R.C. refert decisionem ad relationem Regij Conf. de Constantio in causa Honophrij, & sororũ de Frãcorum cũ Franci-
8 sco, & Hieronymo Marra, qua omnes filios tàm primi, quàm secundi matrimonij in capita succedere debere, determinatum extitit, non obstante, quod ex priori matrimonio duo tantùm filij suscepti superessent ex secundò verò tres, ac mater viuens per dispositio-
9 nem tamen ad mortis tempus collatam, inter hos, & illos diuidendas dotes quoad medietatem, decreuisset.

Idem est si matrimonium Magnatum more
10 sit contractum; hoc tamen casu fœmina, quæ
11 succedit, portionem, sibi tangentem, mascu-
12 lo non refundit, prout nec de iure communi *Thor. in compen. par. 1. ver. filij an omnes, Vrsil. ad Afflict. decis. 237. n. 7. de Pon. cons. 8. n. 12. & 15. vol. 1. & alij*; Nec soror vterina fratri vte-
13 rino, cum vterq; ad maternam hæreditatem legitimè concurrat, vt diximus supra *de success. ab intest.* ad explicationem *Consuet. sed si morienti, cap. 8. à nu. 22.* & habetur *in decis. 92. Capyc. n. 4.* vbi *Petr. vers. sed solum nu. 2. in fin. ac decis. 639. de Franch. num. 10. & 11. cons. 39. R. de Pont. nu. 26.* ex mente *Napod. ab eod. cit. per Thor. in compend. decis. par. 1. ver. frater vterinus, Molfes. par. 3. quæst. 22. nu. 17.* & optimè apud *R. de Marin. resol. quotid. to. 2. c. 208. num. 17. & 18.* qui *ita semper in S.C. decisum quando casus contigit*, testatur, & licet *Moder-*
14 *nus Interpres Consuetudinum* Neapolitanarũ *in annot. 25. ad glossem. Napod. ad tit. de success. ab intest. à n. 9. per 21. & in appen. ad eand. annot.*, quæ est in fine operis, superiorem inter Nostros ferè incontrouersam de hoc articulo sententiam conetur euertere per ea, quæ *cit. de Marin. n. 21.* Typographi errore corruptè allegatus, scripsit in terminis regni *Constit. in aliquibus* ad confutandum *Caput.* placitum,
15 idem recipiendum esse in regno, arbitrantis *in consuet. si moriatur par. 1. §. 5. n. 9.* quem nos
16 retulimus *vbi sup. nu. 27.* quasi ratio communiter allata dotationis haud debitæ sorori vterinæ à fratre vterino non sufficiat ad successionem statuendam ad earum fauorem in concursu fratrum vterinorum, cum & dotan-
17 das sorores istas, imò & alendas inopes à fratribus vterinis, habeatur per *eund. de Marin. ex Campeg. de dot. par. 1. quæst. 23. Tiraquel. de primog. quæst. 62. n. 3. Surd. de alim. quæst. 25. tit. 1. & Gratian. to. 1. discept. forens. cap. 65. n. 4.*
18 *& 5.* attamen non vereor, quod superius dictum est, iterum affirmare, nam quicquid sit de eo, quod receptissimum esse dixit *de Marin.*, non ideò inferendum esse ad mulierum exclusionem à successione materna per vteri-
19 num fratrem censeo; cum huiusmodi dotatio irregularis dici possit, & quæ in locum deficientis substantiæ sororis, non autem denegatæ successionis fit, & quæ ab ipsa *Consuetudine*, mulieres per dotationem excludente, de-
20 mandatur, quasi ità dicatur, non excludi sorores vterinas per fratres vterinos, quia statutum nil dixit de earum dotatione in locum successionis, nec ius Romanum disposuit, à fratribus dotandas sorores vterinas, quod ex traditis ab *eod. de Pon. cons. 39. n. 27.* deducitur:
21 cæterum idem, quod *de Marin. n. 20.* comprobat solidissimis rationibus, affirmandum contra *Caput.* in terminis *constit. in aliquibus*, dicimus, atque id tantùm confirmari decisione *à sup. cit. Author. relat.* in causa Victoriæ
22 de Mari, & Antonij Lambuzzetta, si quæ diximus supra pensentur, haud enim semper ve-
23 rum esse fundauimus, *Consuetudines* habere locum etiam in bonis extra confinia pro dotibus, alijsque iuribus dotalibus, sed eo tantùm casu, cum mulier Neapolitana est, quicquid aliter dicatur in *sup. cit. appendic. cit. ad not. 25. sup. cit. Author. n. 13.*



TITVLVS SEPTIMVS

DE

Alimentis præstandis.

CAPVT PRIMVM.

Ad Consuetudinem, siquis habet, explicatio.

De alimentis filijsfamilias præstandis, vel illegitimis, & spurijs, de eorum taxatione, & actione.

SVMMARIVM.

Consuetudo, siquis habet, *explicatur, n.1.*

Alimentorum verbum est generale, n.2. & multa complectitur, n.3.4. & 5. si coniecturæ non repugnent, n.6. at secus de iure consuetudinario, nu.7.

Alimenta, vel consuetudinaria debentur ex fructibus bonorum, n.8.

Proprietas bonorum vendi nequit pro alimentis, nu.9. etiam respectu alimentorum à filio patri debitorum, nu.10. at secus si fructus non sufficiunt, n.11.

In præstatione alimentorum non habetur ratio legitimæ, num.12. secus de iure communi, nu.13.

Filio, cui facta est restitutio dotium maternarum, non debentur alimenta, n.14.

Alimenta debentur iudicis officio, si ius commune attendatur, n.15. cum consuetudinaria alimẽta debeantur iure actionis, n.16. condictione ex lege noua, num.17. aut præscriptis verbis, num. 18.

Alimenta consuetudinaria præterita debentur, numer.19.

Appellari non valet à sententia, alimentorum præstationem mandante, n.20.

Alimenta lite pendente exiguntur absque cautione, quia non sunt restituenda in casu succumbentiæ, n.21. & 22.

Alimenta consuetudinaria an debeantur filijs, vel diuitibus, n.23.25. & 26. & de ratione, n.24. remissiuè, at secus de iure communi, nu.27. & de ratione, n.28.

Ius commune quibuscumque filijs dari alimenta statuit, nu.29. ac etiam spurijs ius canonicum, num.30.

Filijs spurijs debentur alimenta iure actionis etiam per hæredes, & donatarios patris, & ad hæredes transmittuntur, n.31. sed eo tantùm casu, quo auus legitimus non contradicit, num.32.

Consuetudo, siquis habet, *loquitur de legitimis, & naturalibus filijs, n.33.*

Alimenta consuetudinaria debentur filijs extra domum paternam, n.34. non autem de iure communi, n.35.

Alimenta consuetudinaria debentur in ipsa fructuum natiuitate ex fructibus bonorum, num. 36. & 37. & pro parte temporis, prout percipiuntur, n.38.

1 BReui compendio verborum ista *Consuetudo* explicatur; filijs enim non habitantibus cum patre alimenta deberi mandat, & quantitatem numero filiorum attento, statuit.

2 Alimentorum verbum generale est, non
3 modò quotidianum victum, siuè cibum diurnum, quem cibarium, ac diarium *Molfes. par. 5. de alim. quæst. 1. n. 10. ad text. l. diarijs, ff. de alim. & cibar. legat.* denominat, sed & vestes,
4 habitationem, potum, medicamina ad salutem obtinendam, lectum ad dormiendum, & quicquid ad hominis fulcimentum, comoditatesq; confert, complectitur, vt habetur ex *Bart. in l. legatis, ff. de alim. & cib. legat. Crauet. cons. 199. n. 3. & seq. Rolan. à Val. cons. 22. vol. 1. alusq*, apud *Pascbal. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 3. n. 113.* & ex *Surd. de al. m. tit. 3. à quæst. 1.*
5 *per* 8. qui in *quæst. 6.* etiam impensam ad disciplinas capessendas alimentorum nomine contineri, dixit, multas tamen explicationes subnectit, & aliam posuit *cit. Molfes. n.* 8. dicẽs,
6 hoc tunc verum esse, cum coniecturæ adsunt, quibus percipi valet, dicentem alimenta talibus quoq; sensisse de expensis.

Hinc fit, vt in re nostra, portio à *Consuetu-*
7 *dine* præfinita tantùm veniat, nec vltra de-
8 beatur pro alimentis, nam si ex fructibus bonorum iuxta personarum numerum alimen-
9 taria quantitas decernitur, cum proprietas bonorum vendi nequeat *de Franch. dec. 336. n. 2. vbi Adden. & DD. ab eod. cit. & Anna sing. 23. Vrsil. ad decis. Afflict. 99. Ann. fil. cons. 4. nu. 67. & 68.* & alij, inter quos *Capyc. Latr. decis. 176.*

10 *cis.176.tom.2. à num.2.* qui tenet idem esse in filio respectu patris, licet secus esse, si fructus
11 non sufficiant, dixerit *Vini.decis.25.*eadem semper debetur à patre, filij necessitatibus
12 suppetant,siuè non. Quare nec legitimæ rationem habendam esse, reor (licet aliter de
13 iure communi esse, aduertat *Molfes. d.par.5. quæst.6.n.14.*) ac *Napod.ver.maternarum,*filio,
14 cui facta est dotium maternarum restitutio, & ex fructibus alimentorùm quantitas consuetudinaria ministratur,nil aliud deberi, cōcludentem,eadem de ratione sequor.

Nec in vno tantùm ius ciuile Romanorum, & municipale quoad rem alimentariam va-
15 riant, nam illud iudicis officio alimenta dari præcipit in *l.si quis à liberis,§.solent,ff.de liber. agnoscen.* iuxta *obser. 1. Cons. Prouens. ad consuet.in rubric.de alim. præstan. nu.17.* & ea,quæ scripsit *Molfes.par.5.eod.tit.quæst.4.nu.4. Con-*
16 *suetudo* verò iuris actionem tribuit filio pe-
17 tendi ea,siuè condictione ex *l.ad text.l.1.ff.de condict. ex l. Gizzarell. decis.47. num.* 14. siuè
18 præscriptis verbis *l.1.ff. de præscript. verb.* vt ex *Napod.hic,de Franch.dec.60.& Molfes.ibid. n.2.*tradidit *cit.Prouens.num.18.& 19.* petan-
19 tur; Quare etiam præterita debentur si consuetudinariam dispositionem attēdimus *Gizzarell.ibid.Surd.de alim.tit.6. quæst.3. num.30.* & datur actio ex *Consuetudine l.ex placito, C. de rer.permut.& l.si quis argentum,C.de donat.*
20 nec à sententia pro alimentis appellari posse, dixit *Molfes.cit.quæst.4.à nu.15.* imò præstita, lite pendente,non repetuntur,etiam si in causa
21 principali succumbat ea recipiens, ideoque
22 absq; cautione liberantur, vt *Marcian.* dixit *consil.6.num.2.*quod & tradiderant *Afflict.decis.152.num.4. Boer.decis.324.num.3. Surd.de aliment.tit.1.quæst.120.per tot.de Franch.decis. 614.Menoch.de præsumpt.lib.1. quæst.35. num.*
23 *36.cum seqq.& alij;* ac filijs, vel diuitibus deberi voluere *Anna singul.24.Giur.ad consuetud. Messanæ cap.7.glos.13.par.1.à num.29.R.Mar-*
24 *cian.consil.56. sub num.* 3. & ratio desumi potest ex scriptis per *Maxil.ad consuet. Bar.tit.de iur.dot.§.dos à patre,num.26.& seqq.*quicquid
25 alij contra senserint,quos impugnat *cit. Prouens.à num.14.per tot.& obseruat.2.num.12.&*
26 *13.* & distinguat *Rouit.cons.20.num.11.*non item de iure communi, quod in alimentorum
27 præstatione indigentiam considerat,quæ circa præterita, si debita ab alimentario contra-
28 cta non fuerint, non datur, *Afflict.decis.10.de Franch. decis.605.num.1. Fab. Ann. consil.71. & alij.*

Item ius commune filijs quibuscumq;etiam
29 non dum natis; adoptiuis, naturalibus tan-
30 tùm, quinimò ius canonicum *in cap.cum haberet in fin. de eo, qui duxit in vxor. quam polluit per adult.* etiam spurijs prouidet, vt ex
31 *eod.Marc. cit.conf.2.* eisq; alimenta deberi iure actionis, ac proindè ad hæredes transmitti habetur *ead.decis.47. Gizzarell. numer.15.* ex *Petr. Gregor.de dot.quæst.39.Soccin.consil.161. vol.2.* ac etiam ab hærede, siuè donatario patris præstanda *Thesaur.decis.211.* dummo-
32 dò auus legitimus,cuius in potestate esse dicitur,non contradicat *de Franch. decis.494.* & *Ricc. collect.* 2435. qui de ista *Consuetudine* tractat; at loquens de filijs *Consuetudo* de
33 legitimis, & naturalibus simul sensisse, explicatur à *Prouens.vbi sup.à num.2. Napodan.hìc ver.filios, num.4.* vbi de ratione, & in *consuet. verum eod.tit.ver.quidquam,n.47.*

Aliam adesse differentiam inter vtrumque
34 ius circa præstationem alimentorum filijs, cum consuetudinaria alimenta etiam extra paternos lares deberi, obseruet *Prouens. ob-*
35 *seru.* 2. cum aliter prouisum extitisse à iure communi, *num.1.* tradat: & hìc non omittam
36 obseruare cum *eodem Prouens.obseruat.3. n.4.* alimenta consuetudinaria,quæ ex bonorum
37 fructibus debentur,in ipsa fructuum natiuitate dari iuxta doctrinam *Paul.de Castri in l.ex conducto, §.si vis tempestatis, col.1.ff. locat.* &
38 pro parte temporis,& prout percipiuntur,ità *Napod.in consuet.verum hoc tit. ver. quidquam n.48.fol.223.*

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De alimentis liberis vtriusq; sexus per ascēdentes masculini generis etiam extra domū prēstādis; de restituēdis dotibus viduis absq; onere alimentorum filijs præstandorum, & de facultate filijsfamilias per Consuetudinem facta habitandi extra paternam domum etiam legitima causa non intercędente. Et an alimenta debeantur descendentibus ex feudorum fructibus? Item de alimentis Collateralibus debitis lite pendente, & an quandoq; valeant sub cautione de restituendo præstari.

SVMMARIVM.

Alimenta debentur à patre filijs vtriusque sexus, num.1. tàm si hi cum patre habitare renuant,

quàm si pater eos domi habere recuset, nu.2.
Portio fructuum pro alimentis cuiuslibet filij quanta sit? num.3.
Alimenta matri debita non accrescunt filiis, sed patri, si mater ipsa moriatur, morientis tamen filij parentibus alijsq; filijs, n.4.& 5.
Consuetudo, siquis habet, *an discrepet à iure communi? remissiuè, n.6.*
Ascendentes paterni omnes præstant alimenta descendentibus, n.7. non autem mater, cui dos indiminuta est restituenda, n.8.
Ascendentium bona qualibet subiacent oneri alimẽtorum, num.9.
Alimenta debentur descendentibus, vel emancipatis, & à patre etiam si monasterium ingrediatur, num.10.
Alimenta debentur filijs naturali quodam vinculo paternitatis, num.11. & quid de iure communi, num.12.
Mater quandoque etiam vltra triennium tenetur alere filium, & decisum traditur, n.13.
Filij puberes tantùm possunt petere alimenta extra paternam domum, n.14. & quid de Consuetudinario iure Messanensi? n.16.
Impuberes non habent uelle, & nolle, n.15.
Causa non requirenda quando filius non uult cum patre habitare, num.17. & 18. & explicatur, num.19. & 20.
Insidiantes pudicitiæ omnes uitandi, n.21.
Filijsfamilias conceditur habitare extra domum paternam; sed non ubique, uel cum quocumq; num.22.
Textus l.1.& 2.C.de bon. quæ liber. *non corrigitur in totum per Consuetudinem*, siquis habet, *num.23. proùt nec* l.commodissimè, ff.de lib. & posth. l.si vero, §.de viro, ff.sol. matrim.& l.de pretio, ff.de public. *n.24.*
Pater an teneatur alere filios secum non habitantes ex fructibus bonorum feudalium, num.25. & 26.
Feudatarius non prohibetur liberè fructus feudi disponere, num.27.
Alimenta consuetudinaria debentur ex quadam tacita Principis permissione super feudis post factam approbationem consuetudinum, n.28.
Filius feudatarij an teneatur cum patre seruire petens alimentorum præstationem? num.29. & 30.
Fructus feudi dantur filiis tamquam debitum naturale alimentorum, num.31.
Creditor non tenetur seruire pro feudatario ad cõsequutionem crediti, n.32.
Alimenta collateralibus an debeantur super feudis? remissiuè, n.33.
Alimenta lite pendente, an filijs quandoq; liberanda cum cautione, n.34.
Fratribus petentibus portionem paternæ hæreditatis debentur alimenta lite pendente, n.35.
Sororibus petentibus dotem debentur alimenta lite pendente, n.36.

IN hoc itaq; *Textu* (vt prosequamur) per
1 patrem filijs vtriusq; sexus deberi alimenta non obscurè sancitur, eodemq; modo
2 in casu, si pater eos habere domi, renuerit, ac si filij cum patre habitare recusent, & cuiusli-
3 bet filij æqualem esse portionem, illi, quæ cuilibet ex parentibus superest, patet; duos enim adesse liberos fingitur in *textu*, & æqualiter tunc diuidendos bonorum fructus inter eos,
4 ipsorũq; parentes, habetur; At filiorum conditio fit deterior in eo, vt si eorum alter moriatur, alimentorum portio deficientis omnibus accrescat, & fiat fructuum tripartita distribu-
5 tio, cum morientis vxoris portio viro tan-
6 tùm quæratur, & an discordet à communi iure nostra *Consuetudo*, latè tractat *Prouens. in obseruat. vnic. ad Consuet. verum hoc tit. à num.4.*

Pater itaq; alimenta præstat, & quiuis alius
7 paternus ascendens, non æq; mater, nam huic,
8 si matrimonium viri morte rumpatur, dotem absque onere præstationis alimentorum restituendam, illa verba consuetudinaria, *Itaque matri ipsi, mortuo viro nullum præiudicium suis dotibus, quas, mortuo viro liberas habere debet, generetur*, demonstrant, & *Napodan. hic* dixit *num.1.& 2.* & *infra ver. liberas, num.23.*
9 Ascendentiumq; bona tùm antiqua, tùm dotalia, & alia vndequaq; obuenta tali oneri
10 subiacent, etsi filius emancipatus fuerit, vel pater monasterium ingrediatur *Napodan. in ver. maternorum, num.28.* cum non tàm patriæ
11 potestatis, quàm paternitatis naturali vinculo, quo quilibet adstringitur ascẽdens in descendentes, demandatam alimentorum præstatio-
12 nem tribuendam concludat, ac idem esse de iure communi affert *Capyc. Latr. decis.176. n.7. ex Azon. in sum. tit. de patr. potest.* Matrem
13 verò quandoq; ad alimentationem filiorum teneri vltra triẽnium statutum in *l. nec filium, C.de patr. potest. & l. alimenta, C.de negot. gest.* decisum extitit per Collaterale Consilium apud *Sanfelic. tom.3. dec.414.* in causa Principissæ Conchæ.

Explicemus verba illa, *Et filij, seù liberi no-*
14 *lint cum ipso esse*, quæ ad puberes filios tantùm dirigi vult *Prouens. sup. cit. obser.2. à n.10.* ipsaq; *Consuetudinaria* sanctione, qua liberum voluntatis habitandi, vel non habitandi illis tribuitur arbitrium, probari, cum impu-
15 beres nolle, ac velle non habeant, *l. nolle, ff. de acquir. hæred. cum concordant. Napodan. ver. nolint num.7. & in consuet. quod si ver. pro rata*
16 *num.36.* (licet contrarium speciali iure consuetudinario Messanensi esse, testetur *Giurb. ad consuet. Messan. cap.7. glos.7. par.1. à n.5.*

Quod adeò verum esse creditur, vt nolle
17 filij etiam absque causa (nam si iuxta inter-
18 cesserit causa, hoc non reuocari in dubium

etiam

etiam iure communi attento per *Text. l. cum hic §. vult igitur neminem, ff. de transact. Molfes.* docuit *par. 5. quæst. 2. num. 9.* præualere, ferè vulgo est receptum *Molfes. ibid. n. 14. Prouens. vbi sup. n. 8.* dummodò in patrem non progi-
19 gnet iniquitatem; isto enim casu alimenta non debentur.

Item, & dummodò bonis moribus non ad-
20 uersetur, nec rationi repugnet, cum omnes,
21 qui pudicitiæ insidiari possunt, vitandos esse dicatur in *l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb.* & *l. si disceptatur Giurb. ibid. num. 26.* hinc *Napod.* infert
22 *ver. cuiuscumq;* permitti filijs habitationem extra paternos lares, non autem vbique, vel cum quocumque, sed iudicis officio decerni.

Aduertas cum *Napodan.* nostro *ver. maternorum num. 28.* ius commune in *l. 1. & 2. C. de*
23 *bon. quæ liber.* non corrigi in totum, sed quatenus filius non est penès patrem, cæterum
24 ipsum attendi dicas, prout tanquam in casu omisso habere locum dispositionem, *l. commodissimè, ff. de liber. & posth. l. si verò, §. de viro, ff. sol. matrim. & l. de pretio, ff. de public.* idem *Napod.* insinuat.

25 Quæritur num pater feudalium bonorum portionem fructuum in alimentum filiorum,
26 secum non habitantium, præbere teneatur? & affirmatiuè si feuda sint intra confinia *Napod.* respondet *hic ver. suis num. 16. & ver. maternorum circa fin. & in consuet. quod si aliquis infra explican. ver. suis,* multisq; id com-
27 probās rationibus, quarum potissimam illam esse censeo, quia non prohibetur feudatarius fructus feudi, in quem velit disponere, & obligare absque regio assensu, *Afflict. in constitut. regn. si quis post litem num. 13. & in constit. constitutionem diuæ memoriæ à num. 17. & dec. 26. Capyc. Latr. decis. 26. num. 8.* Ergo nec liberis participare, cum nil prohibitionis afferri va-
28 leat aduersus generalem *Consuetudinariam* dispositionem, ac tacitus Supremi Principis assensus arguatur ex *Consuetudinum* olim facta approbatione: hinc idem *Napod.* infert fi-
29 lium cum patre seruire debere, quæ omnia *Prouens. in hac consuet. obseru. 4. per tot.* confir-
30 mauit. Ipse verò quoad filij præstationem seruitij propter fructus feudi participationem sensio cum *Marin. Frec.* in proximè explicanda *consuet. in apost. incip. de bonis fol. mihi 217. Molfes. par. 5. quæst. 5. num. 5. & alijs,* qui contra
31 dicendum putant; fructus enim feudi non tamquam ipsum feudum, sed tamquam debitum naturale, & consuetudinarium dantur fi-
32 lijs, ergo sicut quilibet creditor, vt creditum consequatur, non tenetur seruire, ità nec
33 isti. Quid seruetur inter collaterales habetur in *Constit. Regn. comitibus tit. de adiud. pro mil. fratr.* Dicam tamen sicuti lite pendente deberi filijs alimenta absque cautione, quia in casu succumbentiæ non sunt restituenda tradidimus *cap. præcedenti, num. 21. & 22.* quod & dixit *Paschal. de uir. patr. potest. p. 2. c. 2 n. 62. et 63.* pluribus *DD.* idē affirmātibus, recitatis
34 tradens etiam aliquando sub cautione liberanda *num. 64.* secundum placitum *Couar.*
35 *pract. quæst. cap. 6. num. 7.* ità etiam fratribus litigantibus pro portione paternæ hæreditatis, vel maioratus *Molin. de hisp. primog. cap. 16. num. 35. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 35. nu. 17. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 117. Asin. in prax.*
36 *iudic. §. 32. ampliat. 29. num. 2.* & sorori dotem petenti *Afflict. decis. 11. relat. per cit. Paschal. num. 69. & 70.* sunt præstanda.

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, quod si aliquis,

ET

Consuetudinis, verum si aliquis. eod. tit. explicatio.

De legitimis causis petendi alimenta extra domum paternam, & de onere eas probandi filijsfamilias iniuncto à iure communi, & an pro alimentorum consequutione personalis actio, an verò realis persecutoria rei, ex cuius fructibus sunt præstanda competat? Et de iure communi Romanorum seruando in materia alimentaria, quando ius Consuetudinarium non adest.

SVMMARIVM.

Onus probandi iustam causam, qua filius cum patre habitare non teneatur, collatum in filium de iure communi, dicitur sublatum per Consuetudinem, n. 1. 2. & 3.

Causæ legitimæ ad petendum alimenta extra domum paternam, quænam sint attenta dispositione iuris communis, n. 4.

Ius ciuile attendi mandat indigentiam petentis alimenta, n. 5. ideoq; alimentarius tenetur operas suas retribuere alimenanti, nu. 6. præcipuè si alimentorum præstatio à lege dependeat, nu. 7. sed non item est de iure consuetudinario, n. 8.

Ali-

Alimentorum onus an sit reale, & transeat contra tertios bonorum possessores, an verò personale? num. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.
Alimenta relicta perpetuò praestari debent etiam ex coniecturata mente relinquentis, num. 18. & 19.
Bonorum tertio possessori indulgetur contra petentem alimenta: si velit eidem alimenta suppeditare, num. 20.
Explicantur Text. l. liberto suo 21. ff. de ann. legat. & l. fundi Trebatiani 38. ff. de vsufruct. legat. *n. 21. 22. & 23.*
Alimenta praestari debent ad formam iuris communis, nu. 24. & diuiduntur inter descendentes in stirpem, n. 25.
Bona nunc quaesita subiacent oneri alimentorum, num. 26.
Consuetudo, verùm si aliquis, *an dici valeat corruptela? n. 27. 30. 33. & 34.*
Ius naturale immutabile, num. 28.
Pacta, & statuta derogantia alimentis sunt inania, num. 29.
Iuris communis dispositio obseruatur quoties consuetudinarium non adest disponens de alimẽtis, num. 31. 32.

PRaecedentis rei sequitur tractatio. Quare ad praecedentia nonnulla supersunt subnectenda.

1 Et primò, onus probandi iustam causam, qua filius cum patre habitare excusatur, & possit legitimè alibi petere alimenta, in filium
2 à iure communi collatum ad placitum *Ioan. Vinc. de Anna alleg.* 102. *nu.* 1. *lib.* 2. cum quo conuenit *Paschal. de vir. patr. potest. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 112. censeri *Consuetudine* sublatum,
3 diximus enim nil causae deducendum esse, ergo & causae probationis *Paschal. ibid. Gramm. decis.* 54. *num.* 5. & *Vrsill. ad Afflict. dec.* 37. *in fin. ab eod.* relati, & quae sint causae legitimae ad
4 petendum alimentorum subsidium per filium extra paternam domum iure communi inspesspecto, *Giurb.* dixit vbi *sup. d. cap.* 7. *glo.* 7. *par.* 1. *à num.* 10.

Secundò, lex ciuilis cum impotentiam ex
5 se quaerendi alimenta, & indigentiam illius, qui ea petit, requirat *Surd. de alim. tit.* 4. *q.* 29.
6 *num.* 46. praestanti alimenta, recipientis operas regulariter retribuendas, voluit, ità *DD.* inter quos idem *Paschal. nu.* 15. & *Molfes. par.* 5. *ad consuet. quaest.* 2. *nu.* 3. praecipuè si alimentorum
7 praestatio à legali tantùm dependent munificentia *Surd. ibid. num.* 45. Id verò aliter dispo-
8 ni nostro municipali iure mihi facilè suaderi potest, cum ex diuersa dicendi iuris ratione diuersa esse debeat dispositio, & ius *Consuetudinarium* petentis filij alimenta indigentiam non curet.

Videndum modò vtrum alimentorum hoc
9 onus consuetudinarium reale sit, & cũ bonis etiã contra tertios possessores transferatur, an verò personale, ac ipsi personae dicatur iniun-
10 ctum? & cum realem dari, siuè hypothecariam ad alimentorum praestationem obtinendam, actionem dixerint *Ripa in l.* 1. §. *si haeres nu.* 14. *ff. ad Trebell. Capyc. decis.* 164. *ad fin.* & *alij*, apud *Giurb. vbi sup. cap.* 7. *glos.* 12. *num.* 10. & *Prouens. obseru. vnic. ad hanc. consuet. num.* 11. & 12. ad quod probandum *cons.* 8. *Paul. de*
11 *Castr. vol.* 1. afferentem, idem in statuto dicendum, ne aduersa interpretatione eiusdem vis, ac substantia destruatur, scripsere *DD.* lõga serie relati ab *eod. Giurb. ibid.*

Aliter alij sentiunt, nullumq; hypotheca-
12 rium ius filio competere pro alimentis ad bona paterna, docuere *Couar. de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 6. *num.* 14. *Cordub. in l. si quis a liberis*, §. *idem rescripsit, nu.* 51. *de liber. agnoscen. alijq; multi* relati per *Merlin. controu. for. c.* 61. *à n.* 5. *per* 8. & ad probandũ affertur. *Text. l. fin.* §. *fin. de contrahen. emptio.* cũ *l. fundi Trebatiani, ff. de vsufruct. legat.* & *l. liberto suo, ff. de ann. legat.*
13 Hinc onus alendorum liberorum ad eum, qui iure emptionis, aut alterius similis contractus bona patris obtinuit non transire dixit *Couar. ibid.* cum quo & *Napod.* noster sentijt *hic verb. tenetur, nu.* 32. cum illud personae in-
14 dictum, non autem rebus, ac proindè liberè alienari posse bona, affirmet; sequitur ipsorum sententiam *cit. Merlin.* ac decisionem M.C.V.
15 conformem refert, & ad eandem S.R.C. inclinasse, imò ab ea minimè recedendum tanquã ab eodem S.R.C. passim approbata putat *Prouensal. in ead. obseru. vnic. num.* 15. idemque videtur sentire *Censal. ad Peregr. de fideicomm. art.* 16. *à fol. mihi.* 31. *ver. quarto*, vbi etiam allegationem in causa D. Hieronymi, & D. Caesaris Iesualdi multa continentem de materia alimentaria, affert.

At ipse in terminis huius nostri statuti de
16 hac *Merlin.* aliorumq; sententia non parum dubitandum esse in animum induco meum;
17 bona enim, ex quibus sint praestanda alimenta, per *Consuetudinem* designantur, ergo super ipsis onus reale videtur impositum, cum tale dicendum esse onus ex designatione bonorũ, habentur ex notatis in *l. Caiò*, §. *Imperator de alim. & cibar. legat.* & *in l.* 1. *C. de legat.* quasi
18 necessitas, quae perpetuò manet alimentorum, aliter esse non possit, & testatoris cogitatio,
19 quam eam fuisse, vt post mortem alimenta praestari voluerit, Imperator Antoninus Pius interpretatus est, eadem non videatur si actio hypothecaria ad rem persequendam denegetur, & per *Ruin. Rolan.* & *Menoch.* quos refert *Surd. de alim. quaest.* 15. *n.* . & per *DD.* ab ijsdem *Merlin. num.* 14. & *Prouens. num.* 8. & 13. relatos pro aduersa parte; quibus consonant tradita ab *eod. Merlin. controu. forens. cent.* 2. *c.* 40. *nu.* 12. ac in eo tantùm bonorum pos-

possessori indulgeri scripserit *Molfes. par.* 5.
20 *quæst.*5.*num.*31. vt possit bona retinere, si alimenta
velit alimentario suppeditare; cæterum
ex *cit.l.liberto suo* 21.*et l.fundi Trebatiani* 38.
21 quæ nostræ huic sententię videntur obstare,
nil aliud percipi, quàm venditione rei, super
qua legati præstatio ad vitam legatarij statuta
est, non extingui legatum, ac tunc demùm
venditionem permitti, dum testatoris volun-
22 tatē de cōcedenda facultate vendendi fuisse,
cōstat, vt ex verbis, *à colonis, vel emptoribus*,
probatur, vel si paratus sit, *tutor hæredis fundum
vendere, & legatario quantitatem offerre
annuam, quam viuus pater familias ex locatione
fundi redigere consueuerat*, quasi non aliter
permittatur vendi fundum, ac si cautum sit
legatario circa legati consequutionem iuxta
antiquum redditum, quod vtiq; nostræ sentē-
23 tiæ non contradicit, sed potiùs per tradita in
l. si quis libertis 2. *& l.Lucius Titius* 12.*ff. de
alim. & cib.legat.* confirmatur.

Tertiò, subnectimus cum *Napod. in hac cōsuetud.
si aliquis, ver.nepos, num.*44. alimento-
24 rum præstationem, hic statutām, ad formam
succedendi de iure communi reduci; infertur
25 enim ex eo, quia bonorum fructus pro alimentis
inter descendentes gradus inæqualis
in stirpem diuidi, ac nepotum portionem
eandem esse, quæ eorum patri si viueret concurrenti
cum fratribus deberetur, sancitur.

Vlteriùs bona nunc quæsita alimentorum
26 oneri non supponi, dicitur enim in *textu* nostro,
*De bonis verò per eum acquisitis non tenetur
pater auus, & proauus paternus dare liberis
quicquam pro vita, & substematione*: quare
ascendentibus indulgeri, ne ex his bonis alimenta
tradant descendentibus, inferri posse,
27 videtur, & hanc nostram corruptelam potiùs
dicendam maluit *Camill. Saler. in apost.incip.
ista consuetudo*, cum non tantum ius ciuile,
in l.si quis à liberis, ff.de liber.agnoscen. & alibi,
28 sed & naturæ, quod est immutabile *instit. de
iur. natur. §.penult.* tali *Consuetudine* subuerti
29 videatur, & statutum siuè pacta quælibet, filiorum
alimentis derogantia, inania æstimari
apud omnes, idem *Salern.* notat.

Refellitur tamen *Salern.* dictum, de iniqui-
30 tate redarguentis statutum nostrum, ac eundem
à se ipso deceptum dicimus, credentem,
ius alimentorum nostra *Consuetudine* quodā-
31 modo sublatum; ea enim de quibus *Consuetudine*
non est dictum, sub dispositione iuris
32 communis remanserunt, ac indè cuilibet descendenti
vltra portionem alimentorum consuetudinariam
in bonis antiquis, & maternis,
ius petendi alimenta de iure communi super
bonis quæsitis competere, eiusdem tamen iuris
communis dispositione seruata, senserunt
*Napod. hic ver.quicquam nu.*46. *Molfes. par.*5.
*quæst.*5.*num.*9. *Pronens. sup. cit.obseru. vnic.ad
hanc consuet.num.*15.*Tho.Naucl.& alij* ab eisdem
relati, ac ex mente eiusdem *Saler.* adhuc
percipi videtur, citat enim *Napod.* mox à no-
33 bis relatum, ergo cum eodem concludere dicendum
est, ac illa verba *Consuetudinis*, de
quibus supra, ad casum quando filius potest
se alere, vel exhæredari posset, vel quando absque
iuxta causa nollet cum patre suo habitare
iuxta sententiam *Andr.in constit.comitibus in
34 princ.* reducenda putat. Quare æquissimum
hoc nostrum ius esse *Consuetudinarium*, nec
derogatum ab eo iuri communi, patet.

CAPVT QVARTVM.

Verba Textus explicantur.

De supplendis alimentis filijs per patrem, si fructus dotalium bonorum non sufficiant, & de eisdem à consuetudine statutis filijs etiam regularibus præstandis, & an iuris communis dispositio per determinatām alimentorum præstationem cōsuetudinariam correctio desumatur?

SVMMARIVM.

*Filijs vtriusq; sexus æqualis definitur portio alimentorum, num.*1.*&* 2.
*Suppleri debet, quod deest ad fulcimētum filiorum per patrem etiam ex bonis proprijs, num.*3. *& percipitur tam ex iure naturæ, nu.*4. *quam ex iure communi Romanorum, num.*5. *& ex verbis consuetudinarijs, num.*6.
*Dotes possunt esse magni pretij, sed exigui redditus, num.*7.
*Electio restituendi dotes vice alimentorum, an sit patris, an verò filijs competat, n.*8.
*Pater dotes dando filijs, non ideò liberatur à præstatione alimentorum. si fructus dotales non sufficiant, num.*9.
*Regularibus debētur alimenta si non sint mendicantes, n.*10.*& quare, n.*12.
*Monaci dicuntur mortui quoad matrimonium, non verò quoad comedendum, n.*11.
*Legatum monacis factum pro alimentis non aliter valet, quam vt stabilia vendantur, num.*13. *&* 14.
*Iesuitæ sunt mendicantes, num.*15.
*Mendicantes possunt recipere stabilia cum onere celebrationis missarum, & quomodo, nu.*16.
Text.in l.cum vnus, §.fin.ff.alim., & vib.legat.an
à Con-


à Consuetudine corrigatur? n.17. & vtriusq; iuris dispositio explicatur, num.18. & 19.

QVæ precedenti *Consuetud.* dicta fuere,
1 hic latiùs declarantur; filijs enim tàm masculis, quàm fœminis fructuum dotalium æqualis portio debetur pro alimentis, & substentatione, ac ipsas filiorum, domi paternæ morantium, portiones, pater retinet, prout & vxoris eius siue viuat, siue mortua sit. Quare masculorum,
2 ac fœminarum conditionem æqualem esse in materia alimentaria; patet, quilibet enim eget alimentis, ideòq; *Modestinus Iuris Consultus in l. verba testamenti 5. ff. de alim. & cibar. legat.* in ea facti specie, si liberis testatoris, quos charos habuerit cibaria præstari arbitrio hæredis sit scriptum, *Non ijs tantùm, quos commendauit, & cum hæredibus esse iussit, sed omnibus liberis cibaria relicta proponi, quorum modus viri boni arbitrio statuendus sit*, respondit.

Ex illis verbis, *Pro alimentis, & substentatione* certissimam desumendam conclusio-
3 nem puto, si fructus portionis bonorum, ex quibus alimenta veniunt præstanda, non sufficiãt, adhuc patrem, quod deest filijs, compellendum vt suppleat, prout & *Napod.* sensijt in *consuet. si quis habet, ver. & maternorum, nu.27.* eaque potissima de ratione, quia super iure
4 naturæ huiusmodi alimentorum præstatio ad fulcimentum videtur fundari, *l. si quis à liberis, ff. de liber. agnoscen.*, ac ideò quod deest supplendum *authen. de trien. & semis. §.1.* & ex
5 iuris communis dispositione in *l. Lucius Titius 12. sup. cit. tit.* vbi *Paulus respondit cibaria, & vestiaria liberis defuncti integra deberi, neque ex eo, quod postea prædia his, pignoris iure, testator obligare voluit, vt ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat, videri*, non obscurè percipi
6 agnoscatur, idemq; residet in ipsa fructuum bonorum dotalium designatione consuetudinaria, cum aliquando dotes esse possint ma-
7 gni pretij, redditus tamen exigui, nec ideò dicendum, nil vltra filijs deberi, ne eisdem alimenta denegata dicantur, vt idem *Napod.* aduertit. Quare (quicquid sit de eo, an patris
8 potiùs sit in electione dotem restituere filijs, soluto matrimonio, an verò fructuum portionem cuiq; correspondere, an verò filiorum, quasi eisdem duplex auxilium tribuatur, vt idem *Napod.* dixit *ibid.*) non ideò sequitur,
9 adeò patrem liberari à præstatione alimentorum per dotium factam restitutionem, vt nil egenis filijs, si fructus dotium non sufficiunt, debeatur, nam verè tenetur pater, etsi dotium adhuc debitor nõ sit, quod *Ant. de Alex. ibid. in apost. incip. ex hac glos. lit. A. fol. 219.* confirmauit.

Hinc etiam filijs regularibus deberi alimẽ-
10 ta, si tamen Mendicantium religionem non fuerint ingressi cum *cit. Napod. ver. decesserit,*
11 *num.41.* tenendum censeo, habentur enim pro mortuis monaci quoad matrimonium *authent. de nupt. §. occasionem collat.4.* non item quoad comedendum, vt dixit *glo. in authent. idem est, C. de bon. quæ liber.* ideoq; cibaria eisdem à lege, & statuto definita præstanda, quod ideò in Mendicantibus non procedit,
12 cum ijs mendicitas status, ac regula alimenta quæq; interdicat, quæ publico quæstu non veniunt, vt in *cap.1. extra de relig. domi. in 6.*
13 ac non aliàs valere eisdem legatum factum bonorum, quàm vt vendantur, & pretium alimentis deseruiat, & necessarijs Ecclesiæ, traditur à *Napodan. ibid. num.42.* & consonant quæ aliàs diximus *tit.3. de success. morien. sine*
14 *fil. ex testam. cap. vnic. à num.44.* quibus nunc addo licere Mendicantibus (prouti aliàs etiam
15 diximus esse PP. Iesuitas, & habetur in *decis. Rotæ 101.*) hæreditates recipere, & stabilia,
16 si pium onus celebrationis missarum super eisdem impositum fuerit, de quo controuersia extitit Romæ in Congregatione Reuerendæ Fabricæ, iuxta tradita per *Illust. de Luca discur.63. de regular.* Quod ea de ratione confirmari sentio respectu PP. Societatis Iesu, quia temporis opportunitas ad vendendum non excluditur à regulis, & *Constitutionibus* eiusdem.

Neque dicas *l. cum vnus, §. fin. ff. de alim. le-*
17 *gat.* vbi, *Alimentis viri boni arbitratu relictis, ab hærede suo pro modo legatæ dotis, quam solam pater ex hæreditate filiæ nubenti dari voluit, non pro viribus hæreditatis, sed pro incrementis ætatis eam exhibendam esse*, Iuris Con-
18 sultus respondit, correctam, nam alimenta extra domum filijs eadem semper deberi, cõstat, si puberes sint, & sic ætatis diuersitas nõ attendenda, vt *Napod.* obseruat in hac *Consuetud. quod si aliquis, ver. pro rata, num.36.* prętereà in *eod. §. alimentis*, testator ipse alimenta
19 pro ætatis incremento præstanda mandauit, ideoq; testatoris voluntas spectanda: aliter est per nostrum ius *Consuetudinarium*, quo simpliciter alimenta deberi traditur pro modo maternæ dotis.



CA-

CAPVT QVINTVM.

Consuetudinis, mulier de dotibus,

ET

Consuetudinis, in omnibus, eod. tit. explicatio.

De alendis filijs per matrem etiam vltra triennium, ijsdem educandis, & an quandoque pupilli voluntas attendatur si mali suspicio non adsit?

SVMMARIVM.

Consuetudine, mulier de dotibus, *agitur de alimentis liberis præstandis per fœminas, num.* 1. *& explicatur, n.* 2.

Consuetudo in eo, quia dotes integras seruari fœminis disponit conuenit cum iure communi, num. 3.

Dotis conditio deterior fieri nequit, num. 4.

Mulier filium alere tenetur infra triennium, nec ità hoc ius commune corrigitur, nu. 5. 6. 13. *&* 14. *item & inopem, n.* 7.

Auus, & Auia materna nepotes pauperes alere debent, num. 8.

Prouensalis *opinio, & aliorum circa mulieres, quæ tenentur liberos alere, & de quibus nam bonis, traditur, n.* 9. *&* 10.

Consuetudo, mulier de dotibus, *de mulieribus iterum nubentibus loquitur, n.* 11.

Filij primi matrimonij quando à matre sint alendi? num. 12.

Interesse dotium denegari potest mulieri, quæ filios alere renuit, num. 15.

Admiratio Napodani *de eo, cur paterfamilias alere vxorem teneatur ex fructibus dotium, vxor verum virum suũ nequaquam? tollitur, nu.* 16. 17. *&* 18.

Ius commune an corrigatur à municipali circa paritatem donatiui, & quartæ statutam? traditur, n. 19. *&* 20.

Educatio filiorum, cuinam potiùs competit postquam mater alias nuptias contraxit, n. 21.

Fœminis regulariter munus tutelæ non competit, sed aliquando conceditur, n. 22. *&* 23.

Mulier non potest coerceri ad tutelam suscipiendam filiorum, & nepotum, n. 24. *sed recipiens tenetur satisdare, ac renunciare beneficio S.C. Velleiani, & omni legum auxilio, nu.* 25. *& secus nulliter eidem tutela confertur, n.* 26. *ac defectus tutelæ non tollitur, etiam si renunciatio huiusmodi sequatur, num.* 27.

Mulier testamento mariti relicta tutrix, an valeat absq; renunciatione S.C. Velleiani tutelam suscipere, n. 28. *&* 29.

Mulier transiens ad secunda vota priuatur tutela filiorum, num. 30. *& habet tantùm ius nominandi alium tutorem filio suo, n.* 31. *qui si fuerit idoneus a Iudice confirmatur, n.* 32.

Mulier perdit educationem filiorum propter vitricum, num. 33.

Educatio pupillorum iudicis arbitrio conceditur, num. 34. *& quomodo, n.* 35.

Educatio quandoq; matri conceditur filiorum, n. 36. *præcipuè si non speret succedere filijs, n.* 37. *& vitricus sit bonæ conditionis, n.* 38.

Suspecto denegatur educatio pupillorum, n. 39.

Concurrentibus pro educatione pupillorum matre, ac auo paterno, cuinam potiùs concedenda sit? num. 40. *remissiuè.*

Volũtas pupillorum circa eum, à quo velint educari quandoq; attendenda, nu. 41. *etiam si vitricus eligatur, num.* 42.

Educator quilibet prohibetur nuptias, siuè sponsalia cum educato contrahere, nu. 43. *&* 45. *prout tutor cum minore, n.* 44.

Obligatio educati ad beneficium educantis improbatur, n. 46. *sicuti minoris ad beneficium tutoris, n.* 47. *etiam si agatur bonâ fide, & palam, sed contra, n.* 48. *remissiuè.*

Fraudis suspicio cessat inter palam contrahentes, n. 49. *sed non defectus tutoriæ authoritatis, num.* 50.

Fœminæ ad imparia iudicantur per ius nostrum Consuetudinarium circa materiam alimentorum, & quomodo, n. 51. *&* 52. *& masculi sunt magis priuilegiati, nu.* 53.

Mater tenetur de excadentijs alimenta dare filijs, vel diuitibus, n. 54.

Consuetudo, in omnibus, *consonat iuri communi, num.* 55. *& quomodo, num.* 59.

Alimenta possunt denegari ijsdem de causis, quibus possunt filij exhæredari, num. 56. *& recensentur, n.* 57. *remissiuè, nec sunt illæ, quibus reuocari potest donatio, n.* 58.

Pendente iudicio super probatione legitimæ causæ denegandi alimenta filio, sunt dandæ litis expensæ de iure consuetudinario, de iure verò communi alimenta, n. 60. *&* 61. *& de ratione, nu.* 62. *remissiuè.*

1 HVc vsq; de onere alimentorum ascendentibus masculini generis, per *Consuetudines* iniuncto, est dictum, hic de alimentis præstandis descendentibus per fœminas, tractatur. A *Camill. Saler.* ità breuiter summatur, *Mulier de dotibus, donatiuo, quarta, & fructibus non tenetur liberis alimenta præstare; de excadentijs verò tenetur cuilibet pro virili, persona sua etiam computata.*

Quare aduertendum, istud ius nostra *Consue-*


à Consuetudine corrigatur? n.17. & vtriusq; iuris dispositio explicatur, num.18.& 19.

1 QVæ præcedenti *Consuetud.* dicta fuere, hic latiùs declarantur; filijs enim tàm masculis, quàm fœminis fructuum dotalium æqualis portio debetur pro alimentis,& substentatione, ac ipsas filiorum, domi paternæ morantium, portiones, pater retinet, proùt & vxoris eius siue viuat, siue mortua sit. Quare masculorum,
2 ac fœminarum conditionem æqualem esse in materia alimentaria; patet, quilibet enim eget alimentis, ideòq; *Modestinus Iuris Consultus in l.verba testamenti 5.ff. de alim. & cibar. legat.* in ea facti specie, si liberis testatoris, quos charos habuerit cibaria præstari arbitrio hæredis sit scriptum, *Non ijs tantùm, quos commendauit, & cum hæredibus esse iussit, sed omnibus liberis cibaria relicta proponi, quorum modus viri boni arbitrio statuendus sit,* respondit.

Ex illis verbis, *Pro alimentis, & substentatione* certissimam desumendam conclusio-
3 nem puto, si fructus portionis bonorum, ex quibus alimenta veniunt præstanda, non sufficiãt, adhuc patrem, quod deest filijs, compellendum vt suppleat, proùt & *Napod.* sensijt in *consuet.si quis habet, ver.& maternorum, nu.*27. eaque potissima de ratione, quia super iure
4 naturæ huiusmodi alimentorum præstatio ad fulcimentum videtur fundari, *l.si quis à liberis, ff.de liber.agnoscen.*, ac ideò quod deest supplendum *authen.de trien.& semiss.§.1.* & ex
5 iuris communis dispositione in *l. Lucius Titius 12.sup.cit.tit.* vbi *Paulus respondit cibaria, & vestiaria liberis defuncti integra deberi, neque ex eo, quod postea prædia his, pignoris iure, testator obligare voluit, vt ex redditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quæ reliquerat, videri*, non obscurè percipi
6 agnoscatur, idemq; residet in ipsa fructuum bonorum dotalium designatione consuetudinaria, cum aliquando dotes esse possint ma-
7 gni pretij, redditus tamen exigui, nec ideò dicendum, nil vltra filijs deberi, ne eisdem alimenta denegata dicantur, vt idem *Napod.* aduertit. Quare (quicquid sit de eo, an patris
8 potiùs sit in electione dotem restituere filijs, soluto matrimonio, an verò fructuum portionem cuiq; correspondere, an verò filiorum, quasi eisdem duplex auxilium tribuatur, vt idem *Napod.* dixit *ibid.*) non ideò sequitur,
9 adeò patrem liberari à præstatione alimentorum per dotium factam restitutionem, vt nil egenis filijs, si fructus dotium non sufficiunt, debeatur, nam verè tenetur pater, etsi dotium adhuc debitor nõ sit, quod *Ant. de Alex.ibid. in apost.incip. ex hac glos. lit.A. fol.* 219. confirmauit.

Hinc etiam filijs regularibus deberi alimẽ-
10 ta, si tamen Mendicantium religionem non fuerint ingressi cum *cit. Napod. ver. decesserit,*
11 *num.* 41. tenendum censeo, habentur enim pro mortuis monaci quoad matrimonium *authent.de nupt.§.occasionem collat.*4.non item quoad comedendum, vt dixit *glo. in authent. idem est, C.de bon. quæ liber.* ideoq; cibaria eisdem à lege, & statuto definita præstanda, quod ideò in Mendicantibus non procedit,
12 cum ijs mendicitas status, ac regula alimenta quæq; interdicat, quæ publico quæstu non veniunt, vt in *cap.1. extra de relig. domi. in 6.*
13 ac non aliàs valere eisdem legatum factum bonorum, quàm vt vendantur, & pretium alimentis deseruiat, & necessarijs Ecclesiæ, traditur à *Napodan.ibid.num.*42.& consonant quæ aliàs diximus *tit.3.de success.morien.sine*
14 *fil.ex testam. cap.vnic. à num.*44. quibus nunc addo licere Mendicantibus (proùt aliàs etiam
15 diximus esse PP.Iesuitas, & habetur in *decis. Rotæ* 101.) hæreditates recipere, & stabilia,
16 si pium onus celebrationis missarum super eisdem impositum fuerit, de quo controuersia extitit Romæ in Congregatione Reuerendæ Fabricæ, iuxta tradita per *Illust. de Luca discur.63.de regular.* Quod ea de ratione confirmari sentio respectu PP. Societatis Iesu, quia temporis opportunitas ad vendendum non excluditur à regulis, & *Constitutionibus* eiusdem.

Neque dicas *l.cum vnus, §.fin. ff.de alim. le-*
17 *gat.* vbi, *Alimentis viri boni arbitratu relictis, ab hærede suo pro modo legatæ dotis, quam solam pater ex hæreditate filiæ nubenti dari voluit, non pro viribus hæreditatis, sed pro incrementis ætatis eam exhibendam esse,* Iuris Con-
18 sultus respondit, correctam, nam alimenta extra domum filijs eadem semper deberi, cõstat, si puberes sint, & sic ætatis diuersitas nõ attendenda, vt *Napod.* obseruat in hac *Consuetud.quod si aliquis, ver.pro rata, num.*36.prçterea in *eod. §.alimentis*, testator ipse alimenta
19 pro ætatis incremento præstanda mandauit, ideoq; testatoris voluntas spectanda: aliter est per nostrum ius *Consuetudinarium*, quo simpliciter alimenta deberi traditur pro modo maternæ dotis.



CA-

CAPVT QVINTVM.

Consuetudinis, mulier de dotibus,

ET

Consuetudinis, in omnibus, eod. tit. explicatio.

De alendis filijs per matrem etiam vltra triennium, ijsdem educandis, & an quandoque pupilli voluntas attendatur si mali suspicio non adsit?

SVMMARIVM.

Consuetudine, mulier de dotibus, *agitur de alimentis liberis præstandis per fœminas, num. 1. & explicatur, n. 2.*

Consuetudo in eo, quia dotes integras seruari fœminis disponit conuenit cum iure communi, num. 3.

Dotis conditio deterior fieri nequit, num. 4.

Mulier filium alere tenetur infra triennium, nec ità hoc ius commune corrigitur, nu. 5. 6. 13. & 14. item & inopem, n. 7.

Auus, & Auia materna nepotes pauperes alere debent, num. 8.

Prouensalis *opinio, & aliorum circa mulieres, quæ tenentur liberos alere, & de quibus nam bonis, traditur, n. 9. & 10.*

Consuetudo, mulier de dotibus, *de mulieribus iterum nubentibus loquitur, n. 11.*

Filij primi matrimonij quando à matre sint alendi? num. 12.

Interesse dotium denegari potest mulieri, quæ filios alere renuit, num. 15.

Admiratio Napodani *de eo, cur paterfamilias alere vxorem teneatur ex fructibus dotium, vxor verum virum suũ nequaquam? tollitur, nu. 16. 17. & 18.*

Ius commune an corrigatur à municipali circa paritatem donatiui, & quartæ statutam? traditur, n. 19. & 20.

Educatio filiorum, cuinam potiùs competit postquam mater alias nuptias contraxit, n. 21.

Fœminis regulariter munus tutelæ non competit, sed aliquando conceditur, n. 22. & 23.

Mulier non potest coerceri ad tutelam suscipiendam filiorum, & nepotum, n. 24. sed recipiens tenetur satisdare, ac renunciare beneficio S.C. Velleiani, & omni legum auxilio, nu. 25. & secus nulliter eidem tutela confertur, n. 26. ac defectus tutelæ non tollitur, etiam si renunciatio huiusmodi sequatur, num. 27.

Mulier testamento mariti relicta tutrix, an valeat absq; renunciatione S.C. Velleiani tutelam suscipere, n. 28. & 29.

Mulier transiens ad secunda vota priuatur tutela filiorum, num. 30. & habet tantùm ius nominandi alium tutorem filio suo, n. 31. qui si fuerit idoneus a Iudice confirmatur, n. 32.

Mulier perdit educationem filiorum propter vitricum, num. 33.

Educatio pupillorum iudicis arbitrio conceditur, num. 34. & quomodo, n. 35.

Educatio quandoq; matri conceditur filiorum, n. 36. præcipuè si non speret succedere filijs, n. 37. & vitricus sit bonæ conditionis, n. 38.

Suspecto denegatur educatio pupillorum, n. 39.

Concurrentibus pro educatione pupillorum matre, ac auo paterno, cuinam potiùs concedenda sit? num. 40. remissiuè.

Volũtas pupillorum circa eum, à quo velint educari quandoq; attendenda, nu. 41. etiam si vitricus eligatur, num. 42.

Educator quilibet prohibetur nuptias, siuè sponsalia cum educato contrahere, nu. 43. & 45. prout tutor cum minore, n. 44.

Obligatio educati ad beneficium educantis improbatur, n. 46. sicuti minoris ad beneficium tutoris, n. 47. etiam si agatur bonâ fide, & palam, sed contra, n. 48. remissiuè.

Fraudis suspicio cessat inter palam contrahentes, n. 49. sed non defectus tutoriæ authoritatis, num. 50.

Fœminæ ad imparia iudicantur per ius nostrum Consuetudinarium circa materiam alimentorum, & quomodo, n. 51. & 52. & masculi sunt magis priuilegiati, nu. 53.

Mater tenetur de excadentijs alimenta dare filijs, vel diuitibus, n. 54.

Consuetudo, in omnibus, *consonat iuri communi, num. 55. & quomodo, num. 59.*

Alimenta possunt denegari ijsdem de causis, quibus possunt filij exhæredari, num. 56. & recensentur, n. 57. remissiuè, nec sunt illa, quibus reuocari potest donatio, n. 58.

Pendente iudicio super probatione legitimæ causæ denegandi alimenta filio, sunt dandæ litis expensę de iure consuetudinario, de iure verò communi alimenta, n. 60. & 61. & de ratione, nu. 62. remissiuè.

HVc vsq; de onere alimentorum ascendentibus masculini generis, per *Consuetudines* iniunctο, est dictum, hic de
1 alimentis præstandis descendentibus per fœminas, tractatur. A *Camill. Saler.* ità breuiter summatur, *Mulier de dotibus, donatiuo, quarta, & fructibus non tenetur liberis alimenta præstare; de excadentijs verò tenetur cuilibet pro virili, persona sua etiam computata.*

Quare aduertendum, istud ius nostra *Consue-*

suetudine dictum, quatenus dotes absq; præstationis onere alimentorum fœminis conseruat, conuenire cum communi, per quod do-
4 tis conditionem deteriorem, vel consentiente muliere haud fieri posse, sancitur *l. Attilicinus, & l. de die, ff. de pact. dotal.* & est quod aliàs in *sup. explic. consuet. si quis,* dictum fuit, ibi, *Itaq; matri ipsi, mortuo viro, nullum præiudicium suis dotibus, quas, mortuo viro, liberas habere debet, generetur.*

Nec talis alimentorum denegatio ex fru-
5 ctibus dotis ità absoluté interpretanda, vt ex alio capite ius commune corrigi censeatur, &
6 nec infrà triēnium mulier filios alere teneatur contra *Text. l. penult, vbi glo. C. de patr. potest.*
7 item nec inopem, qui aliundè non habeat, cōtra id, de quo in *l. si quis à liberis, §. vtrum, ver. ergo, & mater,* in *l. penult. ff. de liber. agnosc. auth. si pater, C. de diuor.* & scripta per *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 14. per tot. Paschal. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 3. num. 51.* quod & in auo, auiaq;
8 materna locum vindicare, habetur in *l. non quemadmodum, ff. de liber. agnoscen.*, his enim casibus, siuè sit vera *Prouens.* opinio *in obseruat. ad hanc consuet. num. 11.* tenentis, continuari
9 hìc tractatum, & casum, in quo adsunt bona antiqua, ex quibus possit se alere filius, & sub-
10 sidium ideò excludi; siuè sententiam amplexemur eorum, qui sentiunt *Consuetudinem* istam respectu mulieris, quæ ad secundas nuptias conuolauit, solummodò interpretari,
11 quo casu dotis fructus ad virum spectant pro oneribus matrimonij sustinendis, *l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. de diuisione 5. cum duab. seq. ff. sol. matrim. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 41. qui nu.*
12 10. concludit vno tantùm casu posse filios primi matrimonij ali à matre, dum aliquæ supersunt quantitates post quam ipsa, vir eius,
13 ac filij secundi matrimonij alimenta receperunt; vtrumque ius consonat *Nouar. quæst. forens. to. 2. quæst. 10. per tot.* & expressè intra
14 triennium filios à matre alendos docuit *Napod. in consuet. viro mortuo, §. hæredesq; de iur. dot. ver. communes num. 75.* ac in casu contra-
15 rio, dotium interesse mulieri deneganti alimenta haud dandum, scribit.

Hinc non ea admiratione, qua apud *Na-*
16 *pod. hic ver. de dotibus num. 56.* habitum fuit; dignum esse censeo, cur paterfamilias ex dotibus vxori suæ alimenta; ipsa verò vxor haud dare teneatur; patet enim disparitatis ratio,
17 nam dotis fructus vir habet ideo, vt se, suosq;
18 alat, & mulieribus integras conseruari dotes ad publicam vtilitatem, procreandam sobolem, replendasq; liberis hominibus ciuitates, interest *l. 1. ff. sol. matrim.* quam rationem *Prouensal. ibid. num. 5.* exornauit, *& num. 7.* ius
19 commune dicit corrigi in eo tantùm, quia
20 hac municipali lege donatiuum, & quarta parificantur, licet tali sententiæ obici *tit. in authent. de æqual. dot. & donat. propter nupt.*, videatur.

Incidenter nunc videamus filiorum educa-
21 tio cui nam concedatur si mater secundas contraxerit nuptias? poterat enim etsi fœmi-
22 na, cui regulariter tutelę munus, quod dicitur virile, interdicitur *l. fin. ff. de tutel. l. 1. C. quando mul. tutel. offic. fun. potest,* dum vidua erat
23 filij, item & nepotis tutelam administrare *Authen. matri, & auiæ eod. tit. C. quando mul. tut.*
24 *offic. fun. pot.* dummodò nō coacta, vt ex *Hieron. Gabriel. consil. 29. num. 49. lib. 2.* refert *Paschal. de vir. patr. potest. par. 3. cap. 10. num. 2.* &
25 ante susceptionem tutelæ secundis nuptijs, *Velleiano Sen. Cons.* & omni legum auxilio re-
26 nunciauerit, cum aliàs tutelæ datio esset nulla, *Capyc. decis. 50. num. 5. Nat. cons. 43. nu. 2. lib. 1. Purp. cons. 334. num. 2. lib. 1. Bursat. consil. 130. num. 4. lib. 1.* & alij apud eundem *Paschal. num. 13.* qui & *num. 15.* defectum tutelæ pro-
27 pter huiusmodi renunciationem non sequutam, haud tolli posse si renunciatio sequenti
28 die suppleatur, & mater non sit testamentaria tutrix dixit, item *Boer. dec. 124. n. 13.* & alij, &
29 hoc ipsum valere si testamētaria fuerit tutrix, dixerunt etiam *Rolan. à Val. consil. 76. num. 7.*
30 *Natt. cons. 143. n.* . sed eo ipso, quod ad secundas conuolauerit nuptias, tutelæ munere priuatur *l. omnem, C. ad Sen. Cons. Tertull.*, ac
31 ipsi tantùm ius nominandi filio tutorem ido-
32 neum, qui talis à iudice compertus, confirmabitur *Fab. Ann. cons. 50. num. 4. & seqq.* su-
33 pererit; multoq; fortiùs propter vitricum eiusdem filij educationem perdit, & hoc contineri in *Textu l. 1. C. vbi pupill. educ. debe.* voluere *de Franch. dec. 350. nu. 3. & Ancar. consil. 316. 2. col. vers. & antequam.*

At ne tàm sicco pede pertranseamus, ad rei explanationem nonnulla distinguere conue-
34 nit. Itaque sciendum, ex iudicis arbitrio pendere, cui educatio pupillorum sit concedenda,
35 ortaq; de educatione controuersia, inspecta personarum qualitate, affectione, coniunctione sanguinis, & qui magis ad suspicionem ex spe successionis proprior est, dirimetur; cum ex istis vtrum apud vnum, aut alterum morari debeat, æstimabit iudex *d. l. 1. & 2. eod. tit.* & habetur apud *Menoch. cons. 62. num. 12. & seq. lib. 1. Fab. Ann. cons. 33. & singul. 395. & Morot. consil. 74. num. 11.* hinc fit, vt filiorum
36 educatio matri quoque tribuatur, nulli enim
37 potiùs committenda, si morienti filio succedere, nil est, quod sperare valeat mater, *de Franch. decis. 350. in fin. R. de Pont. decis. 20. nu. 25. R. Rouit. dec. 8. num. 5. Reg. Tap. decis. 51. & Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 95. à n. 16.* qui quamplurimas in eadem re adducunt decisiones, ipsisq; adhæret *Paschal. vbi sup. n. 26.*
38 quod nec controuerti valet, si talis sit conditionis vitricus, vt omnis prorsus mali suspi-

cio

cio in priuignum cesset *Surd.de alim.tit.1. sup. cit.quæst.41.num.7.*

E contra si mali aliqualis suspicio adest,
39 suspecto denegatur pupilli educatio, etiam si paternæ huius voluntati resistere oportuerit *Viu.dec.16.in fin.Gramm.decis.55. Mastrill. decis.235.lib.3. Thor.in compen.par.1. ver.pupilli educatio,& Fontanell.de pact.nupt. tom.2. claus.5.glos.8.par.11. num.17.* habetur enim ex *Vulp.in l.1.ff.eod. Id Prætorem agere oportere, vt sine vlla maligna suspicione alatur partus*; videndiq; sunt *Hyppol.Maia lib.1.consult. ciuil.consult.31. Valans. cons.36.par.1. R.de Marin. vbi sup. num.24.& Cons. de Mesa variar.resol.lib.2.cap.25.per tot.* vbi si mater, quę
40 ad viduitatem rediit, & auus paternus concurrant ad petendam filii, ac nepotis respectiuè educationem, cuinam potiùs concedenda veniat?

Solet quandoq; pupilli voluntas declaran-
41 tis, se penès aliquem educari velle, attendi, si proximus sit pubertati, prout tenet, ac decisum refert *Molfes. in addit. ad par.3. de success. ab intest. quæst. 11. num,3.* sequitur *Ricc.in addit. ad cit. dec. 350. de Franch.* aliosq; citat *Pa-*
42 *schal.sępè cit.par.3. cap.10. num.29.* affirmantes, idem iuris esse si vitricus eligatur in educatorem.

Quisquis tamen sit educator, ei prohibe-
43 tur per *Reg.Pragm.vnic.de educ.puer.* nuptias, siuè sponsalia cum educato contrahere: donationesq; promissiones, aliiq; contractus ad beneficium educatoris, siuè personæ eidem con-
44 iunctæ, annullantur, ac dispositum in tutore in *l.1.C.de interd.matrim.l.non solum, ff.de rit.nupt.& in l.fin.C.de tempor. in integr.restit.*
45 *pupill.* cernimus hoc regno ampliatum in educatore, *Nouar. super ead. pragm. collect.2. num.2.* eodemq; modo obligatio educati in
46 educatorem facta per nostram *pragm.* ac minoris ad beneficium tutoris interdicitur per *Text.l.pupillus,ff.de author.tutor.l.si in emptione,§.fin.& l.licet,ff.de contrahen. empt.* etiam
47 si palam, & bona fide inter tutorem, & pupillum agatur, vt ex *Cald. Pereir. in l. si curatorem, C.de in integr.restit.minor.ver.contractum fecisti,num.31.vers.sed verius,* tenet *Paschal.de vir.patr. potest. par.1. cap.4.num.13.* quicquid
48 alii ab *eod.* relati sentiant in contrarium, nam licet inter palam contrahentes fraudis suspi-
49 cio cessare videatur, defectus tamen tutoriæ
50 authoritatis, sine qua pupillus contrahere non valet, *l.obligari, ff.de author.tutor. & l.pupillo, ff.de solut.*, non tollitur minore ad beneficium tutoris stipulante, etiam ipso tutore intercedente.

Redeuntes ad nostri *Text.* explanationem,
51 dicimus parentes à *Consuetudinario* nostro
52 iure ad imparia, vt dicitur, iudicari; masculus enim ex bonorum fructibus portionem retinet pro vxore adhuc mortua, fœmina verò cum pro marito nil valeat habere, vt in hoc *text.*, non item; hinc *Napod.* in hac *Consuet. ver.pro se,nu.68. & 69. Molfes. par.5.de alim. præstan.quæst.6.num.20.& 21.& alii,* masculos magis honoratos, & priuilegiatos in huiusmodi fructuum diuisione, in succedendo, & disponendo dicendos esse, inferunt, etsi aliter *Prouensal.obseruat.vnic.* ad hanc *Consuetud. à num. 16.* sentiat.

Illud subnectam, filiis, vel diuitibus alimē-
54 ta per matrem danda super excadentiis, deberiq; iure actionis, & quoad hoc vtriusque parentis æqualem causam esse *Napod.ver.quibuslibet,num.65.& Afflict. decis.10.*

Quæ habētur hic per *Consuetudinem, in om-*
55 *nibus,* adeò iuri communi consona sunt, vt ab eodem in *l.fin.* & ibi notata per *glo. C.de alen. liber.* discerpta, voluerit esse *Napod. in princ.* quo loco, ac in *Consuet. si quis habens eod. tit, num.8.ver.nolint,* regulam statuit generalem,
56 hæreditatem, & alimenta eisdem penè causis
57 denegari posse, & ab eodem causæ omnes
58 enumerantur, nec eas esse, ex quibus potest donatio reuocari, patet ex traditis *num. 82. in fin. Napod.* placitum confirmat *Prouens. in vlt.obseru.vnic. ad hanc consuet.à nu.6. & seqq.*
59 illudq; apud nos tamquam iuris tutamen habendum, non tamen vndiq; ex verbis *Consuetudinariis* probari, sed partim à communis iuris dispositione desumi, voluit.

Cœterum municipalis, & communis iuris superest annotemus diuersitatem, quam inter vtrũq; constituit *Napod.ver.contraxerint,n.83.*
60 dicens, iudicio pendente super probatione legitimæ causæ denegandorum alimentorum, ea interim haud filio danda si nostrum *Consuetudinarium* attendamus, sed litis expensas,
61 cum ex his, quæ in *l.si quis à liberis,§.si vel parentes, & §.si quis ex his,ff.de liber.agnosc. l.diuus,ff.de petit.hęred.& l.fin.C.de Carbon.edict.*
62 secus dispositum habeatur, & pro ratione consulas *Prouens.ibid.num.26.*

CAPVT SEXTVM.

Verba Textus explicantur.

De alendis liberis, vel fœminis, & quæ renunciauerint ex excadentiis, ac fructibus feudi materni, & de vita militiæ secundogenito, vel clerico in sacris constituto debita, item de alendis parentibus, aliisq; pauperi-

bus coniunctis, & de alimentis præstandis pauperi debitori carcerato, & an propter copiam eleemosynarum dici valeat superuacanea alimentorum præstatio creditoris?

SVMMARIVM.

Consuetudo, mulier de dotibus, *explicatur, nu.*1. 3.4.*&* 5.

Excadentiæ quid significent, num. 2.

*Fructus feudorum maternorum, an subiaceant oneri alimentorum filij, num.*6.9.10.*&* 17.

Text. l. 1. §. nec castrense, & §. sed an id, ff. de collat. bonor., & l. filiæ licet, §. cum autem, C. eod. *explicatur, n.*7.*&* 14.

*Feuda etiam inter excadentias numerantur, n.*8.

*Principi præiudicium non infertur per alimenta, quæ filijs ex fructibus feudorum dantur, n.*11.

*Feudatario priùs debentur alimenta ex fructibus feudi, num.*12.*etiam in perniciem creditorum, num.*13.

*Feudorum extra confinia positorum fructus à præstatione alimentorum non excluduntur, n.*15.

*Vita militiæ debetur fratri, vel clerico in sacris cõstituto, num.*16.

*Fratri secundogenito ius aliquod constituitur in feudo per vitam militiæ, num.*18.

*Alimenta debentur vtriq; parenti ex fructibus feudi filij, num.*19.

*Parentes à filijs alendi, num.*20.

*Patri non debetur vsusfructus bonorum filio à Principe donatorum, num.*21.*nec ideo tolluntur alimenta eidem debita, n.*22.

*Patri inopi filia, & gener debent alimenta etiam ex bonis dotalibus, n.*23.

*Alimenta filiabus debentur etiam viduis, & quæ renunciauerunt, n.*24.*&* 25.

*Exclusus à successione non excluditur ab alimentis, num.*26.*& renuncians successioni non æquè renunciarè censetur alimentis, num.*27.*etiam si renunciatio fuerit iuramento confirmata, num.*28.

*Filij debent ali excadentijs matris etiam si adsit pater diues, n.*29.

*Mulier pauper debet ali etiam per hæredes viri, num.*30.*adhuc extraneos, n.*31.

*Matri non ualenti succedere filio danda sunt alimenta, num.*32.

Soror alenda à fratre diuite, ideoq; non iuuatur beneficio authen. præterea, C. vnd. vir. & vxor. *num.*34.

*Patruo debentur alimenta per diuitem nepotem, num.*35.*& nepoti per auum, n.*36.

*Debitori pauperi carcerato debentur alimenta per creditorem, n.*37.*& quomodo taxentur, n.*38. *remissiuè, aliàs à iudice dimittendus, num.*39. *sed procedit si non habeat unde se alat, n.*40.

*Debitores non possunt in Ciuitate Neapolitana excarcerari ob defectum creditoris non præstantis eisdem alimenta, n.*41.*& quare, nu.*42. 44.*&* 45.

*Visitari quisnam possit pro debito, quomodo, & quãdo, n.*43.*remissiuè.*

*Praxis procedendi in causa paupertatis allegatæ, ut deueniatur ad liberationem debitoris; denegatis alimentis eidem à creditore, traditur, num.*46.

1 FRuctus *dotium, donatiui, & quarta* ab onere alimentorum excluduntur hic, eorumq; in vita mulieribus alienatio quælibet conceditur; at *excadentiæ* oneri aliendi filios, descendentesq; omnes in infinitum, vel ex pluribus nuptijs susceptos, subij-
2 ciuntur. Quare quid significet verbum illud consuetudinarium, *Excadentijs*, videamus, & *Napod.* sequuti *hic ver. iure successorio nu.* 63. quicquid mulieribus obuenit, *ex testamento etiam iure legati, vel ab intestato, siuè iure ciuili, siuè prætorio, siuè consuetudinario, siuè constitutionis regni, seù capitulorum*, eo dicimus ex-
3 pressum, quod & generalibus consuetudinarijs verbis, *de excadentijs verò omnibus, undecũq; sibi obuenientibus iure successorio, vel alio,*
4 *&c.* probatur, illa enim, *de dotibus, donatiuo, & quarta*, tamquam exceptio generalis regulæ, quæ sequitur, præponuntur, vt *Molfes. p.*5. *quæst.*11.*num.*44.*&* 45. vbi cur dos, donatiuũ,
5 & quarta excipiantur? notat. Quare, & si *Na-pod.* dubitet, an ex feudalibus maternis de-
6 beantur descendentibus alimenta? cum negatiuè respondendum videatur per *Text. l.*1. §. *nec castrense, &* §. *sed an id, ff. de collat. bonor. & l. filiæ licet, §. cum autem, C. eod.* vbi castrensia
7 bona in collatione haud venire traditur, nam ea præcipua tamquam propter onera dignitatis esse oportere, multis constitutionibus con-
8 tinetur, attamen cum & feuda inter excadentias rectè connumerari constet ex traditis ab
9 *cod. Napod.* idem de feudalibus, ac de allodialibus non immeritò dicendum esse videtur;
10 feudalibus enim qualitas non debet filijs nocere in his, quæ naturali quodam instinctu proueniunt, ipsaq; fructuum distributio ad
11 alimentum filiorum, nec qualitati feudali obest, nec Principi, cui adhuc feuda integra conseruantur, ac seruitium non tollitur: ipsi
12 enim feudatario prius alimenta debentur ex feudalium fructibus, vt valeat Principi seruire *Theodor. alleg.*28.*num.*27.*Camer. in cap. im-*
13 *perialem fol.*21.*à lit. M.* etiam in perniciem creditorum *Capyc. Latr. decis.*148.*à num.*25. *tom.*2.*Afflict. in constitut. si quis post litem, nu.*9. *vers. item quod remaneant, de Ponte cons.*34.*vol.*1.*& cons.*26.*vol.*2.*Capon.* latè *controuers.*10. & quod

quod superest iustum est liberis tribui, nil huic
14 sententiæ refragantibus iuribus supra relatis, quibus collatio castrensium, & pro dignitatis fulcimento traditorum, non conferri inter hæredes, dicitur.

Ceterum nec feudalia extra confinia exclu-
15 di si hoc, quod diximus, verum esse concludamus; prohibitio enim communis iuris feudorum, vt video, non adest, & sicuti fratri se-
16 cundogenito, vel clerico in sacris constituto vita militiæ debetur in feudo paterno à primogenito fratre, qui successit ad feudum, prout ex *de Franch.decis.*20. *de Pont. de potest. Proreg.tit.de assens.reg.*§.4.*in fin. Montan. ad l. imperialem*, §.*præterea ducatus, num.*139. *Par. de Put.de fin. feudor. cap.* 40. ità ex feudi ma-
17 terni fructibus alimenta filijs ipsis, præcipuè egenis, matre viuente præstari non prohibetur, cum magis sit illud, quam istud affirma-
18 re, nam ius quoddam fratri secundogenito, cui vita militiæ datur, constitui videtur, ac nō item filijs, in quos naturale debitum explicatur fructuum feudi participatione.

Idq; non vereor respectu vtriusq; parentis
19 in feudo filij affirmare, etiam ratione correlatiui, & cum alendos parentes à filio, præ cæ-
20 teris latè demōstret *Valens.cons.*12. nec quod ex *l.cum multa, C.de bon.quæ liber.* deducitur,
21 patri nempè vsumfructum non competere in donatis filio à Principe, obstat, cum per id
22 ipsum patri alimenta concessa videantur, illa enim exceptum faciunt patrem ab alimentis filio tradendis, ideoq; vsusfructus patri traditus videtur, ac deindè filio à patre, & pater ipse tutus factus in bonis proprijs, & à præstatione alimentorum exemptus, prout explicat *Surd.de alim.tit.*9. *quæst.*28.*num.*15.16.*&* 17.
23 Quare nec mirum si patri inopi à filia, & genero alimenta præstanda etiam ex bonis dotalibus, habetur per *Ann.alleg.*33.*& Thor. in compen.par.*1.*ver.alimenta.*

Debentur itaq; alimenta filijs super exca-
24 dentijs, ac id verum adeo esse, vt nec fœmi-
25 næ, siuè nuptæ sint, & quæ renunciauerint, siuè viduæ sint ab eorum consequutione excludantur, dixit *Napodan.ver.quibuslibet, nu.*67.
26 cum filia exclusa à successione, non exclùda-
27 tur ab alimentis, & renuncians successioni consequitur alimenta, *Surd.de alim.tit.*9.*q.*15.
28 *num.*3. *&* 5. etiam si renunciatio fuerit iuramento vallata, vt *Molin.in tract. de primog.hispan. lib.*2.*cap.*15. *num.*78. quod & confirmauit *Surd.*in alimentis filio debitis *tit.* 8. *priuil.* 56.*num.*59.& est quod *ibid.*traditur per *DD.*
29 *relat.n.*54. hocque seruari etiam si pater adsit diues, qui possit commodè filijs alimenta præstare dixit *Molfes.p.*5.*de alim.qu.*11.*nu.*47.
30 item mulier eiusq; hæredes virum si pauper sit alere tenentur *Soccin.in l.diuortio, nu.*18.*ff. sol.matrim. Surd. de alim.tit.*1. *quæst.*46. *Rouit. decis.*46. *Rouit. dec.*46. *num.*12. prout mulieri
31 inopi deberi alimenta per extraneos hæredes viri, si non deducantur dotes, voluere *de Frāch.decis.*489.*Molfes.par.*6.*qu.*10.*nu.*6.*Ricc.col-*
32 *lect. decis.*98. & non valenti succedere filio nato ex illicito coitu *de Franch.dec.*645.*Mol-*
33 *fes.par.*5.*quæst.*3.*num.*19. Fratres quoq; sororem inopem alere tenentur etiam inuiti, adeo
34 vt illi beneficio *authen.præterea, C.vnd.vir.& vxor.* propter fraterna alimenta, non compe-
35 tat. Rursus inopi patruo, cui per fratrem diuitem alimenta dabantur, nepos alimenta præstare cogitur *de Franch. dec.*178. *Mastrill. decis.*75.*num.*29. *Giurb. decis.*5. vbi decisum
36 pro amita contra nepotem, prout auus nepoti spurio, quem filius præmortuus genuit, illiusq; hæredes *de Franch.dec.*686. *Ricc.collect.* 962.*& alij.*

Et hic ad ornatum rei nostræ dicimus, de-
37 bitori pauperi alimenta præstanda per creditorem *Gramm.dec.*261.*Ricc.decis.*203.*& decis.* 250.*Nouar.in collect.*4.*sup.pragm.*5. *de carcer. num.*7.*Anna sing.*71. *Guid Pap.dec.*211. *Thor. in compen. par.*1. *ver.alimenta,* (vbi quomodo
38 taxentur) dixerunt, aliàs in pœnam carcera-
39 tum iudex dimittet; idq; tunc verum esse si
40 debitor pauper aliundè habere non possit, nec valeat emendicata stipe viuere, vt cæteris omissis, ex *Afflict.* habetur *decis.*71. Quarè in
41 hac ciuitate numquam pauperes debitores excarcerandos in defectum alimentorum non traditorum à creditore, affirmandum esse videtur, cum in carceribus continuò carceratis eleemosynæ distribuantur per Gubernatores Montis Pietatis, Misericordiæ, Pauperum Verecundorum, ac pijssimos nonnullarū Con-
42 gregationū Confratres, & Sodales, qui etiam creditoribus aliquādo satisfaciunt debitorum nomine, vt habetur per *R. Rouit.sup. pragm.*3. *de visit.seu recens.captiuor. num* 5. (qui multa
43 circa visitationem carceratorum, & quisnam valeat visitari, & pro qua nam causa?) cum
44 non rectè dici valeat, non habere vndè se alat illum, qui vltra beneficium visitationis tàm magno suffragio eleemosynarum poti-
45 tur, ac proindè nec dimittendum ob deficiētiam alimentorum à creditore non traditorum, vt defendit *Nouar.quæst. forens. par.*1.*qu.* 9. vbi à *num.*1. praxim refert procedendi in
46 causa paupertatis allegatæ, vt possit ad debitoris deueniri libertatem, alimentis denegatis à creditore.



TI-

TITVLVS OCTAVVS DE Iure dotium.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si mulier nupta, explanatio.

De dotibus filijsfamilias, nolentibus cũ patre habitare, restituendis, & an patri cẽseatur vsusfructus detractio adempta bonorum filij administratione prohibita? Dotes quando in continenti restitui debeant, siuè infra annum, soluto matrimonio, in corporibus, aut in pecunia? De annuis redditionibus ad vitam vxoris per virum perceptis, alimentis genero per socerum domi traditis, ac fructibus extra dotalium, & paraphernalium bonorum restituendis, & non restituendis: De nouatione in præiudicium dotis, & iurium dotalium anteriorum non admittenda: De exceptionibus fraudis, dotis non numeratę, & donationis aduersus dotes proponendis, vel non: Item bona, vel feudalia patris, & filij an, & quando dotium restitutioni sint obnoxia? Tandem an mutuans ad rem emendam, vel reficiendam dotali causæ anteriori pręferatur, & quid in feudis?

SVMMARIVM.

In volumine Consuetudinum nulla adest, quæ correctio alterius Consuetudinis redundet, nu.1. sed videtur contra, nu.2. & 5. & quare, nu.3. & 4.

Vsusfructus non datur patri bonorum filij, quorum administrationem non habet, num.6. & 7. licet possit habere administrationem absq; vsufructu, num.8. & procedit tàm in dote, quàm in legitima, n. 9.

Ius consuetudinarium in se non emendatur, n.10.

Consuetudo, filiusfamilias, & consuetudo, si mulier nupta, conueniunt, n.11.

Probibita administratione bonorum siuè tacitè, siuè expressè non videtur probibita vsusfructus detractio, n.12.14.15.16. & 17.

Vsusfructus ademptio infertur à prohibitione administrationis bonorum si verba sufficientia concurrant, n.13.

Filio discedente à domo paterna non fit præiudicium patriæ potestati, nu.18. & interim quicquid ille acquirit patri quæritur, n.19.

Pater an teneatur de iure communi restituere filio seorsim habitanti dotes, ac donationes propter nuptias? n.20. remissiuè.

Ius consuetudinarium mandans dotis stabilia statim restitui matrimonio soluto, mobilia verò infra annum, conuenit cum communi, nu.21. & 22. & talis iurium dispositionis ratio assignatur, num.23.24. & 25.

Diuites non priuantur legali dilatione ad restituẽdas dotes, n.26.

Statutum generale omnibus debet prodesse, nu.27. præcipuè in adiectione temporis ad soluendum, n.28.

Prouisio legis confertur ad diem adiectam pro solutione facienda, nu.29. & ideò expectatur vltima dies temporis statuti, n.30.

Quænam dotis nomine sint restituenda? n.31.

Annui redditus ad vitam mulieris in dotem promissi, an veniant restituendi? nu.32.33.34.35. 36.37.39.40. & 41.

Fructus dotis, qui eneruant rei dotalis substantiam non pertinent ad virum, n.38.

Alimenta promissa genero, & tradita per socerum, soluto matrimonio, an veniant restituenda? n.42.43. & 46.

Bona subiecta fideicommisso alienari posse pro restitutione alimentorum, traditorum à socero genero constante matrimonio, tamquam pro dotis restitutione, siuè augumenti dicuntur, nu. 44. & 45.

Dotales res dicuntur, quæ in dotem dantur, nu.47.

non

non autem quæ sunt extra dotem, num.48.
Dotale non dicitur, quod datur genero à socero ad fulcimentum, n.49.
Dotale non dicitur, quod simpliciter traditum est etiam sub verbis, vltra dotem, n.50.& 51.
Alimenta domi præstari promissa, adhuc extra domum debentur, nu.52. etiam respectu vxoris num. 53.
Alimenta tradita vxori extra domum non sunt viro restituenda soluto matrimonio, n.54.
Fructus bonorum extra dotalium, & parapphernalium exacti, & consumpti à viro, an restitui debeant? num.55.
Restitutio rei mobilis, empta ex pecunia, quæ peruenit ex venditione rei immobilis dotalis, an statim nuptijs solutis fieri debeat, n.56.57.58. & 59.
Dotis restitutio in pecunia qualiter fieri debeat pecunia mutata? n.60.
Dotis restitutio quando fieri debeat, si pecunia dotalis conuertatur in emptionem rei immobilis, etiam absque speciali pacto circa modum restituendi dotes? n.61.62.63.64.& 65.
Consensus mulieris ita debet esse, vt ei expediat, num.66.
Mulier in subsidium auocat rem emptam ex pecunia dotali, n.67.
Species empta ex pecunia dotali succedit in locum pecuniæ, n.68.
Dotis æstimatio quando faciat emptionem venditionem, n.69. remissiuè.
Dotis restitutio fieri debet in pecunia quando æstimatio facit emptionem venditionem, n.70.
Dotis hypotheca à die promissionis ne, an verò matrimonij contracti, aut solutionis incipiat? n.71.72.73.74.77.78.79.80.81.82. & 83.
Dos absque matrimonio esse non potest, num.75. nec datur actio dotalis antequam matrimonium contrahatur, n.76.
Nouatio non fit in præiudicium dotis, numer.84. & 90.
Iura primæua mulierum semper salua remanent, numer. 83. & ad ea valent semper redire, num.86.
Protestatio semper censetur inesse in recentibus contractibus fauore mulierum, vt non censeatur eisdem præiudicium irrogatum, n.87.& nouus contractus censetur factum ad illarum commodum, num. 88. & hoc priuilegium transit ad hæredes, si ipsi non fecerint nouationem, num.89.
Dotium receptarum confessiones quandoq; fiunt in fraudem, n.91.
Aduersus dotes declaratas, & admissas competit exceptio fraudis, n.92.& 93. an item nonnumeratæ dotis? n.94.& donationis, n.95.
Exceptio aduersus dotes declaratas, & admissas nec solutas etiam futuris creditoribus competit, cum fraus his potius noceat, nu.96.& 97. sed quando fraus non præsumatur, n.98.
Bona filij, ac patris consentientis matrimonio filij pariter obligantur ad dotium restitutionem, num.99. etsi non appareat de receptione facta per patrem, n.100.
Pater dicitur legalis fideiussor filij, n.101.& debet, vel inuitus iustis nuptijs illius consentire, n.102. vt obligetur ad dotes restituendas, ac constituendam propter nuptias donationem, n.103.& 104.& contra, n.105. sed conciliatio habetur, n.106.
Bona filij, cuius vxoris dotes patri sunt solutæ, an censeantur illi hypothecata? n.107.
Pater non obligatur solo consensu ad nuptias filij pro restitutione dotium, vbi adest statutum improbans filijfamilias obligationes absque patris consensu factas, numer.108. contra, num.109.
Bona feudalia obligantur pro dote absque assensu cum adsit assensus, qui dicitur Capituli, num. 110. & etiam feudalia paterna obligantur, n.111. & 112. ac cuiuscumque obligati pro restitutione dotium, & antephati, n.113.
Priuilegium concessum creditoribus ex mutuo ad rem emendam, aut reficiendam, vt omnibus creditoribus, vel anterioribus præferantur iuxta Text. l. licet, C. qui potior. in pign. & l. interdum, ff. eod. *an competat contra mulieres concurrentes pro dotium suarum consequutione? num.114.& 115.& quid in feudis? num.116.*

1 IN volumine iuris nostri municipalis nil prorsus adesse, quod aliàs scripto contradicat, certum, ac sanctum est axioma apud Nostrates recte *Napod. in consuet. sed si morien-*
2 *ti ver. alys, n.292. fol.157.* At per hunc *textum* tradita in *Consuetudine, siquis habens*, explicato *tit. de alim. præstan.* videntur quodam-
3 modo subuerti; ibi enim fructuum portionem pro alimentis vxoris, penès virum, ea mortua,
4 remanere, at hìc, alimentorum mentione posthabita, *Dotes, & Corredum, aliaq; bona mulie-*
5 *ris defunctæ, si extant in continenti, sin autem contra, infra annum mulieris successoribus*, restituenda esse, dicitur. Maximum certè discrimen, si velimus rem non intento animo intueri: *Napod. in consuet. filius familias de fil. famil. volen. testar. num.16. fol.183. & hìc ver. re-*
5 *uertatur num. 6.* difficultatem adauget, putat enim patris vsumfructum super bonis filij hoc iure, dotium demãdante restitutionem, præcisum, eiq; adhæret *apost. incip. ad istam fol. 231. in hac consuet. lit. A.* quandoquidem *Mastrill.*
6 *decis. Sicil. 59.* vsumfructum patris adeò cum bonorum administratione coniungi, vt ea submota, & illud tacitè subreptum censeatur, tenet ex *Cuman. Castrens. Aret. Socci. Ias. & Rip. in l. cum filiusfamilias sua num.68. & 69. ff. de leg.1. Boer. decis.193. & Surd. cons.116. n.*
7 *54. & per tot.* ac dicere rectum esse, non habet pa-

pater bonorum administrationem, ergo nec
vsumfructum; at non è contra, cum admini-
8 stratio absq; vsufructu, non autem vsusfructus
absq; bonorum administratione dari consue-
uerit patri, *l.fin.§.fin autem, C.de bon.quæ liber. Bero.consil.*139.*num.*19. & hoc ipsum tàm re-
9 spectu maternæ dotis, quàm legitimæ verum
esse putat *de Franch.dec.*161.

Ista tamen non obstant, verèq; hoc nostrum
10 ius non emendat, nec emendatur; nam *Consuetudo, filiusfamilias*, & ista *si mulier nuptæ*
11 conueniunt; illa enim patri dat bonorum fi-
lij vsumfructum, ista verò ab eodem non au-
12 fert, cum ex prohibitione administrationis
siuè tacita, siuè expressa ad detractionem
13 vsusfructus nequeat inferri. Sufficit (verum
est) quælibet coniectura ad vsusfructus adem-
ptionem inducendam, si verba volentis adi-
mere sufficientia concurrant, vel coniecturæ
*Molin. de primog.lib.*1.*cap.*19.*à num.*31. *Cald. Perey.in l.si curatorem habens, ver.Lesis n.*145. *Castill.Sotoma.alleg.cap.*3.*lib.*1.*nu.*57.*& Surd. consil.*116.*num.*12. non tamen ex simplici ad-
14 ministrationis prohibitione, cum inter illam,
15 & vsusfructum nihil interesse, certissimum
16 videatur, ac alterum ab altero dependere, non
rectū esse, placuerit *Fontanell. de pact.nuptial. tom.*1.*clauf.*4.*glo.*6.*par.*3.*num.*24.25.*&* 26. ac
iterum *tom.*2.*glos.*1. *par.*3. *clauf.*4. *à num.* 42.
quem sequitur *de Marin.resol.quotid.lib.*2.*cap.*
17 128.*per num.*4.*Mastrill.* placitum improban-
tes, & in terminis nostrarum *Consuetudinum*,
18 per discessum filij à paterna domo (quo casu
dotis restitutio debet fieri) nil præiudicij pa-
triæ potestati inferri, & quicquid interim filius
19 acquirit, quæri patri iuxta regulam, *l.placet, ff.de acquir.hæred.l.*1.*C. de bon. mater. & l.cum oportet, C.de bon. quæ liber.* obseruat *Prouens. in rubr.de alim.præstan.obseru.*3. *num.*18. De
20 iure verò communi, an pater filio seorsim ha-
bitanti dotem, donationemq; propter nuptias
restituere teneatur, tractant *Becc.consf.*43. *Barbo.in l si cum dotem, §.transgrediamur, ff.sol. matrim.n.*22.*& seqq.* post *Paschal.de vir.patr. potest;par.*2.*cap.*8.*num.*92.

His positis, deueniamus ad *textum*, ad cu-
21 ius explicationem dicimus, quatenùs dotis
stabilia statim soluto matrimonio; mobilia
verò infra annum restituenda decernit hoc
22 ius nostrum, non dissonat à communi; idem
enim prouisū videtur in *l.*1.*§.exactio, C.de rei vxor.act.& alibi*, proùt percipitur ex traditis
per *Anton.Amat.resol.*49.*tom.*1. *de Franch. decis.*562.*num.*1.*&* 2.*Napodan.ver. in continenti hic num.*13.& alios, cuius diuersitatis rationē,
etsi assignari non posse, credant *Bart. in l. diuortio, §.interdum, ff.sol.matrim.quemadmod.dos petat. Ias. in §. fuerat instit. de act.num.* 27. *& Campeg.de dot.par.*3.*quæst.*200. quos citat *Capon.de dot.in explic.l.*2.*ff.cit.tit.sol.matrim.qu.*1.
23 *num.*10. ego cum *Gomes.in l.*50. *Taur.nu.*46. *Coras.lib.*6.*Miscel.cap.*6.*num.*4. & alijs, in viri,
24 eiusq; hæredum cōmoditate residere, opinor;
stabilia enim quia extant, faciliùs restitui pos-
sunt, imò etiam absque facto nostro, & tradi-
tione si bona sint inæstimata *Amat.ibid. nu.* 2.
25 cum ibi *relat.*, non item pecunia, siuè mobi-
lia, quæ non semper extant, meritòque datur
tempus ad ea paranda. Nec officit si vir, aut
hæredes sint diuites, possintq; consequenter
soluto matrimonio in continenti dotalem
26 pecuniam numerare; cum non ideò temporis
concessa dilatione priuentur *Ias. §.fuerat, nu.* 28.*Boer.consf.*50.*num.*19. & in terminis huius
Consuetudinis approbauit *Napodan.ibid.ver.si non extant num.*17.*fol.*233. & citat *Din.in l.*2.
27 *ff.de re indic.* & quod generaliter est statutū,
omnibus æquè debeat prodesse præcipuè in
28 temporis adiectione ad soluendum, quæ cui-
cumque debitori iuuat ex regula *l.cum tempus*
29 *ff. de reg.iur.*, ipsaq; legis prouisio in diem
statutæ solutionis conferatur, *l.si cum, §.homo sisti, ff.si quis cau.* & quando vnica fieri debet
30 præstatio, vltima statuti temporis ad præstā-
dum expectatur dies, *l. qui hoc anno, ff. de verb.obligat.*

Quænam dotis nomine veniant restituen-
31 da videamus. Et primo quæritur, si mulier
32 annuos quosdam redditus habeat ad vitam,
qui per virum constante matrimonio fuerint
exacti, quia in dotem promissi, debeant ne
tales redditus restitui matrimonio resoluto?
Ad huius articuli decisionem distinguit *Sarmien.lib.*3.*select. interpr. num.*6. dicens, resti-
33 tuendos haud esse si fuerint specialiter in do-
tem dati, at specifica promissione cessante,
etsi adsit generalissima restitui debere, idq; ex
Text.l.si fundus in dotem 9.*ff.sol.matrim.* dedu-
ci, probariq; etiam in *l.cum fundo, vers.diuortio, ff.de iur.dot.* ac in *l.vsufructu.ff.sol.matrim.*
34 cum disponatur in eis, vsumfructum in do-
tem datum mariti commodo, & vtilitati ce-
dere.

35 Contrariam approbauit sententiam *Guttier.de tutel.par.*3.*cap.*35.*à num.*2. qui ne dum
Sarmien., verùm *Gars. Gallec. tract. de expens. & melioram.cap.*23.*num.*5.*Gregor.Lop.in l.*25. *tit.*11. *par.*4. cum illo cōcurrentes, impugnat,
talesq; fructus, siuè redditus annuos ad vitam
vxoris in dotem promissos, siuè tacitè, siuè ex-
pressè, restituendos soluto matrimonio, pu-
36 tat; dotes enim (dicit *Ille*) alioquin destrue-
rentur, ipsiq, annui redditus ità in dotem as-
37 signantur, vt tota pecunia percipienda, tam-
quam in vnum recollecta censeatur à princi-
pio tradita viro, fructusq; qui substantiam rei
38 eneruant, ad maritum non pertinere habetur
in *l.diuortio, §.si vir in fundo, ff.eod.tit. sol. matrim.* confirmaturq; in *l.vxori* 4.*ff.de vsufruct. legat.*

39 Ma-

39 Maxima æquidem quæstio est, ac talis ab
eod. Guttier. existimatur, ideoq; de ea scriben-
tium sunt sedulò dicta consideranda, mihi ta-
men, quicquid sit de rationibus ab *eod.* addu-
40 ctis, quas *Sarmien.* dictis præualere, non cre-
do. *Guttier.* opinio contrahentium animo se
opponere, videtur, vix enim credi potest inter
partes eo animo contractum fuisse, vt quod
percipitur annuatim, ac per partes, red-
41 datur postea cumulatim; fortiusq; viget hoc
si nil aliud sit in dote, quo matrimonij onera
valeant substineri.

Idem iuris esse crederem in articulo, an
42 alimenta promissa, & tradita per socerum
genero suo, sint soluto matrimonio restituen-
da? licet enim nonnulli *DD.* tanquam dotem,
43 siuè dotis augumentum restitui debere, dicāt
proùt *Nouar. lib. 2. quæst. forens. quæst. 6. aliique,*
quos sequitur, & refert *Capon. vbi sup. quæst. 8.*
num. 93. fol. 437. & faciunt notata per *Reg. de*
Marin. resol. quoti d. lib. 1. cap. 9. qui inde infert
44 bona fideicommisso subiecta pro restitutione
talium alimentorum alienari posse, deberique
45 pro eis antephatum, vt *num. 5. & 6.* attamen
eorum sententiam eo casu, quo de restitutione
46 expresè conuentum est inter partes, ample-
47 xor; dotales enim res dicuntur illæ, quæ dan-
tur in dotem, *l. si ego, §. dotis autem, ff. de iur.*
dot. Soc. iun. consil. 83. num. 2. lib. 3. non autem
48 quæ sunt extra dotem, & si dotis causa datæ
49 sint *Dec. consil. 521. num. 10.* proùt nec dicitur
dotale, quod à socero ad filię substentationem
genero datur, vt ex *Bal. in l. cum te, C. ne vxor*
pro mar. tenet *Mant. de tac. & ambig. lib. 12. tit.*
27. num. 26. concludens *num. 31.* numquam
50 dici dotalia, quæ simpliciter traduntur, & si
51 verbis, *vltra dotem*, tradens minimè vtatur
ad *Text. l. si vltra hoc, C. de fideiuss.*

Quare alimenta per socerum domi pręstari
52 genero promissa, extra domum quoq; deberi,
quamquam habeatur apud *Gabed. decis. 178.*
si ratio inimicitiæ inuicem contractæ simul
habitare vetat, id superiori nostræ sententiæ
53 non refragatur, idem enim valet in vxore
cum viro eadem de causa non habitante *Pe-*
guer. decis. 20. & tamen non inde inferendum
54 huiusmodi alimenta soluto matrimonio re-
stituenda, aliquis vnquam somniauit.

Quid sit dicendum respectu fructuum bo-
55 norum extra dotalium, & paraphernalium
per virum exactorum, & consumptorum? latè
habes apud *Aria. de Mesa variar. resol. lib. 2.*
cap. 30. per tot. Afflict. decis. 44. Gramm. dec. 103.
Guid. Pap. quæst. 486. Marc. quæst. 507. Crauet.
consil. 193. nu. 35. Nat. consil. 75. to. 1. Bar. in l. 94.
ff. ad l. falc. & consil. 125. vol. 1. apud *Tepat. va-*
riar. iur. sentent. tit. 453. cap. 11. in fin.

Secundo quæritur, si ex rei immobilis in
56 dotem datæ, ac venditæ redacta pecunia, mo-
bilis ematur, statim ne fieri debeat restitutio
huius rei, an infra annum? & statim tradendā
57 esse, dicendum esse videtur, cum subrogantis
naturam sapiat subrogatum, at contrarium
ex *Triphon. lib. 11. disput.* decidit̃ur *in l. cum in*
fundo 81. §. si fundus. ff. de iur. dot. ibi: *Sed ita,*
vt non vice corporis habeatur, nec diuortio se-
58 *quuto præsenti die, quod in numerato est, resti-*
tuatur, sed statuto tempore solui debeat: statu-
59 tum enim tempus, infra annum explicat *glos.*
ibid. ver. statuto; se quuntur *Vrsil. ad Afflict. dec.*
336. nu. 2. & Ludouic. Roman. sing. 228. qui ità
60 consuluisse Florentiæ testatur: qualiter verò
in pecunia receptę dotis fieri debeat restitutio
si pecunia deindè mutetur, tractant *DD.* rela-
ti per *Amen. ad decis. 218. de Franch. num. 9.* &
latè *Consil. de Rosa controuer. 54.*

61 Hinc tertio quæritur, quid si pecunia do-
talis conuertatur in emptionem immobilis
cuiusdam rei, infra annum ne in pecunia ipsa,
an verò illicò in re empta, veniat soluto ma-
trimonio restituenda? & ad intellectum præ-
62 mittendum, propositam à nobis quæstionem
non versari in eo, quod inter partes conuen-
tione est habitum, si enim adest conuentio
restituendæ dotis in pecunia, vel in re empta
ex pecunia dotali, conuentionis vinculo par-
tes ligantur, ità vt illi sit standum, at contro-
uertitur si pecunia, ità datur, vt conuertatur
63 in emptionem, nec quidquam de modo resti-
tuendi est inter partes statutum; quo casu
inquirendum est dotalis ne dicatur res em-
pta, an secus? cum ex talis articuli decisione
64 veniat quæstio proposita dirimenda. Et ne-
gatiuè respondet *Diocletianus Imperator in l.*
ex pecunia dotali, C. de iur. dot. contrarium ve-
rò habetur in *l. res quę 55. ff. eod.*, vbi refertur
Pauli sententia *lib. 1. ad Plautinum* dicentis,
Res, quæ ex dotali pecunia comparatæ sunt, do-
tales esse, videri; aliaq; iura adduximus supra
in *Consuet. & si testator, tit. de success. morien. si-*
ne fil. cap. vnic. num. 41. Hinc *DD.* placita, huc
65 illuc inclinantia, extiterunt, at fœdus inter
eos ità poni potest, vt *Pauli* dictum, tunc de-
mum verum sit, si ad emptionem rei ex pecu-
nia dotali consentiente muliere deueniatur
ad *Text. l. si ex lapidicinis, & l. si constante, ff. cit.*
tit.; cœterum *Diocletiani* determinatio atten-
denda, vt præ cæteris tradidit *Guttier. lib. 5.*
66 *pract. quæst. 87. num. 4.* sed consensus mulieris
debet ei expedire *Mantic. de tacit. & ambig. lib.*
12. tit. 27. à num. 14. vbi ad limitationem *d. l. ex*
pecunia dotali, etiam dixit, in subsidium con-
67 cedi mulieri facultatem auocandi speciem
emptam ex pecunia dotali ab ipsius possesso-
re, si vir sit non soluendo, & scribit *Bald. post*
glo. in ead. l. ex pecunia, num. 3. vers. item fallit,
dixeruntq; *Vrsill. ad decis. Afflict. 336. num. 2.*
& alij per *eund. relat.* & faciunt ad superiorum
omnium notionem tradita per *Amat. variar.*
resol. tom. 1. resol. 49. & quando species empta

L ex

68 ex pecunia ad id obnoxia in locum pecuniæ
succedat,& possit aliud pro alio restitui? potest
videri apud *Gizzarell.dec.29.* & in materia
dotali apud *Cons. de Rosa consult. 54. per tot.*
R.de Marin.lib.1.resol.quotid.cap.91.per tot. &
69 quando dotis æstimatæ traditio faciat em-
ptionem venditionem? apud *DD.* quos citat
*Tepat.uariar.iur.sentent.tom.1.tit.462. sol.ma-
trim. cap.21.* & quæ scripsit *Mant. ubi sup. tit.*
70 *28.per tot.* & quoties æstimatio facit emptio-
nem venditionem, toties dotem in pecunia
consistere nõ autem in bonis, habetur à *Surd.
decis.98.num.9.ex glos.in l.si inter,C.de iur.dot.
cum alys* apud *Rolan.cons.92.nu.9.uol.2.Becc.
cons.42.n.2.de Rosa cit.consult.54.n.29.ac Reg.
de Marin.ibid.n.32.*

Perquirendam insuper incidenter hic de
71 famigerata quæstione illa, dotis hypotheca
fauore mulierum promissionis ne die, an verò
contracti matrimonij super bonis viri, ac fi-
deiussorum contrahatur? Maxima certè (non
mentior) quæ *Doctorum* ingenia contorsit, &
de qua dissonæ sunt hominum sententiæ, ac
variæ tribunalium decisiones: nam,& si incõ-
72 cussum ferè statuatur assumptum, non à solu-
tionis dotium die, sed ipsarum potiùs pro-
missionis hypothecam oriri apud *Thes. quæst.
forens.cap.34.num.1.& cap.35.num.5.in fin.lib.
2.Gratian.discept.forens.cap.53. num.3. & cap.
804.numer.1.Gait.de cred.cap.4.n.594. Soccin.
consil.269.num.4.lib.2. Bocr. dec. 331. num.1.
Tiraquell.de retract.lignag.§.1.glo.10.limit.16,
num.113.Cons.Stayban.resol.forens.cap.114. n.
22.per text.l.1. C.qui potior.in pign.habean. &
73 in obseru. num. 17.* id tantùm verum esse pu-
tant nonnulli si promissionem contractus ma-
trimonij illicò sequatur, quod si secus, ac inter
nuptias, & promissionem dotium mora in-
74 terponatur, non à promissione, sed à die con-
tracti matrimonij oriri hypothecam, volunt,
ità *Polyd. Rip.singul.obseru.263. Bald. Nouell.
de dot.par.10.col.pennl.in fin.n.39.fol.51. Ne-
gus.de pignor. par.2. membr. 4. num.79. & 80.
Mut.dec.93. n.8.Paschal.de uir.patr. potest.p.1.
cap.4.n.71.R.de Pont.cons.80.nu.5.uol.1.R.Ro-
uit.cons.57.n.2.lib.2. Gratian.discept.forens.cit.
cap.804.* qui *num.15.* ab eius opinione non
recedendum in praxi, putat, *Cons.Stayban.ubi
sup.num.23.& in obser.29.* quo loco his deci-
sum per S.C. etiam in gradu reclamationis in
causa Theresiæ Carresæ in anno 1662. refert
post *Mant. de tacit.& ambig.lib.11. tit.19. nu.
12.& alios,* quos cumulat *Cons.Prat.pract.ob-
seru. obseru. 22. num. 4.* & consimiliis decisio
M.C.V. confirmata per S.R.C. sub die 21. Maij
1607. habetur apud *Reg.Sanfelic.dec.129.in
fin.* in causa D. Ioannis Vrriæ, & Camillæ
75 Scoppæ: Dos enim (dicunt ipsi) absq; matri-
monio esse non potest, *l.dotis appellatio,ff.de
de iur.dot.l.fin. C.de donat.ante nupt.* nec dotis
76 actio antequam contrahatur matrimonium
datur, *l.si seruo,§.fin. l.plerumq; §.si ante, & l.*
77 *dotis promissio,ff.de iur.dot.* Ergo nec hypothe-
ca *l.contrahi,ff.de pignor.act.*

Alij aliter credunt,& hypothecam ad tem-
78 pus promissæ dotis post matrimonium retro-
trahi autumant, *Thesaur. quæst.forens. lib.2.
quæst.34.in fin.& lib.4.quæst.20. Gam.dec.355.
Meren. lib.6. controuers. iur. cap. 35. Antonin.
Amat.uariar.resol.iur.resol.5. à num. 2. Molfes.
ad consuet.Neap.par.6.de iur.dot.quæst.2. à nu.
16.Fontanell.de pact.nuptial.claus. 7.glo.2.nu.
35.tom.1.R.de Marin.resol.quotid.to.2.cap.28.
num. 22.* varijsque hanc sententiam firmauit
medijs *Cons.Prat.in cit. obseru.22. à nu.19. &
79 in fin.* numquam contra mulieres vidisse iu-
dicatum, testatur, imò secundum hanc opi-
nionem pluries decisum cernitur apud *de
Franch.dec.677. Crinel.decis.Sen. Dolan.133.*
vbi dictum in *decis.67.* pro altera sententia
obiter,& per transennam, sibi diligentiùs at-
tendenti numquam satis probari potuisse, ait
num. 2. & nu. 26. eaq; de causa Senatum ha-
buisse aliquando rationem diei nuptiarum
80 celebratarum, non autem contractus dotis
promissionis, quia hypothecæ adiudicatio à
tempore contracti matrimonij fuit petita, vel
quia hypotheca tempore factæ promissionis
81 dotis constituta non fuit fauore mulieris, sed
tantùm bona hypothecandi promissio, cum
dos numeraretur: aliam decisionem adducit
Fontanell.tom.2.dec.365. citat *Cancer, 3. par.
uariar.resol.cap.1. de act. & obligat. ex num.2.
& in addit.ad 1.par.cap.9.de dot.& donat. pro-
82 pter nupt.num.10.* nostriq; S.R.C. determina-
tiones maximè commendat, faciuntq; scripta
per *Afflict. dec.402,num.14.uers.quare,* & hu-
ius opinionis fundamenta, ne aliorum dicta
repetam, videri possunt apud *cit. Cons. Prat.
Fontanell, & alios.*

En itaq: patet, quàm anceps de hac re sit
quæstio: iuris principia vtriq; sententiæ acco-
modantur, *Doctores* hinc indè strenuè pugnãt,
pro vtraque parte Supremorum Tribunalium
decisiones afferuntur. Quare Ego ex facti cir-
cumstantijs potiùs, quàm absoluta iuris di-
83 spositione eam dirimendam, puto, maximèq;
ad decisionem iudicis arbitrium versari.

Et hic (quicquid sit de hoc articulo) trade-
84 re non sinam, quod incontrouersum est inter
DD. nouationem, numquam fieri in dotis præ-
iudicium, siuè mulieri in dotis satisfactionem
nomen detur debitoris in solutum, siuè vir ip-
se; cui dos data est, vt conuertatur in emptio-
nem, contractum venditionis introituum fa-
ciat ad beneficium vxoris etiam ex interual-
lo,& postquam emptio facta sit cum alio, qui
postea dotalem pecuniam restituit, quæ viro
85 data sit; primæua enim iura mulierum sunt
86 semper firma, ità vt ad ea valeant semper re-
dire,

dire, nec præiudicium illis infertur per recen-
87 tes contractus, quibus semper inesse protesta-
tio non præiudicandi antiquis iuribus cense-
88 tur; cum noua quælibet obligatio, & contra-
ctus ad commodum mulierum potiùs, quàm
ad nouandum fieri præsumatur iuxta tradita
per *Consil.Stayban.resol.forens.tom.1. resol.7. à
num.27.Gratian.discept.forens.cap.509.& cap.
759.Castill.decis.Sicil.5.à num.7.* (qui *n.20.&*
89 21. tale priuilegium ad hæredes transire,
dummodò hęredes ipsi non fecerint nouatio-
nem, nec nominis dationem in solutum rece-
perint, fundat) ac decisum per S.R.C. in cau-
sa creditorum Hieronymi, & aliorum de Fra-
90 te pro Apollonia Frate sub die 13. Februarij
anno 1665. referente Regente Florillo tunc
Regio Consiliario causæ Commissario in
banca Ianuarij de Litto.

Aduertendum tamen duxi, dotium rece-
91 ptarum confessiones quandoq; in fraudem
creditorum fieri, id circò vt fraudulentas à
92 creditoribus redargui posse, non ambigitur,
nam, vt per *Conf.Hodier. ad Surd.decis.55.* ha-
93 betur talis fraudis exceptio aduersus dotem
94 (quicquid sit de alijs non numeratæ dotis ex
traditis per *R.Sanfel. tom.2. decis.152. num.7.
& Molfes.par.6.de iur.dot.quæst.9.à num.16.* &
95 donationis) creditoribus competit, *authen.
sed iam necesse, C.de donat. ante nupt.*, nec tan-
96 tùm præsentibus, sed futuris iuxta explica-
tionem *glos.ibid.ver.Suspicio, Bar.in eadem au-
thent.nu.1.* & sequuntur *Alex. consil.86. lib.7.
Anchar.cons.307.* & alij, & ratio patet, ex eo,
97 quia futuris potiùs, quàm præsentibus credi-
toribus fraus potest obesse, ac id secus esse si
98 post multum temporis spatium à facta con-
fessione dotis receptæ alia debita contrahan-
tur *Regens Rouit.* dicendum arbitratur *decis.
vlt.num.* .

Insuper aduertendum ad dotium recepta-
99 rum restitutionem faciendam non tantùm fi-
lij recipientis, sed & patris eius, matrimonio
consentientis bona, tamquam hypothecæ sup-
posita obligari, ità *DD.* apud *Criuell.dec.67.
nu.3.Reg.de Marin.lib.1. resol.cap.94.Paschal.
de vir.patr.potest.par.2.cap.8.à num.78.Sanfel.*
100 *dec. 161. tom.2.* & si non appareat de rece-
101 ptione facta per patrem, iste enim dicitur
in omnibus contractibus filij legalis eiusdem
fideiussor, *l.filius familias, ff. de tutel. Criuel.*
102 *ibid. num.4.* Quare vel inuitus ad consen-
103 tiendum dignis nuptijs *Criuel.nu.8.* pro re-
stitutione dotium se obligandum, *Lopez in
repet.rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.22.n.8.*
104 constituendamq; propter nuptias donatio-
nem *Criuel. num. 9. & 10.* cogi potest, & si
105 alij penès *cit.Paschal.ibid. num.86. Mastrill.
decis.46.num.6.Molfes.ad consuet.Neap. tit. de
renunciat.quæst.19.num.21.22. & 23.* contra-
dicant, quorum discordantes sententias com-
106 ponit *Barbos. ad cod. Paschal. relat.* vide id-
circò scripta *in consuet.filio ducente tit.de patre
recip.dot. simul cum vxor.& filio,* infra *explic.*
Et an bona filij, cuius vxoris dotes socero
107 sunt solutæ censeantur eidem hypothecata,
tractat *Thesaur.quæst.forens.lib.3.quæst.67.*

Horum occasione duo ad institutum no-
strum facientia notantur penès *cit. Paschal.*
Primum ex *Alber.in l.vnic.n.5.in fin. C.de rei*
108 *vxor. act.* patrem nempè non posse solo ad
nuptias consensu obligari ad restitutionem
dotium, per filium receptarum, vbi statutum
vigeret, quo filiumfamilias absq; patris con-
sensu obligari non potest, prout in hoc regno
per *pragm.vnic.de Sen.Consf.Macedon.*, consti-
tutum esset; sed ab ista *Alberic.* sententia vi-
109 detur *Ille* alienus dum *Corn.* placitum huic
aduersantis *consil.256.lib.1.* commendat, sed
de hoc dicemus latiùs in *consuet. filio ducente.*

Alterum, in quo residet est illud, assensum,
110 qui dicitur capituli à regali Catholici Regis
munificentia dependens, pro obligatione bo-
norum feudalium, tàm per hæredes obligati
viri, quàm per Regium Fiscum possessorum
per simplicem contrahentium assensus reser-
uationem iuxta disposita in *prag.2.& 3. tit.de*
111 *feud.* adhuc super paternis viri bonis præsti-
tum censeri fauore Neapolitanarum mulie-
rum, vel Neapoli habitantium, vt *num.81. ex
Frecc. de subfeud. lib. 2. 13. quæst. per tot.
fol.142. mihi verò fol.198.* vbi ità quoque per
112 Regiam Cameram decretum in causa inter
D.Portiam Cantelmum ex vna, & Regium
Fiscum ex altera die 24.Decembris 1532. re-
fert, eiusdemq; decisionis meminit *Nouar. in
commen.ad prag.2.de feud.collect.3.num.11.* qui
citat *de Pon.de potest.Proreg.tit.de assens.reg.in
princ.num.14.* videndumq; allegat *Garf. decis.
56.* & dixerunt *R. de Marin.resol.quotid. to.2.
cap.28.nu.15.* multa de tali assensu deducens,
Rouit.super pragm.8.de feud.num.4. qui ex *Mi-
nad.consf.3.& Camerar.in l.Imperialem, fol.52.
lit.Q.* etiam à bona cuiuscumq; dotes pro-
mittentis, extendit conclusionem; idq; vigere
etiam si vir, dotes exegisse, falsus fuerit, vel
mutui instrumentum à dotante receperit ex
Capit. verbis, quæ *in pramg.3. de feud.* haben-
tur, percipitur, & explicat *Rouit. ibid.*

Hæc omnia in anno 1539. per inuictissimũ
113 Imperatorem Carolum Quintum ad ante-
phatum ampliata fuere expressa declaratio-
ne, de qua in *pragm.18.eod.tit.* antea enim non
semel controuersum fuerat, & in contrarium
quoq; decisum, vt ex *Nouar.sup.cit. pragm. 2.
de feud.num.2.Afflict.decis.385.& Camerar.in
l.imperialem fol.86.lit.D.de prohib.feud.alien.
per Frider.*, habetur, licet idem dispositum
fuisse antea per *Constit.Regn.* ad placitum *Af-
flict.in constit.licentiam,num.13. & Barthol. de
Cap.* teneat *Rouit.sup.cit.pragm.18. nu.2.* fuis-

seq; ità dicendi rationem ex *Text. l.cum multa in princ.cum authen.eo decursum, C.de donat. ant.nupt.* desumptam.

Aliqua hìc scribere putabam de difficili il-
114 la quæstione, vtrum priuilegium prælationis concessum creditoribus ex causa mutui ad refectionem, siuè ad nouam rei constructionē per *Text.l.licet,C.qui potior.in pign.habean. & l.interdum,ff.eod.*, eisdem in concursu mulieris repetentis dotes, habentisq; anteriorem hypothecam, competat? At quoniam ferè omnia, quæ tribus allegationibus annis præteritis
115 scribebam ad fauorem mulieris, confirmationemq; dispositionis *authen. de æqualit. dot. §.his consequens collat.7.& authen. quo iure, C.qui potior.in pign.* in causa pro Catherina Bianco, ac Venerabili Monasterio Sāctæ Mariæ de Vita contra Sacram Domum A.G.P. huius Ciuitatis hæredem quond. Albentij Nardolini, rescripta fuerunt in compendium à *Conf.Stayb.* causæ Cōmissario *in obseru.*ad *resol.196.à n.26.quæst.forēs.to.2.*vbi articuli etiā decisio refertur, ipsum tantum allegare sufficere putaui; ad confirmationem verò adde *Præs.Merlin. controuers forens. cap.26. tom.1. & Consil.de Rosa consult.51.& 52.* vbi idem,
116 quod à me scriptum fuit, in feudis valere, dixit.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De dotibus in iudicio repetēdis etiam in casu vrgentiæ viri ad inopiam, & de exceptionibus, quæ repetenti valent opponi, & an instrumentum, creditum dotale continens, valeat contra socerum debitorem per generum, ac contra virum per vxorem liquidari? Item de assicuratione mulieribus concedenda.

SVMMARIVM.

Dotis restitutio fit hominis ministerio, & ope actionis, num.1.& 2.

Verba reueitantur, & restituantur *subiectiua dicuntur, num.3.*

In iudicio repetitionis dotis ordinariè proceditur, num.4.& explicatur à n.32.

Verbum, in continenti *consuetudinarium non diuersificat dispositionem iuris communis, & consuetudinarij, n.5.*

Exactio dotis fit præcedente condemnatione, n.6.

Instrumentum non potest liquidari contra promittentem dotem, n.7.& contra, n.8.

Instrumentum mutui dependens à causa dotali liquidari potest, num.9. quia causa primæ obligationis videtur mutata, a.10.& 11.

Nouatio contra dotem non inducitur, num. 12. & semper durat antiqua obligatio, n.13.

Priuilegia dotalia videntur inesse contractui nouissimè celebrato, n.14. etiam respectu obligationis feudalium, nu.15. contra, nu.16. sed tantùm fauore mulierum, num.17. non autem quoad promittentem soluere mutuum, vel censum, num.18.

Contrahens nunc videtur à prima obligatione solutus, num.19.& parere debet recenti obligationi, n.20.

Mulier habet intentionem fundatam contra virum post eiusdem recepta dotis confessionem, numer.21.

Vir excusatur soluere dotem socero eam repetenti, num.22.& mulieri, cui valet aliqua culpa, per quam dos non sit exacta opponi, n.23.

Dotis repetitio quibusnam in casibus dicitur legitimè fieri etiam viro ad inopiam vergente? num.24.25.26.27.& 28.

Terminus, & dilationes breuiantur fauore dotis, num.29. præcipuè attento iure consuetudinario, vt n.30.& 31.

Text.in l.si cum dotem, §.eo tempore, ff.de iur. dol. *explicatur, n.33.*

Instrumentum receptionis dotium contra virum liquidatur, n.34.

In casu inopiæ viri etiam absq; libello dos repetitur, n.35.

Mulieri habenti instrumentum dotale competit retentio, num.36.

In iudicio repetitionis dotium proceditur ordinariè si aliquod opponi valet repetenti etiam si vna pars termino egeat, n.37.& 39.

Vsuræ dotis non solutæ, an censeantur remissæ, & quando? n.38.

Quælibet legis difficultas, & facti discuti debet, num.40.

Lites, quæ in vno iuris articulo resident, decidendas esse absque termino, quando procedat? traditur num.41.42.& 43.

Multa repetenti dotem valent opponi, n.44.

Dispositio l.vnic. §.taceat, & §. sed neq; retentio in fin. C.de rei vxor. act. *traditur, & an semper iuuet mulieri repetenti dotem, quæ filiorum tutelam administrauit, n.45.& 46.*

Exceptio expensarum erogatarum in infirmitate mortuæ vxoris, an viro iuuet ad impediendā solutionem dotis, n.47.48.& 49.

Retentio quando valeat aduersus dotem opponi, n.50.& 51.& compensatio, n.52.& 53.

Dilatio ad soluendum dotem est in gratiam viri, num.50.

num.54.qui illi renunciare non valet, nu.55. sed tenetur cauere de restituendo tempore statuto, nu.56.& ratio, n.57.nam alias in continenti fit exequutio,nu.58.& 59.

Vir quando valeat statim conueniri? num.60. remissiuè.

Assecuratio conceditur bonorum dotalium ad custodiam,& loco pignoris,n.61.& 62.

Alimenta tantum debentur mulieri, ac familiæ ex fructibus dotalium bonorum viro vrgente ad inopiam, & quod superest datur creditoribus viri, qui possunt bonorum adhuc petere venditionem,nu.63.64.& 65.

1 HOminis ministerium in restitutione
dotis si municipale illud ius atten-
2 damus, requiri, nec ipso iure, sed
actionis ope bona dotalia recuperari, scripsit
*Napod.ver.reuertantur,num.6. & ver.in conti-
nenti num.13.* loquitur enim *Consuetudo* per
3 verba, *Reuertantur*, & *Restituantur*, quæ ap-
pellantur subiectiua; hinc praxis inualuit pro-
4 cedendi ordinariè in iudicio repetitionis do-
tium ad *Text.l.si cum dotem,§.eo tempore,ff.de
iur.dot.Pellic.ad consuet. Auers.cap.9. num.79.*
& tradita per *Castill.decis.5.num.56. Thes.de-
cis.26. Doctoresq; alios* relatos per *Ill. Afflict.
cotrouers. iur. resol. cap.39. num.42.* verbum
5 enim consuetudinarium, *in continenti* (prout
idem *Napod.* aduertit) iuris communis, &
Consuetudinarij non diuersificat quoad hoc
dispositionem,cum ad aliud tendere dicatur,
ac variè explicetur, faciuntq; verba infra ex-
plicandæ *Consuetudinis vbi dos eod. tit.* ibi, *fit
condemnatio*, & *exactio*, ex quibus percipitur
6 exactionem dotis præcedente condemnatio-
ne fieri,condemnationisq; dici exequutionem
ad *Text.l.qui restituere, ff.de rei vind. & l.in
lege,ff.ad l.aquil. Napod.ibid. ver. condemnatio
num.39.*
Hinc neq; contra promittentem dotes,pos-
7 se liquidari instrumentum voluere, *Loffred.
cons.18. Anna singul.248.Thesaur.decis.26.n.3.
Viui.decis.39. num.3. R.Tap. sup.Rit.M.C.V.
166.num.4.lib.3.iur.regn. de instrum. liquid. &
alij* post *Cons.Pret.ad d.rit.tom.2.nu.66.fol.27.*
8 contra quos decisum refert *de Franch. decis.
366.* quem sequuntur *Petra* aus *ad decis.Ca-
pyc.171.num.2.& ad decis. Gramm. 58. num.7.
& alij ab eod. Petra* nepote relati *vbi sup. &
nu.68.* secus tamen si per promittentem aliud
9 sit factum instrumentum, mutui nempè, cen-
sualeq, nam eo casu cum videatur causa
10 prioris obligationis mutata,& in alium con-
tractum transfusa per præsumptam promissæ
dotis numerationem ad *Text.l.singularia, ff.si
cert.petatur*, nil obstat,quò instrumenti liqui-
11 datio in casu deficientis solutionis,valeat im-
pediri;nam & si verissimum sit nouationem
12 in perniciem mulieris non induci per instru-
mentum mutui, vel similis obligationis ad
tradita per *Staybau.resol.foreus. resol.7.* qui si-
bi met ipsi videtur contrarius, & ijs, quæ ha-
bentur *cent.2.cap.114.n.43.* ibi: *Imò etsi dicta
conditio,&c.*& per *Cons.Erasm.de Pont.in alleg.
penès Reg.de Marin.tom.2.resol.quotid.c.166. à
13 nu.31.* & duret anterioritas à die promissionis,
seu constitutionis dotis, vt diximus præ-
cedenti *Capit.à nu.84.* omniaq; priuilegia do-
14 talia dicantur in tali contractu,nouissimè cè-
lebrato, inesse etiam quo ad obligationem
15 feudalium vigore assensus capituli Regis Ca-
tholici, idem *de Pont.ibid.num.35. R. Galeot.
contron,56.tom.1.num.25. Capyc. Latr.consult.
29.n.22.tom.1.* confutatis *Capyc. decis.183.* &
16 *Lanar.consil.18.*contra sentientibus, id ad fa-
17 uorem mulieris tantum, vt integra, & vnde-
quaque illæsa remaneant iura sua, procedere,
habetur ex *eod.de Pont.num.45.* nam quoad
18 promittentem mutuum soluere,vel censum,
est secus, & sicuti à prima obligatione hic so-
19 lutum se dicere potest per nouum cótractum
saltim excipiendo *Castill. dec.5.* ità nouissimæ
20 obligationi parere debet,cum vna mortua,
altera reuiuiscat, & mulier post dotis factam
21 confessionem contra virum intentionem ha-
beat fundatam, soluatur siuè non pecunia,
quam sub alia obligatione socer genero pro-
22 misit, ac in tantùm maritus excusetur in
quantum socer peteret solutionem à genero,
23 vel ipsi mulieri, petenti sibi dotem restitui,
opponi valeret aliqua culpa, qua dotis solu-
tio uiro facta non fuerit ad tradita per *Af-
flict.decis.323.& per Vrsil.ibid.*
24 At *Mastrill. decis. 142.* non tantum in casu
realis dotium restitutionis per uiri mortem
25 naturalem (nam in ciuili aliter tenuit *de Frã-
ch.decis.562.* contra *Napod. in consuet.vbi dos
hoc eod.tit. ver.restitutionis, num.27.* ubi inter
26 octo casus, quibus constante matrimonio re-
petitionem dotis dari uoluit, istum principa-
liter enumerat,& *num.37.*ualere restitutionem
27 dotis factam uxori uoluntariè recipienti ex
causa legitima per *Text.l.mutus, §.manente,
ff.de iur.dot. & C. eo d.l. vbi in prima glo.* con-
28 cludit)uerùm etiam in casu vergentiæ uiri ad
inopiam exequutiuè procedi posse, decisumq;
fuisse, testatur, sequitur *Episc. Ricc. in collect.
decis. par. 6. collect. 2246.* & fundatur in eo.
29 quia fauore dotis terminos, dilationesque
breuiandas esse habetur ex *glos.* communiter
à *Bart. alusq*, approbata in *l. 1. ff. sol. matrim.
Bald. Spec.* relatis per *Lup. in repetit. cap. per
vestras, §. 15. Camill. Saler.in explicat. huius
nostræ rubric.in princ.lit. A.fol.228.*idq; fortiùs
30 uigere si nostræ huius *Consuetudinis* uerba
attendamus, uidetur, cum uerbum, *In conti-
31 nenti*, quid aliud, ultra traditum à *Napodan.*
in se habere, dicatur.
32 His positis, distinguendum in hac re puta-
rem,

rem, vt regulariter dos, viri obitu sequuto, statim si consistat in corporibus, si verò in pecunia, aut mobilibus, repetatur infra annum; siuè commune, siuè consuetudinarium ius attendamus, nihil in contrarium disponente
33 *Text. in cit. l. si cum dotem, §. eo autem tempore*, cum ex eo, quod *ibi* habetur, licere nempè filię vsq; ad litis contestationem voluntatem repetendę dotis mutare, nā postea eam patri cōsentire oportet, dotis exactionem indistinctè dato termino fieri, non inferatur. Et sanè non est cur vltra tēpus, statutum à iure, restitutio-
34 nem dotis protrahatur? Quinimò instrumentum confessionis dotium contra virum, eiusq; fideiussorem, constito de solutione matrimonij per informationem, vel per fidem Parochi, liquidari via ritus ad obtinendam dotem, nō prohiberi docuit *Io: Mari. Nouar. pract. quæst. forens. par. 2. quęst. 44. per tot. ex Frecc. de præsent. instrum. par. 12. quæst. 2. Galder. de liquid. instrum. 2. par. 1. par. rubr. aduertat ad debita, num. 9. & 13.* ac ex *Petr. ad sup. cit. decis. 54.*
35 *Gram. num. 7.* & sic sæpè sæpius vsurpatum, testatur, imò in casu inopiæ viri etiam absq; libello summariè restituendas dotes, & mulie-
36 ri habenti dotale instrumentum competere retentionem, scripsit *Paschal. de vir. patr. potest. par. 4. cap. 5. n. 25.*

At si aduersus petitionem dotis siuè in fa-
37 cto, siuè in iure quid opponatur, ex quo aliquod ius debitoris resultat, aut dubietas contra debitorem oriatur, in causa repetitionis dotis procedendum ordinariè, arbitror ad tradita per *Prę. Merlin. controuers. forens. cent. 2. cap. 2. nu. 17. 18. & 19.* videturq; deduci ex scriptis ab *eod. cap. 28. tom. 1.* (vbi examinatur
38 articulus, an vsuræ dotis non solutæ censeantur remissæ à viro, sortem absque protestatione recipiente ad intellectum *l. vir vsuras 55. ff. de donat. inter vir. & vxor.* de quo articulo tractant *Aluar. Valasc. tom. 1. consult. & decis. consult. 84. Cancer. variar. resol. par. 1. cap. 9. à n. 160. vsq; ad 162.* & innumeri alij) etiam si vna
39 tantùm pars termino indigeret, ac altera pro se instrumentum haberet *Mastrill. decis. 217. num. 10.* & in terminis restitutionis dotium scripsit *cit. Illustr. Afflict. Episcopus Cauensis eod. cap. 39. controuers. iur. resol. num. 43.* cum
40 tàm facti, quàm iuris difficultas quælibet debeat maturè discuti, & quod dicitur, lites, quæ
41 in vno iuris articulo resident, decidendas absq; termino ex *Innoc. in cap. cum inter R. nu. 3. vers. sed dic de elect. Afflict. decis. 361. num. 6. Anna singul. 470. de Franch. dec. 221. R. Ronit. in pragm. 7. de ordin. iudic. n. 12. R. Galeot. lib. 1. controuers. 43. num. 15. relat. per cit. Merlin. ibid.*
42 *num. 9. & cent. 1. cap. 76.* explicatur, procedere quando iuris articulus non est implicatus, prout *Mastrill. cit. decis. 217. num. 17. & seqq. Sanfelic. decis. 17. in princ.* idem *Afflict. ibid. in fin.* ad scripta per *Gratian. discept. forens. c. 536.*
43 *num. 19.* eaq; de causa dato termino fuisse processum in causa *decis. 189. Mastrill.* considerantι patet.

Et sanè nulla sunt, quæ ex rei natura pos-
44 sunt euenire, quæuè repetenti dotem opponi valent; nam etsi dispositione *l. vnic. §. taceat,*
45 *& §. sed neq, retentio in fin. C. de rei vxor. act.* habeatur, dotis repetitionem non impediri prætextu factæ administrationis tutelæ filiorum, & reddendorum computatorum iuxtà sensum *Viu. dec. 317. Put. dec. 146. lib. 1. Mastril. decis. 139. num. 10. Guttier. de tutel. & curat. p. 2. cap. 9. num. 52. Tap. decis. S. C. 42. numer. 2.* & aliorum, inter quos *Cons. de Rosa consult. 37. num. 7. & Anton. Amat. tom. 1. variar. resol. 49.*
46 *num. 103.* attamen sunt & alij, qui contrariū verius existimauerunt, prout *Soccin. senior cons. 126. vol. 1. Dec. cons. 430. tom. . Anna sing. 214. Minad. cons. 5. num. 15. Montan. de tutel. par. 1. cap. 38. num. 8. & alij multi* apud *cit. Tap. num. 1. Mastrill. ead. decis. 239. num. 2. & Amat. num. 102.* hincq; controuersiæ datur locus, & sic ne partibus videatur subita decisione præiudicium inferri, posset post terminū cōpilatum huiusmodi questio decidi, prçcipuè si facti nonnullæ proponerentur circumstantiæ ab altero ex litigantibus, quæ negarentur ab altero.
47 Item repetenti dotem potest per virum exceptio deductionis expensarum, in infirmitate
48 mortuæ vxoris, erogatarum, opponi, præcipuè stante viri protestatione, quod faciens nō
49 intendat tales expensas donare, ea enim voluntatis declaratione iuxta cautelam traditam in *l. Nesennius, vers. in ratione, ff. de negot. gest.* nedum mariti animus declaratur, verùm & iuris præsumptio donationis ad *Text. l. quod in vxorem, C. cit. tit.* tollitur *Mastrill. dec. 252. à n. 27.* vidēdiq; ad eādem rē *Peguer. decis. 169. & Hieron. de Leo. dec. 41. to. 1.* ac doctis. *Rodoer.* qui cōs. 39. copiosè eā dilucidauit.

Sunt & aliæ exceptiones, quæ breuitatis ergò omittuntur; videnda tamen propono scripta per *Illustr. Afflict. controuers. iur. resol. c. 27.*
50 *& 28.* tractantem an, & quando aduersus dotem valeat opponi retentio, & *num. 44.* qua-
51 tuor ex causis, ob res nempè amotas, ob mores, ob liberos, vtilesq; propter expensas factas, competere dixit, & conueniunt *Cons. de Rosa consult. 56. num. 13. Thesaur. iun. qu. 28. lib. 2. Intrigl. dec. 5. num. 40. Redenas. cons. 94. n. 38. vers. quo circa to. 1. ab eod. de Rosa relat.* qui
52 cum *cit. Afflict.* etiam compensationem crediti liquidi cum dote admitti tenet, eisq; adde *Mastrill. decis. 189. nu. 6. Larath. cons. 90. nu.*
53 *61.* adhærentes, contra quos tenent *Napod. in consuet. vbi dos hoc tit. in fin. num. 46. Molfes. par. 6. quæst. 9. num. 3.*

Ad verba, *Infra annum*, nostri *Textus* deue-

ueniendo, dicimus, adeo ad viri siue hæredum
54 commodum introductam dilationem hanc
55 ad soluendam dotem, vt ipsi non valeat renunciari, ità *Mastrill. decis.* 252. *num.* 26. tenen-
56 tur tamen de restituenda dote transacto an-
57 no debitores cauere, ne, quæ fit debitoribus indulgentia, creditoribus sit iniquitas manifesta, idem *Mastrill. ibid. Amat. infra cit. nu.* 29. *de Franch. decis.* 218. *per tot.* vbi *Adden.* quod
58 si renuerint cautionem dare, fiet exequutio in continenti, deducto ad illorum commodum medij temporis interesse, *l. si constante, §. quoties, ff. sol. matrim.* & habetur apud *cit. de Franch. Mastrill. aliosq;* relatos per *Molfes. ad consuet. nostras par. 6. de iur. dot. quæst. 7. à num.* 15.
59 & ad plenissimam huius materiæ notionem consulas insignem illum Panormitanum *Antonin. Amat. variar. resol.* 49. *per tot. tom.* 1. qui latè de hac dilatione tractat, & quando vir
60 antequam dies cedat solutionis, valeat conueniri.

Diximus à *nu.* 27. *hoc eod. capit.* permitti dotium repetitionem, seù exactionem mulieri
61 propter viri vergentiam ad inopiam, modò ad explicationem dicimus bonorum dotaliū potiùs tutamen concedi, fierique eidem
62 traditionem ad custodiam, & vt pignoris causa conseruentur, prout reiecta *de Pont.* sententia; secus sentientis *consil.* 123. *lib.* 2. optimè fundat *Reg. de Marin. resol. quotid. lib.* 1. *cap.* 20. qui ex *de Franch. decis.* 617. *Giurb. decis.* 16. *nu.*
63 18. *aliisq;* tantùm alimenta mulieri pro eius, ac familiæ substentatione ex fructibus dotis
64 deberi, quodque superest, creditoribus, vel in actione personali ipsius viri dandum, pos-
65 seq; creditores bonorum petere venditionem, vt quod, soluta dote, superest, ipsis soluatur, vel saltim vt apprecientur ad eundem effectum, indè concludit.

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, vbi dos, eod. tit. explicatio.

De beneficio deductionis ne egeat per per Consuetudinem sublato, & an eiusdem censuræ quilibet dotium debitor subiaceat? Et de assensu capitali pro obligatione bonorū feudalium non præsumendo absq; expressa eorum obligatione.

SVMMARIVM.

Beneficium, vt vir deducto ne egeat teneatur ad dotium restitutionem, fuit concessum ob reuerentiam maritalem, num. 1. *nec eidem valet, vel cum iuramento renunciari, nu.* 2. *& amittitur si mulier, quæ dotes repetit, pauper est, num.* 3. *& alijs quibusdam in casibus remissiuè, num.* 4.

Consuetudo, vbi dos, *restitutionem dotium faciendam in solidum constituit, n.* 5.

Iuris communis correctio in dubio non affirmanda, num. 6.

Dispositio l. non tātū, ff. de re iudic. & l. extraneus 34. ff. de iur. dot. *non corrigitur à iure consuetudinario, n.* 7. *& cur? n.* 8.

Vir contra repetentem ab eo antephatum habet beneficium, vt teneatur deducto ne egeat, n. 9.

Socer tenetur in quantum facere potest, n. 10.

Dispositio consuetudinis, vbi dos, *an vindicet locum in socero dotis debitore? traditur, nu.* 11. 12. 13. 14. *& de ratione, num.* 16. 17. 19. *&* 23.

Filia tenetur patri alimenta præstare ex bonis dotalibus, n. 18.

Soccrus non potest carcerari pro debito dotali, num. 20.

Iuris dispositio non trahitur de casu expresso ad nō expressum, n. 21.

Consuetudo, vbi dos, *videtur esse contra bonos mores, n.* 22.

Assensus capituli super bonis dotalibus operatur ad beneficium cuiuscumque dotis creditoris, nu. 24. 25. *&* 26. *& desumitur ex iuris communis dispositione, n.* 27.

Assensus capituli super bonis feudalibus præsumitur etiam sine reseruatione, si tamen bona feudalia obligentur, n. 28. 29. 30. *&* 31.

Feuda censentur obligata etiam ante instrumentum dotale si capitula matrimonialia facta fuerint cum promissione celebrandi instrumentum dotale cum obligatione bonorum ad consilium sapientum, n. 32. *&* 33. *& contra n.* 34.

Verba consuetudinaria, facere potest, *explicantur nu.* 35. 36. *&* 37. *& per ipsa ius commune emendatur, n.* 38.

BEneficium iuris communis in *l. maritum, l. si maritus, & l. alia, §. eleganter, ff. sol. matrim. l. non tantum, ff. de re iudic. l.* 1. *§. cum autem, C. de rei vxor. act. & in §. item si de dote instit. de act.* ob reuerentiam marita-
1 lem introductum, vt vir deducto ne egeat ad dotis restitutionem teneatur *Afflict. decis.* 22. *Barz. decis.* 56. *num.* 19. *Caualc. decis.* 21. *nu.* 10. *par.* 4. adeò rationi consentaneum visum fuit
2 *Doctoribus,* vt nec iuramento eidem renunciari posse crediderint per *cit. l. alia, §. eleganter,* prout *de Franch. decis.* 164. *num.* 13. vbi de-

decisum *nu.16. Bart. & alij* apud *Mastrill. de-*
cis.Sicil.93.num.3. ac illud tantùm viro dene-
3 gari, si quæ repetit dotes mulier pauper sit,
dixit *Molfes.ad consuet.nostras par.6.de iur.dot.*
quæst.9.num.9. cum *Iacob.de Aret.in l.si mari-*
tus,ff.sol.matrim.Cyn.Bal.Alex.Campeg.Couar.
& alijs post *Surd.de alim.tit.8.priuil.84.nu.3.*
*& 4.& Vrsill.ad Afflict.decis.222.num.3.*non-
4 nullosq; casus, in quibus tale priuilegium
amittitur, enumerat *cit. Mastrill.ead.decis.93.*
& decis.252.

Sublatum tamen nostri iuris municipalis
5 dispositione, qua in solidum dotis restitutio-
nem faciendam, constitutum fuit, *Napodan.*
hic num. 25. dixit; at, cum iuris communis
6 correctionem non liceat semper affirmare,
incorrectam voluit dispositionem, *l. non tan-*
tùm,ff.de re iudic. Napod.ibid. prout Ego *l.ex-*
traneus 34.ff.de iur. dot. indeq; virum non te-
7 neri in solidum si dotem ab extraneo non
exegit, arbitror immutatam, ratio enim talis
8 inducendæ constitutionis iure municipali
sublata non fuit, imò remansit,ergo & legalis
dispositio super ea fundata, prout competere
9 etiam viro tale priuilegium, si contra eum an-
tephati solutio petatur, docuit *Camill.Salern.*
ibid.in apost.incip. limita etiam, & sequuntur
Molfes. iam cit.de Franch. decis.71. & 164. &
alij.

Socero quoq; cum quo nurus de dote agit,idem
10 *honor habetur, vt in id damnetur, quod face-*
re potest, rescripsit *Paulus in l.rei iudicatæ,§.so-*
*cero,ff.sol.matrim.quemadm.dos petat.,*habetur-
que *in l.sicut autem,ff.de re iudic.*Hinc dubita-
11 ri contingit apud *Nostrates*, dispositum his
legibus, dicatur ne *Consuetudinario* hoc iure
emendatum, vt idem in socero dotis debito-
re, ac in marito quoad illius solutionem ser-
12 uetur? Affirmatiuè respondet *Afflict.dec.222.*
qui bis ità decisum refert, & apud eum *Vrsill.*
num.1.de Franch.decis.164.num.3. & iterum
decis.366.num.12. & decis.424. eorumq; sen-
13 tentiam tamquam communiter receptam se-
quitur *Molfes.par.6.de iur.dot. quæst.9. num.7.*
14 & de ea non dubitandum amplius, ait, vide-
turq; hoc ipsum haberi ex *Napod. hic ver. fa-*
cere potest, dum *num.44.* patrem respectu filiæ
15 à censura consuetudinaria vix dicit exem-
ptum, ac cæteros generaliter comprehensos,
& tradidere *alij*, quos allegat *Capyc.Latr.con-*
sult.155.num.7. cuius rei ratio non tantùm in
16 filiali erga patrem reuerentia residet, ad *text.*
*l.1.& 2.C.de in ius vocan.,*sed & ne filia repe-
17 tendo solidum frustari dicatur repetitionem,
18 cum postea egeno patri teneatur ex dote exa-
cta alimenta præstare, *l.si quis à liberis, §. pa-*
rentes,ff.de lib.agnoscen.

19 Attamen non parum dubitandum de ea,
quam volunt *cit. DD.* faciendam esse exten-
sionem iuris municipalis ad socerum debito-
rem, videtur, nedum per tradita *à cit. Capyc.*
20 *Latr.per n.12.* qui & socerum carcerari haud
posse dixit *nu.14.* verùm etiam quia non sem-
21 per iuris dispositionem de casu expresso ad
non expressum casum extendere valemus,hoc
22 *idem Napod.* confirmante *num.41.*qui contra
bonos mores *Consuetudinem* istam arbitra-
23 tur, ideoq; non obseruandam,quicquid intra
quoad virum per *Text.l.prospexit, ff.qui, & à*
quib. subnectat.

Posthæc occasione eorum, quæ supra dixi-
mus *cap.1.num.110.111.& 112.hoc eod.tit.*de
assensu capituli pro obligatione bonorum
feudalium fauore dotis, non sinam notare,
olim in quæstionem quoq; deduci consueuis-
se, an assensus prædictus nedum mulierum,
24 earumque filiorum,sed cuiuscumque hæredis
vel extranei fauore censeretur præstitus; sed
quæstionis occasio in anno 1586. speciali
25 *pragm.24. eod.tit. de feud.* declaratione subla-
ta,& quæstio ipsa dirempta,cum assensus præ-
26 sumptionem vigere pro quocumq; dotium
creditore, ac petente eas sibi restitui,declara-
27 tum fuerit, & hoc idem iuri communi con-
sonum per *Text.l.fin.§.simili quoq; modo,C.de*
iur.dot. ac traditis ab *eod.Camer.* eidem *Rouit.*
*super ead.pragm.24.*visum fuit.

Aduertas tamen assensum præsumi ad obli-
28 gationem feudalium pro dote, etiam sine re-
seruatione, si feudalia obligentur; cum diuer-
29 sum sit,censeri præstitum assensum super obli-
gatione feudalium absq; eo, quod fuerit im-
petratus,& censeri feudalia obligata nulla ip-
sorum siuè generali, siuè peculiari facta obli-
30 gatione:primum enim regali ex concessione
habetur, non autem secundum; ideoq; assen-
31 sus absq; obligatione feudalium non præsu-
mitur, vt habetur ex *Reg.de Marin.lib.2. quo-*
tid.resol.cap.28. nu.19. & allegatis per olim
Consil.Carolum Branc. congestis à *num.20.* ac
32 ipsa obligatione facta validè censeri feuda
obligata etiam ante instrumentum dotale, si
facta fuerint matrimonialia capitula cum
33 promissione celebrationis instrumenti dota-
lis, & obligatione bonorum ad consilium
sapientum, & postea instrumentum dotale
subsequutum fuerit, ac anterioritatem desu-
mendam à die capitulorum, non dubitatur,
prout decisum fuit in causa creditorum Illu-
stris Marchionis Orioli, de qua decisione
Capyc.Latr.consult.29. in fin. (quicquid *Idem*
34 contra senserit)& habetur apud *cit.de Marin.*
à d.n.16. & apud *Sanfelic.decis.99.*

35 Verba illa (*facere potest*) dupliciter expo-
ni posse tradit *Napod.hic num. 42.* Primò, vt
36 æs alienum siuè prius, siuè posterius non de-
ducatur,cum non agatur de hypotheca,*l.sunt*
qui, ff.de re iudic. & in hoc sensu non corrigi-
tur ius commune; secundò, vt ne egeat dedu-
37 catur *l.in condemnatione,ff.eod.* remaneatque
viro

viro vndè valeat sustentari, *l.diuortio, ff.de negot.gest.* & hoc in sensu à *Consuetudine*, quæ
38 talem deductionem haud faciendam esse curat, ius commune emendatur.

CAPVT QVARTVM.

Consuetudinis, viro mortuo, cum §. heredesq; mariti, & §. ità quod, eod. tit. explicatio.

De alendis viduis pendente dotium restitutione, & differentia inter hæredes suos, & extraneos circa alimentorum, siuè interesse præstationem: De Lecto viduali, alijsq; mulieribus, in viduitate permanentibus, dandis, & an eorum restitutio mariti hæredibus fieri debeat si ad secundas nuptias mulier transeat? De Consuetudine Bulgari, & de valida interesse taxatione à Consuetudine facta.

SVMMARIVM.

In consuetudine, viro mortuo *continuatur materia repetitionis dotium, num.*1.
*Mariti heres nemo est eo viuente, n.*2.
*Hæreditas viuentis non datur, num.*3.
*Vidua debet ali à liberis perdurante spatio sex mensium, & postea debet eidem solui interesse dotium donec restituantur dotes, nu.*4.
*Hæredes extranei, & sui in omnibus præter vnum sunt æqualis conditionis, n.*5. *&* 6.
*Ratio, cur liberi teneantur alere viduam primis sex mensibus viduitatis? assignatur, num.*7.8. *&*.10.
*Onus alimentorum istud, & interesse est reale, & transit in hæredes, n.*9.
*Alimenta, quæ præstantur ex causa habitationis, domi tantùm debentur, nec alibi etiam iusta causa discedendi intercedente, num.*11.12. *&* 13. *nec competunt hæredibus, n.*14.
Dispositio l.vlt.§.ipsum autem, C.de bon. quæ liberi *à consuetudine confirmatur etiam fauore diuitum mulierum, & quę habent aliundè, n.*15.16. *&* 17.
*Vidua egena, an primis sex mensibus viduitatis debeat ali ab hæredibus extraneis? n.*18.19.20. 21.27. *&* 28.
*Vidua qualibet ob miseriam status præsumitur egena, & pauper n.*22. *&* 23.
*Ius consuetudinarium, & commune in quonam varient, & conueniant circa viduas alendas, vel non? habetur num.*24. 25. *et* 26.
*Viduis debentur vestes lugubres, num.*29. *à quocumque hærede mariti, num.*30. *etiam pro famulis, n.*31. *ac currus, in quo viuo viro incedebat, n.*32.
*Appellatione vestium lugubrium, ac vidualis lecti multa continentur remissiuè, n.*33.
*Taxatio lecti vidualis, ac vestium quomodo fiat? n.*34.35. *et* 36.
*Vestes lugubres restituendæ hæredibus viri per mulieres ad secunda vota transeuntes, nu.*37. *fortiùs si intra annum luctus alias contrahant nuptias, num.*38. *et contra n.*39. *et de ratione, n.*40. *&* 41.
*Interesse dotium, an debeatur mulieri, cui alimenta vir legauit, an verò compensetur cum alimentis? num.*42. 43. 45. 48. 51. 52. 53. 54. *&* 57.
Interesse dotium datur pro alimentis, num. 44. *& rectè petitur in locum alimentorum, n.*46.
*Onus interesse, à consuetudine indictum, dicitur necessarium, n.*47. *sed contra, n.*49. *& dicitur potiùs onus hæredis, n.*50.
*Consuetudine Bulgari quid fuerit traditum? habetur, num.*55. *&* 56.
Voluntates testantium pleniùs interpretandæ, numer. 58.
Statutum taxans interesse dotium validum est, nu. 59.62.63. *&* 64. *contra tamen, n.*60. *&* 61.
*Redditus dotis non dicitur vsura, n.*65.
*Interesse dotium deberi etiam super bonis extra confinia traditur, n.*67. *& de ratione, num.*68. *cui additur alia, quia idem à communi iure statuitur, num.*66. *&* 69.
*Interesse dotis inter dotantem, & virum vtrum à principio constitutionis dotis valeat taxari? traditur remissiuè, n.*70.
Dispositio l.1. §.fin autem, C.de rei vxor. act. *est conformis iuri consuetudinario, n.*71. *&* 72.
*Ratio præstandi interesse non eadem est in stabilibus, ac in mobilibus, n.*73.74. *&* 75. *sed quandoque est eadem, num.*76.

PRosequimur eiusdem materiæ tractatum iuris nempè repetendarum dotium, mulieribus cõpetentis viro mortuo, de qua re licet apertiùs hic dicatur,
1 adhuc tamen præcedenti *Consuetudine* actum fuit, & si aliter arbitretur *Napod. hic in princ. num.*47. quid enim est dicere; *Vbi dos est in casu restitutionis faciendæ siuè à marito, siuè ab hæredibus mariti, & à quolibet alio, &c.* quàm sub eadem verborum structura quemcumque dotium restitutionis casum, etiam per viri mortem, generaliter complecti, nam mariti
2 hæres nemo dicitur ipso marito viuente, ac

3 viuentis hæreditas non datur. Illud tamen
4 non dum actum, tractatur vt pẽdente dotium restitutione, vidua alatur à liberis communibus sex mensium spatio perdurante, eiq; interesse à viri hæredibus eo modo, quo in *Textu* soluatur, donec restitutio fiat.

5 Hinc liquet conditionem hęredum siuè extraneorum, siuè suorũ ęquari in omnibus, præter vnum, vt scilicet non ità extranei, prouit
6 hæredes sui teneantur primis sex mensibus defuncti vxori alimenta præstare, vt *Napodan.*
7 *vbi sup. fol.* 238. huius discriminis rationem, vt mater ità ad morandum cum filijs alliciatur, assignans *ibid. & num.* 73. *ver. hæredes*, & sequuntur *Molfes. par. 6. de iur. dot. quæst.* 10. *nu.* 16. & *de Franch. decis.* 562. *num.* 3. & 4. quod
8 ipse ex filiationis vinculo, quo quisq; stringitur in matrem potiùs euenire mihi suadeo, stante quoq; filiorum commodo interim in dotis retentione, hancq; rationem ab *Authoribus* nostrarum *Consuetudinum* fuisse consideratam testatur *de Franch. decis.* 338. *num.* 2.
9 ac ideò onus alimentorum istud, siuè interesse, censeri reale, & transire ad hæredes voluit *Napod. ab eod. cit.* præterea superior ratio ab
10 eodem met *Napod.* impugnatur, si enim dan-
11 da essent alimenta ex causa inducendæ coha-
12 bitationis, tantùm domi tradenda uenirent,
13 nec alibi, etsi iusta discedendi causa allegari posset, mater petere ualeret, ac filio tantùm
14 uiuente, cum utrumq; nõ aliter decernatur in *l. Caio, §. fin. ff. de alim. & cib. legat.* ac in *l. Syrcus, §. mater filio, ff. eod.*, quæ iura *Napod.* tamquam incorrecta allegauit.

Patet ergò ex his, non decipi *Capyc.* affirmantem in *decis.* 24. *num.* 1. *Text. l. vlt. §. ipsum autem, C. de bon. qua liber.* ubi de alenda ma-
15 tre per filium tractatur, *Consuetudinario* iure confirmari, eo tamen discrimine interceden-
16 te, ut quod per dispositionem *l. vlt.* fauore pauperum dumtaxat mulierum sancitum est, ut traditur *ab Ant. de Amat. variar. resol. tom.* 1.
17 *resol.* 49. *num.* 69. *Consuetudine* etiam ad diuites, & quæ aliundè habeant, ampliatum sit.

Et illa emergit plerumque dubitatio inter *Doctores*, num per uerba illa *Consuetudinis*, *Si fuerint alij hęredes non teneantur ipsam ale-*
18 *re*, ità indefinitè prolata, etiam egena uidua ab alimẽtorum petitione ab hæredibus extraneis uiri præmortui pro primis sex mensibus post matrimonium solutum, excludatur? Et
19 sanè nullam prorsus faciẽdam esse distinctionem lege non distinguente, uidetur dicendum;
20 cum inopiæ mulieris casus non dici possit omissus, sed potiùs sub generica prolatione uerborum comprehensus *Napod. ver. elapsis num.* 77. Quare *Nicol. Maric. in apost. incip. sed audio fol.* 244. *lit. B.* contra talem interpretationem haud potuisse obtinere, imò ad eam S.R.C. inclinasse, & si aliter determinandum instetisset, testatur, eandemq; posuit quæstionem *Capyc. cit. decis.* 24. *per tot.*

His tamen non obstantibus, contrarium
21 decisum refert *de Franch. decis.* 489. *per tot.* quem sequuntur *Adden. cit. Maricon. Scip. Boccin. in apost. incip. in uerbo ali lit. A. fol.* 243. *Molfes. par. 6. de iur. dot. quæst.* 10. *num.* 1. & 5. *alijq;* apud eum, quodque adeò uerum esse
22 creditur, vt nec viduę onus probandi indigentiam remaneat, cum quælibet propter sta-
23 tum miserum præsumatur pauper *Thes. decis. Pedemon.* 43. taliq; remedio subsidiario nec orbatas dici à *Consuetudine* viduas pauperes
24 petendi ab hærede extraneo alimenta, communiter est receptum; & in hoc consuetudinarium, & commune ius conforme esse colligitur ex traditis *sup. cit. decis.* 489. *de Franch. nu.* 1. & *seqq.* licet variet in eo, vt diuitiæ mulie-
25 rum non attendantur ad ipsas excludendas ab alimentis, dum pro primis sex mensibus post solutum matrimonium petunt alimenta à filijs, vt superius dictum est, & huc *Napod.*
26 obseruatio in *ver. elapsis num.* 77. circa meliorem conditionem hæredum extraneorum in alimentando viduas reducitur; filij enim
27 primis sex mensibus matrem tenentur alere,
28 vel diuitem, at extranei hæredes tantùm egenas mulieres, proùt scripsit *Molfes. cit. par. 6. quæst.* 10. *n.* 16.

Item mulieribus viduis vestes lugubres, ac
29 lectus vidualis per hæredes mariti, siuè ex
30 sanguine, & illi, qui dicuntur sui, siuè sint extranei, debentur, vt est videre apud *de Franch. decis.* 413. vbi *Adden. Capyc. dec.* 26. *Guid. Pap. decis.* 295. *Molfes. par. 6. quęst.* 11. *num.* 26. item
31 famulorum vestes *Mascar. de probat. conclus.*
32 1064. *in fin. vol.* 2. & currus, in quo viuente viro mulier incedebat *Nouar. decis.* 84. vbi
33 multa ad rem istam; appellatione enim dictarum vestium, & lecti multa contineri, habetur apud *Guttier. pract. quæst. lib. 2. quæst.* 96. *nu.*
34 22. & quamquam taxatio harum vestium
35 fiat ad mensuram patrimonij, ac mediocriter iuxta loci *Consuetudinem Franc. Hieronym. de Leo. decis. Valen.* 150. *lib.* 2. certam tamen idem *Molfes. tom. 2. in addit. ad 5. par. de alim. præstan.*
36 *quæst.* 5. statuit taxationem secundum mulierum qualitatem, & eam attendi in S.R.C. di-
37 cit, illisq; ad secundas nuptias transeuntibus, tales vestes viri hæredibus restituendas esse voluere *Anna sing.* 591. *Masul. ad dec.* 24. *Capy. num.* 1. cuius rei rationem affert *Molfes. sup.*
38 *cit. quæst.* 11. *num.* 27. ac idem tenet *cit. de Leo.* si mulier intra annum luctus alias nuptias cõtraxerit: at *Rouit. consil.* 97. contrarium tenet, dicens ex communi Neapolitanorum vsu ve-
39 stes lugubres post mulieris transitum ad secũdas nuptias hæredibus viri minimè restitui, & S.R.C. decisionem refert conformem, eiusq; meminit *Consf. Staiban. resol.* 152. *tom.* 1. *nu.* 20. & 21.

& 21. quod & illa ratione comprobari po-
40 test, quia alimentorum ratione debentur, vt
41 dixit *cit. de Leo.* & alimenta, quæ viduis præstantur, restitutioni non subiacent.

Ad aliam nunc deueniamus quæstionem,
42 num legatis vxori alimentis per maritum, eidem dotium interesse debeatur, an verò cum alimentis compensetur? Et compensari voluerunt *Ant. de Alex. hic in apost. incip. quid si mo-*
43 *riatur lit. A. fol.* 242. vbi ità decisum fuisse in causa vxoris fratris D. Antonij de Cappellis testatur, *Alex. in l. diuortio, ff. sol. matrim. ab eod. cit.* latè *Molfes. cit. par. 6. quæst. 11. à nu. 11. ex Napod. Thom. Nauicler. & alijs,* & iterum in *addit. tom.* 2. ac ex mente huius nostri statuti non obscurè percipitur, si eiusdem verba consideremus in §. *hæredesq; mariti,* ibi, *Pro alimentis suis tarenum vnum;* patet enim interesse dotium, quod taxatur pro qualibet vncia,
44 dari pro alimentis, ergo quoties testator de alimentis prouidet vxori in testamento, non præsumitur voluisse vtrumq; eidem dare, sed potiùs vnum vice alterius, cum in dubio qui-
45 libet testando dicitur disponere, prout iuris, & mulieri, ad cuius beneficium alimentorum legatum factum est, multum fauoris, ac bene-
46 ficij est tributum, cum renuens alimentorum legatum recipere, possit interesse petere, & ità eius commodo, alterum acceptando ex istis, satiùs consulere: Quod confirmari dicitur,
47 quia onus præstandi interesse dotis cum à *Consuetudine* sit indictum, dici potest necessarium, & legale, ac quilibet legando creditori eo animo fecisse creditur, vt necessariæ obligationi satisfaciat.

Sed contrarium decisum in anno 1553. in
48 causa Antoniæ de lo Sapio cum hæredibus Thomæ Vespoli, refert *Conf. de Bott. in apost. margin. incip. contrarium d. fol.* 242. qui considerandum allegat *Ruin. consil. 81. num. 8. vol. 2.* habetur apud *Reg. de Pont. conf. 78. nu. 2. vol. 2.* ac latè pluribus rationibus comprobatur à *R. Galeot. controuers. forens. lib. 1. controu. 29. &*
49 30. compensationem nimimè fieri cum interesse, tàm dotis, quàm antephati, ac volunta-
50 rium dici hoc debitum interesse, & hæredum potiùs, non autem necessarium, & testatoris, affirmantem.

51 At ego etsi veriorem dicam in puncto iuris *Molfes.* sententiam, quæ traditis per *Merlin. controuers. forens. cent. 2. cap. 40. num. 45. & 46. de Franch. decis.* 217. comprobatur, & humanitati consonam iuxta sententiam *Fulgos. cons. 196. num. 1. Menoch. relatorumq; ab ipso conf. 7. num. 13. & 18. & Castill. lib. 1. controu. cap. 46.*
52 *num.* 1. distinguendum tamen puto pro concordia opinionum, vt scilicèt tunc *Molfesij*
53 placitum præualeat, cum testator simpliciter alimenta vxori præstanda reliquerit, cum isto casu, ex quo nimis arctè disposuit, censeatur nil vltra voluisse relinquere, ac alimenta ipsa vice interesse.

At si vxor relinquatur à marito guberna-
54 trix, & bonorum administratrix, quo casu
55 censentur alimenta legata filijs extantibus iuxta *Bulgari Consuetudinem* communiter receptam, *R. Capyc. Latr. dec. 176. num. 1. tom. 2.*
56 & extraneo instituto integrum bonorum vsusfructus *Cappell. Tholos. decis. 462. de Franch. decis. 58. Duran. de art. testan. tit. 6. de leg. caut. 49. & alij,* quos allegat *Petra ad decis. 24. Ca-*
57 *pyc. num.* 4. eidem alimenta, & interesse deberi non vereor affirmare, cum isto casu *Pauli* placitum in *l. in testamentis 12. ff. de reg. iur.* af-
58 firmantis, plenius voluntates testantium interpretandas, locum habere, credam, cum *Capyc. in apost. incip. si vir, fol.* 242. dum testator ipse nimis liberalem se declarauit, vt supra disponens in vxorem, ad quod etiam videndus *cit. Merlin. eod. cap.* 40.

De validitate statuti taxantis interesse do-
59 tale, ac dari præcipientis in pœnam retardatæ solutionis, non controuertitur: nam etsi *Con-*
60 *suetudinem*, quæ pendente dotis restitutione solui mandat interesse, non valere dixerint *DD.* penes *Capyc. dec. 65. num. 12. Hodier. in addit. ad decis. 240. Surd. num. 27. Anton. Ama.*
61 *resol. 49. num.* 85. & alibi, sicut nec antephati interesse dandum pendente ipsius solutione voluere *cit. Capyc. ibid. & Afflict. decis. 281. &*
62 291. contrarium communi *DD.* sententia, tamquam veriùs fuit approbatum, prout scripsere *Carleual. de indic. tom. 2. tit. 3. disput. 8. sect. 4. à num.* 40. qui simile statutum esse
63 Romæ, ab Apostolica Sede approbatum, dicit, *Molfes. par. 6. quæst. 10. num. 24. & 25. Hodier. ibid. num. 28.* ac *DD. ab eod. relat.* ac per *cit. Amat. num.* 86. & adeò hoc verum esse, vt
64 quodlibet statutum ità disponens quoad dotem, & antephatum iuri communi conforme dicatur, affirmauerunt *Molfes. par. 7. de iur. quartæ quæst. 12. num. 4. Reg. Galeot. controu. 30. num. 18. Merlin. controuers. forens. to. 2. cap. 16. num. 14. cit. Amat. num. 98. in fin. & 99.* videturque esse ex mente *Napod. hic ver. tarenum*,
65 *num.* 79. vbi huiusmodi redditum dotis, non
66 dici vsuram, *Consuetudinem*, nostram ad explicationem iuris communis introductam, asserit.

Quare id, de quo *de Franch. dec. 217. nu.* 2.
67 *& decis.* 472. vt dotis interesse etiam super bonis extra Neapolitanum territorium po-
68 sitis, debeatur, non tantùm quia dos est nomen iuris, & per cõsequens omnia bona complectitur etiam alibi posita, & vltra ambitum Ciuitatis, vt *num. 6. & 7.* sed etiam quia com-
69 munis iuris, & *Consuetudinarij* eadem est dispositio in hac re, probatur: & in articulo,
70 verum inter virum, & dotantem valeat interesse dotis in ipso constitutionis actu decerni,

M 2 vi-

videnda sunt, quæ scripsit *Conf. Carlenal. de indic.d.to.2.tit.3.disput.8.sect.3.per tot.*

Nec mirum, si *Napod. in ver. hæredes in princ. fol.*242. ad confirmandam consuetudi-
71 nariæ dispositionis, & iuris communis conuenientiam, dispositum in *Consuetudine* ista, prius in *l.1.§.sin autem, C.de rei vxor.act.* quę
72 *Textum* stabilibus tantum bonis aptari voluere *Amat.cit. resol.49. num.7. Doctoresque ab eod.relat.* constitutum fuisse, dixerit;nam
73 licet diuersa ratio præstationis interesse consideretur respectu mobilium, ac stabilium, cũ
74 horum fructus statim soluto matrimonio propter dominij translationem ipso iure in mulierem eidem debeantur, & in eius defectũ alimenta,vel interesse,quod aliter se habet re-
75 spectu mobilium de iure communi,idem quo ad mobilia & si diuersa de ratione est à *Con-*
76 *suetudine* constitutum, ac per consequens interesse mobilium ad instar stabilium propter moram,siuè commodum hæredum non restituentium dotes,creditori debetur.

CAPVT QVINTVM.

Verba Textus explicantur.

De interesse dotium non solutarum soluendo, & an absq; interpellatione, aut protestatione debeatur? & de eiusdem consuetudinaria taxatione, item de ea, quæ per ius commune habetur; De Corredo eiusq; probatione,& restitutione etiam in casu, quo ad vsum matrimonij non fuit consumptum.

SVMMARIVM.

Interesse dotium, siuè alimenta an debeantur absq; interpellatione? num.1.& quid de iure consuetudinario? nu.2.3.4.5.6.9.& 10.& quid si mulier post ceptam habitationem domi hæredis,discedat? n.7,8.11.12.& 13.

Praxis petendi interesse dotale viro mortuo viget, nu. 14.& petitio arguitur etiam per incisionem capillorum mulieris, n.15.

Interesse dotale an debeatur per patrem filio suo discedenti è domo à die factæ interpellationis,an verò discessus? remissiuè n.16.

Vncia quid sit?habetur,n.17.& 18.& in Ciuitate Neapolitana est determinata quantitas tarenorum triginta, numer. 19.

Consuetudine taxatur interesse dotale ad rationem tareni vnius pro qualibet vncia semestratim, quare in anno est ducatorum sex cum duobus tertiis pro quolibet centenario aureorum, nu. 20.& 21.& affirmantes contrarium errauerunt in computatione,n.22.& 23.

Interesse istud consuetudinarium, an debeat taxari ratione lucri cessantis, & damni emergentis, ità vt minui,& augeri possit,traditur, nu.24. 25.26.30.31.32.35.& 36.

Interesse dotale in regno vlterioris Siciliæ taxatur ad rationem septem aureorum pro centenario dotis consignandæ,quinq; verò dotis restituendæ,nec minui,aut augeri potest, num. 27.28. & 29.

Taxatio olim facta interesse per Consuetudinem fuit etiam attentis lucro cessante, & damno emergente,n.33.& 34.

Interesse dotium non solutarum à iure communi taxatur ad rationem quinque pro centenario, num.37.

Ius commune, & consuetudinarium conuenire circa interesse taxationem, an sit verum,& quomodo?explicatur, n.38.39.& 40.

Interesse dotis non solutæ debetur ratione lucri cessantis, & damni emergentis, si dos à marito vxori fuerit testamento relicta, numer.41.& de ratione,n.42.& 43.& de interesse debito viro, cui dos non est soluta, agitur remissiuè num. 46.

Dotes legatæ statim viri obitu sequuto debentur, num. 44.& 45.

Corredum, & mobilia eadem iuris consuetudinarij censura stringit circa restitutionem,non autem circa probationes,n.47.& 48.

Probari potest per testes, fuisse consignatum corredum, sed dotes absq; instrumento non probantur,n.49.& 50.

Ratio cur mobilia, & corredum sint restituenda non est eadem pro vtrisq, & quænam sit? nu. 51.52.& 53.

Corredum quid sit? explicatur remissiuè, n.54.

Corredum restituendum consumptum etiam si datum sit æstimatum, si tamen non sit aliter conuentum inter partes,n.54.55.& 56.& quid si probetur consumptum non ad vsum matrimonij, n.57.

1 INteresse dotium, siuè alimenta an sine interpellatione debeantur de iure communi etiam transacto anno post mortem viri? controuertitur inter *DD.* prout legitur apud *Conf.Hodier.in addit.ad decis.Surd.* 240. & *Amat.cit.resol.*49. qui à *nu.*93. plures exa-
2 minat casus;eidem questioni locus superesse videtur hoc iure nostro consuetudinario at-
3 tento, cum disparitatis ratio inter vtrumq; minimè valeat assignari, & quamquam *Napodan. in ver.elapsis nu.*77. statim, lapso tempore

4 pore à *Consuetudine* ad dotes restituendas sta-
tuto, interesse etiam absq; requisitione debe-
5 ri, probet, decisumq; tradatur a *Capyc. Latr. de-
cis. 375. à n. 42. tom. 2. Molfes. par. 7. de iur. quar.*
6 *quæst. 11. num. 3.* hoc tamen non est incontro-
uersum, cum contra senserint *Afflict. dec. 291.
Capyc. dec. 65. & alij*; eoq; præcipuè casu, quo
7 vidua à domo hæredis præmortui viri post
ceptam habitationem in ea, discedit, cũ enim
8 tali habitatione animus recipiendi alimenta
in locum interesse arguatur *Napod. hic ver. ali
num. 94. fol. 246. Stephan. de Gaet. in apost. incip.
circa finem, fol. 242. lit. C. de Franch. decis. 217.
ac Amen. in addit. ad dec. 338. eiusd. num. 7. Mol-
fes. par. 6. quæst. 10. num. 7.* & si extraneus sit hæ-
9 res idem *Molfes. num. 17.* petitionem interes-
10 se in locum contrariæ protestationis, necessa-
riam dixit idem *de Gaet. ibid. ex Soccin. consil.
180. per Text. l. pecuniæ, ff. de vsur.* (licet Ipse
11 illo casu prætermittendam verbalem prote-
stationem, quæ vltrò habetur facto, & effica-
12 ciùs, credam, nam sicut ex habitatione mu-
lieris, eiusdem præsumitur voluntas remit-
13 tendi interesse, ita discessu contrarius ani-
mus elicitur non obscurè.)

Hinc ad tollendas lites mos inualuit, vt vi-
14 ro mortuo, vidua dotes petat, ac dotalia iu-
ra, & protestetur de interesse contra hæredes
viri per publicum instrumentum, & ad eun-
15 dem finem crines incidat suos supra viri cor-
pus si præsens sit, vel supra vestes si moriatur
absens, vt testantur *Ant. Capyc. in apost. incip.
ad text. fol. 237.* latè *Stephan. Caiet. vbi sup.
Molfes. d. par. 6. quæst. 7. num. 2. & seq. & Masul.
in addit. ad decis. 24. Capyc. num. 1.* & an inte-
16 resse per patrem filio à die factæ interpella-
tionis ad soluendas dotes, vel discessus à pa-
terna domo, debeatur? tractat *de Franch. de-
cis. 46.*

Verba illa (*pro qualibet vncia auri*) nonnul-
17 la explicandi necessitatem nobis imponunt,
18 & sanè licet verbum, *vncia*, variè sonet, vt ex
Napod. hic num. 80. in hac tamen *Consuetudi-
ne* nostra ponitur ad explicandam certam pe-
cuniæ quantitatem iuxtà regionis morem ta-
19 renorum nempè triginta, vt *num. 81. & 82.* &
sequitur *Carleual. de indic. cit. tom. 2. disp. 8. sect.*
20 *4. num. 42.* Quare cum dotis interesse in quo-
libet semestre ad rationem vnius tareni pro
21 qualibet vncia taxetur, ipsum in anno esse
ducatorum sex cum duobus tertijs pro quo-
libet aureorum centenario, patet, & habetur
in *dec. 103. Gram. n. 10. In dec. 217. num. 2. de*
22 *Franch.* & alibi quicquid aliter dicant *Mol-
fes. par. 6. de iur. quar. quæst. 12. num. 6.* cum quò
sentit *Merlin. controuers. cent. 3. cap. 16. in fin.
num. 18.* affirmantes interesse consuetudina-
rium in quolibet anno esse ducatorum sex, &
23 granorum septuaginta quinque, & *Petr. ad
decis. 24. Capyc. num. 1.* qui ex *Vrsill. ad Afflict.
dec. 291. n. 5.* esse ducatorum sex, & granorum
quadraginta, tradit; isti in computatione er-
rauerunt.

Videndum tamen vtrum interesse istud sit
24 adeò certum, à *Consuetudine* præfinitum, vt
ratione lucri cessantis, aut damni emergentis,
25 nec possit minui, nec augeri? & respondendũ
esse affirmatiuè, habetur ex *de Franch. decis.
472.* vbi *Ricc. in addit.* idemq; confirmari vi-
26 detur per tradita *decis. 217. 338. & 489.* se-
quuntur *Thor. in compen. par. 1. ver. interesse*
27 *dotis, & alij*, prout in regno vlterioris Siciliæ
interesse dotis consignandæ esse ducatorum
28 septem, restituendæ verò ducatorum quinq;
dixit *Mastrill. decis. 252. n. 31. & 32. ex Cumi.*
29 *super rit. cap. 94. tit. de interusur. dot.* nec posse
minui, nec augeri.

At sententia aliorum, qui superioribus *Do-*
30 *ctoribus* contradicunt, mihi verior visa est,
ideoq; interesse, vel consuetudinarium lucri
31 cessantis, ac emergentis damni ratione liqui-
dandum esse censeo, prout pluries decisum
fuisse, testantur *Thor. ibid.* & *Molfes. cit. par. 7.
quæst. 12. num. 7. & 8. & tom. 2. in addit.* ex men-
te *Fuluij Lanar.* id haberi dicens, idemque
multis comprobat rationibus *Io: Anton. La-*
32 *nar. consil. 26.* & posse minui tale interesse, no-
stra haud refragante *Consuetudine* probat
Cons. Carleual. cit. tom. 2. disput. 8. sect. 4. in fin.
33 *num. 42.* Ratio enim inducendæ *Consuetudi-
nis* soluendi interesse ad statutam rationem,
ea certè fuit, quæ à lucro cessante, & damno
emergente potuit dependere, nam alioquin
34 ipsa interesse taxatio fuisset inanis, nec potuis-
set in *Consuetudinem* transire, tanquam con-
tra iuris regulas, & rationem, ideoq; quoties
35 dispar lucri ratio cessantis, & emergentis
damni propter rerum, aut temporum diuersi-
tatem assignatur, diuersa debet esse interesse
determinatio, ne fortè ipsa Municipalis no-
stra lex maximum, vel contra mulieres, vel
contra hæredes dotium debitores dicatur
36 iniquitatem sapere, quod certè eueniret, si il-
lis non integrum sarciretur damnum, factum
etiam in commodo, quod cessauit, vel isti sol-
uerent interesse vltrà quàm commodi est re-
ceptum.

Et obiectioni, quæ ex *Consuetudinarijs* ver-
bis, quibus ad certam rationem constitutum
est interesse fieri potest, occurritur, si conside-
37 remus, etiam à iure communi interesse dotiũ
non solutarum taxatum extitisse, & ad quin-
que pro centenario in *authen. de non alien. §. si
verò alicuius, Afflict. decis. 384. num. 4.* nec ideò
38 inter se pugnare ius nostrum prouinciale, &
commune dixerunt *Molfes. cit. quæst. 12. nu. 8.
& Lanar. cit. consil. 26. num. 9. & 10.* quod cum
39 in vno tantùm verificari possit, nempè in
permissione interesse propter moram soluen-
tis dotem (de ipsa enim interesse diuersitate
in

in vtroq; iure controuerti non licet, si *cit. Af-*
40 *flict.* credere velimus) reliquum est, vt in ipsa
interesse diuersitate adhuc cõuenire affirme-
mus propter eandem damni emergentis, ac
cessantis lucri vtrobique consideratam ratio-
nem.

Viget magis nostra sententia, vbi dos per
41 virum vxori suæ fuerit testamento relicta;
nam vt ex *Napod.* percipitur *ver. in dotem*,
& dotes ipsas à num.83. Consuetudo in dote
42 verè soluta, & quæ apparet per instrumẽtum
dotale, non autem admissa, vel testamento
relicta, videtur explicanda esse, ideoq; nec il-
lius verba interesse decernentia ad dotem re-
43 lictam extendenda, sed potiùs iuxta commu-
nis iuris regulas, quoad eam liquidationem
faciendam, dicendum sequitur, eo fortiùs,
44 quia statim viri obitu sequuto interesse de-
beri, ex *Aret. in §. si vxori instit. de legat.* scri-
pserunt *Vrsil. ad decis. Afflict.* 950. *num.* 5. *&*
apost. in consuet. viro mortuo, incip. si maritus lit.
45 *B. fol.* 237. cum eadem die restituendas dotes
legatas habeatur in *ead. apost.* & *in decis.* 359.
Afflict. ac ità pluries decisum fuisse, referat
Cons. de Bott. ibid. in apost. incip. si dos. De inte-
46 resse verò, quod viro debetur ob non factam
dotium solutionem tempore statuto per pro-
mittentem, vide *Vrsill. ad decis.* 284. *num.* 1.
& 2.

Explicantur à *Napod. num.* 96. *in fin. &* 98.
fol. 246. verba illa consuetudinaria, *Reliqua*
bona corredi apparẽtis, de quibus *in §. ita quod*,
47 & concluditur, idem iuris esse circa restitu-
tionem faciendam corredi, & bonorum stabi-
lium, non autem circa probationes, nam sta-
48 bilia, & corredum sunt illicò restituenda, at si
corredum consignatum fuisse non appareat
49 instrumento, potest id ipsum testibus adhibi-
tis probari, cum dotes consignatas fuisse, non
50 aliter quàm instrumento probari posse, sit
certum, & latiùs infra dicemus: præterea nec
51 eadem subitæ restitutionis stabilium, ac cor-
redi ratio intercedit, nam quoad corredum
52 eam esse arbitror, ne protracta ipsius restitu-
tione penès viri hæredes in perniciem mu-
53 lieris corrodatur, aliam verò esse cur statim
stabilium sit facienda restitutio, diximus su-
pra.

54 Vndè dicatur corredũ, & quid sit, explicatur
à *Molfes. par. 6. de iur. dot. q. 7. à n.* 18. vbi etiam
per *Text. l. quicumq; ff. de fals. ex Napodan. vbi*
sup. & in consuet. si mulier nupta, nu. 10. *&* 11.
55 *fol.* 232. corredum restituendum cõsumptum
prout tempore mortis viri extat, si tamen ali-
56 ter conuentum non sit, affirmat, etiam si da-
57 tum sit æstimatum, de qua re maximè du-
bitat *Ant. Capyc. in d. consuetud. viro mortuo,*
§. ità quod in apost. incip. ad istam glo. fol. 247.
si probetur consumptum fuisse corredum
non ad vsum matrimonij, vel à viro dilapi-
datum.

TITVLVS NONVS

DE

Iure Quartæ.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, quartam autem, explicatio.

De donatione ante, siuè propter nuptias, Dotario, Tertiaria, & Antephato, eorumq; conuenientijs, ac discordantijs, item taxatione, & præstatione, & an, & quando antephatum minui possit, vel augeri? & antephatum an idem debeatur in matrimonio contracto more Procerum, & Magnatum, ac secundum morem nobilium platearum Capuanæ, & Nidi? De successione filiorum ad antephatum, & an quælibet filiorum existentia excludat matrem ab illius proprietate, & portio-

de-

deficientis filij fratri potiùs, vel proscripto, aut damnato ob capitale crimen, Regulari aliterque ciuiliter mortuo, quam matri vsufructuariæ accrescat? De secundo viro, qui cum vxore sua paciscitur, vt ad antephatũ filij secundarum nuptiarum succedant, & an huiusmodi pactum in perniciem filiorum primi matrimonij substineri valeat? De more Procerum, & Magnatum, quid operetur, quid importet, & an vt proprietas antephati matri quæratur filio mortuo ad eiusdem creditorum exclusionem? & an contrahentes secundùm talem morem, iuri communi potiùs quàm Consuetudinario subiacere præsumantur? De facultate Tutoris, & Balij in contractibus pupilli nomine celebratis, ac eiusdem ratihabitione, siuè tacita, siuè expressa post minorèm ætatem. Tandem de exclusione mulierum à proprietate antephati filijs existentibus à iure communi statuta.

S V M M A R I V M.

Donatio ante, siuè propter nuptias fuit antiquis Iurisprudentibus incognita, num. 1. cum postea fuerit orta, num. 2. & aucta a Iustiniano, num. 3. & potest fieri tam ante, quàm post nuptias contractas, num. 4.

Inter dotem, & donationem propter nuptias debet esse æqualitas, n. 5.

Dotarium successit in locum donationis propter nuptias in regno super feudalibus, siuè tertiariæ, num. 6. & 8. & quando debeatur, n. 7.

Quarta successit in locum donationis propter nuptias in Ciuitate Neapolis, nu. 9. sed omnia vnico nomine Antephati explicantur? n. 10.

Antephatum, & Donatio propter nuptias non dicuntur per omnia conuenire, n. 11. & 12.

Æquitati seruandæ inter dotem, & donationem propter nuptias hodiè dicitur abrogatum, n. 13.

Antephatum vndè dicatur? n. 14. & eiusdem nomen à Longobardis inuentum respectu allodialium, n. 15.

Antephatum pleno iure quæritur mulieribus soluto matrimonio, ac filijs non existentibus secundum ius consuetudinarium, n. 16. & ità etiam de iure communi, num. 17. at filijs super existentibus tantùm in vsufructu, num. 17. quoad proprietatem verò pro numero liberorum secundum ius commune, n. 19.

Ius regni se conformat iuri communi circa antephati præstationem, n. 30.

Antephatum hodie in regno debetur in omni casu in vsufructu, n. 21.

Proprietas antephati est filiorum, nec matri deberi potest etiam si filia indignà supersit, num. 22. & 23. & quid seruandum in viro rebelli, & an fisco potius, quàm dotanti restituenda, & an filia possit habere legitimam saltem? n. 24. & 25.

Antephati quantitas non eodem modo taxatur per pragm. 1. tit. de donat. propter nupt. *ac de iure consuetudinario, n. 25. & quæ nam sit secundum ius commune, consuetudinarium, morem Procerum, & Magnatum, & Nobilium Capuanæ, & Nidi, n. 72. remissiuè.*

Quantitas antephati non potest augeri, & ideò reducitur ad statutam quantitatem de æquitate, non autem de rigore iuris, nu. 27. & 28. sed potest minui, nec vidua potest dicere se læsam, nu. 29. & 30. fortiùs si adsit minuendi consuetudo, n. 31. sed contrarium habetur, nu. 33. 34. 35. & 36.

Antephatum quandoque nullum datur, n. 32.

Quantitas antephati dependet à dotali quantitate si partes nil de ea conuenerunt, num. 37. nec eadem datur viduis, ac virginibus, num. 38. & datur pro dote verè soluta, n. 39. & 40.

Viro numquam imputandum si dotes non exegit, num. 41.

Mulier debet se gratam viro exhibere propter dilationem datam patri in soluendo dotem, num. 42.

Antephatum an debeatur non soluta dote, si fuerit constitutum etiam, per altre cause mouentino la sua mente? *n. 43. 44. 45. & 46. & quid de more regni, n. 47.*

Antephatum debetur sequuta copula carnali, n. 47.

Verba illa, dote data, vel non data *cap. regni* mulier dotarium *quomodo intelligenda? explicatur, n. 48. 49. & 50.*

Antephatum quandoq; nec soluta dote debetur, & quando? n. 51. 52. 53. 54. 57. & 58.

Antephatum an debeatur matrimonio non consumato? n. 55. & 56.

Mulieri deosculata tantùm, nec carnaliter cognitæ debetur medietas antephati, n. 59. etiam secũdùm ius commune, n. 60.

Antephatum an debeatur à viro non constitutum, nu. 61. 62. 63. 64. & 65.

Distinctio facta per Camill. Saler. *circa antephatum debitum mulieri, quæ contraxit more Magnatum, & illi, quæ contraxit more nobilium Capuanæ, & Nidi affertur, & reijcitur, num. 66. & 69. cum neq; à iure communi probetur,*

betur, num.67.& 68. & existentia filiorum de iure communi attendatur ad hoc, vt videri possit proprietas ne debeatur antephati, nu. 70. quod hodiè nec spectatur per pragm. 1. de donat.propter nupt. n.71.

Dotarij quantitas quænam sit? n.73.

Filij quomodo succedant ad antephatum, & vti filij ne, an vti hæredes, n.74.75.& 76. vbi de praxi contrahendi, & quid de iure communi, et regni, n.96.97.et 153.

Creditores filij præferuntur in antephati proprietate hæredibus matris, quæ moritur post filium suum, n.76.110.et 146.

Proprietas antephati ad fratrem potius transit, quam ad matrem, n.78.et 134.

Filijs quæritur ius in proprietate antephati antequam nascantur, n.79.

Mater semper excluditur filiorum existentia, n.80. 90.131.132. et 147. etiam si sint regulares, n. 81. vel sint proscripti, vel aliter damnati ob capitale crimen, num.82. et de ratione, numer.83.

Constitutiones regni Pœnam eorum, Forindicatorum bona, Grandis vtilitas, ob filiorum culpas, et dispositio authen.bona damnatorum, C. de bon. proscript. explicantur remissiuè, n.84.

Annotatio bonorum, et confiscatio fit in pœnam contumaciæ non autem criminis, nu.85. vel adeò propter crimen fit, vt bona quærenda non comprehendat, n.86.

Mors ciuilis, an et quando æquiparetur naturali? num.87.et 88.

Quod dicitur de regularibus extenditur ad proscriptos, n.89.

Existentia filiorum excludit matrem ab antephati proprietate, etiam si matrimoniũ sit cõtractum more Magnatum, num. 91. cum in hoc conueniant mos Magnatum, et Consuetudo, n.92.

Pacto inito, vt filij succedant tamquam filij non autem tamquam hæredes, an censeatur à dispositione consuetudinaria recessum, et contractum ad formam iuris communis? n.94. et an nepotes veniant ex propria persona, an verò cum qualitate hæreditaria? n.95.

Secundus vir an possit cum futura coniuge pacisci, vt in antephato tantùm filij secundarum nuptiarum succedant? et an saltem respectu antephati sit locus imputationi, nu.98.99.100. et 101.

Nil humanæ societati infensius bello, n.102.

Casus decisus affert exemplum in posterum, n.103. et de simili ad simile valet illatio, n.104.

Pugna non est sine hostibus, nec victoria sine pugna, n.105.

Proprietas antephati non potest esse in suspenso matre viuente, nu.105. ideò semper dicitur esse penes filios, et vsusfructus penes matrem, num.107.170.171.172.173.et 174.

Mater, filijs prædecedentibus, ipso iure acquirit proprietatem antephati, nu.108.et 115. si tamen frater non adsit, nam si existit, est contrarium verius, n.109.111. et 116. frater verò cum succedat hæreditario iure tenetur creditoribus fratris, n.112.

Filij quando possint de proprietate antephati disponere? traditur, n.113.

Verba, secondo l'vso, e costume de Proceri, e Magnati, in contractibus matrimonialibus apposita, an operentur, vt censeatur actum ad formam iuris communis? n.114.

Consuetudines Neapolitanæ ligant contrahentes more nobilium Capuanæ, et Nidi, ac Procerum, et Magnatum in his, quibus consuetudinibus non est derogatum ab vtroq; more, num.117.118.et 157.

Per pactum, vt filij succedant tamquam filij non autem, tamquam hæredes non derogatur iuri cõsuetudinario quoad alia n.119. si expressè non fuerit de tali derogatione actum, n.122.

Consuetudines habentur tamquam ius commune in hac Ciuitate, n.120. et tamquam ius nouissimum debent priùs seruari, n.121.

In odiosis arctè fit interpretatio, num.123. nec fit extensio de casu expresso ad non expressum, n.124. præcipue in præiudicium alterius, nu. 125. etiam si maioritas rationis concurrat, num.126.

Quod non dictum, consultò censetur omissum, num.127.

Exclusio vnius est inclusio alterius, n.128. et excepto vno casu alter censetur approbatus, numer.129.

Quod fauore vnius est introductum non debet in odium eiusdem retorqueri, n.130.

Rei suæ quisq; est moderator, n.133.

Soror per renunciationem excluditur à fratre ab antephati portione, sed succedit, fratre deficiente, num.135. sed iure hæreditario fratris, num.136.

Tutor, et Balius loco domini habetur, n.137. et valent omnia facere, quæ dominus ipse, nu.138. cum in omnibus pupillum repræsentent, num. 139. et habeat eiusdem liberam bonorum administrationem, n.140.

Maior factus si soluerit per quinquennium censetur obligationem à tutore factam ratificare, num.141.

Tacita ratificatio supplet omnem defectum solemnitatis, n.142.

Solutione facta, arguitur tacita, et expressa contractus approbatio, n.143.

Ratificare facto est magis, quàm verbis, nu.144. et Ratihabitio retrotrahitur ad tempus factæ obligationis, n.45.

Ius Procerum, et Magnatum differt à iure communi, nu.148. et in quo differant circa antephati præstationem, n.149.150.153.et 156.

Dotarij proprietas penes quem dicatur esse? traditur n.151. et 152.

Ver-

Verba contrahentium censentur posita, vt aliquid operentur, n. 155.

Casus omissus à more Procerum recipit interpretationem à Consuetudinibus, cum dicantur ius commune in loco vbi vigent, n. 158. *&* 159.

Mulier, quæ nubit more Procerum, dicitur testabilis, n. 160. *sed esset contra, si mos Procerum esset idem, ac ius commune, n.* 161.

Disponens censetur velle disponere iuxtam Consuetudinem potiùs, quàm ius commune, n. 162. *&* 163.

Mos Procerum operatur, vt mulier possit disponere de nouem bonorum partibus, non obstante prohibitione consuetudinaria, n. 164.

Contrahentes possunt sibi certum ius constituere in contractibus, n. 165.

Nemo plus iuris transferre potest in alium, quàm in se habet, n. 166.

Capitula posita in Consuetudine, siquis, vel siqua, *de more Procerum non sunt ius, num.* 167. *& contra, n.* 168.

Verba illa, vt filij post mortem matris succedant vti filij, *non impediunt eidem acquisitionem proprietatis antephati, n.* 169.

1 DOnationem ante, siuè propter nuptias penitùs fuisse de iure Digestorum iuris prudentibus incognitam, authoritate *Imperatoris Iustiniani in §. est, & aliud genus instit. de donat.*, ac à Iunioribus
2 Diuis Principibus ortum habuisse, deindè à
3 Iustino Cæsare, ac ab ipsomet Iustiniano auctam, & tàm ante, quã post contractas nuptias
4 fieri posse, indultum; ità tamen vt inter do-
5 tem constitutam, ac donationem adsit æqualitas ad *Text. in authen. de æqual. dot. nouel.* 97. *& authen. æqualitas, C. de pact. conuen.* tradidit *R. Marcian. disput.* 93. *n.* 1. *&* 2.

In locum donationis propter nuptias Do-
6 tarium successisse in regno super feudalibus viuentium iure Francorum *Afflict. in tit. qual. poter. olim feud. alien. §. donare ver. quarto, Napod. hic in explic. rubr. ver. item illud dotarium num.* 10. *fol.* 248. qui cum *Capyc. in repet. l. Imperialem ver. quarto est dotarium fol.* 17.
7 quomodo, & quando debeatur explanant, si-
8 uè Tertiariam super allodialibus *Reg. de Pont. consil.* 110. *à n.* 4. vt in *constit. regni licentiã, & in constit. mulier, quæ dotarium, et in cap. regn.* 165.
9 *incip. mulier dotarium*, & in hac Ciuitate Quartam, de qua hoc nostro *tit.* dicitur, quæ
10 omnia vnico tàm in Regno, quàm Ciuitate Antephati nomine explicantur, idem *Marcian.* testatur *num.* 3. & *Molfes. par.* 7. *de iur. quar. quæst.* 1. *nu.* 11. 12. *&* 18. *Ant. Capyc. in repet. d. l. imperialem fol. mihi* 17. & diuersa vnico vocabulo explicantur, prout idem *Capyc.* hìc *in apost. incip. innuit fol.* 248. *lit. A. Afflict. dec.* 291. *&* 333. & *de Marin. lib.* 2. *resol. quotid. cap.* 23. *n.* 1. scripserunt.

Nec adeò in locum donationis propter
11 nuptias successisse antephatum dicendum est, vt per omnia inter se conuenire dicantur, cum aliter dicendum insinuent *Rouit. cons.* 55. *num.* 4. *&* 9. *tom.* 1. *Stayban. cons.* 51. *num.* 13. & alij, prout nec conuenire cum donatione pro-
12 pter nuptias circa disposita in *cit. authent. æqualitas, C. de pact. conuen.* dixit *Napod. in explicat. huius rubr. num.* 1. cum æqualitati ser-
13 uandæ inter dotem, ac donationem hodie abrogatũ dici debeat per cõtrariam, vniuersaléq; locorum *Consuetudinem* ex *Guid. Pap. dec.* 363. *Camill. Borrel. in summ. decis. tit.* 8. *de antephato to.* 3. *n.* 23. *&* 27. *& alijs.*

Dicitur antephatum quasi ante mortem,
14 vt post *Napod. sup. cit. & Afflict. eisdem decis. R. Rouit. cons.* 55. *tom.* 1. refert *cit. Marcian. n.* 3.
15 taleq; nomen à Longobardis inuentum respectu bonorum allodialium, dixit *Afflict. in sup. cit. tit. qualit. poter. olim feud. alien. §. donare,*
16 *vers. quarta*, illudq; pleno iure mulieribus quæri soluto matrimonio, & filijs nõ existẽtibus, si *Consuetudinem* nostram attendamus, constat, non secus, ac iure communi disponi-
17 tur in *authen. de nuptus, §. si igitur*; at si filij adsint vsusfructus antephati datur mulieri-
18 bus ab eadem *Consuetudine*, quod æquè ius commune confirmat respectu earum, quæ iterum nubunt, *l. fœmina, C. de secun. nupt. §. si verò expectet authen. de nupt.* cum permanenti-
19 bus in viduitate antephati proprietas, pro numero liberorum taxanda, concedatur *per authent. si tamen,* vbi *Bal. C. de secun. nupt.*

Communi totaliter se conformat ius Regni
20 in *cap. Reg. Caroli incip. mulier dotarium,* vt per *Nigr. super eod. n.* 44. dixit *de Marin. lib.* 2. *resol. quotid. cap.* 25. *n.* 2.

At omni prorsus sublata iurium distinctio-
21 ne, diuersaq; dispositione, adsint, siuè non adsint filij, nuptiæq; recontrahantur, vel non, ad antephati vsumfructum tantùm ab anno 1617. per *pragm.* 1. *tit. de donat. propter nupt.*
22 admitti fœminas, non dubitatur. Quare antephatum ad heredes mariti semper restituen-
23 dum, nec fieri posse proprietariam matrem si filia superfit indigna, concludit *cit. de Marin. lib.* 1. *resol. quotid. cap.* 15. vbi quid seruandum
24 in viro rebelli, & num fisco potiùs, quàm socero dotanti restituendum, & an saltem
25 legitimam filia possit habere? examinat.

Antephati quantitas aliter, ac quartæ per
26 *Consuetudinem*, in eadem *pragm.* taxatur, quę
27 non potest augeri, imò (quod est durius) si
28 maior summa constituatur pro antephato, de æquitate ad statutam quantitatem reducendam, eamque peti posse, de rigore verò iuris nihil deberi voluit *Io: Maria Nouar. super ead. pragm. collect.* 2. *num.* 2. sed posse minui in
29 constitutione, quæ fit à viro, nec ideò læsam
30 se dicentem viduam exaudiendam esse ex

Afflict.post And.in constit.licentiam num.2.qu.3. Nigr.in cit.cap.mulier.dotarium,nu.63.& Pellic.ad consuet.Auers.cap.5.n.157.cum seqq. placuit *de Marin.resol.lib.2.cap.24.num.9.* fortiùs
31 si *Consuetudo* minuendi adsit *Stayban.sen.supra cit. cons.* 51. *num.* 16. cum & minui dona-
32 tionem propter nuptias, imò nullam fieri posse censuerit *glos.in sup.cit.authent.æqualitas, C.de pact.conuen. ver. pari* penès *Rouit. consil.* 50.*num.*15.*tom.*2. His tamen videtur contra-
33 ria sententia *Napod. hic num.*13. *ver.item differt, fol.*248. antephatum nec posse minui, nec augeri, tradentis,& licet in terminis *prag.*
34 non loquatur, non ideò tanti viri authoritati *pragm.* dispositio rectè opponi valet,cum nil in ea in contrarium statuatur: at *Napod.*
35 dictum non vigere, si non ex ipsa *pragm.*sanctione, ex ratione,qua condita fuit,conuincitur non obscurè, fuit enim lata ad re-
36 stringendas virorum donationes propter nuptias, ergo quælibet opinio, quæ de restringendis donationibus tractat, consona *pragmaticæ* dispositioni dicenda, eo magis, quia isto in casu partium conuentio non contradicit.

A quantitate ergo dotali antephati quan-
37 titas dependet quoties inter partes non minuitur, nec eadem est viduarum secundò nu-
38 bentium, quæ virginibus est constituta, vt in
39 *ead.pragm.*, & omnibus non pro dote consti-
40 tuta tantùm nec soluta, sed quæ verè soluta est, debetur iuxta disposita in *authen. dos data,C.de donat.ante nupt.* & tradunt *Afflict.dec.* 242.*Gramm.decis.*97. *R.de Marin.resol.quotid. lib.*1.*cap.*14.*num.*3. qui numquam viro impu-
41 tandum, cur non exegerit dotem à socero, concludit ex *de Franch.dec.*424. & *Fontanell. de pact.nuptia.tom.*2.*claus.*6.*glo.*1.*par.*3.*nu.*70.
42 mulier enim (vt dixit *Boer.decis.*329.*num.*2., propter dilationem ad soluendam dotem,patri datam; se gratã debet marito exhibere, & *Pisanell.ad Napod.in consuet. quartam autem in addit. incip. nota ex ista glos. fol.* 252. dicen-
43 tem, deberi antephatum etiam non soluta dote, si non tantùm ratione dotis, sed & alijs iustis ex causis constituatur (quod ità seruari tenet *Theodor. alleg.*13.*nu.*16. *ex Geor. alleg.* 45.*num.*11.& 18.& dixit *Marcian. consil.*53.
44 *cir.fin.num.*5. adestq; *dec. Afflict.*333.) impugnat *Rouit.cons.*50.*tom.*2.*num.*17.& 18.quem sequitur,& commendat *R.de Marin. lib.*2. *resolut.quotid. cap.*24. verba enim illa: *E per al-*
45 *tre cause mouentino la mẽte,&c.*à notarijs potiùs,quàm partium voluntate,& consensu posita in capitulis,censeri, nihilq; operari ad inducendam realem antephati solutionem, pro dote non soluta,cum alioquin, & illud debe-
46 retur, nec sequuta copula, sed tantùm matrimonio per verba de præsenti contracto,quod non potest dici, *ex eod.de Marin. num.*7. & 8.
47 habetur, idemq; de iure regni dicendum *Rouit.* ex multis *Author.* quos recitat *num.* 9.
48 *ver.secunda exceptio*, probat; nec *cap. mulier dotarium*, ibi: *dote data, vel non data*, obstat,
49 cum illud vindicare locum, si dos nec soluta, nec constituta sit, dicat *num.* 10. ac quoties constituta non soluitur, contrarium verius ex *Barthol.de Capu.in eod.cap.num.6.* & alijs, & huiusmodi interpretationi nil repugnare *Andr. in constit. licentiam*, & *in cap.* 1. *qualit. olim feud.poter. alien.* dicentem, deberi dota-
50 rium mulieri, quæ nullam dotem dedit, ait, proùt nec repugnare *Afflict.cit.tit. qual. poter. olim.feud.alien. §.donare, ver.sed iure Francorum, fol.*44. cum *Andr.* sentientem, dicimus, & concurrit *Capyc.in repet.d.l.imperialem de prohib.feud.alien.per Frider.fol.*18. *col.*2. *ver. tertio notandum.*

Quandoq; nec soluta dote, debetur ante-
51 phatum, si vir, antequam dies soluendi dotem aduenerit, moriatur *Afflict.cit. decis.*333. *Gramm.decis.*97.*num.*5.*Guid.Pap. dec.*430. & 565. *Boer.decis.*12. *Camill. de Medic. cons.*89. *num. et* 55. vbi millies ità decisum dixit, & *Nouar.sup.cit.pragm.*1. *de donat. propter nupt. collect.*2. *num.*4. hocque eatenùs verùm esse
52 aduertas, quatenùs maritus ipse dilationem debitori concesserit *Reg.de Marin. sup.cit.cap.* 14.*resol. quotid. lib.* 1. *num.* 2. quem sequitur *cit.Nouar. num.*6. tradens conferre, quæ habentur in *decis. de Franch.* 181. *et* 519. deci-
53 sumq; fuisse in Ciuitate Vici, dilatio enim huiusmodi à marito ad soluendam dotem concessa, quæ differt à tacita dilatione data per exactionem non factam, de qua *sup. num.*
54 41.*et* 42.vxori præiudicare non debet;idemque iuris esse, si dote non recepta, sed tantùm mutui instrumento à socero, recepisse dotem, fassus sit vir, *Molfes.to.*2.*in addit.ad quæst.*2.*n.* 14.affirmauit.

Nec parum controuersiæ est inter *DD.*in
55 articulo, vtrũ non consummato matrimonio
56 sit præstandum antephatum:& nonnullos inter se pugnantes, affert *cit. Nouar. num.*23. *et* 24. illisq; pro negatiua pugnantibus, addendus *de Marin. d.cap.*14. *lib.*1.& *lib.*2. *cap.*24.
57 *num.*7. qui vltrò requiri numerationem dotis autumat, quasi numquam antephatum dari debeat absq; effectiua dotis solutione, quod & probatur à *Cons.Stayban.resolut.*152.
58 *tom.*2.*num.*6.& limitatur quoties pactum soluendi antephatum, etsi dos non soluatur, initum fuit per *Text.l.*1.§.*illo procul dubio, C.de rei vxor. act.et l. fin. §.si igitur in fin. C. de donat.ant.nupt. Guid.Pap.dec.*274.*nu.*1. & alios. Sed mulieri deosculatæ, nec tamen carnaliter
59 à viro cognitæ medietatem lucri antephati assignari consueuisse, ferè ab omnibus est receptum,vt per *Nouar.ibid. num.*19. *et* 20. *de Franch.decis.*503. *num.*13. *Mastril. ad decis.*65.
Ca-

Capyc.num.4.de Marin.cit.cap.14.num.5.in fin.
idem confirmante *Napod. ver.constitutam, nu.*
60 *14.fol.255.* qui probari à iure communi etiã
l.si a sponso,C.de donat.ante nupt. obseruat.
Insuper dubitatur,an debeatur mulieri an-
61 tephatum si à viro nec constitutum, nec con-
62 stitui promissum fuerit? & negatiuè respon-
dent *Gramm.decis.97.Afflict.decis.242.nu.1.*&
63 alij, ac solùm petitionem constituendi ante-
phatum permitti cõstante matrimonio, actio-
nemq; contra virum superesse volunt, idque
64 aliter post nostræ sæpè *cit. pragm.* emanatio-
nem esse, reor, ea enim cuicumque nubenti
constituitur antephatum, & vir non consti-
tuens, eiusdem dispositioni se submittere cẽ-
65 setur, quod non secus est de iure communi,
prout per *authent.dos data, C. de donat. ante
nupt,vbi glos.ver.meretur,* & per *authent. de
exact.instit.dot.§.illud,* vndè desumitur,scripsit
Stayban.sen.consil.97.n.7.
Item non ritè, rectèq; dictum pronuncia-
ri debet id,de quo *Camill.Saler. in consuet. si-
quis,vel siqua,fol.131.àt.in 2.differ.* inter mo-
66 rem Capuanę,& Nidi,ac morem Magnatum,
succedere nempè ad medietatem antephati
viduam,quæ cum viro præmortuo contraxe-
rat more Magnatum,si eiusdem viri pater su-
67 perstit; talis siquidem mos cum nihil distet à
iure communi, vt aliàs diximus, habeturq; à
68 *DD.*penès *Rouit.consil.17.lib.2.num.5.* nec ab
illo talis fiat distinctio de superexistentia,
69 vel deficientia patris viri, nec benè sensisse
Camill.Salern. patet, decisionemq; contra eũ,
ac *Prss.de Franch.*cum eod. sentientem *decis.
617.num.1.*vnitis duabus Aulis factam in an-
no 1576. *Molfes.ad consuet.par.1. cap.3. nu.2.*
affert, & dixit *ibidem nu. 6.* vbi supra,existen-
70 tiam filiorum attendi potiùs ad finem, vt vi-
deatur proprietas ne, an verò vsusfructus de-
beatur antephati ad *text. l.ex morte,C.de pact.
conuen.authen.hac res,C.de secun.nupt.* conclu-
dit. Et hanc quoque differentiam sublatam
71 hodiè à nostra sæpè *cit. pragm.* quæ penitùs
mulieres à proprietate antephati excludit, nõ
dubitatur: quæuè sit antephati quantitas se-
72 cundum ius commune, consuetudinarium,
secundum vsum Capuanæ,& Nidi,ac tandem
secundum morem Magnatum, habetur apud
*Molfes.d.par.1.cap.2.num.1.cap.3.nu.2.& par.
7.quæst.11.num.4.5.& 12. Camill.Borrell.in
summa decis. tit.de anteph.n.32.relat. per Mar-
73 cian.disput.93.no.2.n.4.*dotarij quantitas que-
nam sit, refert idem *Molfes. ead. par.7.qu.10.
à num.16.*
His positis de successione filiorum ad an-
tephatum percunctari libet, cum & de ea sit
74 contentio inter *DD.* nam alij etiamsi non
sint patris hæredes, ex propria persona succe-
dere putant, proùt *Afflict.decis.37.* post *nu.6.*
& *decis.314.num.4.*vbi decisum affert, alij ma-
75 gis communiter filios,tamquam hæredes pa-
tris admitti dicunt, ità *Vrsill.ad cit.dec.314.
Afflict.Thor. in compen.dec. par.1. ver.filij suc-
cedunt,& ver.filij mortua matre,de Franch.de-
cis.106.Fab.Ann.consil.74.tom.1.num.7.de Ma-
rin.lib.2.resol.quotid.cap.22.num.10.& 12. &
cap.68.num.24.Reg.Marcian.vbi sup.numer.8.*
& istorum sententiæ ratio ab eodem *de Ma-
rin.variar.resol.cap.15.nu.7.lib.1.*affertur.
Ad tollendas tamen controuersias in præ-
76 senti omnibus ferè in contractibus matri-
monialibus pacisci consueuerũt, vt filij,non vt
hæredes parentum, sed tamquam filij admit-
tantur, proùt praxis quotidiana demonstrat,
& dicunt *Thor.iam cit.Molfes.par.1.cap.3. nu.
21.in fin.ex Reg.de Pont.tract.de potest.Proreg.
tit.9.de successi.mulier.num.25.Capyc.Latr. dec.
63.*relat. per *Reg.Marcian.ibidem nu.13.* Qua-
77 re infertur creditores filij præferendos in ipsa
antephati proprietate in concursu hæredum
matris, quæ filio non prædecesit, si tamen
vsusfructus consolidatio proprietati existen-
tia alterius filij fuerit impedita, cum proprie-
78 tas antephati, quæ in hæreditate præmortui
fratris fuit, ad fratrem potiùs iure hæredita-
rio, quàm ad matrem iure accrescendi ad
*Text.l.qui se patris, §.si vero non habeat,C.vn-
dè liber.* fluat,filijs enim antequam nascantur
79 ius queritur in proprietate antephati ad tra-
dita per *Thesaur.decis.70.& Capyc.Latr.decis.*
80 *63.num.12.* & mater semper excluditur exi-
stentia filiorum, etiam si hi renunciauerint,
81 vel sint regulares, proùt ex doctrina *Pisanell.*
fundat *Consil.Stayban.resol.32.num.4.& 5.* &
dixit *Paschal.de vir.patr.potest.par.2.cap.7.nu
33.* ergo creditores filiorum admittẽdi,proùt
latè habetur *cit.decis.106.de Franch.* & nouis-
simè *disput.93. Reg.Marcian.*Idemque dicen-
82 dum esse videtur si proscriptus filius, vel ali-
ter ob capitale crimen damnatus,cuius etiam
bona publicentur, superest, etsi hic ex aliàs
traditis mortuus dicatur;cum *Merlin. contro-
uers.forens.cent.2.cap.20. & 21.* per ea, quæ
*Gomez.variar.resol.tom.3.cap.14.in princ. Pe-
regrin.de iur.fisc.lib.5.de public. bonor. nu.132.
Hieron.Magon.decis.Floren.99.num.2.Cenall.
commun.contra commun.quæst.320. Giur.consil.
56.num.25. Clar.lib.5.sent.§.fin.quæst.78. num.
24.vbi Baiar. num. 112.* alij innumeri ab *eod.
relat.cit.cap.20.num.1. & 2.* conciliando *text.
l.si mandauero 22.§.si is cuius,ff.mandat. l eius,
qui §.si cui de testam.& l.Statius Florus, §.Cor-
nelio Felici de iur.fisc.& cap.fin.§.cum autem de
pœnis in 6.* cum *text.l.si deportati 7.in princ. de
leg.3.* earumque legum tollens antynomiam,
83 dixerit, *Publicatis bonis ex sententia criminis
talem pœnam irrogantem; tantummodò Fisco ac-
quiri,quę tunc habuit,cum damnaretur reus, ad
bona verò,post sentẽtiam eidem obuenta,Fiscum
nullum ius habere quo minus & damnatus ea*

acquirat, ijs fruatur, eaque alienare possit per quemcumque contractum, sed tantùm, vt in casu mortis ipsius (eo quod taliter damnatus expers omninò sit eorum, quæ beneficio iuris ciuilis introducta sunt, vt proinde nec hæredem habere possit ab intestato, vel ex testamento) eadem bona Fisco quærantur iuxta text. in d.l.2. C. de bon.
84 *proscript.*, ingeniosè ac multùm disertè more solito regni *Constitutiones, Pœnam eorum, Foriudicatorum bona, Grandis vtilitas, ob filiorum culpas, & authent. bona damnatorum, C. de bon. proscript.* explicando, *R. de Pont. cons. 69. num. 8. vol. 1.* confutando, ac *Fab. Ann. cons. 9. num. 24. cum seqq.* interpretando, & tradens
85 quamlibet bonorum annotationem, & confiscationem re vera in pœnam contumaciæ esse, non autem criminis, præcipuè inter Neapolitanos, quorũ bona pro crimine, etsi capitali, excepto læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ in primo capite (vt aliàs diximus) non publi-
86 cãtur, vel adeò propter crimen esse, vt bonorũ
87 quærẽdorũ non fiat potestas, & eatenus mors
88 ciuilis naturali æquipararì, quatenùs idem ab vtraq; resultet effectus; ideoq; cum in multis hic ciuiliter mortuus differat à claudente vltimum diem suum, & præcipuè cum indulgentiæ capax sit, illud quod respectu Regula-
89 rium super existentium diximus, qui adhuc mortui ciuiliter dicuntur, ad proscriptos non temerè extendendum reor, præcipuè eam si attendamus rationem, quia quælibet filiorum
90 existentia, tanquam conditio, qua fœmina à proprietate antephati excluditur, sufficit, prout *sup. cit. Paschal.* discurrit, cuius verba ad fundandum tradita *sup. tit. de successi. morient. sine fil. ex testam. cap. vnic. num. 36.* adhuc iuuant.

Idem dicendum, si matrimonium sit con-
91 tractum more Magnatum, eò fortiùs stante decisione facta in causa pro Comite Montisclaui contra Comitem Montellæ, quam refert *Molfes. dict. cap. 3. num. 21.* Nostrates communiter arbitrantur, vt est videre apud *Thor. ibidem Ricc. collect. decis. 51. Rouit. consil. 4. lib. 2. n. 7.* quicquid in contrarium scripserit *Reg. de Pont.* pro dicto Comite Montellæ *cons. 110. cũ tribus seqq. to. 2.* & in *d. tract. de potest. Prorcg.*
92 *eod. n. 25.* cũ in hoc cõformem iuri *Consuetudinario* dicat morem Magnatum *Rouit. nu. 9.*
93 & differentia circa facultatem disponendi de dotibus, alijsque mulieris bonis dumtaxat constituatur: mox an pacto inito, quod filij
94 vti filij succedant, non vti hæredes, censeatur adeò à dispositione cõsuetudinaria recessum, vt dicatur ad formam iuris communis contractum quoad omnia; & an nepotes (seclusa
95 *pragm.* sanctione) ex propria persona, an verò cum qualitate hæreditaria iure transmissionis succedant, etiam si adsit pactum succedendi vti filij, quasi ad nepotes non extendatur eorum patre præmortuo matri, disputat *Marcian. sæpè cit. disput. 93.*

Ex superius dictis *num. 75.* consuetudinarij
96 iuris discrepantia à iure communi sequitur; hoc enim in *authent. heres, C. de secun. nupt.* & vndè desumitur, liberis, etsi nec patris, matrisue hæredibus lucra dotalia tribuunt, vt ex *Rouit. ibid. nu. 7. Molfes. d. par. 1. cap. 3. num. 19.*
97 Quare ius commune in regno, cum contraria non adsit constitutio, dixit seruari *Fab. Anna cons. 74. tom. 1. n. 8. 9. & 12.*

Maximaq; est quæstio, an pater, qui secun-
98 do hic nubit, possit cum futura coniuge pacisci, vt in antephato, quod constituitur, tantùm filij ex secundo matrimonio succedant, & an saltem respectu huius antephati sit locus imputationi? Et pro filijs primi matrimonij scripsit *de Marin. lib. 2. resol. quotid. cap. 23.* ad
99 exclusionem huiusmodi conuentionis, ac pro medietate tàm soboli ex primo matrimonio, quàm secundo concedendum antephatum, ac si non adesset pactum integræ lucrefactionis ad beneficium filiorum ex postremis nuptijs genitorum, tenet, pugnantibus è contra *Ca-*
100 *pyc. Latr. consult. 25. à num. 55. lib. 1. de Nigr. in cap. mulier, quæ dotarium, num. 97. & alijs;* quoniam verò *de Marin.* benè consideranda in casus contingentia hinc indè scripta dicit *ibid. in fin.* in eadem nec audeo controuersia
101 pronunciare; illud tamen subnectam, de validitate superioris pacti ad beneficium filiorum secundi matrimonij patris hæredum, nõ dubitari in regno, iuxta tradita *à cit. de Nigr. de Marin. ibid. n. 10. 11. & 12. & Vrsill. ad Afflict. decis. 314. num. 5.*

Tandem antequam huic capiti finem ponerem, in lectoris gratiam, ac rei, de qua diximus *num. 94.* pleniorem notitiam, iuridicum sequens certamen cum appendice Doctoris Fabritij de Vecchis strenui Aduocati conferre pro coronide curaui.

ALLEGATIO.

102 BEllum, quo nil hominum societati infensius, tunc iustum, cum vel recuperarent abrepta, vel mererentur agressa, vel vlciscerentur iniurias, hostibus per faciales indicere Romanorum mos fuit, vndè Cicero primo offic. *Belli quidem æquitas Sanctissimè Feciali Pop. Roman. iure præscripta est.* Propugnaturus igitur ipse Iustitiam Venerabilis Monasterij Sancti Ioannis Baptistæ Monialium, antequam rationum legionibus instructis in hostes irruam, originem, causas, ac æquitatem certaminis huius exorsus, quasi præmissis fecialibus recensebo; ne à *Tacito 2. lib. annal.* tantummodò *in armis præsidium* arguar quæsisse.

Postquam Reg. Cam. ad relationem inte-
ger-

gertimi Præsidentis Domini D. Francisci Moles Illustr. Ducis Paretæ causæ Commiss. visum fuit decernere, ducatos tres mille residui dotis quondam D. Eleonoræ Spinellæ esse soluendos eius hæredibus vna cum interesse, ac tertijs super Patrimonio Illustris Marchionis Pollæ, creditores quondam Francisci Antonij Villani Iunioris hiantes super antephato ducatorum quinquemillium, in capitulis matrimonialibus dictæ D. Eleonoræ anno 1598. constituto, controuersiam, nedum à Nostratibus persæpè discussam, sed plurium S. R. Cōsilij decisionum gladio in frustra scissam reaptandam ambiguam, quæ vt rudi illo sæculo, in quo quidquid emergebat, vt nouum, ac indiscussum adhuc cum cæcis manibus pertentandum esset, vndique spinosa, ac difficultatibus circumsepta visa fuisset: Ità hisce temporibus plurimis Iurisperitorum luminibus illustratis, ac clarissimis decisionibus, tenebricoso, si quod erat, fugato; absonum apprimè mihi videtur quæstionem attritam, ac S. C.
103 trutina non semel perpensam reuocare; Casus enim semel decisus exemplum in posterū erit ad simile decidendum, *Nam diutius durant exempla, quam mores Tacit. lib. 4. histor.* &
104 à simili ad simile facilior erit transitus iuxtà *regulā l. si rem, §. quicumque, ff. de reiuind. l. minimè, ff. de ll.* quod in terminis tradit *Franch. decis. 258. num. 4. & decis. 470. Reg. Ronit. lib. 1. cons. 18. num. 4.* vbi ità iudicandum fore in similibus ait *Thesaur. in proœmio suarum decisionum ante num. 33. vers. quid si ter., vel quater, Gam. decis. lusitan. 228. Afflict. decis. 96.*
105 *n. 11.* at quia sine hostibus pugna, sine pugna victoria reportari nequibit, ipsorum Castra speculans hac ea reperio prætensione vallata: Protergaudas eius prætensiones Venerab. Monast. S. Io. Baptistæ Creditoris anterioris Illustris quondam Marchionis Pollæ Io: Villani iunioris in ducatis ferè duodecim mille eidem numeratis pro exoluendis creditoribus quondam Marchionis Ioannis Villani Senioris, cessis iuribus in Monasterij beneficium, ac obligatione facta proprio, priuato, & principali nomine, subiugando omnia, & quæcumque bona acquisita, & acquirenda, vt ex obligationis instrumento *fol. 21.* Idque fundant in eo, quod cum dictus Ioannes Villanus debitor prædecessisset Matri, proprietas antephati vtique consolidata fuisset cum vsufructu, quo fruebatur mater, nisi ex superstitentia Francisci Antonij Villani eius fratris, cuius iura ipsi vti Creditores repræsentant, consolidatio fuisset impedita, qui cum solus superuixerit Matri, ipsi soli, vti possessori causæ obstatiuæ consolidationis obuenire de iure integrum antephatum [illegible]
At quàm ab ipso iure, omnique ratione aberrent, facili huic, lapsuroq; Clypeo prote-

cti, non prius aperiam, quàm antephati huius originem, constitutionem, quibusue iuribus subditum prodierit, nè inanibus ictibus auras diuerberem, demonstrare mihi fas erit.

Origo autem, & constitutio huius antephati concepta fuit his verbis.

E promettono detti Marchese, e Francesco Antonio padre, e figlio insolidum nel medesimo tempo constituire, ordinare, e donare; sicome danno per all'hora contratto detto matrimonio, & è contra constituiscono, ordinano, e danno donationis titulo irreuocabiliter inter viuos alla detta Elionora lo dotario in locum quartæ, seù donationis propter nuptias di ducati 5000. correnti sopra tutti li loro beni, e ragioni burgensatici, e feudali, titolati, presenti, e futuri da guadagnarsi da detta Elionora in caso di morte, quod absit, di detto Francesco Antonio, essa Elionora superstite, & in ogni altro caso secondo l'vso, e costume di Proceri, Magnati, e Baroni di questo Regno di Sicilia citra Farum, iure Francorum, & more Magnatum viuentium, & ancorche le dette doti non si ritrouassero sodisfatte in tutte, ò qualsiuoglia parte, lo qual dotario dopò la morte di detta Elionora debba peruenire alli figli di questo matrimonio come figli, non com'heredi di detto Francesco Antonio, non ostante, che di ragione, seù per la consuetudine, ò per equità del S.C. donesse giudicarsi altrimente, vt fol. 23. àter. lit. E. Marchionissæ.

Patet iam matrimonium contractum, ac Capitula, in quibus constituitur antephatum fuisse adstipulata in hac Ciuitate Iure Procerum, & Magnatum, & per consequens subdita sunt *Consuetudinibus* ipsius, sed cum Iure cōsuetudinario antephati proprietas nunquam segregetur à patrimonio viri, sed tantummodo nudus vsusfructus sit pœnes vxorem, donec filij ex illo matrimonio prolati superuixerint, quorum excessus sobole non procreata, sicut cōsolidat proprietatem cum vsufructu, ità matris sublatio consolidat vsusfructum
106 cum proprietate, quæ proprietas cum interim viuente matre non possit esse in pendenti per *Text. in l. nec vtilem, ff. ex quibus caus. maior.*

Necessario sequitur esse penes filios, pe-
107 nes quos est patrimonium patris, *Napod. in consuetud. quartam autem, num. 80. vers. respondeo, verbo vsusfructus. Pisanell. ibidem in addit. incip. ad intellectum fol. 250. de Ponte lib. 2. cōs. 113. num. 12.* Et quamuis mater prædeceden-
108 tibus filijs ipso iure acquirat proprietatem, & iure accrescēdi fruatur illicò post filij mortem, ex eo quod quoties vsufructuarius acquirit proprietatem vsufructui accrescit, *§. fin. instit. de vsufruct.* attamen negari nequit, talem proprietatem non inueniri in filij hæreditate, adeò vt præmortuo fratre, alio fratre superstite, tunc proprietas vsusfructui nullatenùs acce-

crescit, sed fluit ad alium fratrem, iure tamen
109 hæreditario, ex quo illa proprietas iam fuit in hæreditate fratris præmortui sine filijs, ex notatis in *l. qui se patris, §. si verò non habeat*, ibi: *Reliquum verò concedere filij venire successores, siue fratres sint, siue extranei forte*, C. vnde lib. *Castrens. in l. siquis la 2. num. 3. vers. sed dubium, & ibidem Ias. num. 3. vers. sexto limita, C. de inoffic. testam. Ripa in l. haeredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. Franch. decis. 106. num. 4. Capyc. Latr. decis. 10.* Ergo (concludit *Apostilla incerti Authoris in dicta consuetud. incip.* nota) *Remansit in hæreditate Patris, postquam per constitutionem factam à Patre existentibus liberis, vsusfructus tantùm in bonis patris acquiritur, & sic mortuo patre illa proprietas vadit ad filios, & dicitur esse in*
110 *hæreditate filij*: ergo potuit obligari creditoribus, quibus satisfaciendum post mortem matris in illa proprietate, quæ præmoriente filio, altero superuiuente non accessit vsufru-
111 ctui matris, sed fluxit hæreditario iure ad alium fratrem, *de Franch. decis. 106. ex Napod. doctrina in verb. liberis dicta consuetud.* docētis per premorientiam vnius fratris absque prole alterum fratrem succedere, nō accrescere matri, arguit ergo *de Franch. in dicta decis. si frater fratri succedit*, succedit vt hæres, & conse-
112 quenter ipsius creditoribus tenebitur casu, quo exindè mater premoriatur, & *Dominus Marcian. disputat. 93. num. 29. & 30.* commendando quæstionem inuentam à *Napodan. ibidem in verbo habet, vers. Item*, an possit filij
113 disponere de ista proprietate per eos acquisita post eorum mortem, & negat si matri inferatur præiudicium, nimirum si omnes filij prædecesserint: secus erit quando ipsi nihil acquiritur ob existentiam illius, qui impedit fieri consolidationem penes eam. quas doctrinas casui nostro tàm congruas, vt nonnisi in alio casu cum omnibus indiuidualibus circumstantijs consimili latas esse vobis, ò Iudices, demonstrare amplius superfluum duco; etenim Marchio Ioannes Iunior obligauit Venerabili Monasterio in omnibus bonis acquisitis, & acquirendis portionem illam proprietatis antephati, quæ iam erat in suo patrimonio, prædecessit matri, quę cum non valeat exercere ius accrescendi in illa portione, fluxit ad fratrem, & hoc neque iure accrescendi, sed hæreditario obnoxia creditoribus ipsius Ioannis, quomodo autem nūc creditores Frācisci Antonij excludere velint Venerabile Monasterium creditorem Ioannis super illa portione antephati, quæ ex hęreditate Ioannis ad ipsum Franciscum Antonium peruenit, videre nescio.

Primus hisce aduersariorum oppositionibus iugulatis, denuò, conflictaturi insurgunt arguentes clausulæ illæ appositæ in capitulis
114 matrimonialibus, *Seconde l'vso, e costiume de' Proceri, Magnati, e Baroni di questo Regno*, & illa alia, *lo qual dotario debba peruenire alli figli di questo matrimonio come figli, non com' heredi*, operantur contractum initum fuisse iuxtà dispositionem iuris communis; sed indubitatum est iure communi proprietatem antephati esse penes matrem viduitate durante cum onere illam seruandi filijs ex illo matrimonio prolatis percepto tantummodò vsufructu sibi permisso ex *dispposit. text. in §. praeterea auth. neque virum*, ex quo descendit *auth. vxor mortua, C. de secund. nupt.* cui si filij prole
115 orbi prædecesserint, antephati proprietas, penes eam cum vsufructu consolidabitur, vt sancitum est in *§. quoniam infirmas, vers. quia enim auth. de nupt. & auth. sed etsi quis, C. de se-*
116 *cund. nupt.* quod si filijs superuiuentibus ipsa obierit integrum antephatum ad ipsos spectabit pro rata, ex eodem *§. quoniam infirmos, §. si verò filiorum, alij auth. de nupt.* ergo cessabit absurdum illud suspensionis proprietatis antephati, cum illud ex citatis iuribus semper sit penes matrem, ergò solus filius superuiuens, qui obstetit consolidationi, decedente matre, lucrabitur integram antephati proprietatem, ergo frater præmortuus nil Iuris dare poterat suis creditoribus super portione illius antephati, cum nunquam fuerit in propria hæreditate, sed cum hereditate matris transiuit in filium superuiuentem, ergo neutiquam prætendit Venerabile Monasterium satisfieri super portione antephati, quæ obuenisset Ioanni Villano suo debitori, dum ipse præmoriendo, quantum in se fuit consolidari fecit proprietatem cum vsufructu in matre.

Hanc oppositionum struem coaceruatam, authoritatum tormentis dissipare meum erit.

Consuetudo enim non modò ligat contra-
117 hentes ad vsum Capuanę, & Nidi concinēte *Consuetud. siquis, vel siqua de success. ab inte-*
118 *stato*, verùm etiam in morem Procerum, & Magnatum, *de Marin. resol. 22. & 23. lib. 2. de Franch. decis. 182. n. 14. vers. iure nostro, Stayban. resolut. 32. num. 6. lib. 1. Capyc. Latr. decis. 63. num. 5. in fine, & decis. 98. num. 20. Medic. cons. 43.* Quoad pactum autem, vt filij succe-
119 dant, vt filij, non vt hæredes patris, mihi suadere non possum, qua fronte audeant Aduersarij proferre, ità derogatum esse *Consuetudini*, vt detur ansa iuri communi deturbandi ius nostrum municipale; quod cum in hac
120 nostra Ciuitate habendum sit pro iure communi, *de Franch. decis. 563. num. 4. Molfes. par. 1. cap. 5. num. 1. Marcian. cons. 53. nu. 3.* & iuxtà eius dispositionem ante omnia iudicandum sit, *Napod. in Consuetud. Si quis aliquem, nu. 2. sub titulo de pignor.* Cum omnes *Consuetudi-*
nes

nes in hac Ciuitate sint scriptæ, & pro iure
fuerunt nobis confirmatæ, meritò tanquam
121 ius nouissimum debent prius seruari, per
ea,quæ notantur in *l.2.C.quæ sit longa Consue-*
tud.cap.1.de rescript.de Franch.decis.563.Mar-
cian.disput.93. At esto derogari valeat simpli-
ci pacto legibus his municipalibus, quando
nam contrahentes illo pacto ita derogauere
Consuetudini, vt recurrendum esset ad ius cō-
mune? Etenim contrahentes dixerunt, vt filij
succederent,vt filij, non vt hæredes, non verò
122 dixerunt, vt in omnibus locis esset standum
iuri cōmuni, ergo in illo tantùm casu ab ipsis
expresso, non in alijs ius cōmune seruabitur,
Anna allegat.117. num.14. vers. neque obstat,
etenim in correctorijs, & odiosis, vtpotè est
123 tale pactum coarctans *Consuetudinem*, quę
ex supradictis est nostrum ius commune, non
124 fit extensio de casu expresso ad non expres-
sum, *cap.odia de reg.iur.in 6.* & à fortiori,quia
si fieret talis extensio maximum præiudicium
inferretur filijs,qui priuarentur illa proprieta-
te, quæ ex vi *Consuetudinis* eorum est, etiam
matre viuente,ex doctrina *Bald.in l.illud,C.de*
Sacrosanct.Eccles.Aretin.in l.moribus,collect.8.
ff.de vulg. & ex *l.quod vero, ff.de legat.* imò in
125 correctorijs non fit extensio in alterius præ-
iudicium, non solum concurrente identitate,
126 sed etiam maioritate rationis, *Auth. quas*
actiones,C.de Sacrosanct.Eccles. Bart. & Alex.
in l.illud,C.de collat. ex *l.præcipimus, C.de ap-*
pellat.& l.sancimus,C.de testam.l.si verò, §.de
viro,ff.solut.matrim. Gratian.decis.82. num.13.
127 Cum ergo partes solùm in illo casu prouī-
derint,cætera consultò omisisse, dicendum
erit, *l.quidquid astringendæ obligationis causa*
dictum est,id nisi palam verbis exprimatur omis-
sum esse intelligendum est 109.de verb. obligat.
128 porrò cum isti contrahentes duorum ca-
suum, alterum excluserint,alterum inclusisse
videntur, *cap. nonne benedicimus nos, de præ-*
sumpt.l.cum Prætor,ff.de iudicus, Franch. decis.
56.num.5.& decis.499.num.3. Cumque vnum
129 exceperint,alterum approbasse videntur;Nā
exceptio firmat regulam in casu non excepto,
Bart.in l.quæsitum,§.denique.ff.de fund.instruct.
Surd.consil.450.num.7. Capyc. Latr. decis.195.
num.22. & insuper cum fauore filiorum hoc
130 pactum excogitatum sit ad excludendos ab
antephato creditores patris,in eorum odium
retorqueretur, si ipsi proprietate interim pri-
uarentur contra regulam *Textus in l.quod fa-*
uore, C.de legibus, l.legata inutilia, ff.de legatis
primo, sed vt cominus pugnans hostes pror-
sus prosternam, ne amplius missilibus armis
victoriam dilatare videar,ea ipsa, quæ iacula-
uere retorquebo in terminis indiuidualibus
ipsiusmet pacti, filij post mortem patris illicò
131 acquirunt dominium proprietatis, siuè vti
hæredes,siuè vti filij,vigore pacti, sub condi-

tione tamen superuiuentiæ,quæ ad hoc,vt pu-
132 rificetur,sufficit vnius superuiuentia matris,
Marcian.in puncto disput.93.numer.38. & 39.
Montan.controuer.9.num.5. qui ritè possunt il-
lam obligare creditoribus,vti domini, nām
133 rei suæ quisque est moderator, & arbitrer,
l.in re mandata, C.mandati. Igitur cum dictus
Marchio Ioannes prædecesserit matri,transtu-
lit in Franciscum Antonium fratrem portio-
nem suæ proprietatis,quę semper vsque ab in-
teritu communis Patris fuit penès ipsos, quæ
translatio cum fiat titulo hæreditario,tenebi-
tur creditoribus, quibus Ioannes sua bona
obligatione subiecit, quod optimè in puncto,
134 & non obstante pacto prædicto,tradit *Mar-*
cian.disput.93. Franch. decis.106. Afflict.decis.
314.num.5. qui firmat sororem per renuncia-
135 tionem exclusam à fratre ab antephato suc-
cedere fratre deficiente, sed non iure consoli-
dationis, quod nequit exercere, facta iam cō-
136 solidatione in personam fratris,sed hæredi-
tario, *Molfes.ad Comment.Consuet.parte 7. qu.*
2.sub tit.de iure quartæ, Nouar. ad pragmat.1.
de donat.propter nuptias,num.4. his verbis inti-
nuat: *Nota autem,quod creditores filij præmor-*
tui habent actionem ad antephatum,quod in bo-
nis filij præmortui fratri competebat altero fra-
tre superstite, Præs. de Franch. decis.106.cæte-
rum aduertas (sunt verba eiusdem *Nouarij*)
hanc opinionem posse practicari localiter in hac
Ciuitate Neapolitana,cum fuerit emanata inter
Neapolitanas vigore Consuetudinis huius Ciui-
tatis; Clariorem iustitiam Venerabili Mona-
sterio in hac materia Domini Iudicantes ef-
fulgere non posse arbitror.

Deturbatos hostes à Castris, in mænibus
receptos tutos se arbitrantes intueor, ac indè
conuiciantur, instrumentum initum per Mar-
chionissam tutricem cum Venerabili Mona-
sterio obligare bona hæreditaria Aui, cuius
creditoribus exolutæ fuere quantitates mu-
tuatę non ipsum Marchionem Ioannem, qui
minori ætate detentus,nequiuit interesse con-
tractui, super illa igitur bona Monasterium
iura exerceat,hęc illi, Sed ad hoc, vt rationē
potius suasi, quàm vi coacti, ne extremam
belli fortunam scalis,muris admotis experiā-
tur,deditionemque citius pacificantur,equa
responsio potissima Victorię pars erit; Con-
traxit vtique Venerabile Monasterium cum
Marchionissa, sed ipsa erat mater tutrix, ac
137 Balia Ioannis filij, & dum tutelam admini-
strabat loco dominæ habenda erat, ex *l.qui*
fundum,§.si tutor,ff.pro emptore, l.tutor,qui tu-
telam ff.de administrat. tutor, & valebat facere
138 omnia ea,quæ filio expediebant, *l. cum plu-*
res, §.cum tutor, ff.eod. cum tutor in omnibus
139 pupillum repræsentet, *l. si ex legati causa*,
cum seq.ff.de verb.obligat.l.non solum.ff.de libe-
rali causa,l.sequitur,§.si pupilli, ff.de vsufructu,
ha-

140 habetq; in eius bonis liberam administrationem *Glos.in l. mandato generale, ff. de Procur.Bart.in l.neque,ff.eodem.* Ritè igitur mater obligauit bona filij,ipsumque filium proprio, priuato, & principali nomine, sine qua obligatione Monasterium non contraxisset, nam mutuauit pecuniam pro liberandis creditoribus hereditarijs Ioannis senioris,ad hoc,vt in eorum locum subingrederetur per cessiones iurium ab ipsis in eius beneficio factas, sed voluit habere proprio nomine obligatum, ac immediatum debitorem dictū Marchionem Ioannem iuniorem, & cum hac lege expresè contraxit, sine qua non contraxisset. Nam quisq; in re sua sibi legem ponere potest, *l. in re mandata, C.de mandati,* quæ omnia liquent ex instrumento venditionis factæ per Marchionissam annuorum ducatorum 780. pro capitali ducatorum duodecim mille debitorum dicto Monasterio,vt ex process.*fol.*21.super quo instrumento expeditus fuit Regius Assensus, *fol.*10. & in contractu euidens intercessit pupilli vtilitas, nam creditorum exolutorum intereße erat ad rationem ducatorum nouem pro centenario,è quibus liberando pupillum contentum fuit Monasterium non pluris, quam septem pro centenario, vt ex præcitato instrumento, hæc, & alia patent, quam vtilitatem agnoscens minor, iam factus maior non modo soluit per quinquennium
141 requisitum ad inducendam tacitam ratihabitionem, *l.fin.C.si maior fact.rat.hab. glos.in l.1.verbo ratum fecerint, C.eod.* ibi: *Expressis verbis,per quod videatur habere ratam,vel ta-*
142 *cendo*, quæ tacita ratihabitio supplet omnem defectum sollemnitatis, *Corn. cons.* 207. *num.7.vol.3.* quem sequitur *Vrsill. ad Afflict. decis.299.num.10.Molfes.consil.11.num.45.*sed longo vlteriùs temporis spatio soluit Mona-
143 sterio annualitatem, per quam solutionem non modo tacita,sed expressa inducta fuit ratificatio, *l.Paulus,ff.rem rat.hab.Menoch.tract. de recuper.possess.remed.15.num.148. Petra,& Masull.addentes Capyc.decis.92.Thesaur.dec.7.* Et insuper cum dictus Marchio Ioannes factus maior restituere vellet Monasterio dictos ducatos duodecim mille, vt se liberaret ab onere annuorum ducatorum 780. Monasterium adhoc, vt dictus Marchio retineret dictam pecuniam, diminuit annualitatem à ducatis septem ad sex cum dimidio pro centenario,exarando nouum instrumentum, in quo denunciando primum confectum per Marchionissam, denuò se obligauit proprio, & principali nomine,iuxtà seriem primę obligationis, vt legitur in margine primi instrumenti. Vndè colligitur non solum tacitè, sed expresè, & non modo verbis,sed & factis ra-
144 ta habuisse omnia per matrem gesta, plus enim est facto,quam verbis niti, *cap. dilecti filij il 2. de appellat.* vbi *Glos. Decius cons.218. num.6. Caldas in l.si Curator habens,* verbo, *Infrà legitimum tempus, vers. Sed in proposita specie,num.23.* & cum ratihabitio retrotraha-
145 tur ad tempus initæ obligationis operabitur ex tunc, non ex nunc à die ratihabitionis, *Menoch.de recuperand.possess.remed.15.n.133. ad 157.& de præsumpt.lib.2.præsumpt.34.n.5. Decius,& Cagnolus in l. quæ ab initio,ff.de reg. iur.Bart.in l.obseruare,nu.4. ff.de offic. Proconf. Franch.decis.35.num.6.*

Quibus pro Monasterio ponderatis, ne diutius Victoria incerta pendeat integritatis vestræ reliquum erit illud fauorabili laurea decorare, quod incolume, dum ingruentibus vndique telis ab Aduersantium manibus educere conatus sum ciuili hac pugna temporum qualitatem sequutus, cum Bella, Discordiæ, Sæuitia, Seditiones per Belgium, vtramque Germaniam, Galliam, ac ferè Italiam debacchentur, & Christianæ Reipublicę filij (heu Pietas) mutuis vulneribus inter se confossi nil sit,nisi Atrox prælijs, opimum casibus,discors seditionibus,vt iure cum *Tacito lib.1 hist.*queri possim: *Nec enim vnquam Populi Christiani cladibus magisue iustis iudicijs approbatum est non esse curæ Deo securitatem nostram, esse vltionem;* Calamo certare non ab re fuit. Neap. sub die 26. Septembris 1675.

APPENDIX.

Reingredi Iussus Arenam Armis, quibus tuear,quibus vrgeam perlustratis, ne diù anceps iudicium pēdeat authoritates trāscribo, non rescribo,& quidem iam proposita quæstione; Num filij ex matrimonio contra-
146 cto Iure Procerum,& Magnatum, acquirant illicò mortuo patre proprietatem antephati, adeò vt, si vnus ex eis præmoriatur matri, transmittat illud hereditario iure ad successores,vel creditoribus possit hypothecari, ad exuberātiam loquitur *Text.*ipso, in quo Procerum, & Magnatum ius residet. Nam in *Consuet.siquis, uel siqua sub titulo de success. ab intest. usus Comitum,fol.139.num.9.*hec sanxit; *Item mulier nupta secundum dictum usum præmoriente uiro absque liberis ex eodem matrimonio lucrifacit Dotarium, quoad plenum dominium idest usumfructum,& proprietatem,si uerò uir moritur uxore superstitibus,& liberis, uxor lucrifacit Dotarium,quoad usumfructum tantùm propter existentiam liberorum.* Ex quibus verbis motus *Consil. de Bottis in eod. cons.* & sub *eod.Cap.litt.A.* S.C.decisionem recenset,& hęc in matrimonijs contractis ad vsum Procerum.

Puri, ac absoluti Iuris communis sanctio in *authentic. neque uirum*, §. & *ex diuerso*
147 *Coll.*8. expressa est his verbis: *Et ex diuerso si mor-*

mortuus fuerit vir mulierem ante nuptialis donationis lucra proprijs filijs seruare, vsum quidem lucrorum ex nuptijs apud eos (loquitur de vtroque coniuge) *constitutum; Proprietatem verò eorum filijs omninò seruandam*. Idemque cautum in *authent.vxore mortua, C. de secundis nuptijs.*

Ex his verbis vtriusque *Textus* colligitur,
148 differre ius Procerum à communi, nàm iure Procerum habet mulier vsumfructum tan-
149 tùm propter existentiam liberorum; Ergo non habet proprietatem, cum habeat vsum-
150 fructum tantùm;Iure communi habet vtrũque, nàm vsum quidem lucrorum ex nuptijs apud eos constitutum; Proprietatem verò eorum filijs omninò seruandam. Si ergò proprietas à matre filijs seruanda est, necesse est, vt sit penès ipsam nam secùs,quomodo illam seruaret,si non haberet,quid seruaret, *Textus* hos conciliet aduersarius, asserens morem Procerum esse idem,ac ius commune.

Sed doceri vellem, si vxor lucrifacit dotarium quoad vsumfructum tantùm propter existentiam liberorum, proprietas vbi nam
151 est? penes vxorem, sed hoc repugnat *textui*, volenti penès ipsam esse vsumfructum tantum,in pendenti, sed huic resistit *Textus* in *l.nec vtile, ff.ex quibus causis maiores.*Ergo est
152 penes filios, ad quos fluxit patris patrimoniũ, *Napod.in consf.quartã autem,n.*80.*verf.respondeo,verbo vsusfructus, Pifanell.ibid. in addit.incip. ad intellectum,fol.*250.*de Ponte lib.*2. *consil.* 113. *num.* 12. Ergo vt domini possunt de illo disponere, *l.in re mandata,C.mandati.*

At vlterius. Si ius Procerum est idem, ac
153 ius commune, si iure communi filij, quà filij, non quà hæredes patri succedunt in antephato, ad quid clausula illa, *Lo qual dotario doppo la morte di detta Elionora debbia peruenire alli figli di questo matrimonio,come figli,non come heredi di detto Francesco Antonio*;sed hoc est de iure communi indubitatum,*auth.hæres,*
154 *C.de secundis nuptijs*, sed verba contrahentium non debet intelligi irrita apposita in
155 contractibus, sed vt aliquid operentur, *l.Titia testam.*85.*ff.ad Falcid. Glos. & Bart. in l.prima, num.*23.*ff. ad muncip.* Ergò ius Pro-
156 cerum non amplectitur omnia, quæ amplectitur ius commune, nam secus irritò clausula hęc fuisset apposita; ergò non alterat in omnibus *Consuetudinem*, & sequela hęc non à me ipso, sed à sequela *D.D.* vnanimiter id testantium deducitur,& primo e x*Marciano patre consf.*53.*lib.*2. proùt *Consuetudo* attenditur etiam in contrahentibus more Magnatum in casibus particulariter non prouisis, & *num.*7. subdit, *Secundum verò morem Magnatum filij succedunt in antephato vti hæredes patris, quemadmodum succeditur iure consuetudinario*, & sic refert *decis.* ex *Ronito consf.*4.*num.*9. hoc
157 ius consuetudinarium obseruabitur etiam si matrimonium contrahatur secundum morem Procerum,& Magnatũ huius Regni Neapolitani,cum expressa constitutione etiam antephati,iuxta dictum morem,ex *Reg.Galeot.in addit.ad controu.*64.*&* 65. *lib.*2. *ante num.*22.
158 Hinc casus omissus à more Magnatum non recipit declarationem à iure cõmuni, sed *Cõ-*
159 *suetudine* loci, quæ dicitur ius commune in Ciuitate *Vrsill.ad Afflict. decis.*237. idem *de Ponte*, qui contrarium pertinaciter sentiebat, se retractauit in *consf.*37.*num.*1.*et* 7.*Mont.controuers.*1.*n.*58.*Theod.alleg.*95. & *Capyc. Latr.*
160 *decis.*98. acriter sustinent,mulierem nuptam more Procerum in hac Ciuitate esse testabilem viuo patre,tamquam sui iuris ex *Consuet.*
161 & tamen secus esset, si ius Procerum esset idem,ac ius commune:nã *Anell.de Amat.*dicit
162 nõ esse credendũ,disponẽtem voluisse se potius confirmare iuri communi Romanorum, quã iuri *Consuetudinario* propriẹ patriæ; & si videatur aliter dicẽdum per ea,quẹ *Ronit.cõs.* 98.*&* 99.*to.*1.Et demũ stat pro Venerab. Monast. Cardinalis illa decisio, *Præs. de Franch.* quẹ si ante iudicaturis vulneretur(ingenuè fateor) vt olim ambagibus,ità mox decisioni-
163 bus,ipsis laborabitur, quẹ verè prolata fuit in matrimonio cõtracto more Procerum, ibi ità iudicatum fuit, etiam si matrimonium fuisset contractum more Magnatum, sequitur *Stayb. resol.*32.*& resol.*80.*lib.*1.*Capyc. Latr.decis.*98. *num.*20.

Dicet fortè aduersarius,quid igitur,operabitur mos Procerum?operabitur facultatem
164 disponendi fauore mulieris de nouem partibus dotium, ei per *Consuetudinem* interdictam *Salern.super consuetud.fol.*32 *de Marinis lib.*2.*cap.*234.*Sanfelic.dec.*352.*lib.*3.*Mont.controu.*5. & alia recollecta per *Salernitan.*

Opponebatur, contrahentes constituisse
165 certum ius à principio, iuxta quod contrahere volebant, quod cum sit ius commune ad eius normam sit iudicandum, sed satis respõsum supra dictis doctrinis existimo, sed iusto si contraxere iure communi, quid opus clausula,quod filij succederent,vt filij, si hoc venit ipso iure communi? ego equidem capere nequeo,nisi docear.

Opponebatur,& vltrò clausula illa, *lo qual dotario doppo la morte di detta Eleonora debbia peruenire alli figli,&c.*

At quero, quid huius dotarij erat penes Eleonoram?certè negari non poterit vsumfructum tantùm ex *cit. Text.* quando igitur factum est, quod post mortem matris vadat ad filios,quid nisi vsusfructus tantum, ire potest
166 ad filios? Nam mater, quod nacta est, id transmittere potest, secus falsa est regula *Textus in l.nemo plus iuris,ff.de regul.iuris, & capit.nuper de donat. & C.an.daibertum* 1.*quæst.*7.

O quod

quod optimè explicat *Marcian.filius disputat.* 93.*n.*39.quid plura Domini Iudices?amota dubietate decisio cunctationem non patitur.

Præualidis rationibus pressus, vt angustias
167 aduersarius effugeret,authoritates negauit, asserens capitulis positis in *Consuetud. siquis, vel siqua sub tit.consuetudo vsusque comitum* deesse authoritatem,ac (quod ipse mallet)non esse *Textum*. Ego equidem videre nescio,
168 quomodò non sit *Textus* ille, qui centum antè annis, non semèl,non vni decisioni causam, spiritumq; præbuit. Et primo decisioni rescriptæ sub eadem *Consuetudine* per *Regium Consil de Bottis decis.*98.relatæ per *Capyc.Lat.* alijsq; relatis priori allegatione, & quid amplius Domini Iudices operaretur lex imperialis clausula in corpore Iuris? demùm aduersarius innititur clausulæ appositæ in
169 calce capitulorum, ibi: *Lo qual dotario doppò la morte di detta Elionora debbia peruenire alli figli, &c.* tamquam ex speciali pacto exclusus sit filius, qui prædecessit matri, dum non verificatur, *Ly doppo la morte di detta Elionora.*

Sed vt virulentam hanc oppositionis caudam penitùs proscindam *Reg. Marciani* authoritatem in hac indiuiduali circumstantia loquentem transcribam,oportet,qui in *disput.* 93.*num.* 39. hæc subdit: *Neq; ei poterant in hoc aliquod iuuamen afferre verba conuentionis in capitulis matrimonialibus apposita, nimirum, quod post mortem D. Beatricis deberet antephatum peruenire ad filios,vti filios, non autem vti hæredes D.Hieronymi,quasi considerari, & attendi voluerint tempus mortis D. Beatricis, quoniam hoc intelligi debebat, quoad plenariam acquisitionem proprietatis vz. & vsusfructus, purificata iam conditione superuiuentiæ; non autem quoad proprietatem tantùm, quæ iam fuerat acquisita filiis statim post mortem patris, cum non potuerit stare in suspenso ex supradictis,*& sic decisum refert in consimili causa, neget,& hæc aduersarius.

Nam per ipsius iuris communis tramites ductus conclusionem hanc, vel inuitus fateatur,necesse erit, & quidem ipsum ius commu-
170 ne non vno in loco sanxit,soluto matrimonio matrem esse tantùm vsufructuariam, filios verò dominos antè nuptialis donationis, quibus tanquam dominis rei vendicationem tribuit,*l.generaliter* 5.*C.de secundis nuptijs*, §. *sed quod sancitum est auth. de nupt. collat.*4. si quidquam antè nuptialis donationis distractum reperiatur;& meram vsufructuariam esse matrem, filios verò proprietarios sancitur *Nouella secunda n.*5. ibi: *Nulla licentia sit mulieri,vel marito,qui quæuè ad secundas migrauerit nuptias in donatione propter nuptias,vel dote,cuius solum vsumfructum habent, non etiam dominium, aliquem ex liberis suis anteferre.* *Glos.in* §.*ueniant autem verbo talia lucra auth. de nupt. collat.* 4. & filij domini sunt proprietatis, & si ante nuptialis donatio consistat in rebus mobilibus,vt sanxit idem *Text.in nouella* 2. §.*sin autem*, ibi:*Sin autem donatio propter nuptias in rebus mobilibus sit, tunc res quidem apud liberos sint, vsuram autem matri dependant,* ex quo descendit, §.*& quia parum,auth. de secund.nupt.collat.*4. Igitur immobilia ideò sunt penes matrem, quia ab eis percipere de-
171 bet vsumfructum,non quia verè ipsa habeat vtrumque dominium, nam cessante causa capiendi vsumfructum, qui non producitur à rebus mobilibus lex voluit ipsas omninò esse in posse filiorum. Et *nouella* 36.*num.*148. ibi: *Adeò autem prædictarum rerum post secundas nuptias patris, vel matris liberis ex priori matrimonio natis dominium competit, vt non possit pater,vel mater eorum res easdem firmiter alienare,nec hypothecæ titulo obligare, quoniam ius vtendi fruendi tantummodò parentibus concessum est, & ibid. n.*47. ibi: *sin autem illa decessit* (scilicet mater) *etiam vsusfructus* (scilicet filijs) *accrescit*; Et tamen vsusfructus nonnisi
172 proprietati potest accrescere.Et *Nouella* 91. *n.*348. ibi: *Si repudio misso matrimonium solutum sit culpa vxoris,vel mariti, vel illa dotes, & illa donationem propter nuptias lucratus lucrataue fuerit, liberis quidem statim competat proprietas,vxori,vel marito rerum vsusfructus,* & infra *ibid. eius proprietatem quidem liberi habebunt,parens verò vsumfructum.*

Et nè iura hæc specialia in odium secundo nubentis dicat aduersarius,ea etiam fauore
173 filiorum repetantur parentibus non transeuntibus ad secundas nuptias in eadem *Nouella* 91.*n.*347.ibi:*Si maritus mortua vxore, vel vxor marito defuncto dotem,& antè nuptias donationem lucratus fuerat, vt modis omnibus proprietatem liberis suis ex eodem matrimonio conseruent vsumfructum autem lucratum habebit ipse,& ipsa,siuè ad secundas nuptias migrauerit, siuè non,* & intrà *ibid.cum ante dominium eorum liberorum esse ceperit, siuè migrauerit ad secundas nuptias,siuè non, ea iura locum habere certum est,quæ de his rebus posita sunt, quarum proprietatem liberi lucrati sunt parentibus suis secundas contrahentibus nuptias.*

En quomodò ipso Iure communi inspecto semper filij ab obitu patris sunt Domini pro-
174 prietatis antephati;quando igitur, paciscitur, vt filius post mortem matris acquirat, certè vsumfructum,quem alias non habuit,acquiret,non verò proprietatem, quæ ex tot Iuribus statim à morte patris eisdem quæsita erat, nam nemo id,quod habet,potest de nouo acquirere. Si his aduersarius non acquiescet Auteum fatebor.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus exponuntur.

De quarta consuetudinaria, & illa, quę vxoria appellatur, & huius taxatione, de diuersa taxatione libræ auri, & quænam potius attendatur? Item de interesse antephati, & an pinguius debeatur mulieri, quæ more Magnatum contraxit?

SVMMARIVM.

Quarta consuetudinaria est idem, ac antephatum, & differt à quarta debita mulieri pauperi, num.1.2.& 8.

Quarta debita mulieri pauperi per virum diuitem non excedit centum libras auri, num.3. & ideò ad ducatos septem mille,& biscentum potest ascendere, n.7.

Libra qualibet auri quid valoris dicatur continere? traditur,n.4.5.& 6.

Ius consuetudinarium admittens fœminas ad proprietatem antephati si filij non existant, ad vsumfructum verò si filij adsint,conuenit cum iure communi eodem modo indulgente fœminis in quarta uxoria,n.9.

Dispositio authent.præterea, C.vndè vir,& vxor, *an dicatur à Consuetudine correcta? habetur, n.10.& 11.*

Quarta uxoria, & antephatum simul deberi nequeunt,n.12.

Authen. præterea, *an procedat in uiro paupere? remissiuè n.13.*

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, num.14.

Mulieres sunt tantùm usufructuariæ antephati, num.15.

Mulieres an ualeant proprietatem antephati petere, & cauere de benè utendo fruendo, an uerò præcisè usuras recipere teneantur ab hæredibus uiri? habetur n.16.17.& 18.

Mulieribus etiam post factam electionem proprietatis antephati,aut usurarum,competit uariatio, nu.19.si tamen pecunia remanserit in hæreditate viri, num.20.& quod hæc distinctio non admittatur de iure consuetudinario, numer. 22.

Stabilia vendi nequeunt, n.21.

Interesse antephati legitimè debetur, nu.23.& 24. & debetur ad rationem ducatorum quinque pro centenario,n.25.si ratio damni emergentis, & lucri cessantis contrarium non exposcat,n.26.

Interesse antephati quandoq; fuit taxatum ad decem aureos pro centenario,n.27.

Interesse antephati debitum mulieri, quæ more Magnatum contraxit quomodo sit taxandum habetur, n.28.29.& 30.

Interesse antephati debet esse minus,quàm dotis,& quare n.31.32.& 33.

1 QVartam autem Constitutam: patet ergo ex supra dictis, de quarta, quæ alio antephati nomine vulgò dicitur, in *Consuetudine* tractari; est & alia
2 quarta,quæ pauperi mulieri indotatæ,vel quæ tenuem habet dotem, debetur super bonis viri per *authen. præterea, C.vnde vir. & vxor.* quam latè explicant *Mangil. de imput. & detract.par.6.per mult. quæst. à quæst.137. Barz. decis.Bonon.126.127.128.129.& 130. Cæsar. de Grass.de success. ab intest. decis.1.* apud quos eiusdem rei sedem esse, legenti patet, & de eiusdem taxatione habetur apud *eund. Mangil.q.147.Napod.ver.constitutam,n.17. vers.secundo quando,*& latè *Molfes.in 2.par. commen. ad consuet.in addit.ad quæst.1. num.1.* nec posse
3 centum libras auri excedere, in *authen. vt liceat matri,& auiæ, §.quia verò legem collat.8.* apertè sancitur, & qualibet auri libra, quod in se valoris habeat ab *eod.Molfes.ibid. num.2. ex Afflict.in constit. regn. pœnam nouem unciarum,* cum quo conuenit *de Franch. decis.318. n.4.* explicatur, ac dicitur esse aureorum se-
4 ptuaginta duorū iuxta olim tradita in *L. quoties, C.de susceptor.& archar.lib.10.* hodiè ve-
5 rò esse aureorum centum quadraginta qua-
6 tuor, & neutiquam potiùs à iure traditam li-
7 quidationem attendi,& super magno viri patrimonio quartam mulieri pauperi debitam ad aureos septem mille, & biscentum posse
8 ascendere, traditur, & ista quarta, quæ solet appellari vxoria, in multis differt ab illa, de qua in *Consuetudine* nostra, vt ex *eod. cit. Napod.num.18.*habetur, licet conuenire ius com-
9 mune, ac consuetudinarium, eo quod ad proprietatem quartæ filijs non existentibus, ipsisq; super existentibus tantùm ad vsumfructum,vtrumq; fœminas admittit, ex traditis ab *eod.Napod.ibid. ex R.Rouit.dec.46. num.5.* percipiatur.

Sed quæritur vtrum, tàm inter se differant
10 antephatum, & quarta vxoria, vt dispositio *authen. præterea à Consuetudine,* dicatur peni-
11 tùs correcta? Et incorrectam eam dixerunt *Napod.ibid.n.19.de Franch.dec.318.n.1. Molfes.in 1.tom.comment.par.7.quæst.1.n.6. & alij,* quam & tu ità teneas,sed non ità,vt & quarta
12 simul debeatur,& antephatum pauperi viduę cum antephatum, & quarta non detur, proùt *Napod.ibid.de Franch.cit.decis.410.n.3. Rouit. cit.dec.46.n.14. & 15.* (vbi de articulo,an di-
13 spositio *authen. præterea,* procedat in viro

O 2 pau-

paupere, & quando talis dicatur?) sensere; ho-
14 minis enim prouisio legis facit prouisionem cessare, *l. fin. §. & siquidem, C. de pact. conuent.* constitutoq; à viro antephato, legalis quarta non debetur.

Fructus quartæ ipsius authoritate propria
15 *per se, & per alios, &c.* De successione ad proprietatem antephati, cum mulieres sint tantùm vsufructuariæ, non agendum, sed tantùm de eiusdem fructuum exactione videamus,
16 hinc inquirendum superest, num ex eo, quia facultas datur mulieribus fructus percipiendi authoritate propria, valeant antephati proprietatem capere cum cautione benè interim, donec vixerint vtẽdi, fruendi ad *Text. l. 2. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum.*, an verò hæredibus viri liceat interusurium corresponde-
17 re? Et electionem mulieris esse recipiendi proprietatem, vel fructus proprietatis si in pecunia antephatum sit constitutum, voluere *Napod. hic ver. fructus n. 78.* ibi: *Electione data mulieri velit pecuniam præstita cautione, vel recipere competentem, &c.* vt in *authen. de non eligen. §. si autem omnes, Afflict. dec. 291. in prin. Capyc. decis. 65. num. 2. Gram. decis. 103. nu. 97. de Franch. decis. 472. num. 4. Vrsil. ad decis. 37. Afflict. num. 6.* & nouissimè *de Marin. resolut. quotid. lib. 2. cap. 25. num. 4.* qui *num. 5.* idem
18 iuris esse communis, ac municipalis expresse dicit, imò post factam electionem mulieribus
19 permitti variationem, habetur ex *eod. Afflict. ac apost. incip. sed quid si mulier, fol. 262.* At
20 electio pecuniæ viduis conceditur si pecunia remanserit in hæreditate, cum aliàs non de-
21 beant stabilia vendi, prout est videre decisum in *decis. 42. Crivell.* & habetur penès *Fontanell. tom. 2. de pact. nuptial. clauf. 7. glo. 1. par. 1. num. 58. Merlin. controuers. forens. cap. 16. cent. 2. R. Leo decis. 184. per tot. lib. 2. & de Marin. ibid. num. 9. & 10. & Io: Mari. Nouar. ad nostram sæpe cit. pragm. collect. 1. num. 12.* licet
22 hanc distinctionem de iure communi attendendam nõ autem consuetudinario, per quod indistinctè censetur electio mulieribus concessa, arbitretur.

Interesse antephati, an legitimè debeatur
23 aliàs diximus, dum de interesse dotis egimus, & de legitima eiusdẽ præstatione; quare nil vltra tractandum de hoc, subnectam ta-
24 men adeò legitimum hoc interesse dici, vt interesse deberi declaratum fuisse per S.C. testatus sit *Vrsill. ad Afflict. dec. 291. num. 6.* illudq;
25 ad rationem quinque pro quolibet centenario singulis annis exigi; conueniunt *Gram. decis. 103. num. 100. Petr. ad Capyc. decis. 24. nu. 1. Molfes. par. 7. quæst. 12. num. 6. Vrsill. ad decis. 291. Afflict. num. 5. Merlin. cit. cap. 16. num. 10.*
26 dummodò lucri cessantis, ac emergentis damni ratio aliter non exposcat, vt idem *Merlin.*
27 *num. 17.* quare ad decem vsq; pro centenario quandoque taxatum dixerunt *Molfes. num. 7.*
28 *& 8. & Merlin.*, item interesse antephati in matrimonio contracto more Magnatum taxari ad rationem octo pro centenario, tradunt *Molfes. ibid. num. 9. Gram. vbi sup. num. 101. & Adden. ad Capyc. decis. 24. & 65.* licet alij *sup.*
29 *cit. DD.* teneant indistinctè taxari interesse ad vnam eandemq; rationem; quibus & Ipse
30 adstipulor: semper enim eadem lucri cessantis, ac emergentis damni ratio concurrere debet, ergo nec distinguendum matrimonium sit contractum more Magnatum, vel non, quod & ea confirmatur ratione, quia ad interesse liquidationem parum, nihilq; refert, sit diues, an non, nobilis, & ex Magnatibus, an verò secus, persona, cui debetur, vel à qua soluitur, cum nullibi scriptum tradatur, dantis, siuè recipientis qualitate attenta, liquidandum interesse, sed iuxtà lucrum cessans, & emergens damnum, eoq; moderamine inter-
31 cedente, vt non idem sit dotis, & antephati interesse, & minus antephati ipso dotali lucro; mulier enim pro dote de damno vitan-
32 do agit, pro antephato verò de captando lucro, *Molfes. vbi sup.* nec eodem modo dotis debitor, & antephati, in quo dicitur donator,
33 & si à lege abstrictus tenetur, *ne eo casu* (vt ex *Modestino lib. 8. differ.* traditur *in l. ad res 62. ff. de ædil. edict.*) *liberalitatis suæ donator pœnam patiatur.*

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, dos, & quarta, eod. tit. explicatio.

De repetitione dotis, & antephati sine instrumento, quod dotale dicitur, non facienda, ac de nonnullis probationibus eidem æquipollentibus; de antephato virginibus, & viduis taxando, & an mulieri, quæ secundò nubit, si tamen à primo viro cognita non fuit, integrum antephatum, an verò medietas sit danda? Tandem de varijs probationibus, ac signis virginitatis.

SVMMARIVM.

Dos, & quarta absq; instrumento dotali peti non potest, numer. 1. & ideò in Ciuitate Neapolitana dicitur restrictus fauor dotalis, num. 2.

contra verò, numer. 3.
Statutum, prohibens fieri probationes contra instrumentum dotale, valet, num. 4.
Instrumentum dotale si non adest, petitur, condemnari hæredes mariti ad illud conficiendum, ac eo facto, ad soluendum antephatum, numer. 6. & 7.
Dispositio Consuetudinis, dos, & quarta, *an attendatur inter contrahentes more Magnatum, num. 7. 8. 9. & 10.*
Dotes quandoque possunt repeti, & antephatum etiam absque instrumento dotali, n. 11.
Confessio efficax debitoris excludit necessitatem instrumenti dotalis, num. 12. cum nec, quæ tacitè arguitur, possit impugnari, n. 13. & 14.
Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, n. 15.
Contestata lite censetur adempta facultas opponendi, non licere dotes petere absq; instrumento, num. 16.
Consuetudinariæ dispositioni potest satisfieri per æquipollens, n. 17.
Confessio receptæ dotis dicitur legitimè facta, si vnus tantùm ex pluribus in solidum obligatis fassus sit recepisse, n. 18.
Instrumentum receptionis dotis sufficit etiam absq; expressione quantitatis receptæ cum possit quantitas probari per testes, n. 19.
Instrumentum dotale non necessarium si vir dotes testamento relinquat, & debetur antephatum etiam dote euicta, n. 20.
Testes admittuntur ad probandum instrumentum fuisse deperditum, num. 21. item super amissione bullarum in declinatoria fori, etsi declinatoria fori absq; præsentatione bullarum peti non possit per clericum, n. 22. 23. & 24.
Instrumento dotali non opus, si in capitulis matrimonialibus vir declarauerit dotes recepisse, num. 25.
Constitutio antephati facta in capitulis matrimonialibus excusat ab exhibitione instrumenti dotalis, num. 26.
Numeratio dotis dicitur legitimè probata per partitam banci, n. 27.
Testes ad probandum numerationem dotis admittuntur, si de promissione dotis facta in capitulis matrimonialibus constiterit, n. 28. precipuè si sint quinque, n. 29.
Consuetudinaria dispositio de probanda dote per instrumentum etiam in foro Ecclesiastico viget, n. 30. & de ratione, n. 31.
Clericus hæres defuncti debitoris dotium an valeat forum declinare in iudicio repetitionis dotium? remissiuè n. 32.
Verbum, peto, *est agentis, n. 33.*
Compensatio, & retentio an admittantur aduersus dotem absque instrumento dotali? numer. 34. & 35.
Assecuratio dotis, an peti valeat absq; instrumento dotali? n. 36. 37. 38. 39. & 40.
In iudicio assecurationis quid sit probandum per mulieres? remissiuè num. 41.
Dispositio Regiæ Pragm. vnic. de donat. propter nupt. *traditur, n. 42.*
Mulieri, quæ primò nubit, sed à viro non est cognita, an debeatur antephatum à secundo viro uti virgini, an verò uti uiduæ? num. 43. 44. & 48.
Antephatum dicitur præmium uirginitatis amissæ, & deflorationis, ac retributio conditionis redditæ deterioris, n. 45. 46. & 47.
Mulier cohabitando cum uiro præsumitur ab eodem cognita, n. 49. & 50.
Quælibet mulier uirgo presumitur, n. 51.
Signa uirginitatis traduntur remissiuè, n. 52.
Probationes de uirginitate sunt suspectæ, n. 53.
Obstetrices falsum affirmare consueuerunt, n. 54.
Mulieres non carent remedys, ut possint uirgines apparere, n. 55.
Vir traducens ad domum uxorem, quam non cognouit, adhuc tenetur antephatum eidem dare saltem pro medietate, n. 56.

1 Dotem, & quartam absque instrumento dotali peti non posse, sancitur hic,
2 quare dotium fauores quodammodo restringi à *Consuetudine* ista, arbitrantur nonnulli; *Theodor.* verò *alleg. 13 num. 3.* auge-
3 ri magis præfinito scripturæ adimplemento, cum ita fraudes, fictionesq; in perniciem mulierum destruantur, indeq; constitutæ dotis veritas elucescat, idq; dispositione sequentis *Consuetudinis*, qua probationes contra dotale instrumentum non admitti, declaratur, apertissimè conuinci, voluit.

De hac re quicquid sit, statuti huius dispo-
4 sitionem vndiq; valere non dubitatur, approbantibus, *Molfes. par. 7. de iur. quar. quæst. 15. num. 22. Camill. Saler. in apost. incip. licet dos fol. 265. & alijs*, & quoties dos est in casu re-
5 stitutionis, nec adest instrumentum dotale, petitur condemnatio hæredum mariti ad cōficiendum instrumentum, factis probationibus per testes solutæ dotis, *Salic. in l. si quis argentum, §. fin. in fine, C. de donat. Cepol. caut. 250. & alij*, ad id relati per *Ant. de Alex. in apost.*
6 *incip. Consuetudo ista*, & hæc cautela ab omnibus est recepta, vt est videre apud *Molfes. ubi sup. num. 17.* & *Reg. Marcian. consil. 53.* qui à *num. 4.* vna eademque instantia, & instrumētum confici, & dotes solui, quasi nil aliud fieri debeat post quam decretum est, pro facto habendum instrumentum propter cōtumaciam conuenti, peti posse, fundat, ac ter decisum fuisse, refert *num. 6.*

Porrò cum in eo, quod à *Consuetudine*
7 statutum extitit de probanda dotium numeratione per instrumentum, discrepans sit ius
8 commune, consuetudinariam dispositionem inter contrahentes more Magnatum militare, sanè defendi non potest, vt *Camill. Saler. in addit.*

*addit.incip.licet dos fol.*265. *Colut.Coppul.in addit.incip.intellige fol.*266.*Molfes.vbi sup.nu.*
15.*& tom.*2. *in addit.num.*6. *Gram. consil.*158.
Thor.in compen.decis.ver.libro mortui, & *Monac. n addit.ad decis.*6.*Minad.in fin.num.*11.di-
9 cunt alijq; quibus videtur contrarius *Napodan.ver. quarta, num.*99. & 100. & si eius di-
10 ctum per iura allegata haud probari,mihi videatur, ac opponi *cap. regn. mulier quæ dotarium*, ex traditis ab *eod.met num.*95.*fol.*266.
constat, ac superius traditis, dum contrahentes more Magnatum iuri communi suppositos, diximus,si tamen vt etiam dictum fuit à *n.*117.*&* 157. *c.*1. huius *tit.* cōtrahētes more Magnatum vltra id, de quo exprefsè exemptos se profitentur in contractibus matrimonialibus à consuetudinaria censura, non habere, quod iuri communi suppofuerint, dicere velimus.

Nec generalis inhibitio statutaria petendi
11 dotes, ac antephatum absq; instrumento impedit, quominus quandoq; etiam sine instrumento repetantur, cum generalis regula suas
12 patiatur exceptiones: Et primo in casu quo debitoris efficax intercedit confessio ad placitum *Bar.& Dec.ab eod. Saler.* relatorum;
13 huiusmodi enim confessio cum non possit impugnari *Afflict.decis.*402.*Ant.Gabriel.commun.conclus.tit.de iur.dot. conc.*14. *Vinc. decis.* 438.*num.*6.*Barbos.in l.*1.*par.*6.*n.*34. *ff.sol.matrim. Castill.decis.Sicil.*61.*num.*18. *Mascard.de proba..consil.*556. *Trentacin.variar.resol.lib.*2. *de iur.dot.resol.*7.*Seraphin.decis.*999. *&* 1000.
14 & sufficere etiam si tacitè arguatur per non oppositionem, nempè in receptione aliarum probationum, tradatur per *Molfes.tom.*2. *in addit.ad cit.quæst.*15.*par.*7. *Petr.in addit.ad decis.*92. *Gram. num.*11. qui cumulat dicta in *decis.*80. *eiusdem num.*5. *de Franch. decis.*278. faciantq; scripta in simili per *Milanen.dec.*13. *num.*112.*lib.*2. *& Mastrill.decis.*157.*num.*16. *& seq.lib.*2. ex regula, multa prohibentur fie-
15 ri, quæ facta tenent, de qua in *l.*1. *§.earum*, *ff.de postul. l.à patre furioso*, *ff.de his*, *qui sunt sui,vel alien.iur.*,vel etiam per litis factam cō-
16 testationem, cum ex indè ius opponendi nō adesse instrumentum dotale, ademptum censeri teneat *Theodor.cit. alleg.*13.*à num.*12. nil est, quod aduersus petitam dotium confessarum restitutionem, instrumenti deficientia
17 dotalis opponatur,cum consuetudinariæ dispositioni dicatur per æquipollens satisfactum.

Idem est si ab vno ex pluribus in solidum
18 pro restitutione dotium obligatis instrumētum receptionis sit factum, & ab omnibus dos petatur,vel tantùm ab illo, qui instrumētum non confecit; adimpletum enim dici id, quod à *Consuetudine* requiritur, ità vt legitimè dotis restitutio petatur contra insolidum obligatum, qui non fecit instrumentum; tenent *Afflict.decis.*332. *Theodor.ibid.num.*5. *& alij*.

Sufficitq; instrumentum simplicis receptio-
19 nis,& si quantitas certa non exprimatur,cum huius probatio fieri per testes non prohibeatur, vt *apost. in ead.consuet. incip. si mulier fol.* 267.*in fin.* & *Molfes.cit. quæst.*15. *num.*19. vbi
20 Idem dicendum esse tenet si dotes, & antephatum relinquuntur testamento,etiam si cōstituta dos fuerit euicta, vt *Nouar.* decisum refert in *comment.ad pragm.*1.*de donat. propter nupt.num.*21.*&* 22. & deperdito instrumento
21 dotali, admitti probationes per testes de confectione illius,& amissione ad dotium legitimam repetitionem,tenent *Flamin. Monac. in addit.ad cit.decis.Minad.num.*7.citat *Afflict. decis.*274.*&* 361. *Mascard. de probat. conclus.* 845.& alios,& dixit *Molfes.cit.quæst.*15.*n.*11.
22 prout in clericatu,qui licet debeat exhibitione bullarum probari, vt per *rit. M.C.V.*65.& 235.ac cæteris circumstantijs à *Concilio Tridentino* requisitis *sess.*23. *cap.*6. ità vt nec dicatur legitimè clericatus probatus per bullas beneficij, *Sanfelic. decis.*7. si tamen bullæ fue-
23 rint deperditæ, potest, alijs probationibus adhibitis,probari, latè *Danz.in pugn. Doctor. tom.*1.*de cler.cap.*2.*Nouar.in prax.elect.& variat.for.quæst.*52.*per tot.Capyc.Latr.decis.*173. *num.*24. *tom.*2. *Sanfel.decis.*4. qui *num.*28. re-
24 fert, etiam in gradu reclamationis fuisse admissas probationes clericatus per sententias, quibus à Iudice laico inquisitum ad Ecclesiasticum fuisse remissum; apparebat.

Imò & illud pro constanti, & indubitato habetur apud *Napod. ver. instrumento dotali*,
25 *num.*104.*cum seqq.* nec opus esse instrumento dotali si in capitulis matrimonialibus vir fassus sit dotes recepisse, ac sufficere factam in
26 eisdem antephati constitutionem, & si cum clausula *ex nunc pro tunc matrimonio contracto*; visum est *cit.Theod.a num.*6. *cum seqq. & R.Marcian.cit.cons.*53.*num.*5.valideq; probari dotium numerationem, ità vt absque in-
27 strumento repetitio permittatur,si de numeratione appareat per partitam banci non dubitatur ab eisdem *Marcian. Molfes. Monac. supra relat.& Ant.de Alex.in apost.incip.si non producitur fol.*267.*alijsque.*

Item si de promissione dotis per capitula
28 matrimonialia constiterit, admitti probationes per testes de numeratione contra dotis debitorem etiam absq; instrumento, easque posse sufficere, vt factum videatur, dixit *Scip. Boccin. in apost. incip. quid si non extet eod. fol.* 267.cui adhæret *Molfes.cit.quæst.*15. *nu.*10. ex *Afflict. & Vrsill. decis.*332. præcipuè si quin-
29 que testes deponant, quinarius enim testium numerus æquiualet instrumento *Cyn.in l.optimam,C.de contrahen.stipul.Hypolit.sing.*157.& latè

latè *Maxil.ad consuet.Bari rubric.de testib.§.li-
cet viuæ vocis n.*10. vbi alia circa ea, quæ su-
perius scripta sunt.
Possem & alios casus admissæ probationis
à *DD.* vel non instrumentariæ ad petendas
dotes, enumerare, quos breuitati consulens,
omitto.Cœterum *Consuetudinaria* hæc dispo-
30 sitio vsq; adeo inualuit, vt ad petendum, do-
tes restitui,in Ecclesiastico foro adhuc instru-
mentum requiratur,ità *Freccia hic in apost.in-
cip.an hac consuetudo fol.*264.*de Mari.in addit.
ad decis.*92. *Gram.num.*22.*& Molfes.d.par.*7.*à
num.*5. & rationem eò recidere, quia dum
31 laicorum bona petuntur, laicorum legibus
est iudicandum, cum *eod.Frecc.*sensio, & an
32 hæres defuncti viri Clericus valeat forum
declinare in iudicio repetitionis dotium? tra-
ctant *DD.* relat. per *Pellic. in consuet. Auers.
cap.*9.*n.*101. eisq; me remitto,& casus omnes,
in quibus per scripturas est facienda proba-
tio, enunciat *de Mesa variar.resolut: lib.*1.*cap.*
24.*num.*9.
33 Ex verbo,*peti,* quo vtimur agendo ad *text.
l.etiam,ff.de exception.* non autem excipiendo,
34 dotalis debiti compensationem, etsi instru-
mento non validetur, permitti *Napod.* noster
35 *num.*103.infert, indèq; retentionem dari cõ-
cludunt *Monac. vbi sup. num.*11. *Molfes.citat.
quæst.*15.*num.*13. *Camill.Salern.in apost. incip.
licet dos,* à quibus *Decius,Cagnol.* allegantur,
& *alij*.
Hinc celebris est illa quæstio, de qua in
36 *Gramm.decis.*92. vtrum dos,& antephatum
absque instrumento peti possit in iudicio as-
37 securationis? Et licet affirmatiuè responden-
dum esse videatur ex rationibus,quæ in ea per
*num.*23.quas approbat *Vrsil.ad decis.*332. *Af-
flict.num.*4. alijsq; deductis à *Petr.in addit.nu.*
10. per *Text.l.pecuniæ verbum, ff. de verb. si-
38 gnific.* verbum enim, *peti*,indicat actionem
39 ad rem, ideoq; cum assecuratio ad cautelam
concedatur mulieribus,& postquam concessa
est, adhuc penès virum dicatur res dotalis
permanere, *Afflict.decis.*9. *& de Franch. decis.*
617. *num.*7. in casu petitæ assecurationis præ-
scriptam probationem per instrumentum nõ
40 requirendam,defendi posset;attamen in con-
trarium consensiens *Doctorum* vox est, Sacri-
que R.C. decisione *ibid.* confirmata fuit, nec
recedente *Petr.*& sequuntur *Monac. vbi supra
num.*5.*& 6. Molfes.cit.quæst.*15.*num.*3. *Maxil.
in consuet.Bari rubr.de testib.§.licet viua vocis,
num.*8.*fol.mihi* 92. & *alij* post de Mari,*in addit.
ad eand. decis.*92. *Grammu.num.*21. *in princ.* &
habetur in *apost.incip.si ista consuetudo*; item
& in altera,quæ sequitur *incip. adde, quod in
d.consuet.dos & quarta fol.*264. & de ratione
apud eos; quidnè sit probandum per mulie-
41 res, vt valeant in iudicio assecurationis obti-
nere?tractat *Marcell. Calà de modo articul. &
proban. glo.vnic.§.*2. *à n.*150.
Tandem pro coronide dicam, dispositum
in *pragm.vnic.de donat. propter nupt.* circa an-
tephati,& donatiui taxationem id esse, *Che
alle doti di docati quattromilia à basso l'antefato
sia per terzo,& il donatiuo à ragione d'otto per
42 cento, alle doti di docati quattromilia insino à
diecemilia l'antefato sia à ragione di docati ven-
ticinque per cento, & il donatiuo à ragione di sei
per cento, alle doti di docati diece milia in ven-
timilia l'antefato sia à ragione di venti per cen-
to, & il donatiuo à ragione di cinque per cento,
alle doti di ventimilia in trentamilia l'antefato
sia à ragione di quindeci per cento, & il donati-
uo a ragione di quattro per cento, e chè alle doti
di docati trentamilia in sù l'antefato, e donatiuo
sieno conforme potrà conuenirsi, pur che l'ante-
fato nõ ecceda li quindeci,& il donatiuo li quat-
tro per cento,e che l'antefato, ò restino, ò non re-
stino figli à morte della donna, torni per morte
sua all'heredi del marito, donde è vscito, e che
alle donne vedoue quando si tornano à casare
non si possa costituire l'antefato se non per la
metà di quello se li potria costituire se si casasse-
ro la prima volta, &c.*Hinc non immeritò in-
quirendum, vti virginibus ne, an verò vt vi-
43 duis à secundo viro dandum antephatum
mulieri,iterum nubenti,& quæ primò nuptias
in faciem Ecclesiæ contraxit cum viro, qui eã
non cognouit? Hanc quæstionem latè exami-
nat *Nouar.in prax.elect.& variat.for. quæst.*7.
*à num.*9. *ad fin. sect.*2. ac tetigit iterum in *col-
lect.*2.*ad cit.pragm.vnic.de donat.propt.nupt. n.*
35.*per* 38. qui rationibus nonnullis adductis,
ex quibus fundari valet,huic mulieri à secun-
do viro antephatum vti viduæ deberi, cum
vir, & vxor legitimè appellentur, qui matri-
monium consensu contrahunt seruata forma
Concil. Triden. & ante sponsus, & sponsa,
*Abb.in rubr. de sponsal. Carpan. ad statut. Me-
diol.* 268. *num.*4. *tom.*1. ipsaq; copula non fit
matrimonium, sed ipsius vsus, & effectus *cap.
cum initiatur* 27.*quæst.*2.*l.nuptura,ff.de iur.dot.*
& nuptias non concubitus, sed consensus fa-
ciat *l.nuptias,ff.de regul.iur. cap.sufficit* 27.*q.*2.
ideoq, iura quæq; de matrimonio dicentia,
aut de marito,& vxore, explicantur in matri-
monio contracto,vel non sequuta copula *Co-
uar.in* 4.*decret.par.*2.*cap.*1.*§.*1.*num.* 2. & lega-
tum nubenti factum, statim contractis spon-
salibus, non autem post copulam carnalem,
deberi,dixerunt *Alex. consil.*42. *vol.*7. *Franc.
Marc.decis.*857.*tom.*1. *Ann.sing.*300. *Masul.ad
Capyc. dec.*204. *sub num.* 2. tandem pro con-
44 traria sententia concludit, ac tali mulieri se-
cundò nubenti vti virgini, non autem vti vi-
duæ antephatum à viro constituendum; dici-
tur enim antephatum amissæ virginitatis pre-
45 mium, *l.res vxoris, C. de donat. inter vir. &
vxor.*, ac coniugatarum mulierum propter
de-

46 deflorationem,retributioq; deterioris redditæ conditionis, ob quam maiori dote indiget
47 vidua,ideóq; à secundo potiùs,qui virginem deflorauit viro, quàm primo, qui vxoris deteriorem non fecit conditionem, tradendum antephatum, videtur affirmandum, ac non vti viduæ,sed tamquam virgini iuxta ea, quæ cit. *Nouar.n.*12. ad probandum adducit, At Ipse puto, eo casu *Nouar.* sententiam retinen-
48 dam, quo mulier ad primi viri domum traducta non fuit, cum secus affirmandum esse censeam si celebratis iuxta ritum S.R.E. nuptijs, domum viri mulier petierit; fat enim dicitur effecta deterior conditio mulieris,
49 quã domi vir habuit, ex præsumpta eiusdem corruptione donec cõtrarium appareat, *DD.* in *cap. continebatur de desponsat. impuber.* & *glos.in cap.dixit Dominus* 32.*quæst.*1. *Bero.cõs.* 36.*num.*9.*lib.*1.nam (vt dicitur) *A iuuene,*
50 *& cupido non creditur reddita virgo*, & adeò, vt vix contrarium legitimè, & concludenter valeat probari, nam & si virgo quælibet præ-
51 sumatur, vt per *Clar.in prax.crimin.* §.*stuprũ, vers. sed pone*, *Ruin. cons.*209. *num.*11. *lib.*2. *Crauett.consil.*166.*num.*5.*Thor.vot.*53.*nu.*13.
52 & virginitatis signa multa, & probationes tradantur ab *eod.Nouar.ibid.quæst.*14.& sparsim à *DD.*; coniecturæ tamen,& præsumptiones attenduntur, quoties in contrarium vrgẽ-
53 tiores non adsunt, probationesq; de eadem re, haud haberi posse censeo, quæ careant probabili dubitatione in contrarium, vt *No-*
54 *uar.*testatur *num.*7. cum & obstetrices falsum vt plurimum affirmare consueuisse, ac mulie-
55 ribus remedia non deficere, vt prima nocte virgines appareant, tradiderit *Io: Michae. Troys.in addit.ad Anibal.Troq.sup.rit.*235. *nu.* 18.*per glos.in cap.proposuisti de probat.* ibi,*quia oculus,& manus obstetricum,&c.*Quare eadem
56 de ratione antephatum à primo viro, quæ vxorem domi traduxit, dandum censeo, vel saltẽ medietatẽ iuxtà tradita *c.*1. *hoc tit.n.*59.

CAPVT QVARTVM.

Consuetudinis, contra instrumentum, eod. tit. explicatio.

De probationibus extrinsecis, & per testes aduersus instrumentum dotale non admittendis, item de exceptionibus satisfactionis, compensationis, & retentionis, an,& quando valeant aduersus dotale instrumentum opponi?& de instrumento, quod dicitur,psaliæ.

SVMMARIVM.

*Probationes non admittuntur aduersus instrumentum dotale,n.*1.
Consuetudo, contra instrumentum, *sub consuetudine*, dos & quarta, *olim inscribebatur,nu.*2.
Dispositio consuetudinis,contra instrumentum,*cur statuta fuit,n.*3.4.*&* 6.
*Dotis causa semper præcipua est, n.*5.
Consuetudo, contra instrumentum, *an procedat solùm respectu instrumenti,quod dicitur*, psaliæ?*num.*7.*&* 9.
Instrumentum psaliæ *quid sit? traditur remissiuè, num.*9.
*Probationes extrinsecæ tantùm non valent aduersus dotale instrumentum proponi, numer.*10. *&* 11.
*Instrumentum non ritè confectum pronunciari posse,vel esse imperfectum,dici potest, n.*12.
*Non dicitur esse,quod existit contra formam,nu.*13.
*Obiectiones, quæ per testes instrumentarios fiunt aduersus instrumentum,recipiuntur, n.*14.
*Probatio per instrumentum publicum contra instrumentum admittitur,n.*15.
Dispositio consuetudinis, contra instrumentum, *non obstat tertio possessori, contra quem agit mulier ad dotes, & antephatum repetendum, n.*16.*cum solùm valeat inter contrahentes,& hæredes,n.*17.
*Confessiones solutarum dotium aliquando solent esse falsæ,n.*18.
*Dotes vt plurimum soluuntur per bancum, n.*19.
*Tertius conuentus potest opponere aduersus confessionem dotium à debitore factam, n.*20.
*Exceptio satisfactionis an valeat opponi aduersus instrumentum dotale? habetur nu.*21.22. 26. *&* 27.
*Exceptio satisfactionis dicitur debiti instrumentalis destructiua,n.*23.
*Solutione debiti dicitur extincta obligatio debitoris,num.*24.
*Debitori, qui soluit, succurritur condictione indebiti, sine causa,vel de dolo, reiterata tamen solutione, n.*25.
Titulus plus valere, quod agitur, &c. *ac titulus* de dote cauta non numerata,*item* Text. l.si quis post ac in 2.respon.C.de bon.damnat. *corrigitur,n.*9.
*Compensatio an possit opponi aduersus instrumentum dotale? habetur n.*30. *&* 31.
*Compensatio, & satisfactio differunt, & quomodo n.*32.*&* 33.
*Retentio an possit opponi aduersus dotem?n.*34.

Con-

1 Consuetudinem istam, in qua, aduersus instrumentum dotale probationes non admitti, statuitur, in præcedenti
2 olim contineri dixit *Theodor. sæpè cit. alleg. 13. num. 3. in fin.* & ad illam correlatiuam esse patet, postquam enim ad petendas dotes requiri instrumentum dictum fuit, aduersus in-
3 strumentum, quod confectum apparet, non admittendas probationes, consentaneum fuit
4 pronunciare, ne aliàs mulieribus diceretur præiudicatum circa dotalem causam, quæ
5 semper præcipua est, *l. 1. ff. sol. matrim. quemad. dos petat.* nam iure id præiudicij allegari ab
6 illis posset, quod ex permissione debiliorum probationum aduersus instrumentum eueniret, postquam ad probandum, dotes fuisse viro numeratas, instrumẽtum requiri, dictũ fuit.

Hoc posito, vtrum respectu cuius vis instru-
7 menti dotalis, an tantùm eius, quod dicitur, psaliæ, procedat nostra hæc *Consuetudo*, inquiritur? & ne aliorum dicta repetam, ad tradita per *Præsid. de Franch. decis. 367.* circa hanc
8 quæstionem me remitto, vbi quid sit instrumentum psaliæ *num. 4.* & tractant *Napodan. ad consuetud. contra instrumenta venditionum tit. de instrum. confect. per curial. ver. psaliæ nu. 58.* & *Molfes. ad consuet. par. 7. de iur. quar. qu. 16. à num. 6. tom. 1. & 2. tom. in addit. num. 12.* qui re-
9 spectu huius tantùm nõ admitti probationes, cõcludit, & sępè sępiùs fuisse decisũ *n. 9. & 10.*

Nec quamlibet aduersus instrumentum
10 probationem excludi, scias; consuetudinaria
11 enim sanctione extrinsecas probationes prohiberi, non autem intrinsecas, & quæ ex ipso met instrumento dotali resultant, dixit *Napod. hic n. 112. in 1. glos.* ibi: *Secundo casu*, & *in ver. probatio nulla, nu. 120.* quare non ritè, re-
12 ctèq; confectum pronunciari posse, vel imperfectum esse, concluditur arg. *l. eum qui*, & *l. contra maiores, C. de inoff. testam.* cum nec dica-
13 tur esse, quod contra formam existit, *l. non sunt liberi, ff. de stat. homin. l. forma, ff. de cens. l. certa forma, C. de iur. fisc. lib. 10.* porrò obie-
14 ctiones permitti contra instrumentum, si testes instrumentarij de illis deponant, voluit *de Franch. decis. 367. num. 2.* vel per aliud in-
15 strumentum probatio in contrarium deducatur, *de Franch. ibid. in princ. Molfes. cit. par. 7. quæst. 16. n. 3.* quod & dixerat *Napod. hic ver. instrumentum, n. 115.*

Rursus si contra tertium bonorum posses-
16 sorem mulier agat pro dotium, & antephati repetitione, possessori conuento, non obstat dispositio hæc statutaria, quo minus competentem proponere valeat exceptionem aduersus instrumentum, ita *Minad. decis. 6.* ibi: *Ego satis dubitaui, Ricc. in addit. ad cit. decis. 367. de Franch., Molfes. sæpè cit. quæst. 16. 7. par. n. 4. & in 2. tom. in addit. ad eand. quæst. nu. 11. de Alex. apost. incip. hæc consuetudo lit. A. fol. 274.* inter
17 contrahentes enim, eorumq; hæredes dispositum in *Consuetudine* vim retinere, communiter est receptum. Quare & illud quod ex *ead. de Franch. in fin. n. 15.* habetur, dotium nemi-
18 pè receptarum confessiones quandoq; falsas presumi in hac Ciuitate, si in numerato solutas fuisse affirmetur, cum soleant per medium
19 publicorum bancorum pleriq; dotes soluere, quod & firmatur per tradita *à Reg. Capyc. Latr. consult. 46.* præcipuè *num. 51.* nulli potiùs quàm tertio, cuius, non fuisse numeratas dotes, interesse potest, iuuare censeo; nam debitor ipse (vt superius dictum est) rectè propria confessione obligatur, & instrumento, ab eo-
20 dem celebrato, non tamen tertius, à quo fraudis consilio res, quę possidetur, siuè creditum reuocari nequit.

Inquirendum modò, possint ne satisfactio-
21 nis, compensationis, retentionisq, exceptiones opponi aduersus repetentem dotem? Et
22 quo ad primum, antequam dotis solutio offeratur à debitore affirmante iterum soluisse, negatiuè respondet *Napod. ver. solutum à num. 125. cum seqq.* cum talis exceptio, quæ est
23 debiti instrumentalis destructiua, à consuedinaria dispositione omninò reiecta videa-
24 tur, & licet debiti solutione obligatio debitoris dicatur extincta *instit. quib. mod. sol. oblig. in*
25 *princ.* eidem succurrendum, reiterata solutione, alia actione, siuè condictione indebiti, siuè sine causa, siuè de dolo, dixit *Idem Napodan.*
26 *n. 129.* at mihi nimis rigorosa videtur *Napodan.* sententia, proùt & *Molfes. par. 7. quæst. 16. n. 14. aliysq; ab eod. relat.* visa fuit: quoniam ve-
27 rò ab ea *de Franch.* non discrepauit *dec. 367. n. 12.* haud recedere nobis conuenit. Quare corrigi *titulum plus valere, quod agitur, &c.* ac
28 illum, *de dot. caut. non numer.* secundum *Napod. num. 112. fol. 270. in princ.* item & *text. l. si*
29 *quis post ac in 2. respon. C. de bon. damnat.*, vt per *eund. ver. dotale in princ.* patet, & aduertit *de Franch. ibid. n. 11. & 13.*

30 De compensationis exceptione aliter senserunt *cit. Napod. d. ver. solutum,* ibi. *Sed an alias exceptio compensationis, de Franch. ibid. nu. 12. vbi Amen. n. 6. Pellic. ad consuet. Auers. cap. 9. n. 83. Afflict. Episcop. Cauensis controuers. iur. re-*
31 *spons. cap. 28. à n. 8. & 9.* adeoq; id verum esse, vt nec expressa vtendi renunciatione tollatur, dixère *Laratha cons. 90. n. 61. & Pellic. ibid. n. 88.* & disparitas vtriusq; exceptionis consi-
32 derãti patet, nã petens compensare, alienũ debitũ cõfitetur, illudq; supponit existens, secus
33 verò satisfactionem allegãs *Surd. dec. 24. n. 7.*
34 Tãdem de permissa retẽtione marito, eiusq; hęredibus est casus infra explicãdæ *Consuet. si constante tit. de cõtract. inter vir. & vxor. celebr.* ergo nõ vltra inquirendũ, nisi velis cum *Napod. in ead. consuet. n. 22. ver. matrem dedisse*, affirmare, permissam eo casu retentionem in debito per instrumentum apparente, fundari.

TITVLVS DECIMVS

DE

Consensu Mulierum.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si mulier consensiat, explicatio.

De mulieribus distractioni dotium, & quartæ, à viris factæ, consensientibus, & an, & quando eisdem ad bona renunciata concedatur regressus? & an idem à tacito, ac expresso mulierum consensu resultet effectus? De subscribente folium album, & an in eo contenta seruare compellatur? Item de dispositione regiæ *pragm. vnic.tit.de Sen. Conf. Vellean.* mulierum obligationes, & intercessiones annullante.

SVMMARIVM.

Dotis conditio deterior fieri nequit, num.1.

Mulieres dotatas esse, Reipublica interest, n.2.

Consuetudinis, si mulier consensiat, *explicatur dispositio, nu.3. & est conformis iuri communi, num.4.*

Consuetudo, si mulier consensiat, *an in aliquo iuri communi contradicat? n.5. & 6.*

Regressus non conceditur mulieri super bonis mariti, si renunciet hypotheca cum iuramento, num.7.& quid si alia bona non habeat? n.8.& 9.12.13.14.& 15.

Consensus alienationi præstitus distat à renunciatione hypotheca, n.10.

Non conuenit de vno ad alium casum diuersum inferre, n.11.

Renunciatio iurata dicitur omnimoda, & specialis rei renunciatæ, n.16.

Beneficio statutario non potest cum iuramento renunciari, nu.17.20.& 21. & quare num.18. & 19.

Consuetudo, si mulier consensiat, *non eodem modo disponit in antephato, ac in dote, ideoq; mulier validè consentit alienationi antephati, nu.22. & quare? n.23.*

Distant inter se lucrum non facere, & aliquid perdere, n.24.

Quarta, & antephatum licet dicantur inter se confusa, n.25. tamen circa disposita in consuetudine, si mulier consensiat, *non est item, sed de antephato idem dicendum, quod disponitur de dote, n.26.& 27.*

Consensus mulieris circa alienationem quartæ, an præiudicet mulieribus si tacitus intercedat? n.28.29.30.33.& 34.

Consensus in præiudicialibus debet esse expressus, num.31.

Tacere aliquando quis potest sciens ius suum duraturum, n.32.

Subscribens scripturam videtur affirmare in ea contenta, num.35. si tamen sciens subscribat, num.36.

Subscribens folium album non tenetur obseruare contenta in eo, n.37.

Dispositione pragm.vnic.tit.de Sen. Conf.Velleia. *censetur derogatum dispositioni consuetudinariæ, quæ mulierum consensum alienationi præstitum approbauit, n.38.& 39.*

1 Dotis conditionem nequidem consentiente muliere, deteriorem fieri posse in *l.Aristo, & l.de die,ff.de pact.do-*
2 *tal.* statuitur, cum dotatas esse mulieres conueniat, publicæq; vtilitatis intersit. Quare *Consuetudo* ista, quæ mulieribus præstò ità est, vt
3 ipsis alienationi, dispositioniuè testamentariæ bonorum viri consensientibus non præiudica-
4 ri quoad dotes, nec ipsarum hæredibus, mandat, iuri communi conformis agnoscitur.

Hinc difficultas, cui satisfiat, occurrit, an
5 generalis dispositio consuetudinaria ità explicanda, vt in alio, eo nempè, quod in *l.iubemus,* & in *authent.siue à me, C.ad Velleian.,* iu-
6 ri communi resistat? Et iura prædicta in viridi obseruantia esse, ità vt mulieri cum iuramento
7 renuncianti hypothecæ, ad eius beneficium contractæ super bonis viri, regressus non concedatur ad hypothecam renunciatam, etiam si vir alia bona, quorum hypothecæ renuncia-
8 tum non sit, non possideat; quod si iuramento confirmata non fuerit renunciatio, aliaque bona præter renunciata non habeat, regressus per-

permittatur, dixerunt *Afflict. decis.* 311. vbi *Vrsill.num.*1. & *decis.*312. & 313. *de Franch. decis.*84.& *ibi Amen.* & *Ricc. in addit.* qui pluries ità decisum asserunt, *Pellic. ad consuetud. Auers. cap.*9. *num.*149. faciuntq; tradita per *Napodan.hic ver.quantum ad quartam*, & quæ habentur in *apost.margin. hic in princ.* quæ in-
9 cipit *limita*; nec inuitus Ego horum senten- tiam probo, cum simplex consensus alienatio-
10 ni, de quo in *Consuetudine*, à renunciatione hypothecæ non parum distet, nec inter casus
11 à prouinciali lege decisos alium adstruere diuersum conuenit, fortiùs si iuris communis correctio eueniret.
12 Nec ignoro aliter visum esse *Molfes. par.* 8. *quæst.*2.*num.*3.& 4.*ex Marin.Frecc.in apost.incip. per istam*, & *Camill. Saler.in alia apost. incip. aduerte quia fol.* 275. decisiones contra
13 *Afflict.* referentes; attamen rectè intuenti, sicuti *Frecc.*& *Saler.*authoritatem haud obstare, potest constare, ità *Molfes.* sententiam super ea fundatam,nec tutam esse suadere valet: & sanè non video quomodo inferri possit id, quod *Molfes.* vult, ex quo ab eo recitati *Doctores* tradiderint fuisse contra *decis.* 311. *Afflict.* aliquando pronunciatum cum punctus
14 principalis decisionis non fuerit, an dispositio *l.iubemus*, & *authent. siuè à me*, censeatur consuetudinaria sanctione correcta; de eo
15 enim articulo absq; controuersia tractatur, incidenter etiam *decis.*312. & 313. *in princ.* sed alius, ad quem possunt verba *Marin.Frec.* (ne tanti viri lædatur opinio) referri: Et *Camill.Salern.* qui aliquantò clarius loquitur, an consensus Isabellæ Coppulæ, de qua *Ipse*, fuerit præstitus cum iuramento, non dicit, ac iu-
16 ramentum vim retinere specialis,& omnimodæ renunciationis, cum habeatur in *contron.* 61.*Merlin.nu.*7. *to.*2. non potest ad casum renunciationis iuratæ relata decisio deduci.

Parumuè refert opponere cum *eod. Molfes. num.*12.*ex Napod.ver.actionem,num.*19. con-
17 suetudinario beneficio, per mulierem haud posse, vel iure iurando renunciari, cum dica-
18 tur fauore omnium indultum,& quod in gra-
19 tiam vniuersitatis introductum fuit, haud validè posse renunciari, habetur ex traditis per *Carleual.de iudic.lib.*1.*tit.*1. *disput.*2. *qu.*6. *sect.*8.*num.*675. ideoq; neq; à iureiurando su-
20 mendum argumentum de obseruantia iurium relatorum, cum non fieri possit, quo minus *Consuetudo* ista vigeat, etiam intercedente
21 huic iurata renunciatione. Respondetur enim, aliud esse nostri iuris consuetudinarij beneficio renunciari posse,vel ne,& aliud,nil fuisse per *Consuetud.* aduersus præcitatorum iurium dispositionem innouatum, de quo est nostra sententia; ideòq; quicquid sit de priori propositione, non potest ex ea altera inferri.

Quoad quartam *Consuetudo* aliter dispo-
22 nit, præiudicatur enim mulier, si de alienanda quarta, consenserit, & rationem desu-
23 mi à *l.scimus*, §.*licentia*, *C.de iur. deliber. Napod. ver. quantum ad quartam, num.*21. voluit, longè enim inter se distant,aliquid perdere,
24 & lucrum non facere; ideoq, in lucro quartæ potest mulier proprio consensu grauari, in dote verò,quæ sub oneroso titulo comprehenditur, nequaquam.

Sed aduertendum, quamquam quartam,&
25 antephatum inter se confusa dixerimus supra, non ideò quod in *Consuetudine* de quar-
26 ta traditum dispositum censetur de antephato, antephatum enim, & dotem pari passu per
27 hic disposita ambulare ex *eiusd. Napod.* mente percipitur, & dixit *Vrsill. ad cit. decis.*311. *Afflict.*& si *Molfes.* respectu vtriusq; *d. par.*8. *q.*2.*n.*15. confusè loquatur.

Consensus ergo consentienti mulieri præ-
28 iudicat quoad quartam, at hoc ipsum de ta-
29 cito consensu dicendum esse ex *Napod. ver. consensus num.*25.qui *cit.glos. in l. generaliter*,
30 *C. de tabul. lib.*10. percipi videtur. Sed ego scriptis per *cit. Molfes.ibid. quæst.*3. in hoc ad-
31 stipulor, tacitus siquidem consensus in præiudicialibus non sufficit, cum quis sciens ius
32 suum duraturum adhuc possit tacere, *l.sicut*, §.*non videtur*, *ff.quib.mod.pign.vel hypoth.soluit.* prætera idem ex verbis *Consuetudinis*,ibi: *Ita tamen si consensus ipsius mulieris probetur per ipsam vltimam voluntatem mariti, vel per aliud instrumentum, per quod maritus contradi-*
33 *xit*, probatur, requiritur enim scriptura consensus, ergo non sufficit qualis qualis tacitus, vel præsumptus,probationemque vltrò habe-
34 ri à subscriptione mulieris, certissimum est; nam scripturam subscribens videtur eam ac-
35 ceptare,& confirmare *Borrel.de magistr.edict. lib.cap.*12.*num.*15. *ex Bart.in l.emptor*, §.*Lucius,ff.de pact.Alex.cons.*146. *vol.*2. & *cons.*61. *vol.* 5. & *alijs*, ac etiam apud *Bellug. in spec. princ.rubric.*3. *ver.signare*, si sciens subscribat;
36 nam secus, nemo, quod nesciuit, videtur fir-
37 mare, ideòq; album folium subscribens non teneri ad obseruantiam contentorum in eo, probarunt *Prat.practic.obseru.obseru.*21. *Anna singul.*27. vide tamen *Molfes. quæst.*4. *d. par.*8. qui nonnullos casus distinguit.

Hæc potius ad ornatum scripsimus, & vt
38 nostro satisfaciamus instituto, nam per *prag. vnic. sub tit.de Sen. Cons.Velleian.* mulieribus qualitercumq; consentientibus contractibus, siuè alienationibus factis per virum, vel cum viris qualitercumque se obligantibus etiam cum iuramento, ac renunciatione amplissima
39 *Sen. Cons. Velleiano*, & iuribus quibuscumq; succurritur,& tàm explicatæ, quàm sequentis *Consuetudinis* dispositioni fuit derogatum, vt obseruant *Vrsill.in addit.ad sæpe cit.decis.*311. *Afflict.nu.*2. *Amen.ad decis.*84.*de Franch. in*

princ. addit. & dixit *de Franch.decis.*478. *nu.*4. Quare nos de sequenti *Consuetudine* breuiter ad superiorem finem dicemus, & eius occasione de aliquibus in terminis *cit.pragm.* tractabimus. Ideò sit.

CAPVT SECVNDVM.

Consuetudinis, sed si mulier, eod. tit. explicatio.

De muliere simul cum viro rem immobilem alienante, dispensationibus super obligationibus mulierum, & intercessionibus, impetrandis, & de requisitis illarum, & an, & quando mulieribus, quæ sine regio assensu contraxerunt, succurratur?

SVMMARIVM.

Casus consuetudinis, sed si mulier, *præcedentem rem sequitur,n.*1.*& explicatur,n.*2.

*Dispositum in eadem consuetudine etiam ex præcedenti infertur,& quare,n.*3.

*Mulieri alienanti bona dotalia vna cum viro suo succurritur super alijs viri bonis,quæ si non extant obligatio irritatur,n.*4.*&* 5.

Pragm.vnic. tit.de Sen. Conf. Velleian. *fuit promulgata ad obseruantiam iuris communis,nu.* 6. *nec eidem auxit, aut derogauit,n.*7.

Pragm. *dispositio tantùm coniugatas,non autem virgines,& viduas complectitur n.*8.*sed contra n.*11. 12.*&* 13.

*Dispensationes Regij Collateralis Consilij fauore viduarum quomodo sint concipiendæ? habetur n.*9.*&* 10.

Prorex dispensat mulieribus, vt valeant se obligare, & obtenta dispensatione cessat pragmaticæ *rigor, n.*14.*&* 15.

*Ad validitatem assensus duo requiruntur, n.*16.

*Assensus debet ab omnibus Regij Collateralis Consilij Regentibus subscribi,nu.*17. *&* 18.*at dispensationes olim subscriptas ab vno Regente substinentur,nu.*19.*&* 29.*& contra affirmare esset temerarium,n.*21.

*Assensus Excellentissimi Proregis debet præcedere contractui mulierum, numer.*22. *& quare numer.*26.

Assensus quandoque impetrari consueuit post contractum stipulatum, numer. 23.

*Assensus impetratus retrotrahitur ad tempus factæ obligationis, n.*24.

*Actus inhibetur per reseruationem assensus, n.*25.

*Nonentis nulla sunt partes, n.*27.

Assensus iuuat, si postquam fuerit impetratus post contractum, contractus ipse confirmetur, numer. 28.

*Ratihabitio contractus arguitur solutione debiti in eodem constituti, n.*29.*&* 30.

Obligationes mulierum substinentur etiam absque assensu, si contractus ratihabitio sequatur,nu. 31.*& quare n.*33. *fortius si post biennium, num.*38.*&* 39.

Pragm. *qua mulierum intercessiones annullat ciuilem tantùm obligationem, non autem naturalem tollit,n.*32.

Dispositione l.1. C.ad Sen. Conf.Velleian. *annullatur solutio facta à muliere non obligata, num.*34.

*Mulieribus læsis, & deceptis succurritur Velleiano, num.*35.

*Nō dicitur læsa mulier,aut decepta,quæ suā obligationem, vel naturalem tantùm exsoluit, n.*36.

*Mulieri recipienti mutuum non succurritur, & si malè expenderit receptam pecuniam, n.*37.

1 PRæcedentem rem continuat casus huius *Consuetudinis*, nam de muliere simul cum viro rem ipsius viri immobilem alienante,tractat, ac super alienatis bo-
2 nis etiam quoad hypothecam penitùs illam excludi, determinatur, nullo inter dotem, & quartam discrimine posito, aut priuilegio
3 statuto; hoc enim ex maioritate rationis euenit, nam plus est (vt *Napod.* dixit *in prim.glo. n.*34.*in fin.* per *l.cuius est,* & per *l.cum quis*, §. *quisq; ff. de reg.iur.*) alienare, quàm alienanti cōsentire, ideòq; nil miri esse debet,si etiam præiudicari mulieribus quoad dotes statuatur hic, postquam in quarta solùm hoc ipsum præcedenti *Consuetudine* est constitutum. Sed
4 succurritur alienanti mulieri super reliquis viri bonis,quæ si non extent, obligationem irritari, impetrata prius iuramenti absolutio-
5 ne,idq; in more positum esse, testatur *Molfes. cit.par.*8.*quæst.*6.*n.*17.

His positis nonnulla subnectere ad intelle-
6 ctum *pragm.* non extra rem esse,duxi. Quare *pragm.* ipsam ad robur, & obseruantiam *Sen. Conf. Velleia.* mulieribus opitulantis, fuisse
7 promulgatam, sciendum,nihilq; iuri communi auctum, aut derogatum fuisse, prout *Montan. contrōu.*4. *n.*15. alijq; *Nostrates* edocent: mox omnia circa validitatem, aut inualiditatem obligationum mulierum iuris communis, censuræ supposita remansisse patet,ac eas tantùm obligationes, vel cum iuramento, omnimodaq; renunciatione contractas, quæ iuri contradicunt, imperiali placito annullari.

Et

Et quamquam *R.de Pont.conf.40.num.5.&* *6.vol.2.* quem sequitur *Cons.Prat. discept.forens.tom.2.cap.32.num.26.* dicat dispositione
8 *reg.prag.*tantùm cogniugatas, non autem virgines, & viduas comprehendi, ac proindè re-
9 spectu harum dispensationes Collateralis Consilij per indicatiuum, *Licet*, concipiendas esse, cum declarationes potiùs dicantur,
10 quàm dispensationes, contra ea, quæ scripsit *de Franch.decis.623. nu.26.*inter quos medius distinguit *Montan.cit.controu.4.num.26.*illius
11 tamen sententia infirmatur, ac non tantùm
12 fauore cogniugatarum,sed & virginum,& viduarum *pragmaticam* interpretantur *Rouit.super ea num.7.Montan.ibid.*& alij communiter,
13 rationes enim in ea adductæ, & si propriùs obligationibus cogniugatarum conueniant,cæterarum quoque contractibus aptantur, cum omnes æq; possint malis artibus, circumuentionibus, ac per vim, & metum induci ad se obligandum.Hinc praxis inualuit petendi di-
14 spensationem à regni Prorege de obligationibus mulierum,eaq; concessa,cessat *pragm.*ri-
15 gor, vt dixit *Hodiern.in addit.ad decis.86. nu.28.Surd.*


Duo tamen ad validam impetrationem as-
16 sensus,siuè dispensationis requiri, dixit *citat.R.de Pont.in tract.de potest.Proreg.tit.de decret.collat.cons.super alien. & obligat. rer.dotal.* re-
17 petendo scripta in *sup.cit.cons.40.* Primum vt non ab vno ex Regentibus,sed ab omnibus Regij Collateralis Consilij subscribātur,proùt
18 etiam tenet *Montan.controu.4.num.18.* quod licet hodiè seruetur,quoad dispensationes tamen olim factas, cum solitum fuerit semper
19 ab vno ex dominis Regentibus subscribi,non attenditur, & ad inducendam validām obligationem satis esse assensum ab vno Regente
20 subscriptum à nonnullo receptum est:decisionem S.R.C.iunctis tribus Aulis in causa Principis Oriæ cum Marchione Mariliani id ipsum approbantem refert *Cons.Hodier. vbi supra num.29.* aliasque cumulat *Reg. de Marin.resol.quotid.lib.1.cap.276.* subdens *nu.4.* teme-
21 rarium esse contrarium attentare.

Alterum, vt contractui præcedat assensus,
22 nec ideò subsequens prodesse, quòd fuerit in stipulatione reseruatus; licet enim (vt *Ille* habet *in cit.tract.de potest.Proreg. vbi sup.nu.3.*)
23 assensum impetrari post contractus stipulationem fuerit consuetum, posseq; subsequi sicut præcedere, nullius tamen detrimento, vel præiudicio,dixerint *Prat.tom.1.discept.forens.cap.35.num.56.R.de Marin.cap.124.lib.1.resol.quotid.n.11. Andr.in cap.imperialem de probib.feud.alien.per Frider.Afflict.in constitut.regn.diuæ memoriæ.n.75. R.Rouit.sup.pragm.1.*
24 *de fid.memor.nu.41.*, cum impetratus ad tempus factæ obligationis retrotrahatur, & reser-
25 uatione,actus inhibeatur;ista tamen casui no-
26 stro minus conformia, asserunt;in *prag.* enim annullatur actus, ideòq; superueniente assensu nil inuenit, quod validet, & si fuerit assen-
27 sus facta impetrationis reseruatio,cum non entis nullæ sint partes.

Quicquid sit de hoc secundo *R. de Ponte*
28 *dicto*; illud scias non procedere si impetrato assensu denuò iteretur instrumentum, alias editum *Cons.Theodor.alleg.6.n.36.*satisq; pon-
29 deris esse dicitur iteratio facto, vbi debiti solutio sequitur, cum huiusmodi magis, quàm verbis concepta valeat ratificatio, *l.Paulus respondit,ff.rem rat.haber. Azo in sum.C.si maior.fact.rem rat.habuer.*; ipsamque solutionem si-
30 uè totius,siuè partis debiti vti expressam in se retinentem ratihabitionem haberi, præcipuè ad tollendam exceptionem dixit *Afflict.decis.336.à n.5.*

Insuper mulierum obligationes, & si assen-
31 su non roboratas sustineri,si tamen illarum ratihabitio sequatur, opinor; nam *pragm.*quæ
32 intercessionum contractus annullat,ciuilem tantùm destruit obligationem, non æq; naturalem, promanantem ex promissione *l.1. ff.de pact.* cum *concord.*, ideòq; mulier ratificando
33 instrumentalem obligationem, intercedere non videtur,sed potiùs se obligare ad sui obli-
34 gationem naturalem exsoluendam,ac propterea dispositio *l.1.C.ad Sen.Cons.Velleian.* non obstare, cum ibi de muliere soluente absque
35 præcedenti obligatione tractetur,ac lęsis, deceptisuè mulieribus succurratur Velleiano *de Franch. decis.279.n.7. Cons.Stayb.iun.resol.forens.tom.1.resol.4. num.28. & 29. ad Text. l.si decipiendi, C.ad velleian. & l.2.§.verba, ff.eod.*
36 cum *concord.* nec læsa, aut decepta dicitur, quæ propriam, vel naturalem tantùm obligationem exsoluit; Ità non succurritur Velleia-
37 no,mulieri mutuum recipienti,& se obliganti satisfacere, & si receptam ab ea pecuniam malè expenderit, donauerit, aliterque disposuerit, vt ex *Geor.alleg.32.à n.9.* habetur.

38 Nec dubitandi de his, quæ diximus, locus superest, si ratificatio post biennium à facta priori obligatione sequatur; *Sibi enim imputet* (dixit *Iustin.in l.si mulier, §.fin autem, C.ad Sen.Cons.Velleian.*) *si quod sæpiùs cogitare poterat, & euitare, non fecit, & vltrò firmauit*, licet aliter, sequuta ratificatione in-
39 fra biennium ex *eiusd. Iustin.* sententia, qui, *Nibil sibi praiudicare,quod adbuc ex consequētia sua fragilitatis in secundam iacturam inciderit,* dixit *ibid.* tenendum esse videatur.



TI-

TITVLVS VNDECIMVS

DE

Contractibus inter virum, & vxorem celebratis, & de dotibus datis per eos.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, bona stabilia; & consuetudinis, & si mulier, explicatio.

De facultate opponendi aduersus maternorum bonorum distractionem filijs primi matrimonij à Consuetudine facta.

SVMMARIVM.

Consuetudinis, bona stabilia, *& consuetudinis*, & si mulier, *dispositio traditur, n.*1.
*Mulier validè alienat viro consentiente,nu.*2.*&* 3.
*Filij primi matrimonij valent se opponere alienationi maternæ,n.*4.
*Qualibet oppositio obstat, & multipliciter esse potest,n.*5.6.*&* 7.
*Mulieribus succurritur exceptione aduersus contradictionem filiorum impedientes alienationem bonorum maternorum, si iusta adsit causa, nu.*8.
*Consuetudo, quæ facultatem filijs facit impediendi alienationem bonorum maternorum,procedit, vbi adest vitricus, num.*9.*ideò non disponit in viduis,num.*10.*&* 11.
*Filijs dicitur esse ius quæsitum de dotibus etiam viuente matre,n.*12.
*Mulieres valent bona alienare, si fraus consuetudini non fiat,n.*14.

1 BOnorum dotalium stabilium alienandi facultas per istam *Consuetudinem* fit mulieribus, si vir consentiat, ac filij, filieq; primi matrimonij non contradicant ante perfectam venditionem per traditionem, & cõsignationem rei,pretijq; solutionem,cum filiorum secundi matrimonij contradictionē non obstare, declaretur, proût nec illorum oppositione impediri, quo minus alienata res tradatur illi,in quem facta est alienatio, si æqua, necessariaq; causa alienationem faciendam esse suaserit, ex verbis consuetudinarijs habetur.

Mulier itaq;validè alienat viro consentien-
2 te, & in hoc, cum dispar ratio respectu mulieris, quæ secundas contraxit nuptias, ac illius, quæ primò nupsit, assignari nequeat, quoad omnes consuetudinaria dispositio attenditur,vt *Napod.* dixit *ver.dotata,num.*2. & aduertit *Montan.controu.*4. *num.*2. *ver. sed at-*
3 *tende.* Quare indistinctè qualibet mulier, & si semel nupserit, viro consentiente alienat; &
4 contracto altero matrimonio, filij ex primis nuptijs suscepti contradicere non prohiben-
5 tur: hinc quamcumq; illorum oppositionem,
6 quàm multifariè fieri posse tradunt *Napodan. ver.contradicant, nu.*5. & *Molfes.ad consuetud. par.*9.*quæst.*5. *à num.*5. ad venditionem retar-
7 dandam sufficere, non controuertitur; siquidem sub nullo prorsus moderamine contra-
8 dicendi facultas filijs tributa est, ac mulieribus exceptionis ope succurritur, vt si legitima alienandi causa probetur, iudicis decreto tollatur impedimentum; ità *Napod. ibid.* & *in consuet.& si mulier,num.*9. ibi: *Sed cum inquiratur Ant.de Alex.in addit.ad consuet. & si mulier iuxtam relat. à Mont.ibid.n.*8.

Quare consuetudinem procedere vbi vitri-
9 cus existit *Montan.* arbitratur, *vbi sup.* quod etiam probatur in *apost: Mazzei de Afflict.incip.nota verbum*,quæ habetur 2.*tom.variar.resol.Reg.de Marin.fol.mihi* 715. nec viduas cõ-
10 suetudinaria dispositione vinciri, ac id ex verbis *Napod. cit. ver.data nu.*3. ibi: *Secundo verò casu quando*, probari, *si*, quæ sequuntur
11 verba, *Et per consequens non cessat hac consuetudo*, absq; dictione, *non*, quæ superaddita ex errore creditur, legantur, idem *Montan.*affir-
12 mauit inferens indè *num.*5.*&* 6.filijs matre adhuc viuente esse ius quæsitum de dotibus, & ius contradicendi venditioni,alienationiuè maternæ bonorum, vitrico existente concedi,
13 ceterum mulieribus, dummodò filiorum legitimæ non derogetur,ac alienatio non fiat in frau-

fraudem aliarum *Consuetudinum*, nec *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* alienandi liberam superesse facultatem; pro quo faciunt verba *Napod. hic in 1. glos.* ibi: *Sequeretur aliud absurdum*, & in *consuet. seq. ver. diminuitur, n. 28.* & ità recipienda esse reor, quæ in *decis. 398. to. 3. R. Sanfelic.* habentur.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De bonorum dotalium alienatione per filios primi matrimonij impedienda, & non impedienda, & de causis, quibus alienatio permittitur; item de commodo, quod filijs secundi matrimonij ex illorum oppositione redundat; tandem de legitima, siuè illegitima viduarum obligatione ad præmortui viri debitum.

SVMMARIVM.

Ius consuetudinarium, & commune an sit conforme circa disposita in consuetudine, bona stabilia? *num. 1. 2. & 5.*
Fundum dotale est inalienabile, donec vtilitas mulieris appareat, n. 3.
Viro interdicitur alienatio fundi dotalis, n. 4.
Dissensus mariti validus ad impediendam alienationem bonorum dotalium, n. 6.
Bona dotalia valent per mulierem alienari viro consentiente, n. 7.
Aliud est alienare, aliud alienanti consentire, n. 8.
Consentiens alienationi ius suum remittit, nu. 9. & hypothecam, n. 10. & 11. etiam si alienans nō sit dominus, n. 12.
Vir, qui alienauit bona dotalia potest contra factum proprium venire, num. 13. nec tenetur de euictione, nec ad pretij restitutionem, num. 14. & 15.
Alienare verbum generale est, & omne genus alienationis complectitur, n. 16. & 17.
Prædicata generalia sunt talia, qualia specificata demonstrant, num. 18.
Consuetudo, bona stabilia, *quo nā in casu disponāt? traditur, n. 19. & quare, n. 20. & 21.*
In permutatione vna res in locū alterius succedit, num. 22.
Permutatio non fit absque euidenti mulieris vtilitate, n. 23. etiam de iure communi, n. 24.
Mulieri non licet filia ex secundo matrimonio dotem constituere, n. 25. & quare, n. 26.
Filiorum primi matrimonij taciturnitas nocet, si scienter taceant, ac permittant bonorum dotalium alienationem, n. 27. & 28.
Filijs secundi matrimonij adhuc consultum dicitur iure consuetudinario, numer. 29. & quomodo num. 31.
Præsumitur contra vitricum in alienatione bonorum dotalium, n. 30.
Causa iusta, & necessaria si adsit in alienatione bonorum dotalium oppositio filiorum primi matrimonij non obstat, n. 32.
Causa sufficit, vel ratione personæ, vel ratione rei, num. 33.
Causæ quatuor enumerantur, ex quibus alienatio mulieribus permittitur, n. 34.
Vidua pro debito viri validè obligatur etiam absq; assensu, vel non consentientibus filijs, nu. 35. & 36.
Mulier potest bona dotalia alienare pro excarcerādo viro, num. 37.
Vidua validè obligatur pro viro mortuo, vt eius anima à pœnis liberetur, n. 38.
Mulier si ut euitet exequutionem bonorum viri se obliget, validè absque assensu obligatur, n. 39.

1 DEclaratoriam iuris communis in *l. ita constante, ff. de iur. dot.* istam *Consuetudinem* appellauit *Napod. in 1. glos.*
2 *ver. vel est inducta*, correctoriam verò esse eiusdem *in l. 1. C. de fun. dotal. cum concord.* quatenùs etiam in dubio, an mulieri expediat alienatio, filijs primi matrimonij minimè repugnantibus, permittitur alienatio, dignosci-
3 tur, cum fundum dotale inalienabile esse donec de euidenti, certoq; mulieris commodo constiterit, *lex Italia* præceperit, *Molfes. par. 9. quæst. 2. num. 11.*
4 Et quoad virum, cui alienatio fundi dotalis interdicitur per *tex. l. 4. & tot. tit. ff. de fund. dotal. cum concord.* nec dicitur *Consuetudo* à
5 iure communi discrepare, nam licet dicatur
6 dissensus mariti validus ad impediendam alienationem bonorum dotalium, quæ alio-
7 quin viro consentiente licitè alienantur, non ideò viro permissam censeri alienationem, di-
8 cendum sequitur, cum aliud sit alienare, & aliud alienanti vxori consentire, vt dixit *Scip. Boccin. in apost. incip. attende, fol. 280.* & vir
9 consentiendo ius suum, quod super re dotali habet, remittit, vxore alienante; quilibet enim
10 creditor alienationi pignoris, super quo habet hypothecam, consentire non prohibetur, nam, *Si in vēditione pignoris consenserit creditor, vel vt debitor hanc rem permutet, vel donet, vel in dotem det, dicendum erit, pignus liberari, nisi, salua causa pignoris sui, consenserit: nam solent, mihi salua causa pignoris, consentire, ad text. l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*

11 *hypoth.* quasi *inuerecundè applicari sibi eum creditor desideret, si effectus sit sequutus venditionis*, vt ex *Mart.lib.sing. ad formu.hyp.* habetur in *l.sicut* 8.§.*si voluntate, eod.tit. Maur.iun. alleg.*94.*n.*1. ideoq; ex consensu præstito alie-
12 nanti, vel nō domino quandoq; donationem in eum dominus contulisse videtur ad *text. l. censualis*,§.*sed si*,& *l.seq.C.de donat.*

Et hic incidenter annotare libet, quæ tradi-
13 dit *Conf.Prat.pract.obseru.*72. posse virum, qui dotalia bona alienauit, etiam contra factum proprium ad reuocandam alienationem
14 venire, imò (quod mirabilius est) nec ipsum,
15 nec vxorem eius de euictione teneri, nec ad pretij restitutionem, vt *nu.*5.& 6. *ex Menoch. cons.*559.*n.*1.*vers.*& *illud primum.*

16 *Alienare* verbum generale est, cum omnis actus, per quem dominium transfertur, sub eo contineatur *l.si æstimata* 1. §.*est autem, C.de fund. dotal.* ac proindè quodcumque aliena-
17 tionis genus videtur complecti. At generalitas quandoque specialitate sermonis restringitur *arg.l.Lucius*,§.*quæ habebat,ff.ad Trebell.*
18 cum talia sint prædicata generalia, qualia specificata demonstrant, *l.namque*, §. *si præcedentia,ff.de pec. leg.* Quare *Consuetudinem* re-
19 spectu mulieris vendere, vel permutare volentis rem dotalem, disposuisse, *Napod. hic in* 1. *glos.* & eo casu, quo an id facere expediat? hæsitatur, dixerunt *Sanfel.cit.decis.*398.*to.*3.*n.*11. *Molfes.cit.par.*9.*quæst.*2.*per tot. Camill.de Me-*
20 *dic.cons.*161.*n.*23. & *cæteri*; rationemq; à iure ciuili *in l.*1.*ff.sol.matrim.* desumi, censeo cum dotis causa in venditione, aut permutatione
21 sit semper salua; in venditione enim pretium loco rei, *l.imperator in fin.cum seq.ff.de legat.*2.
22 & in permutatione vna res loco alterius habetur, porrò & permutationem, tunc demum
23 permitti cum indè euidens mulieris permu-
24 tantis vtilitas extat, & in hoc incorrectum extitisse ius commune à consuetudinario, dixit *Molfes.vbi sup.n.*10. Hinc benè infert *de Medic.vbi sup.nu.*24. & *seqq.* nec mulieri do-
25 tem filiæ ex secundo matrimonio susceptæ, li-
26 cere, constituere; nam talis dotis constitutio donationem sapit, nec quidquam vtilitatis pro muliere ipsa, ac filijs primarum nuptiarum, comprobaturq; per ea, quæ *Napod. in consuet.*& *si mulier iustam, in mag.glo.n.*13.*ver. item hoc ipso fol.*284. & *Molfes.d. par.*9. *quæst.* 7.*num.*6.

Contradicant ante venditionem: Patet filijs
27 primi matrimonij silentium nocere, quod tunc verum esse dicas, cum scienter tacent, nā
28 ignorantibus non officit patientia, & ignorās contradicere nequit, vt ex multis probat *Napod.ver.contradicant,nu.*5. nec filijs primi ma-
29 trimonij consultum magis, quàm cæteris, quibus talis contradicendi facultas interdicitur,
30 credas; præsumitur enim contra vitricum, eiusq; occasione contra matrem, vt *Napodan.* docet *ver.alij n.*6.& *consuet.seq.ver.diminuitur n.*28. ideoq, succurritur priuignis; cæterum, vt dixit *Montan.sæpè cit.contrau.*4. *circ.fin.n.*2.
31 istorum oppositione, etiam illorum ius conseruatur illæsum, nec patri, cui omnis reuerentia debetur, *l.parentes, ff. de in ius vocan.* videtur à filijs iniuria inferri.

Iustam, & necessariam causam: Quærit hic *Napod.* vtrum iustitia, & necessitas copulati-
32 uè in causa venditionis, aut permutationis requiratur? & ex his alteram sufficere concludit in 1.*glo.n.*8.& sequitur *Molfes.vbi sup. qu.* 6. *n.*1. sed vtramq; necessariam saltim ratione correlatiui, crederem; non ne iustum est necessariam causam exequi, & necessarium necessitate iustitiæ, vt quod iustum est, deducatur ad effectum?

Item sufficientiam causę, vel ratione per-
33 sonæ, vel rei pendit *Napod. vbi sup. verf. sed tunc quæro*, nonnullaq; exempla in causa necessaria ratione rei posuit *ibid.n.*9. & alia, quę fortuitò euenire possunt, tutè considera: At
34 causas ratione personæ ad quatuor, vt *viuat, sana viuat, libera viuat, & nupta viuat*, reduxit, & sequuntur *de Franch. dec.*435. *num.*36. *Montan.vbi sup.n.*4. & omnes, easq, à iure communi traditas demonstrat.

Nec omittam ad ornatum, viduam pro de-
35 bito viri sui validè obligari etiam absq; assensu, & bona dotalia posse per consequens non
36 obstante quauis filiorum contradictione alienari, non solùm ex ratione superiùs adducta ex *Montan.* quia vitricus non adest, circa quam prudentiores consulendos censeo,
37 sed & alia, quia sicut mulier, vt nupta viuat, potest bona dotalia alienare ad liberationem viri à carceribus *Sanfelic.decis.*133.*nu.*4. *Gratian.discept.forens.cap.*108.*nu.*16.*Conf.Prat.discept.forens. tom.*2.*cap.*47. *à num.*16. ità ad li-
38 berandam eiusdem animam à pœnis, exonerandamq; conscientiam, idem facere non prohibetur, *de Franch. dec.*237. & post eum *Ricc. in addit.Conf.Stayban.resol.forens.tom.*1.*resol.*4. *Gratian.vbi sup.cap.*831.*to.*5.*n.*1.*Conf.Paschal. de uir.patr.potest.par.*3.*cap.*5.*n.*18.*Io:Mar.Nouar.sup.pragm.*1.*de Sen.Conf.Velleian.num.*10. *Thor.in compen.decis.par.*1.*uer.mulier uidua*, *Rouit. super ead. pragm.* & *alij*; idq; præcipuè
39 attenditur cum mulier ad euitendam bonorum viri exequutionem se obligauit, vt ex *cit. DD.* colligitur, & ità annis elapsis decisum ad fauorem Ianuarij Troyani mei dilectissimi compatris in S.R.C. in Aula spectabilis Regentis Marchionis Latertiæ ad relationem olim Consiliarij Ramires contra Faustinam Palambam in banca olim Amentæ me patrocinium prebente.

CA-

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, si constante, eod. tit. explicatio.

De mulieribus filias dotantibus cum viris suis,& de retétione viro,eiusq; hæredibus à Consuetudine permissa: de probandis,ac declarandis legitimis causis alienationum bonorum dotalium, & de reuocandis dotibus à matrefamilias in præiudicium legitimæ ceterorum filiorum constitutis.

SVMMARIVM.

Fœminæ siuè tacitè, siuè expressè validè dotes constituunt filiabus, n.1. & quantitas à consuetudine taxatur, n.2.

Ius commune corrigitur à consuetudine, si constante, *n.3. & quomodo n.4.*

Obligationes mulierum pro dotibus filiarum sunt nulla de iure communi, n.5.

Pater tenetur dotare filias, n.6.

Vxor dotando filias videtur alienam obligationem exsoluere, n.7. & tantùm pro marito paupere tenetur, n.8.

Vxor potest pro marito diuite teneri super bonis extradotalibus, nu.9. & in hoc est conformis iuris communis, & municipalis dispositio, nu. 10. & 12.

Patrimonium dicitur bonorum omnium uniuersitas, n. 11.

Fœminæ non coguntur inuitæ filiabus dotem constituere, n.13.

Dotatæ a fœminis, sicut nec uiro eius, non quæritur actio contra dotantem, n.14.

Consuetudo uiro mulieris dotantis, ac hæredibus consuluit, retentionem permittendo tempore restitutionis, n.15.

Portio dotis constitutæ præsumitur per uxorem à uiro recepta, ac filiæ in dotem data, n.16.

Retentio competit uiro etiam pro portione bonorum extra dotalium, n.17.

Qualibet dotis promissio facta à muliere attenditur, n.18.

Parentes si dotem simul promittant, censentur pro rata bonorum obligati, n.19.

Deductio dotis constitutæ à quibusnam bonis fiat? traditur n.20.

Alienare bona dotalia pro dote differt ab ipsa dotis constitutione, n.21.

In alienatione bonorum est necessaria cognitio causæ sufficientis, & declaratio per decretum, nu. 22. non autem in dotatione, nu.23. & quarè, num.24.

Dotatio matris substinetur quatenùs filiorum legitima est salua, n.25.

Dos constituta à matre filiæ, reuocatur, si legitima cæterorum filiorum, non remanet salua, num.26.

Pactum vt dos debeat bipartitè diuidi, inter filios primi, & secundi matrimonij an valeat? remissiuè, num.27.

Alienatio bonorum maternorum, num possit impediri existentia naturalis filij? num.28.

Altera huius rubricæ pars, *de dotibus*, nempè *per virum, & vxorem datis*, de
1 qua agamus persequitur; fœminas filiabus dotes, siuè tacitè, siuè expressè constituentes validè contrahere, habetur hic, & dum quantitas constitutę dotis à muliere est incer-
2 ta, à *Consuetudine* præfinitur; quare ius com-
3 mune corrigi à statuto nostro *Paschal. de uir. patr. potest. par. 2. cap. 6. nu. 33.*, non perperam
4 affirmauit; ius enim commune mulieres à promissarum vna simul cum viris dotium præstatione absolutas, ac viros tãtùm teneri, voluit, testantibus *Bal. Nouell. in tract. de dot. in 6. par. priuil. 3. col. 2. Io: Lopez in rubric. de donat. inter uir. & uxor. §. 6. Crauett. cons. 77. num. 2. & seq. Rolan. à Val. cons. 64. nu. 6. lib. 1. Surd. cons. 290. num. 19. & in tract. de alim. tit. 6. quæst. 17. num. 15. cum seq. & Cather. decis. 44. nu. 7.* illarumq;
5 obligationes nullas dici tradiderunt *Honded. cons. 45. n. 24. lib. 1. Bero. cons. 48. lib. 1. & Surd. decis. 164. per tot. ubi Hodiern. in addit.* decisumque refert *Anne. Rober. rer. iudic. lib. 3. cap.*
6 11. paternę siquidem obligationi filiarum dotatio iniungitur, & quoties ad eam vxor con-
7 currit, videtur quod suum est, marito donare, & iniuncto illi oneri satisfacere, idem *Surd. ead. decis. 164. num.* , & mulieres pro
8 maritis pauperibus tantùm teneri filiabus dotes constituere, traditur in *l. neque mater 14. C. de iur. dot. Molfes. par. 9. quæst. 7. num. 1.* non autem diuitibus, si tamen extra dotalia bona
9 non habeant; nam ex his dotium constitutionem haud prohiberi ex *Aluar. Velasc. consultat. 127.* adnotauit *Paschal. ibidem num. 32.* quod
10 si verum credis, consentire quo adhoc iuris communis, & municipalis dispositionem dicas, cũ istud super vniuerso patrimonio, quod
11 bonorum omnium cuiusque generis dicitur complecti vniuersitatem per *Napodan. hic uer.*
12 *diminuitur, num. 25.* mulierum approbet promissiones.

Patet ergò nõ arctari fœminas filiabus cõ-
13 stituere dotes, at volentes facto proprio ligari, nec tamen ità, vt dotatis earumque vi-
14 ris actio quæratur, viro enim dotanti, ac hæ-

redibus succurritur *Consuetudine*, quę istis do-
15 talis portionis retentionem permittit eo tempore, quo dos est in restitutione; portio-
16 nemque idcircò per mulierem debitam, ex bonis mariti receptam, ac in dotem datam præsumi, dixit *Napodan. uer. matrem dedisse num.22. & ver. eatenus nu.31.* cuius verba non aliter, ac à *Molfes. ad consuetud. par.9. quæst.8. num.10.* explicanda esse, censeo, aliter enim eorum ambiguitas, quam idem *Molfes.* aduertit. vix posset saluari, quinimò dotium
17 retentionem concedi etiam pro portione bonorum extradotalium in dotem data, nec tradita, verba consuetudinaria; *Et non tenetur pater, vel eius hæredes ad restitutionem dictæ quantitatis, pro qua dicta dos, & prædicta bona dictæ matris diminuta intelliguntur*, demonstrant.

Pro coronide rei nostræ, & ad ornatum, nonnulla sequitur vt notemus, & primò quamlibet mulieris constituentis dotem filię,
18 promissionem attendi, & quantitatem expressam traditam dici, adeò vt pro eadem dotis restitutio fieri non debeat, at si mulier ni-
19 hil expressit, & vterque parens filiam dotauit, dotem censeri constitutam pro rata, vt *Molfes.* dixit *par.9. quæst.8. num.3. & 4.* & habetur ex *l. vt liberis, C. de collat. Napod. hic nu. 30. Mastrill. decis.186. par.2.* & alijs; At, quod
20 dotatæ conceditur, deducendum à dote materna si nil aliud mater habeat; si verò alia bona retineat, pro rata de omnibus bonis ipsius deduci ex verbis consuetudinarijs, & *Napod.* idem *Molfes. num.6.* dixit.

Secundò ex traditis in hac *Consuetudine*, ac
21 alibi, inferri, aliud esse alienare bona dotalia pro dote filiarũ, & aliud dotes filiabus constituere; in primo enim casu est necessaria cau-
22 sæ cognitio, & eiusdem sufficientiæ declaratio per decretum ad *Text. l. ob æs, C. de præd. minor. l. cum hi, §. in causa, & §. Prætor, ff. de transact.*, & in hoc omnes conuenire oportere dixit *Molfes. ead. par.9. quæst.7. à num.24.* at
23 in secundo non item, cum dotatio ipsa in locum causæ succedat, quod ex eo inductum dicendum, quia non ita in dotatione à matre
24 facta, vt in alienatione bonorũ, potest fraus interuenire, & fraudis occasio semper vitanda.

Tertiò, dotationem matris substineri, si fi-
25 liorum tàm prioris, quàm nouissimi matrimonij legitima sit salua, vt idem *Molfes. citat. quæst.8. num.8.* tradit; nam aliàs constituta
26 dos reuocaretur ad tradita per *eund. p.4. qu. 26. & in addit.* item *de Franch. decis. 170.* & pro articulo illo, an pactum inter coniuges
27 initum, vt dotes æqualiter inter filios primarum nuptiarum, ac illos, qui ex secundo matrimonio sunt geniti, diuidantur, valeat substineri, vel nè? consideranda sunt tradita per *Illustrem Afflict. Episcopum Cauensem controuers. iur. resol. cap.31.* latè de eodem scriben-
28 tem; Tandem an existentia naturalis tantùm filij impediatur alienatio maternorum bonorum? habetur *cons.43. & 44. Præs. Anel. Amat. & decis. de Franch. 640.*



TITVLVS DVODECIMVS

DE

Instrumentis confectis per Curiales Neapol., & fide eorum.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si instrumentum; & consuetudinis, instrumenta donationum, explicatio.

De consuetudinaria prohibitione probationum per testes aduersus instrumenta non attendenda, ac de probationibus simulationis nō excludendis; item de reuocandis emptionibus, venditionibus pretio infra annum non soluto, & an, & quando res vendita alteri; vendi, alterique concedi possit: de possessione capta per *Constitutum*, & *Precarium*, & an sufficiat vbi corporalis requiritur à statuto; tandem de donatario cum hypotheca, & creditore ex causa onerosa, ac etiam de pluribus eiusdem rei possessoribus simul concurrentibus, & quis nam super ea præferatur, & quid in locatione, quidué si alter naturaliter possideat, & corporaliter, alter verò per Constitutum?

SVMMARIVM.

Sex consuetudines huius tit. tractant de antiqua forma instrumentorum, num. 1.

Curiales antiqui nimis rudes, n. 2.

Tabelliones nostrorum temporum non approbauerunt antiquam formam instrumentorum, n. 3.

Nonnullæ consuetudines derogauerunt dispositioni constitutionis instrumentorum robur, *ac iuris communis, n.* 4. *& quare, n.* 5.

Quodlibet statutum, prohibens probationes per testes nimis genaraliter, non valet, n. 6.

Vtilitatis publicæ interest non arctari probationes, num. 7.

Consuetudo contra instrumenta venditionum *nimis generaliter probibet probationes per testes, num.* 8. *ideò non attendenda, n.* 9.

Probationes per testes primum obtinent locum inter probationes, n. 10.

Napod. *placitum, negantis fieri posse probationes per testes de simulatione instrumenti, refellitur n.* 11. *& quare, n.* 12. 13. 14. 15. *&* 16.

Instrumentum simulatum adhuc instrumentum est, num. 17. *non verò falsum, n.* 18.

Minus est admittere probationes simulationis per testes, quàm falsitatis, n. 19.

Probibitis probationibus simulationis per testes, nō videntur prohibitæ probationes, quæ redundant ex coniecturis, n. 20.

Præsumptiones, & causæ sufficiunt adhoc, vt possit simulatio opponi, n. 21.

Consuetudines, si instrumentum, *&* instrumenta donationum, *nunc solùm vigent, n.* 22.

Consuetudo, si instrumentum, *explicatur num.* 23. *& an discrepet à traditis per ius cōmune? habetur à num.* 24. *per* 31.

Emptori, elapso anno à venditione facta, an supersit actio ad rem, an verò ad pretij recuperationem? habetur num. 32. *&* 33.

Venditor de iure consuetudinario potest rem venditam alij vendere, vel donare, nec tenetur de falso, num. 34. *&* 35. *& liberatur offerendo rem, n.* 36. *sed contra n.* 37. *&* 41. *& quare n.* 38. 39. *&* 40.

Consuetudinis, instrumenta donationum *dispositio traditur, num.* 42. *& an sit conformis iuri communi? n.* 43. *& causa huiusmodi inducendæ consuetudinis, n.* 44.

Possessio per Fustem, Constitutum, & Precarium *an sufficiat pro ea, quæ à consuetudine est requisita? n.* 45. 46. 48. *&* 50.

Possessio per constitutum *non sufficit si corporalis requiratur, n.* 47.

Donatarius cum hypotheca, & clausula Constituti *praefertur creditoribus posterioribus ex causa onerosa, n 49.*

Constitutum *naturalem, & ciuilem possessionem transfert, n.51.*

Clausula Constituti *multos operatur effectus, nu. 52. & censetur semper de stylo Notariorum apposita, n.53.*

Ex pluribus possessoribus quisnam dicatur efficacius possidere, habens possessionem per constitutum, an verò corporalem, & naturalem, vel potiùs, qui primò capit possidere? num.54. & quid in locatione? n.55.

Consuetudo instrumenta donationum *non attenditur in donatione remuneratoria, nu.56. & quare, num.57.*

1 OCto *Consuetudines* sub vno hoc *titulo* numerantur, quarum sex cum ad consuetam olim instrumentorum formam, qua antiqui curiales nimis ru-
2 des, *Molfes.par.10.quaest.1.num.11.* vtebantur, tractationem conuertant, nec eam peritiorum
3 nostrorum Tabellionum copia approbauerit, nil est, quòd de illis agamus, ac hisce *Consue-*
4 *tudinibus* derogatum fuisse dispositioni, tùm *Constitutionis instrumentorum robur*, tùm iuris communis in casibus omissis, nobis conuenit affirmare cum *Naucler. in suis addit. de Franch.decis.367. num.9. & 10. vbi de Luca num.2. Molfes.ead.par.10.quaest.4. num.1. & 2. & quaest.8. à num.2. Cons.Rocc.respons.84. to.2. à num.3.* & nouissimè ingenioso iuuene *Io: Dom. Pansuto controu.forens.5. à nu.28.* Quod
5 & ea comprobari potest ratione respectu *Cosuetudinis contra instrumenta venditionum hoc eod.tit.* quia quodlibet statutum, nimis gene-
6 raliter prohibens probationes per testes, non valere tanquam contra publicam vtilitatem disponens, habetur ex *Text.l.quoniam, C.de haeret.l.generaliter in princ.C.de iur.iuran.* & dixerunt *Maxil. ad consuet. Bari rubric.de testib. 5.licet viua vocis, num.5. & Afflict. in praelud. constit.regn.in 112. quaest.vers.sextum exemplũ;*
7 publicè enim interest non arctari probationes. Ideoq; cum prohibitio consuetudinaria, de qua in *cit. consuet. contra instrum. venditio-*
8 *num*, sit generalis, imò generalissima prohibens probationes per testes, *Contra instrumenta venditionum, donationum, oblationum, in emphyteusim concessionum, quietationum, transactionum, compositionum, & instrumenta, quae Neapoli vocantur ipsalia*, meritò non atten-
9 denda, dicendumq; sequitur, probationes per testes, quas primum obtinere locum inter
10 probationes dixit *Cons.Stayban.resol.152.nu. 2.tom.2.* admittendas in hac Ciuitate aduersus praedicta instrumenta. Et hinc conuincitur non obscurè, neq; attendi, quod *Napod.* dixit in *ead.consuet.contra instrumentum, ver. aliter gesta; num.61.* instrumentum nempè per te-
11 stes argui de simulato non posse; dum enim
12 *Consuet.* non attenditur, id, quod indè deducendum putat, non valet.

Caeterum eiusdem illationem ex verbis co-
13 suetudinarijs, *Probatio per testes nulla recipiatur, facienda per aliquem contrahentium, vel successorem eorum vniuersalem, vel singularem, quòd res videlicèt aliter gesta sit; quàm quòd continetur in instrumento* probari, *Napodan.* sententia numquam mihi potuit suade-
14 re, nam eã explicandã esse de falsitate instrumenti (quae opponitur) possessione rerum venditarum, donatarum, & similium, confirma-
15 ti, non autem de partium simulatione crederem, cum potiùs ad decus instrumentariae for-
16 mae substinendum, quàm ad partium simulationes tegendas consuetudinariam denegationem probationum per testes faciendarum, inuectam, rectiùs valeat affirmari; & cum ab eodemmet *Napod. num.59. et 60. ver. falso* di-
17 catur, simulatum instrumentum, adhuc instru-
18 mentum esse, falsum verò non item, minus est
19 probationes per testes de simulatione instrumenti admittere, quibus nil instrumẽto detrahitur, quàm de eiusdẽ falsitate, quibus instrumentum destruitur; Tandem prohibitis pro-
20 bationibus per testes de simulatione contractus, non ideò prohibitas censeri, quae redundant à coniecturis, à iure approbatis, teneas cum *Hippol.de Marsill.in rub..C.de probat. n. 71.* quem sequitur *de Franch.decis.361. nu.7.* & in terminis consimilis statuti, prohibentis fieri per testes probationes contra instrumentum in Gallia, vt admittantur probationes simulationis per coniecturas, est videndus *Ludouic. Bellus cons.198. à num.8. & 9. & consil. 203. à num.2.* & ex Nostratibus, sufficere ad
21 simulationem opponendam causam, & praesumptiones simulationis adesse, probat *Merlin.controuers.forens.cent.2.c.17. & c.19.n.32.*

De supra citatis ergo, quos attendi opor-
22 tere dixit idem *Molfes. ead.quaest.4.* reliquum est videamus. Ideò dicimus cum *Napodan.*
23 *in 1. glos. Consuetudinem si instrumentum*, vbi post venditionem celebratam emptori rei possessio tradita nequaquam fuit, locum vindicare, ac infra annum emptori ius petendi rem à venditore, post annum verò contractus resolutionem, pretijq; soluti restitutionem competere, sancitur.

Putat ex his *R. Reuert. in eius apost. in ead. nostra consuet.impres.incip. de iure in princ.* sta-
24 tutum hoc à dispositione iuris communis, qua nil de praefinitione temporis ad petendam
25 rei venditae possessionem, habetur, discrepans affirmandum. At *Napodan. hic ver. rem tradi num. 65.* adhuc in *Text. l. ex empto in princ. ff.de act. empt.* tempus petendae rei ven-
26 ditae possessionis praefiniri, tradidit, quare discre-

27 discrepantiam iuris consuetudinarij à com-
28 muni, & circa dilationem, quã vsque ad tri-
ginta annos durare, si ius commune atten-
29 datur, dixit, ac etiam circa modum, cum nul-
libi cautum extitisse inueniatur in *Pandecta-*
rum, ac *Codicis* libris sub quadam veluti pœ-
na annullationis cõtractus emptori præfiniri
tempus ad petendam possessionem rei vendi-
tæ, agnoscitur superesse, & meritò nouam
30 formam petendæ possessionis, ac nouum
agendi modum inductum fuisse *à Consuetu-*
dine, idem *Napod.* aduertendum, insinuat Ad-
uocatis: ipsamq; petitionem vno ex quatuor
31 modis per *Eundem* traditis *ver. petere n. 63.*
fieri posse tenet *Molfes. cit. par. 10. num. 6. & 7.*
quæst. 4.

Napod. tamen sententiam, *ver. post annum,*
& ver. resoluta, nu. 67. & 68. ac *Molfes. ibid.*
32 *num. 13.* affirmantium, per anni lapsum abdi-
cari ab emptore ius agendi ad rem, & tantùm
33 ad pretij recuperationem, actionem superesse,
34 licereque ideò venditori vendere alteri, vel
35 donare rem aliàs venditam, nec teneri de
falso ad *Text. l. qui duobus, ff. ad l. Cornel. de*
36 *fals.* aut liberari offerendo emptori rem ven-
ditam, cum venditio dicatur resoluta, non
probo: Nam ex verbis *Consuetudinis* contra-
37 rium nõ obscurè deducitur; à celebrata enim
38 venditione post annum facultas petendi so-
luti pretij restitutionem emptori tribuitur
per verbum potestatiuum (*potest*) nec dicitur
contractus resolutus, sed (*ac si sit ipsa vendi-*
39 *tio resoluta*) siquidem contrahentes sub ea,
quæ à *Consuetudine* præscribitur, lege contra-
40 here censentur, quæ si non adimpleatur, re-
solui venditionem sub conditione, etsi res
purè vendita sit, placuit *Vulp. in l. si res ita 3.*
ff. de contrahen. empt., ac non liberari vendi-
41 torem post oblatam rei venditę traditionem,
si venditor eam recipere renuerit, verum esse
puto iuxtà explicationem *Molfes.* traditam
ead. quæst. 4. n. 14.

In altera ex superioribus *Consuetudini-*
42 *bus* hic explicandis, disponitur, nullius firmi-
tatis, ac roboris donationum, permutationũ,
& oblationum contractus habendos esse, do-
nec donatæ rei, oblatæ, siuè permutatæ posses-
sio tradita fuerit, ità vt nec sufficiat, si in ipso
instrumento, traditionem factam esse, conti-
neatur, quod an eodem modo se habeat de
43 iure communi habetur apud *Franc. Marc. de-*
cis. 217. per tot. tom. 1.

Talis inducendæ *Consuetudinis* causam tra-
44 dunt *Molfes. par. 10. quæst. 5. num. 2.* & *Capyc.*
Latr. consult. 137. num. 14. ex *Napod.* illud ta-
45 men non parum controuertitur inter *DD.*
vtrum adeò traditæ possessionis assertio in-
strumentalis non attendatur, vt etiam si, ce-
ptum esse possidere per fustem (vt dicunt) &
constitutum, & *precarium* sit dictum decla-
ratio non iuuet? Et eam non sufficere,
46 *Napodan.* duce *hic ver. possessio*, & *ver. per-*
uenerit à nu. 73. tenent *Pisanell. in apost. incip.*
nota in practica fol. 301. R. Fran. Villan. in alia
apost. incip. nota ex ista fol. 303. & alij, qui se
in sententia *Bart. in l. Titia cir. fin. ver. quid si*
do tibi fundum, ff. de verb. oblig. & *Dec. in l. con-*
tractus n. 16. ver. sed hoc fallit, ff. de reg. iur. di-
47 centium non sufficere per *constitutum*, &
precarium traditam possessionem in casu, quo
exigitur corporalis, se fundant; est enim, vt
Napod. dixit *d. ver. possessio in fin.*, possessio per
constitutum vera per actum fictum, quæ veræ,
ac reali, à *Consuetudine* requisitæ, non æqui-
ualet *Capyc. in consuet. venditionis cõtractus tit.*
de contrahen. empt. & de arris dand. in apost. in-
cip. nota Marcian. consf. 29. n. 11. Stayban. obser.
103. num. 98. 99. & 100. & latiùs *obseru. 161.*
à num. 99. vsque ad 133. de Luca ad Franch. de-
cis. 367. propè fin. Gratian. decis. 238. n. 6. & 7.
& aly.

Contrarium placuit *Ant. de Alex. in apost.*
48 *incip. cum hodie fol. 301.* quam integram ha-
bes post *Molfes. par. 10. quæst. 4. n. 22.* tanquam
Io: Bapt. Lotther. & (vt cœteros taceam) *Reg.*
Capyc. Latr. consult. 137, à n. 11. & Præs. Mer-
lin. controu. forens. cap. 18. & 19. to. 2. vbi con-
formis huic sententiæ decisio refertur *nu. 32.*
iuxtà aliàs decisum, traditumq; ab *Vrsill. ad*
Afflict. decis. 275. in fin., citatiq; *DD.* non mo-
dò aduersariorum argumentis satisfaciunt,
verùm *Napod.* placitũ eis potiùs consonũ es-
se demonstrant, ideòque donatarium cum
hypotheca, & clausula *constituti*, præferri cre-
49 ditoribus posterioribus quantumuis onero-
sam foueant causam (de quo articulo etiam
tractant *Carleual. to. 2. de iudicijs lib. 1. tit. 3. di-*
sput. 30. Cæsar Caren. resol. 107. R. Rouit. decis.
48. R. Reuert. decis. 254. Castill. decis. Sicil. 72. in
princ. & aly) affirmandum censuit idem *Mer-*
50 *lin. cit. cap. 18.* Quare & *Ego* huius sententiæ
Authores verè inter *Nostrates* magna Lumi-
naria, sectatus, cum eisdem sentiendum esse,
puto, & faciunt, quæ scripsit *Gald. instrument.*
praxi crimin. 2. par. 1. par. n. 65. qui & illud ad-
uertit, non sufficere traditam possessionem per
clausulam *precarij* tantùm sine *constituto*, cũ eo
casu solùm ciuilis possessio transferatur in
emptorem, naturalis verò dicatur penès
venditorem remanere, & constituentem per
glo. Bal. & alios in l. ab emptione, ff. de pact. & l.
quod meo, ff. de acquir. possess. constitutum enim
51 naturalem, & ciuilem transfert possessionem,
idem *Merlin. cap. 35. tom. 1.* latè de virtute
52 huius clausulæ differens, & an censeatur sem-
per in contractibus apposita de stylo, & pro
53 eiusdem appositione Notarij à contrahenti-
bus semper rogati? Ergo idẽ valet operari, dũ
possessio requiritur à statuto per actũ verũ; at
de quæstione illa; Ex pluribus nẽpè possessori-
bus

54 bus,quisnam dicatur efficaciùs possidere ha-
bens nepossessionem per constitutum, an ve-
rò corporalem, & naturalem? ad explicatio-
nem *l.si ea 32.§.vterque,ff.de action.empt.*, vel
potiùs tempus, quo ceptum est possidere, at-
tendatur,vel pretij conuenti numeratio? Non
aliter dicendum, quàm fuit distinctum à *Bal.
in rub.C.de cōtrahen.empt.vēdit.à n.28.* cēseo;
videndiq; sunt *Afflict.sup.feud.rub.9.lib.1.tit.
qui successores teneantur,Gratian.discept.forens.
cap.523. Marc.cons.40. de Marin.resol.quotid.
lib.2.cap.240. vbi à num.2.* etiam agit,ex plu-
ribus eiusdem rei conductoribus quisnam-
55 præferatur in locatione:& concludit,nouissi-
mum conductorem si possidet præferri, dum-
modò primus conductor non habeat in re-
locata hypothecam siuè specialem, siuè gene-
ralem.

Prætereundum tamen pro coronide nō est
56 *Cōsuetudinariam* hāc dispositionē in simplici
tantùm donatione,non autem in ea, quæ ob
causam fit, vel quæ remuneratoria dicitur, &
respectiua, locum vindicare;ità *Molfes.cit.par.
10.quæst.5.num.9.* & dixerat *Pisanell. in apost.
incip.aduerte quia fol.*301. ac de communi te-
statur *Merlin. cit.cap.18. num.20. Consuetudo*
57 enim, quæ de donatione loquitur ad simpli-
cem aptatur, cum appellatione donationis
simplex veniat ex regula *l.1.& l.Aquilius Re-
gulus ff.de donat.*

CAPVT SECVNDVM.

Verba vtriusq; Textus explicantur.

De varijs instrumentorum speciebus; de conuentione vendendi, emendi inter partes sine scripto habita, & an dispositioni cōsuetudinariæ subsit? De euictione emptori contra venditorem, vel sine pacto speciali competente: item de resoluendis venditionibus, & emptionibus, & pretio emptori restituēdo per vēditorem, re non tradita, aut oneri obnoxia comperta. De dispositione ista consuetudinaria ad donationes causa mortis non extendenda; de possessione per *Constitutū, & Precarium*, ac de nonnullis de eadem ad explicationem eorum, quæ *præced.cap.* continentur. Tandem de instrumento ad aliud se referente, & an id, non exibito instrumento relato, consistat? & de annuis venditionibus sub assertione causæ cōtentæ in instrumento non exhibito, obligationibusque à tutore minoris nomine contractis, improbandis.

SVMMARIVM.

Instrumentum quid significet,& quotuplex est,n.1. 2.3.4.& 5.

Venditio, qua solo partium consensu consistit, an subsit dispositioni consuetudinariæ, num.6.7. & 8.

Publicus tabellio adhibetur in instrumentis, vt in publica forma fiant,n.9.

Conuentio de emendo,vendendo valet,nu.10.

Contractus venditionis,emptionis in cæteris à Cō-suetudine *non prouisis, iuri communi subest, num.11.*

Euictione sequuta rei venditæ competit emptori contra venditorem actio ex empto, etsi non sit promissa euictio,num.12. sed authori debet euictio imminens denunciari,num.13.& quid si ex pluribus vna euincatur,n.14.& quid in datione in solutum?n.15.

Resolutio venditionis,emptionis, an peti possit re non inuenta libera?n.16.17.& 18.

Emptor infra annum petere valet traditionem rei. num. 19.& an sufficiat traditio per cōstitu-tum? *n.21.22.& 23.*

Notarius censetur rogatus apponere in contracti-bus clausulam constituti, *n.20.*

Interesse soluti pretij per emptorem debetur per sententiam,n.24.factis probationibus, n.25.

Potestas iudicis non extenditur vltra petita,n.26.

Resoluta venditione statim debet pretium rei venditæ restitui,n.27.& 28.

Emptor ità venditori tenetur,vt emptori venditor, num.29. 30.& 31.& sicuti venditor potest contra emptorem liquidare instrumentum pretio non soluto, ità emptor si resoluatur cō-tractus,pecunia non restituta,num.32.33.34. 35.36.38.& 39.& contra n.41.

Contractus emptionis,venditionis dicitur vltrò, citròq; obligatorius,n.37.

Statutum dans exequutionem paratam publico in-strumēto,eam æquè concedit pro contentis vir-tualiter in illo,n.40.

Consuetudo instrumenta donationum *de donatio-ne inter viuos sentijsse explicatur,n.42.*

Do-

Donatio inter viuos recipit conditionem ante traditam possessionem, n.43.& 45.

Fideicommissum validè ordinatur in contractibus, num.44.

Possessio non præsumitur sine speciali actu traditionis, num.46.

Assensus, aliæque solemnitates si à iure requirantur, debent specificè probari, n.47.& 48.

Notario de alio instrumento, & solemnitatibus dicenti, an credatur? remissiuè n.49.

Decretum enuncians causæ cognitionem, & requisita an probet? n.50.

Cõsiliarius Staybanus *laudatur, nu.51. eius tamen sententia de possessione per* constitutum, & precarium *nõ sufficiente ad inducendam possessionem, à Consuetudine requisitam, refellitur n.52.53.54.55.& 56.*

Patrimonia virorum pinguiora esse conuenit, n.57.

Fisco numquam fieri potest fraus per alienationem, n.58.& 59. cum possit alienationes reuocare, n.60.

Testamenta an debeant reassumi seruata forma constitutionis instrumentorum robur? *n.61.62.63.64.& 65.*

Instrumento se referenti ad aliud non creditur, non exhibito instrumento relato, num.66.67.84.& 86. etiam si tabellio illud vidisse, vel ab eodem met confectum fuisse, dicat nu.68.& 69. præcipuè si tanquam causa instrumenti referentis illud sit, nu.70. vel aliquid substantiale contineat, n.71.

Bartoli *distinctio quædam circa instrumenti relati exhibitionem affertur, n.72.*

Instrumenta non existentia in protocollis quando dicantur fidem facere? n.73.74.& 75.

Confessio receptæ pecuniæ absque numeratione non facit validè consistere instrumentum ad formam bullæ, n.76.

Census potest constitui data re vice pecuniæ, nu.77.& 78.& quomodo? n.79.80.& 81.

Bulla Martini, & Calisti de annuis venditionibus disponens fuit in regno recepta, n.82.

Libris Aromatariorum in regno plena fides adhibetur, n.83.

Confessio de recepto ad partitam banci collata haud nocet, si partita non exibetur, n.85.

Filijfamilias pro debito paterno non validè obligantur etiam cum consensu patris, num.87.& 88. sed requiritur emancipatio generalis, nu.89.& 90.

Exceptio macedoniani perpetuò durat, & potest etiam post sententiam opponi, eidemq; nec tacitè, nec expressè censetur renunciatum, n.91.92.93.94.95.96.& 97.

Solutione debiti arguitur approbatio, nu.98. sed facta à filiofamilias nil aliud operatur, quàm soluta pecuniæ legitima denegatio, n.99.

Instrumentum censuale irritatur propter erroneam partium confessionem, n.100.& error arguitur lapsu temporis, n.101.

Tutrix non potest obligare pupillos absque decreto, n.102.

Solutione facta ab vno debitore, non fit præiudicium alteri non soluenti, n.103.

Instrumenti exibitio, & protocolli debet, altera parte instante, demandari à Iudice, n.104.

1 INstrumenti verbum generalissimum est, & æquiuocum plura, diuersaq; valens significare teste *Galt.* in eius *prax. instrument. crimin.1.par.rubr.1.nu.2.fol.4.* sed in re, de
2 qua agimus, documentum aliquod denotat, quo apparet in scriptis, quid inter partes sit conuentum, & actum *l.contrahitur, ff.de pignor. & hypothecis*, & duplex est, publicum, &
3 priuatum, vt habetur expressè per *Text. l. si quis decurio, C.ad leg. Cornel.de fals. Rouit.cons. 66.tom.2.num.7. Galt.ibid.& Speculat.in tit.de instrument.edit.§.nunc dicendum, num.4.* & pu-
4 blicũ illud dicitur, quod publica manu, adhibitisque solemnitatibus requisitis per *glos. 1. in fin.in l.generali, C.de tabel.lib.10.* ac per *eũd. Specul.cit.à Thor.vot.9. num.31.* scriptum est, & sex modis concipi potest, vt ex *eod. Speculat. Galt.* declarat à *num.* 4. priuatum verò est
5 illud, quod priuatè fit, vel per publicum Tabellionem, qui publicam formam non adhibuerit, & sollemnitatem, ad tradita per *cap.2. vbi glos.in ver.authentica extr.de fid.instrum.in §.si tamen quisq; & §.sed etsi instrumenta, & §. oportet lo secondo vers.& hæc dicimus, authent. de instrument.caut.& fid., glos.in l.1. C.de apoc. public.lib.10.ver.inferentis, & in l.optimam, glo.fin.in fin.C.de contrahen.& commit.stipul.* & declarata per *Abb.in cit.cap.2.nu.2. de fid. instrument. Carau. rit.166.n.6. post Couar.pract. quæst.cap.2.*& alios.

Hoc posito, videndum, an dispositio con-
6 suetudinaria, ità attendatur in contractu emptionis, venditionis partium consensu sine scriptis firmato, vt in illo, ad publicam formam redacto, habere locum non dubitatur, ac pretium solutum valeat post annum ab em-
7 ptore repeti, quasi vtroque casu, re non tradita per, possessionẽ, dicatur emptio venditio resoluta? & de hac quæstione non sentiendum
8 aliter, ac à *Napod.* traditur hic in *consuetud. si instrumentum in 1.glo.* affirmante, *Consuetudinem* habere locum, vbi res vendita est, & publicum fuit rogatum instrumentum per *Curiales*, aliasq; publicas personas, putò, idemque ex verbis consuetudinarijs apertissimè, per *Curiales Neapolis, vel per alias publicas personas haberi*; publica enim persona adhi-
9 betur, vt in publica forma instrumentum conficiatur, cum in scripturis priuatis, vel publicus Tabellio, vt quilibet priuatus interuenit, idque quod ex *Vulpian.lib.50.ad Sabin.* habetur in *l.inter patrem, §.sine pretio, ff.de contrahen.*

TITVLVS VNDECIMVS DE

Contractibus inter virum, & vxorem celebratis, & de dotibus datis per eos.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, bona stabilia; & consuetudinis, & si mulier, explicatio.

De facultate opponendi aduersus maternorum bonorum distractionem filijs primi matrimonij à Consuetudine facta.

SVMMARIVM.

Consuetudinis, bona stabilia, *& consuetudinis*, & si mulier, *dispositio traditur, n.1.*
Mulier validè alienat viro consentiente, nu.2.& 3.
Filij primi matrimonij valent se opponere alienationi maternæ, n.4.
Qualibet oppositio obstat, & multipliciter esse potest, n.5.6.& 7.
Mulieribus succurritur exceptione aduersus contradictionem filiorum impedientes alienationem bonorum maternorum, si iusta adsit causa, nu.8.
Consuetudo, quæ facultatem filijs facit impediendi alienationem bonorum maternorum, procedit, vbi adest vitricus, num.9. ideò non disponit in viduis, num.10.& 11.
Filijs dicitur esse ius quæsitum de dotibus etiam viuente matre, n.12.
Mulieres valent bona alienare, si fraus consuetudini non fiat, n.14.

1 BOnorum dotalium stabilium alienandi facultas per istam *Consuetudinem* fit mulieribus, si vir consentiat, ac filij, filieq; primi matrimonij non contradicant ante perfectam venditionem per traditionem, & cõsignationem rei, pretijq; solutionem, cum filiorum secundi matrimonij contradictionẽ non obstare, declaretur, prout nec illorum oppositione impediri, quo minus alienatares tradatur illi, in quem facta est alienatio, si æqua, necessariaq; causa alienationem faciendam esse suaserit, ex verbis consuetudinarijs habetur.

Mulier itaq; validè alienat viro consentien-
2 te, & in hoc, cum dispar ratio respectu mulieris, quæ secundas contraxit nuptias, ac illius, quæ primò nupsit, assignari nequeat, quoad omnes consuetudinaria dispositio attenditur, vt *Napod.* dixit *ver.dotata, num.2.* & aduertit *Montan.controu.4. num.2. ver. sed at-*
3 *tende.* Quare indistinctè qualibet mulier, & si semel nupserit, viro consentiente alienat; &
4 contracto altero matrimonio, filij ex primis nuptijs suscepti contradicere non prohiben-
5 tur: hinc quamcumq; illorum oppositionem,
6 quàm multifariè fieri posse tradunt *Napodan. ver.contradicant, nu.5.* & *Molfes.ad consuetud. par.9.quæst.5. à num.5.* ad venditionem retar-
7 dandam sufficere, non controuertitur; siquidem sub nullo prorsus moderamine contra-
8 dicendi facultas filijs tributa est, ac mulieribus exceptionis ope succurritur, vt si legitima alienandi causa probetur, iudicis decreto tollatur impedimentum; ità *Napod. ibid.* & in *consuet.& si mulier, num.9.* ibi: *Sed cùm inquiratur Ant.de Alex.in addit.ad consuet. & si mulier iuxtam relat. à Mont.ibid.n.8.*

Quare consuetudinem procedere vbi vitri-
9 cus existit *Montan.* arbitratur, *vbi sup.* quod etiam probatur in *apost. Mazzei de Afflict.in-cip.nota verbum*, quæ habetur *2.tom.variar.resol.Reg.de Marin.fol.mihi 715.* nec viduas cõ-
10 suetudinaria dispositione vinciri, ac id ex verbis *Napod.cit. ver.dicta nu.3.* ibi: *Secundo verò casu quando*, probari, *si*, quæ sequuntur
11 verba, *Et per consequens non cessat hac consuetudo*, absq; dictione, *non*, quæ superaddita ex errore creditur, legantur, idem *Montan.*affir-
12 mauit inferens indè *num.5.& 6.* filijs matre adhuc viuente esse ius quæsitum de dotibus, & ius contradicendi venditioni, alienationiuè maternæ bonorum, vitrico existente concedi,
13 ceterum mulieribus, dummodò filiorum legitimæ non derogetur, ac alienatio non fiat in frau-

fraudem aliarum *Consuetudinum*, nec *l. hac edictali, C. de secund. nupt.* alienandi liberam superesse facultatem; pro quo faciunt verba *Napod. hic in 1. glos.* ibi: *Sequeretur aliud absurdum*, & in *consuet. seq. ver. diminuitur, n. 28.* & ità recipienda esse reor, quæ in *decis. 398. to. 3. R. Sanfelic.* habentur.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De bonorum dotalium alienatione per filios primi matrimonij impedienda, & non impedienda, & de causis, quibus alienatio permittitur; item de commodo, quod filijs secundi matrimonij ex illorum oppositione redundat; tandem de legitima, siuè illegitima viduarum obligatione ad præmortui viri debitum.

SVMMARIVM.

Ius consuetudinarium, & commune an sit conforme circa disposita in consuetudine, bona stabilia? *num. 1. 2. & 5.*

Fundum dotale est inalienabile, donec vtilitas mulieris appareat, n. 3.

Viro interdicitur alienatio fundi dotalis, n. 4.

Dissensus mariti validus ad impediendam alienationem bonorum dotalium, n. 6.

Bona dotalia valent per mulierem alienari viro consensiente, n. 7.

Aliud est alienare, aliud alienanti consentire, n. 8.

Consensiens alienationi ius suum remittit, nu. 9. & hypothecam, n. 10. & 11. etiam si alienans nō sit dominus, n. 12.

Vir, qui alienauit bona dotalia potest contra factum proprium venire, num. 13. nec tenetur de euictione, nec ad pretij restitutionem, num. 14. & 15.

Alienare verbum generale est, & omne genus alienationis complectitur, n. 16. & 17.

Prædicata generalia sunt talia, qualia specificata demonstrant, num. 18.

Consuetudo, bona stabilia, *quo nā in casu disponāt? traditur, n. 19. & quare, n. 20. & 21.*

In permutatione vna res in locū alterius succedit, num. 22.

Permutatio non fit absque euidenti mulieris vtilitate, n. 23. etiam de iure communi, n. 24.

Mulieri non licet filiæ ex secundo matrimonio dotem constituere, n. 25. & quare, n. 26.

Filiorum primi matrimonij taciturnitas nocet, si scienter taceant, ac permittant bonorum dotalium alienationem, n. 27. & 28.

Filijs secundi matrimonij adhuc consultum dicitur iure consuetudinario, numer. 29. & quomodo num. 31.

Præsumitur contra vitricum in alienatione bonorum dotalium, n. 30.

Causa iusta, & necessaria si adsit in alienatione bonorum dotalium oppositio filiorum primi matrimonij non obstat, n. 32.

Causa sufficit, vel ratione personæ, vel ratione rei, num. 33.

Causæ quatuor enumerantur, ex quibus alienatio mulieribus permittitur, n. 34.

Vidua pro debito viri validè obligatur etiam absq; assensu, vel non consentientibus filijs, nu. 35. & 36.

Mulier potest bona dotalia alienare pro excarcerādo viro, num. 37.

Vidua validè obligatur pro viro mortuo, vt eius anima à pœnis liberetur, n. 38.

Mulier si ut euitet exequutionem bonorum viri se obliget, validè absque assensu obligatur, n. 39.

1 DEclaratoriam iuris communis in *l. ita constante, ff. de iur. dot.* istam *Consuetudinem* appellauit *Napod. in 1. glos.*
2 *ver. vel est inducta*, correctoriam verò esse eiusdem *in l. 1. C. de fun. dotal. cum concord.* quatenùs etiam in dubio, an mulieri expediat alienatio, filijs primi matrimonij minimè repugnantibus, permittitur alienatio, dignosci-
3 tur, cum fundum dotale inalienabile esse donec de euidenti, certoq; mulieris commodo constiterit, *lex Italia* præceperit, *Molfes. par. 9. quæst. 2. num. 11.*
4 Et quoad virum, cui alienatio fundi dotalis interdicitur per *tex. l. 4. & tot. tit. ff. de fund. dotal. cum concord.* nec dicitur *Consuetudo* à
5 iure communi discrepare, nam licet dicatur
6 dissensus mariti validus ad impediendam alienationem bonorum dotalium, quæ alio-
7 quin viro consensiente licitè alienantur, non ideò viro permissam censeri alienationem, di-
8 cendum sequitur, cum aliud sit alienare, & aliud alienanti vxori consentire, vt dixit *Scip. Boccin. in apost. incip. attende, fol. 280.* & vir
9 consentiendo ius suum, quod super re dotali habet, remittit, vxore alienante; quilibet enim
10 creditor alienationi pignoris, super quo habet hypothecam, consentire non prohibetur, nam, *Si in vēditione pignoris consenserit creditor, vel vt debitor hanc rem permutet, vel donet, vel in dotem det, dicendum erit, pignus liberari, nisi, salua causa pignoris sui, consenserit: nam solent, mihi salua causa pignoris, consentire, ad text. l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod. pign. vel*

hypoth.

11 *hypoth.* quasi *inuerecundè applicari sibi eum*
creditor desideret, si effectus sit sequutus vendi-
tionis, vt ex *Mart.lib.sing. ad formu.hyp.* habe-
tur in *l.sicut* 8.§.*si voluntate, eod.tit. Maur.iun.*
alleg.94.n.1. ideoq; ex consensu præstito alie-
12 nanti,vel nō domino quandoq; donationem
in eum dominus contulisse videtur ad *text. l.*
censualis,§.sed si,& l.seq.C.de donat.

Et hic incidenter annotare libet,quæ tradi-
13 dit *Conf.Prat.pract.obseru.72.* posse virum,
qui dotalia bona alienauit, etiam contra fa-
ctum proprium ad reuocandam alienationem
14 venire, imò (quod mirabilius est) nec ipsum,
15 nec vxorem eius de euictione teneri, nec ad
pretij restitutionem, vt *nu.5.& 6. ex Menoch.*
cons.559.n.1.vers.& illud primum.
16 *Alienare* verbum generale est, cum omnis
actus, per quem dominium transfertur, sub
eo contineatur *l.si æstimata 1.§.est autem, C.de*
fund. dotal. ac proindè quodcumque aliena-
17 tionis genus videtur complecti. At generali-
tas quandoque specialitate sermonis restrin-
gitur *arg.l.Lucius,§.quæ habebat,ff.ad Trebell.*
18 cum talia sint prædicata generalia, qualia
specificata demonstrant, *l.namque, §. si præce-*
dentia,ff.de pen. leg. Quare *Consuetudinem* re-
19 spectu mulieris vendere,vel permutare volen-
tis rem dotalem, disposuisse, *Napod. hìc in 1.*
glos. & eo casu, quo an id facere expediat? hę-
sitatur,dixerunt *Sanfel.cit.decis.398.to.3.n.11.*
Molfes.cit.par.9.quæst.2.per tot. Camill.de Me-
20 *dic.cons.161.n.23. & cæteri*; rationemq; à iu-
re ciuili *in l.1.ff.sol.matrim.* desumi,censeo cum
dotis causa in venditione, aut permutatione
21 sit semper salua; in venditione enim pretium
loco rei, *l.imperator in fin.cum seq.ff.de legat.2.*
22 & in permutatione vna res loco alterius ha-
betur, porrò & permutationem, tunc demum
23 permitti cum indè euidens mulieris permu-
24 tantis vtilitas extat, & in hoc incorrectum
extitisse ius commune à consuetudinario, di-
xit *Molfes.vbi sup.n.10.* Hinc benè infert *de*
Medic.vbi sup.nu.24. & seqq. nec mulieri do-
25 tem filiæ ex secundo matrimonio susceptæ,li-
26 cere, constituere; nam talis dotis constitutio
donationem sapit, nec quidquam vtilitatis
pro muliere ipsa, ac filijs primarum nuptia-
rum, comprobaturq; per ea, quæ *Napod. in*
consuet.& si mulier iustam,in mag.glo.n.13.ver.
item hoc ipso fol.284. & Molfes.d. par.9. quæst.
7.num.6.

Contradicant ante venditionem: Patet filijs
27 primi matrimonij silentium nocere, quod
tunc verum esse dicas, cum scienter tacent, nā
28 ignorantibus non officit patientia,& ignorās
contradicere nequit, vt ex multis probat *Na-*
pod.ver.contradicant,nu.5. nec filijs primi ma-
29 trimonij consultum magis,quàm ceteris,qui-
bus talis contradicendi facultas interdicitur,
30 credas; præsumitur enim contra vitricum,
eiusq; occasione contra matrem, vt *Napodan.*
docet *ver.alij n.6.& consuet.seq.ver.diminuitur*
n.28. ideoq; succurritur priuignis; cæterum,
vt dixit *Montan.sæpè cit.contrau.4. circ.fin.n.2.*
31 istorum oppositione, etiam illorum ius con-
seruatur illæsum,nec patri, cui omnis reueren-
tia debetur, *l.parentes, ff. de in ius vocan.* vi-
detur à filijs iniuria inferri.

Iustam, & necessariam causam: Quærit hic
Napod. vtrum iustitia, & necessitas copulati-
32 uè in causa venditionis, aut permutationis
requiratur? & ex his alteram sufficere conclu-
dit in 1.*glo.n.8.*& sequitur *Molfes.vbi sup. qu.*
6. n.1. sed vtramq; necessariam saltim ratione
correlatiui, crederem; non ne iustum est ne-
cessariam causam exequi, & necessarium ne-
cessitate iustitiæ, vt quod iustum est, deduca-
tur ad effectum?

Item sufficientiam causę, vel ratione per-
33 sonæ, vel rei pendit *Napod. vbi sup. vers. sed*
tunc quæro, nonnullaq; exempla in causa ne-
cessaria ratione rei posuit *ibid.n.9.* & alia,quę
fortuitò euenire possunt, tutè considera: At
34 causas ratione personæ ad quatuor, vt *viuat,*
sana viuat, libera viuat, & nupta viuat, redu-
xit, & sequuntur *de Franch. dec.435. num.36.*
Montan.vbi sup.n.4. & omnes, easq; à iure
communi traditas demonstrat.

Nec omittam ad ornatum,viduam pro de-
35 bito viri sui validè obligari etiam absq;assen-
su, & bona dotalia posse per consequens non
36 obstante quauis filiorum contradictione
alienari, non solùm ex ratione superiùs ad-
ducta ex *Montan.* quia vitricus non adest,cir-
ca quam prudentiores consulendos censeo,
37 sed & alia, quia sicut mulier, vt nupta viuat,
potest bona dotalia alienare ad liberationem
viri à carceribus *Sanfelic.decis.133.nu.4. Gra-*
tian.discept.forens.cap.108.nu.16.Conf.Prat.di-
scept.forens. tom.2.cap.47. à num.16. ità ad li-
38 berandam eiusdem animam à pœnis, exone-
randamq; conscientiam,idem facere non pro-
hibetur, *de Franch. dec.237.* & post eum *Ricc.*
in addit.Conf.Stayban.resol.forens.tom.1.resol.4.
Gratian.ubi sup.cap.831.to.5.n.1.Conf.Paschal.
de uir.patr.potest.par.3.cap.5.n.18.Io:Mar.No-
uar.sup.pragm.1.de Sen.Conf.Velleian.num.10.
Thor.in compen.decis.par.1.uer.mulier uidua,
Rouit. super ead. pragm. & alij; idq; præcipuè
39 attenditur cum mulier ad euitendam bono-
rum viri exequutionem se obligauit, vt ex *cit.*
DD. colligitur, & ità annis elapsis decisum
ad fauorem Ianuarij Troyani mei dilectissimi
compatris in S.R.C. in Aula spectabilis Re-
gentis Marchionis Latertiæ ad relationem
olim Consiliarij Ramires contra Faustinam
Palambam in banca olim Amentæ me patro-
cinium præbente.

CA-

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, si constante, eod. tit. explicatio.

De mulieribus filias dotantibus cum viris suis,& de retētione viro,eiusq; hæredibus à Consuetudine permissa: de probandis,ac declarandis legitimis causis alienationum bonorum dotalium, & de reuocandis dotibus à matrefamilias in præiudicium legitimæ ceterorum filiorum constitutis.

SVMMARIVM.

Fœmina siuè tacitè, siuè expressè validè dotes constituunt filiabus,n.1.& quantitas à consuetudine taxatur, n.2.

*Ius commune corrigitur à consuetudine,*si constante,*n.3.& quomodo n.4.*

Obligationes mulierum pro dotibus filiarum sunt nullæ de iure communi, n.5.

Pater tenetur dotare filias, n.6.

Vxor dotando filias videtur alienam obligationem exsoluere,n.7. & tantùm pro marito paupere tenetur,n.8.

Vxor potest pro marito diuite teneri super bonis extradotalibus, nu.9.& in hoc est conformis iuris communis,& municipalis dispositio, nu. 10.& 12.

Patrimonium dicitur bonorum omnium uniuersitas, n. 11.

Fœminæ non coguntur inuitæ filiabus dotem constituere,n.13.

Dotatæ a fœminis, sicut nec uiro eius,non quæritur actio contra dotantem, n.14.

Consuetudo uiro mulieris dotantis, ac hæredibus consuluit,retentionem permittendo tempore restitutionis,n.15.

Portio dotis constituta præsumitur per uxorem à uiro recepta, ac filiæ in dotem data, n.16.

Retentio competit uiro etiam pro portione bonorum extra dotalium, n.17.

Qualibet dotis promissio facta à muliere attenditur, n.18.

Parentes si dotem simul promittant, censentur pro rata bonorum obligati, n.19.

Deductio dotis constitutæ à quibusnam bonis fiat? traditur n.20.

Alienare bona dotalia pro dote differt ab ipsa dotis constitutione,n.21.

In alienatione bonorum est necessaria cognitio causæ sufficientis, & declaratio per decretum, nu. 22.non autem in dotatione, nu.23. & quarè, num.24.

Dotatio matris substinetur quatenùs filiorum legitima est salua,n.25.

Dos constituta à matre filiæ, reuocatur, si legitima cæterorum filiorum, non remanet salua, num.26.

Pactum ut dos debeat bipartitè diuidi, inter filios primi, & secundi matrimonij an valeat? remissiuè, num.27.

Alienatio bonorum maternorum, num possit impediri existentia naturalis filij? num.28.

1 Altera huius rubricæ pars, *de dotibus*, nempè *per virum,& vxorem datis*,de qua agamus persequitur; fœminas filiabus dotes, siuè tacitè, siuè expressè constituentes validè contrahere,habetur hic,& dum quantitas constitutæ dotis à muliere est incer-
2 ta, à *Consuetudine* præfinitur; quare ius com-
3 mune corrigi à statuto nostro *Paschal. de uir. patr.potest.par.2.cap.6.nu.33.*,non perperam
4 affirmauit;ius enim commune mulieres à promissarum vna simul cum viris dotium præstatione absolutas,ac viros tātùm teneri, voluit, testantibus *Bal.Nouell.in tract.de dot.in 6.par. priuil.3.col.2.Io:Lopez in rubric.de donat.inter uir.& uxor.§.6.Crauett.cons.77.num.2. & seq. Rolan.à Val.cons.64.nu.6.lib.1. Surd.cons.290. num.19.& in tract.de alim.tit.6.quæst.17. num. 15.cum seq.& Cather.decis.44. nu.7.* illarumq;
5 obligationes nullas dici tradiderunt *Honded. cons.45.n.24.lib.1.Bero.cons.48.lib.1.& Surd. decis.164. per tot. ubi Hodiern. in addit.* decisumque refert *Anne. Rober.rer.iudic.lib.3.cap.*
6 *11.*paternę siquidem obligationi filiarum dotatio iniungitur,& quoties ad eam vxor con-
7 currit, videtur quod suum est, marito donare, & iniuncto illi oneri satisfacere, idem *Surd. ead. decis. 164. num.* & mulieres pro
8 maritis pauperibus tantùm teneri filiabus dotes constituere, traditur in *l. neque mater 14. C.de iur.dot. Molfes.par.9. quæst.7.num.1.* non autem diuitibus, si tamen extra dotalia bona
9 non habeant; nam ex his dotium constitutionem haud prohiberi ex *Aluar.Velasc. consultat. 127.* adnotauit *Paschal.ibidem num.32.* quod
10 si verum credis, consentire quo adhoc iuris communis, & municipalis dispositionem dicas, cū istud super vniuerso patrimonio,quod
11 bonorum omnium cuiusque generis dicitur complecti vniuersitatem per *Napodan.hic uer.*
12 *diminuitur, num.25.* mulierum approbet promissiones.

Patet ergò nō arctari fœminas filiabus cō-
13 stituere dotes, at volentes facto proprio ligari, nec tamen ità, vt dotatis earumque vi-
14 ris actio quæratur,viro enim dotanti, ac hære-

redibus succurritur *Consuetudine*, quę istis do-
15 talis portionis retentionem permittit eo tempore, quo dos est in restitutione; portionemque idcircò per mulierem debitam, ex
16 bonis mariti receptam, ac in dotem datam præsumi, dixit *Napodan. uer. matrem dedisse num.22. & ver. eatenus nu.31.* cuius verba non aliter, ac à *Molfes. ad consuetud. par.9. quæst.8. num.10.* explicanda esse, censeo, aliter enim eorum ambiguitas, quam idem *Molfes.* aduertit. vix posset saluari, quinimò dotium
17 retentionem concedi etiam pro portione bonorum extradotalium in dotem data, nec tradita, verba consuetudinaria; *Et non tenetur pater, vel eius hæredes ad restitutionem dictæ quantitatis, pro qua dicta dos, & prædicta bona dicta matris diminuta intelliguntur*, demonstrant.

Pro coronide rei nostræ, & ad ornatum, nonnulla sequitur vt notemus, & primò quamlibet mulieris constituentis dotem filię,
18 promissionem attendi, & quantitatem expressam traditam dici, adeò vt pro eadem dotis restitutio fieri non debeat, at si mulier ni-
19 hil expressit, & vterque parens filiam dotauit, dotem censeri constitutam pro rata, vt *Molfes.* dixit *par.9. quæst.8. num.3. & 4.* & habetur ex *l. vt liberis, C. de collat. Napod. hic nu. 30. Mastrill. decis. 186. par.2.* & alijs; At, quod
20 dotatæ conceditur, deducendum à dote materna si nil aliud mater habeat; si verò alia bona retineat, pro rata de omnibus bonis ipsius deduci ex verbis consuetudinarijs, & *Napod.* idem *Molfes. num.6.* dixit.

Secundò ex traditis in hac *Consuetudine*, ac
21 alibi, inferri, aliud esse alienare bona dotalia pro dote filiarũ, & aliud dotes filiabus constituere; in primo enim casu est necessaria cau-
22 sæ cognitio, & eiusdem sufficientiæ declaratio per decretum ad *Text. l. ob æs, C. de præd. minor. l. cum hi, §. in causæ, & §. Prætor, ff. de transact.*, & in hoc omnes conuenire oportere dixit *Molfes. ead. par.9. quæst.7. à num.24.* at
23 in secundo non item, cum dotatio ipsa in locum causæ succedat, quod ex ęo inductum dicendum, quia non ità in dotatione à matre
24 facta, vt in alienatione bonorum, potest fraus interuenire, & fraudis occasio semper vitanda.

Tertiò, dotationem matris substineri, si fi-
25 liorum tàm prioris, quàm nouissimi matrimonij legitima sit salua, vt idem *Molfes. citat. quæst.8. num.8.* tradit; nam aliàs constituta
26 dos reuocaretur ad tradita per *eund. p.4. qu. 26. & in addit.* item *de Franch. decis. 170.* & pro articulo illo, an pactum inter coniuges
27 initum, vt dotes æqualiter inter filios primarum nuptiarum, ac illos, qui ex secundo matrimonio sunt geniti, diuidantur, valeat substineri, vel nè? consideranda sunt tradita per *Illustrem Afflict. Episcopum Cauensem controuers. iur. resol. cap.31.* latè de eodem scriben-
28 tem; Tandem an existentia naturalis tantùm filij impediatur alienatio maternorum bonorum? habetur *cons.43. & 44. Præs. Anel. Amat. & decis. de Franch. 640.*



TITVLVS DVODECIMVS

DE

Instrumentis confectis per Curiales Neapol., & fide eorum.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si instrumentum; & consuetudinis, instrumenta donationum, explicatio.

De consuetudinaria prohibitione probationum per testes aduersus instrumenta non attendenda, ac de probationibus simulationis nō excludendis; item de reuocandis emptionibus, venditionibus pretio infra annum non soluto, & an, & quando res vendita alteri; vendi, alterique concedi possit: de possessione capta per *Constitutum*, & *Precarium*, & an sufficiat vbi corporalis requiritur à statuto; tandem de donatario cum hypotheca, & creditore ex causa onerosa, ac etiam de pluribus eiusdem rei possessoribus simul concurrentibus, & quis nam super ea præferatur, & quid in locatione, quidue si alter naturaliter possideat, & corporaliter, alter verò per Constitutum?

SVMMARIVM.

Sex consuetudines huius tit. tractant de antiqua forma instrumentorum, num.1.

Curiales antiqui nimis rudes, n.2.

Tabelliones nostrorum temporum non approbauerunt antiquam formam instrumentorum, n.3.

Nonnullæ consuetudines derogauerunt dispositioni constitutionis instrumentorum robur, *ac iuris communis, n.4. & quare, n.5.*

Quodlibet statutum, probibens probationes per testes nimis genaraliter, non valet, n.6.

Vtilitatis publicæ interest non arctari probationes, num.7.

Consuetudo contra instrumenta venditionum *nimis generaliter probibet probationes per testes, num.8. ideò non attendenda, n.9.*

Probationes per testes primum obtinent locum inter probationes, n.10.

Napod. *placitum, negantis fieri posse probationes per testes de simulatione instrumenti, refellitur n.11. & quare, n. 12. 13. 14. 15. & 16.*

Instrumentum simulatum adhuc instrumentum est, num.17. non verò falsum, n.18.

Minus est admittere probationes simulationis per testes, quàm falsitatis, n.19.

Prohibitis probationibus simulationis per testes, nō videntur prohibitæ probationes, quæ redundant ex coniecturis, n.20.

Præsumptiones, & causæ sufficiunt adhoc, vt possit simulatio opponi, n.21.

Consuetudines, si instrumentum, & instrumenta donationum, *nunc solùm vigent, n.22.*

Consuetudo, si instrumentum, *explicatur num.23. & an discrepet à traditis per ius cōmune? habetur à num.24. per 31.*

Emptori, elapso anno à venditione facta, an supersit actio ad rem, an verò ad pretij recuperationem? habetur num.32. & 33.

Venditor de iure consuetudinario potest rem venditam alij vendere, vel donare, nec tenetur de falso, num.34. & 35. & liberatur offerendo rem, n.36. sed contra n.37. & 41. & quare n.38. 39. & 40.

Consuetudinis, instrumenta donationum *dispositio traditur, num.42. & an sit conformis iuri communi? n.43. & causa huiusmodi inducendæ consuetudinis, n.44.*

Possessio per Fustem, Constitutum, & Precarium *an sufficiat pro ea, quæ à consuetudine est requisita? n.45. 46. 48. & 50.*

Possessio per constitutum *non sufficit si corporalis requiratur, n.47.*

Donatarius cum hypotheca,& clausula Constituti *præfertur creditoribus posterioribus ex causa onerosa, n.*49.

Constitutum *naturalem , & ciuilem possessionem transfert,n.*51.

Clausula Constituti *multos operatur effectus , nu.* 52.*& censetur semper de stylo Notariorum apposita,n.*53.

*Ex pluribus possessoribus quisnam dicatur efficacius possidere , habens possessionem per constitutum,an verò corporalem,& naturalem,vel potiùs,qui primò cæpit possidere? num.*54. *& quid in locatione? n.*55.

Consuetudo instrumenta donationum *non attenditur in donatione remuneratoria, nu.*56. *& quare, num.*57.

OCto *Consuetudines* sub vno hoc *titulo* numerantur , quarum sex cum
1 ad consuetam olim instrumentorum formam , qua antiqui curiales nimis ru-
2 des, *Molfes.par.*10.*quæst.*1.*num.*11. vtebantur, tractationem conuertant, nec eam peritiorum
3 nostrorum Tabellionum copia approbauerit, nil est, quòd de illis agamus,ac hisce *Consue-*
4 *tudinibus* derogatum fuisse dispositioni , tùm *Constitutionis instrumentorum robur* , tùm iuris communis in casibus omissis,nobis conuenit affirmare cum *Nancler. in suis addit. de Franch.decis.*367. *num.*9.*&* 10. *vbi de Luca num.*2.*Molfes.ead.par.*10.*quæst.*4. *num.*1. *&* 2. *& quæst.*8.*à num.*2.*Cons.Rocc.respons.*84. *to.*2. *à num.*3. & nouissimè ingenioso iuuene *Io: Dom.Pansuto controu.forens.*5. *à nu.*28. Quod
5 & ea comprobari potest ratione respectu *Consuetudinis contra instrumenta venditionum hoc eod.tit.* quia quodlibet statutum, nimis gene-
6 raliter prohibens probationes per testes, non valere tanquam contra publicam vtilitatem disponens, habetur ex *Text.l.quoniam,C.de hæret.l.generaliter in princ.C.de iur.iuran.*& dixerunt *Maxil. ad consuet. Bari rubric.de testib. §.licet viua vocis, num.*5. *& Afflict. in prælud. constit.regn.in* 12. *quæst.vers.sextum exemplū;*
7 publicè enim interest non arctari probationes . Ideoq; cum prohibitio consuetudinaria, de qua in *cit. consuet. contra instrum. venditio-*
8 *num,* sit generalis , imò generalissima prohibens probationes per testes,*Contra instrumenta venditionum, donationum , oblationum, in emphyteusim concessionum, quietationum , transactionum, compositionum, & instrumenta , quæ Neapoli vocantur ipsalia*, meritò non atten-
9 denda, dicendumq; sequitur,probationes per testes , quas primum obtinere locum inter
10 probationes dixit *Cons.Stayban.resol.*152.*nu.* 2.*tom.*2. admittendas in hac Ciuitate aduersus prædicta instrumenta.Et hinc conuincitur non obscurè, neq; attendi, quod *Napod.*dixit in *ead.consuet.contra instrumentum , ver. aliter gesta; num.*61. instrumentum , nempè per te-
11 stes argui de simulato non posse; dum enim
12 *Consuet.*non attenditur, id,quod indè deducendum putat, non valet .

Cæterum eiusdem illationem ex verbis cō-
13 suetudinarijs , *Probatio per testes nulla recipiatur , facienda per aliquem contrahentium , vel successorem eorum vniuersalem , vel singularem, quòd res videlicèt aliter gesta sit;quàm quòd continetur in instrumento* probari, *Napodan.* sententia numquam mihi potuit suade-
14 re, nam eā explicandā esse de falsitate instrumenti(quæ opponitur)possessione rerum venditarum, donatarum, & similium, confirma-
15 ti, non autem de partium simulatione crederem, cum potiùs ad decus instrumentariæ for-
16 mæ sustinendum , quàm ad partium simulationes tegendas consuetudinariam denegationem probationum per testes faciendarum, inuectam, rectiùs valeat affirmari ; & cum ab eodemmet *Napod. num.*59.*et* 60.*ver.falso* di-
17 catur,simulatum instrumentum,adhuc instru-
18 mentum esse, falsum verò non item,minus est
19 probationes per testes de simulatione instrumenti admittere,quibus nil instrumēto detrahitur,quàm de eiusdē falsitate, quibus instrumentum destruitur ; Tandem prohibitis pro-
20 bationibus per testes de simulatione contractus, non ideò prohibitas censeri,quæ redundant à coniecturis, à iure approbatis, teneas cum *Hippol.de Marsill.in rub..C.de probat. n.* 71. quem sequitur *de Franch.decis.*361.*nu.*7. & in terminis consimilis statuti, prohibentis fieri per testes probationes contra instrumentum in Gallia , vt admittantur probationes simulationis per coniecturas,est videndus *Ludouic. Bellus consi.*198.*à num.*8. *&* 9. *& consil.* 203. *à num.*2. & ex Nostratibus, sufficere ad
21 simulationem opponendam causam , & præsumptiones simulationis adesse, probat *Merlin.controuers.forens.cent.*2.*c.*17. *& c.*19.*n.*32.

De supra citatis ergo , quos attendi opor-
22 tere dixit idem *Molfes. ead.quæst.*4. reliquum est videamus . Ideò dicimus cum *Napodan.*
23 *in* 1.*glos. Consuetudinem si instrumentum,* vbi post venditionem celebratam emptori rei possessio tradita nequaquam fuit, locum vindicare , ac infra annum emptori ius petendi rem à venditore, post annum verò contractus resolutionem , pretijq; soluti restitutionem competere, sancitur.

Putat ex his *R. Reuert. in eius apost. in ead. nostra consuet.impres.incip. de iure in princ.*sta-
24 tutum hoc à dispositione iuris communis , quæ nil de præfinitione temporis ad petendam
25 rei venditæ possessionem , habetur , discrepans affirmandum. At *Napodan. hic ver. rem tradi num.* 65. adhuc in *Text. l. ex empto in princ. ff.de act. empt.* tempus petendæ rei ven-
26 ditæ possessionis præfiniri, tradidit , quare discre-

27 discrepantiam iuris consuetudinarij à com-
28 muni, & circa dilationem, quā vsque ad tri-
ginta annos durare, si ius commune atten-
29 datur, dixit, ac etiam circa modum, cum nul-
libi cautum extitisse inueniatur in Pandecta-
rum, ac Codicis libris sub quadam veluti pœ-
na annullationis cōtractus emptori præfiniri
tempus ad petendam possessionem rei vendi-
tæ, agnoscitur superesse, & meritò nouam
30 formam petendæ possessionis, ac nouum
agendi modum inductum fuisse à Consuetu-
dine, idem Napod. aduertendum, insinuat Ad-
uocatis: ipsamq; petitionem vno ex quatuor
31 modis per Eundem traditis ver. petere n. 63.
fieri posse tenet Molfes. cit. par. 10. num. 6. & 7.
quæst. 4.

Napod. tamen sententiam, ver. post annum,
& ver. resoluta, nu. 67. & 68. ac Molfes. ibid.
32 num. 13. affirmantium, per anni lapsum abdi-
cari ab emptore ius agendi ad rem, & tantùm
33 ad pretij recuperationem, actionem superesse,
34 licereque ideò venditori vendere alteri, vel
35 donare rem aliàs venditam, nec teneri de
falso ad Text. l. qui duobus, ff. ad l. Cornel. de
36 fals. aut liberari offerendo emptori rem ven-
ditam, cum venditio dicatur resoluta, non
probo: Nam ex verbis Consuetudinis contra-
37 rium nō obscurè deducitur; à celebrata enim
38 venditione post annum facultas petendi so-
luti pretij restitutionem emptori tribuitur
per verbum potestatiuum (potest) nec dicitur
contractus resolutus, sed (ac si sit ipsa vendi-
39 tio resoluta) siquidem contrahentes sub ea,
quæ à Consuetudine præscribitur, lege contra-
40 here censentur, quæ si non adimpleatur, re-
solui venditionem sub conditione, etsi res
purè vendita sit, placuit Vulp. in l. si res ita 3.
ff. de contrahen. empt., ac non liberari vendi-
41 torem post oblatam rei venditę traditionem,
si venditor eam recipere renuerit, verum esse
puto iuxtà explicationem Molfes. traditam
ead. quæst. 4. n. 14.

In altera ex superioribus Consuetudini-
42 bus hìc explicandis, disponitur, nullius firmi-
tatis, ac roboris donationum, permutationū,
& oblationum contractus habendos esse, do-
nec donatæ rei, oblatæ, siuè permutatæ posses-
sio tradita fuerit, ità vt nec sufficiat, si in ipso
instrumento, traditionem factam esse, conti-
neatur, quod an eodem modo se habeat de
43 iure communi habetur apud Franc. Marc. de-
cis. 217. per tot. tom. 1.

Talis inducendæ Consuetudinis causam tra-
44 dunt Molfes. par. 10. quæst. 5. num. 2. & Capyc.
Latr. consult. 137. num. 14. ex Napod. illud ta-
45 men non parum controuertitur inter DD.
vtrum adeò traditæ possessionis assertio in-
strumentalis non attendatur, vt etiam si, ce-
ptum esse possidere per fustem (vt dicunt) &
constitutum, & precarium sit dictum decla-
ratio non iuuet? Et eam non sufficere
46 Napodan. duce hìc ver. possessio, & ver. per-
uenerit à nu. 73. tenent Pisanell. in apost. incip.
nota in practica fol. 301. R. Fran. Villan. in alia
apost. incip. nota ex ista fol. 303. & alij, qui se
in sententia Bart. in l. Titia cir. fin. ver. quid si
do tibi fundum, ff. de verb. oblig. & Dec. in l. con-
tractus n. 16. ver. sed hoc fallit, ff. de reg. iur. di-
47 centium non sufficere per constitutum, &
precarium traditam possessionem in casu, quo
exigitur corporalis, se fundant; est enim, vt
Napod. dixit d. ver. possessio in fin., possessio per
constitutum vera per actum fictum, quæ veræ,
ac reali, à Consuetudine requisitæ, non æqui-
ualet Capyc. in consuet. venditionis cōtractus tit.
de contrahen. empt. & de arris dand. in apost. in-
cip. nota Marcian. cons. 29. n. 11. Stayban. obser.
103. num. 98. 99. & 100. & latiùs obseru. 161.
à num. 99. vsque ad 133. de Luca ad Franch. de-
cis. 367. propè fin. Gratian. decis. 238. n. 6. & 7.
& alij.

Contrarium placuit Ant. de Alex. in apost.
48 incip. cum hodie fol. 301. quam integram ha-
bes post Molfes. par. 10. quæst. 4. n. 22. tanquam
Io: Bapt. Lottber. & (vt cœteros taceam) Reg.
Capyc. Latr. consult. 137, à n. 11. & Præs. Mer-
lin. controu. forens. cap. 18. & 19. to. 2. vbi con-
formis huic sententiæ decisio refertur nu. 32.
iuxtà aliàs decisum, traditumq; ab Vrsill. ad
Afflict. decis. 275. in fin., citatiq; DD. non mo-
dò aduersariorum argumentis satisfaciunt,
verùm Napod. placitū eis potiùs consonū es-
se demonstrant, ideòque donatarium cum
hypotheca, & clausula constituti, præferri cre-
49 ditoribus posterioribus quantumuis onero-
sam foueant causam (de quo articulo etiam
tractant Carleual. to. 2. de iudicijs lib. 1. tit. 3. di-
sput. 30. Cæsar Caren. resol. 107. R. Rouit. decis.
48. R. Reuert. decis. 254. Castill. decis. Sicil. 72. in
princ. & alij) affirmandum censuit idem Mer-
50 lin. cit. cap. 18. Quare & Ego huius sententiæ
Authores verè inter Nostrates magna Lumi-
naria, sectatus, cum eisdem sentiendum esse,
puto, & faciunt, quæ scripsit Gald. instrument.
praxi crimin. 2. par. 1. par. n. 65. qui & illud ad-
uertit, non sufficere traditam possessionem per
clausulam precarij tantùm sine constituto, cū eo
casu solùm ciuilis possessio transferatur in
emptorem, naturalis verò dicatur penès
venditorem remanere, & constituentem per
glo. Bal. & alios in l. ab emptione, ff. de pact. & l.
quod meo, ff. de acquir. possess. constitutum enim
51 naturalem, & ciuilem transfert possessionem,
idem Merlin. cap. 35. tom. 1. latè de virtute
52 huius clausulæ disserens, & an censeatur sem-
per in contractibus apposita de stylo, & pro
53 eiusdem appositione Notarij à contrahenti-
bus semper rogati? Ergo idē valet operari, dū
possessio requiritur à statuto per actū verū; at
de questione illa; Ex pluribus nēpè possessori-
bus

54 bus, quisnam dicatur efficaciùs possidere habens ne possessionem per constitutum, an verò corporalem, & naturalem? ad explicationem *l.si ea 32.§.vterque,ff.de action.empt.*, vel potiùs tempus, quo ceptum est possidere, attendatur, vel pretij conuenti numeratio? Non aliter dicendum, quàm fuit distinctum à *Bal. in rub.C.de cōtrahen.empt.vēdit.à n.28.* cēseo; videndiq; sunt *Afflict.sup.feud.rub.9.lib.1.tit. qui successores teneantur, Gratian.discept.forens. cap.523. Marc.cons.40. de Marin.resol.quotid. lib.2.cap.240. vbi à num.2.* etiam agit, ex pluribus eiusdem rei conductoribus quisnam
55 præferatur in locatione, & concludit, nouissimum conductorem si possidet præferri, dummodò primus conductor non habeat in re locata hypothecam siuè specialem, siuè generalem.

Prætereundum tamen pro coronide nō est
56 *Cōsuetudinariam* hāc dispositionē in simplici tantùm donatione, non autem in ea, quæ ob causam fit, vel quæ remuneratoria dicitur, & respectiua, locum vindicare; ità *Molfes.cit.par. 10.quæst.5.num.9.* & dixerat *Pisanell. in apost. incip.aduerte quia fol.301.* ac de communi testatur *Merlin. cit.cap.18. num.20. Consuetudo*
57 enim, quæ de donatione loquitur ad simplicem aptatur, cum appellatione donationis simplex veniat ex regula *l.1.& l.Aquilius Regulus ff.de donat.*

CAPVT SECVNDVM.

Verba vtriusq; Textus explicantur.

De varijs instrumentorum speciebus; de conuentione vendendi, emendi inter partes sine scripto habita, & an dispositioni cōsuetudinariæ subsit? De euictione emptori contra venditorem, vel sine pacto speciali competente: item de resoluendis venditionibus, & emptionibus, & pretio emptori restituēdo per vēditorem, re non tradita, aut oneri obnoxia comperta. De dispositione ista consuetudinaria ad donationes causa mortis non extendenda; de possessione per *Constitutū, & Precarium*, ac de nonnullis de eadem ad explicationem eorum, quæ *præced.cap.* continentur. Tandem de instrumento ad aliud se referente, & an id, non exibito instrumento relato, consistat? & de annuis venditionibus sub assertione causæ cōtentæ in instrumento non exhibito, obligationibusque à tutore minoris nomine contractis, improbandis.

SVMMARIVM.

Instrumentum quid significet, & quotuplex est, n.1. 2.3.4.& 5.

Venditio, quæ solo partium consensu consistit, an subsit dispositioni consuetudinariæ, num.6.7. & 8.

Publicus tabellio adhibetur in instrumentis, vt in publica forma fiant, n.9.

Conuentio de emendo, vendendo valet, nu.10.

Contractus venditionis, emptionis in cæteris à Cōsuetudine *non prouisis, iuri communi subest, num.11.*

Euictione sequuta rei venditæ competit emptori contra venditorem actio ex empto, etsi non sit promissa euictio, num.12. sed authori debet euictio imminens denunciari, num.13.& quid si ex pluribus vna euincatur, n.14.& quid in datione in solutum? n.15.

Resolutio venditionis, emptionis, an peti possit re non inuenta libera? n.16.17.& 18.

Emptor infra annum petere valet traditionem rei. num. 19.& an sufficiat traditio per cōstitutum? n.21.22.& 23.

Notarius censetur rogatus apponere in contractibus clausulam constituti, *n.20.*

Interesse soluti pretij per emptorem debetur per sententiam, n.24.factis probationibus, n.25.

Potestas iudicis non extenditur vltra petita, n.26.

Resoluta venditione statim debet pretium rei venditæ restitui, n.27.& 28.

Emptor ità venditori tenetur, vt emptori venditor, num.29. 30.& 31.& sicuti venditor potest contra emptorem liquidare instrumentum pretio non soluto, ità emptor si resoluatur cōtractus, pecunia non restituta, num.32.33.34. 35.36.38.& 39.& contra n.41.

Contractus emptionis, venditionis dicitur vltrò, citròq; obligatorius, n.37.

Statutum dans exequutionem paratam publico instrumēto, eam æquè concedit pro contentis virtualiter in illo, n.40.

Consuetudo instrumenta donationum *de donatione inter viuos sentiisse explicatur, n.42.*

Do-

Donatio inter viuos recipit conditionem ante traditam possessionem, n.43.& 45.
Fideicommissum validè ordinatur in contractibus, num.44.
Possessio non præsumitur sine speciali actu traditionis, num.46.
Assensus, aliaque solemnitates si à iure requirantur, debent specificè probari, n.47.& 48.
Notario de alio instrumento, & solemnitatibus dicenti, an credatur? remissiuè n.49.
Decretum enuncians causæ cognitionem, & requisita an probet? n.50.
Cõsiliarius Staybanus *laudatur, nu.51 eius tamen sententia de possessione per* constitutum, *& precarium nõ sufficiente ad inducendam possessionem, à Consuetudine requisitam, refellitur n.52.53.54.55.& 56.*
Patrimonia virorum pinguiora esse conuenit, n.57.
Fisco numquam fieri potest fraus per alienationem, n.58. & 59. cum possit alienationes reuocare, n.60.
Testamenta an debeant reassumi seruata forma constitutionis instrumentorum robur? *n.61.62.63.64.& 65.*
Instrumento se referenti ad aliud non creditur, non exhibito instrumento relato, num.66.67.84.& 86. etiam si tabellio illud vidisse, vel ab eodemmet confectum fuisse, dicat nu.68. & 69. præcipuè si tanquam causa instrumenti referentis illud sit, nu.70. vel aliquid substantiale contineat, n.71.
Bartoli *distinctio quædam circa instrumenti relati exhibitionem affertur, n.72.*
Instrumenta non existentia in protocollis quando dicantur fidem facere? n.73.74.& 75.
Confessio receptæ pecuniæ absque numeratione non facit validè consistere instrumentum ad formam bullæ, n.76.
Census potest constitui data re vice pecuniæ, nu.77. & 78. & quomodo? n.79.80.& 81.
Bulla Martini, & Calisti de annuis venditionibus disponens fuit in regno recepta, n.82.
Libris Aromatariorum in regno plena fides adhibetur, n.83.
Confessio de recepto ad partitam banci collata haud nocet, si partita non exibetur, n.85.
Filijfamilias pro debito paterno non validè obligantur etiam cum consensu patris, num.87.& 88. sed requiritur emancipatio generalis, nu. 89. & 90.
Exceptio macedoniani perpetuò durat, & potest etiam post sententiam opponi, eidemq; nec tacitè, nec expressè censetur renunciatum, n.91. 92.93.94.95.96.& 97.
Solutione debiti arguitur approbatio, nu.98. sed facta à filiofamilias nil aliud operatur, quàm soluta pecuniæ legitima denegatio, n.99.
Instrumentum censuale irritatur propter erroneam partium confessionem, n.100.& error arguitur lapsu temporis, n.101.
Tutrix non potest obligare pupillos absque decreto, n.102.
Solutione facta ab vno debitore, non fit præiudicium alteri non soluenti, n.103.
Instrumenti exibitio, & protocolli debet, altera parte instante, demandari à Iudice, n.104.

1 INstrumenti verbum generalissimum est, & æquiuocum plura, diuersaq; valens significare teste *Galt.* in eius *prax. instrument. crimin.1.par.rubr.1.nu.2.fol.4.* sed in re, de
2 qua agimus, documentum aliquod denotat, quo apparet in scriptis, quid inter partes sit conuentum, & actum *l.contrahitur, ff.de pignor. & hypothecis*, & duplex est, publicum, &
3 priuatum, vt habetur expressè per *Text. l. si quis decurio, C.ad leg.Cornel.de fals. Rouit.cons. 66.tom.2.num.7. Galt.ibid.& Speculat.in tit.de instrument.edit.§.nunc dicendum, num.4.* & pu-
4 blicũ illud dicitur, quod publica manu, adhibitisque solemnitatibus requisitis per *glos. 1. in fin.in l.generali, C.de tabel.lib.10.* ac per *eũd. Specul.cit.à Thor.vot.9. num.31.* scriptum est, & sex modis concipi potest, vt ex *eod. Speculat. Galt.* declarat à *num.* 4. priuatum verò est
5 illud, quod priuatè fit, vel per publicum Tabellionem, qui publicam formam non adhibuerit, & sollemnitatem, ad tradita per *cap.2. vbi glos.in ver.authentica extr.de fid.instrum.in §.si tamen quisq; & §.sed etsi instrumenta, & §. oportet lo secondo vers.& hæc dicimus, authent. de instrument.caut.& fid., glos.in l.1. C.de apoc. public.lib.10.ver.inferentis, & in l.optimam, glo.fin.in fin.C.de contrahen.& commit.stipul.* & declarata per *Abb.in cit.cap.2.nu.2. de fid. instrument. Carau. rit.166.n.6. post Couar.pract. quæst.cap.2.* & alios.

6 Hoc posito, videndum, an dispositio consuetudinaria, ità attendatur in contractu emptionis, venditionis partium consensu fine scriptis firmato, vt in illo, ad publicam formam redacto, habere locum non dubitatur, ac pretium solutum valeat post annum ab em-
7 ptore repeti, quasi vtroque casu, re non tradita per possessionẽ, dicatur emptio venditio resoluta? & de hac quæstione non sentiendum
8 aliter, ac à *Napod.* traditur hic in *consuetud. si instrumentum in 1.glo.* affirmante, *Consuetudinem* habere locum, vbi res vendita est, & publicum fuit rogatum instrumentum per *Curiales*, aliasq; publicas personas, putò, idemque ex verbis consuetudinarijs apertissimè, per *Curiales Neapolis, vel per alias publicas personas haberi*; publica enim persona adhi-
9 betur, vt in publica forma instrumentum conficiatur, cum in scripturis priuatis, vel publicus Tabellio, vt quilibet priuatus interuenit, idque quod ex *Vulpian.lib.50.ad Sabin.* habetur in *l.inter patrem, §.fine pretio, ff.de contra-* ben.

*ben.empt.*ibi, *Cõuentio perficit sine scriptis habitam emptionem,* nec operatur, vt aliter de nostra hac consuetudinaria dispositione sentia-
10 mus; nam statur conuentioni, super venditione rei habitæ, nec ideò dicendum, huiusmodi conuentionem *Consuetudini* potiùs, quã communi iuri subesse, quin & venditionem ipsam ad publicam instrumentariam formam celebratam, nec adeò diuerti à dispositione
11 iuris communis, vt in cæteris per *Consuetudinem* non præfinitis eidem iuri communi nõ fiat locus, tutissimè affirmandum.

12 Quare vtcumque vendita res sit, & euicta, competere emptori actionem exempto, & si specialiter venditor euictionem non promiserit, non dubitatur, ad *Text.l.non dubitatur 6. C.de euict.l.in vendendo,ff.de contraben.empt.l. si emptores,§.qui autem,ff.de act.empt. R.Rouit.*
13 *decis.21.n.24.* dummodò *emptor fundi authori, aut hæredi eius denunciet,* cum alias, *prædio euicto,neq, ex stipulatu, neque ex dupla, neq; ex empto actionem contra venditorem, vel fideiussorem eius habeat, l.emptor* 8. *C.de euict. cum concord. Molin.de contract.disp.380.n.11.et 12. R.Sanfelic.decis.115.num.8.et in prax.iudiciar. sect.62.Capyc decis.106.* vbi *Masul. num.1. & Petr.num.2. Auendan.in reg.241. 242. & 243. Gamma decis.Lusit.79. in princ. Thesaur.decis. Pedemont.218.R.Galeot.controuers.lib.1. c.57. per tot.*, quod *Mastrill.decis.189.& 304.*quomodo se habeat, disertè explanat; ac limitant *Stayban.obseru.69.tom.1.nu.11. dc Marin.quotid.resol.lib.1.cap.108.à n.3.cum seqq.*vbi & de
14 eo tractat, an vna re ex pluribus venditis euicta, pro euicta ne tantùm, an verò pro omni-
15 bus, & quid in datione in solutum ad intellectum, *l.si duos,& l.cum plures, ff.de euict. ac l.si quis aliam 46. ff.de solut.*, emptor contra ven-
16 ditorem legitimè agat? & an venditionis resolutio, & rescissio peti valeat postquam venditam rem liberam non esse, sed alieno iuri, siuè hypothecæ, siuè seruitutis suppositam, est compertum? ad quod etiam videndi *Surd. decis.165.& Hodier.in addit. Lanar. cons.73.nu. 21. & 22. Gratian. decis.13. & discept. forens. cap.175.nu.23. Bursat.cons.191. & 194. lib.2. Marascot.variar.resol.cap.9.lib.1.nu.5. Capyc. Latr.decis.147.tom.2.Amat.cons.58. Cons.de Rosa consult.47.num.16.* & faciunt tradita per *Merlin.controu.72.to.1.*ac nouissimè per *Cons. Stayban.obseru.185.à num.13.* dicentem *n.15.*
17 vendita re nõ expresso, quòd expers cuiusuis oneris sit, adhuc tamen ità vendita censeri, &
18 quid dicendum, si pretium delegatum venditoris creditori inueniatur? habetur apud *Merlin.controu.91.à num.9.tom.1. et Andreol. controu.* 279. inter se pugnantes ab *eod. Stayban.* relatos, ac meliùs apud eundem *Merlin. tom.2. cap.50.* impugnantem *Amat.cons.58. et 65.*circa interesse taxationem.

Rem tradi. Potest ergo emptor intra annũ à die confecti instrumenti venditionis petere, rem sibi à venditore, vel eius hærede tradi; Quare contra *Merlin. et Capyc. Latr.* relatos
19 *num.48. cap.1. huius tit.* ex traditis ab *eodem Merlin.cap.35.to.1.* inferendum videtur; nam si sufficit possessio per *cõstitutum,et precarium,*
20 & de *constituti,* & *precarij* clausulis apponendis quocumque in contractu censetur Notarius rogatus, cur venditor, rem non tradens, emptori interesse præstabit? imò, quod magis est, completo anno pretij restitutio, ac si emptio sit resoluta peti potest? videtur ergo dicendum, hoc non aliter euenire, quàm quia definita possessio *consuetudinaria* non dicitur tradita per *constitutum*, quasi vera, & naturalis per actum verum requiratur, vt *Napodan.* voluit hìc *num.46. circ.med.* sed re vera non est ità nec, quod dicitur, hìc supra traditis
21 obstat; *Consuetudo* enim nostra possessionem per *constitutum*, & *precarium* non reicit, sed emptori petenti vltrò satisfaciendum statuit
22 per possessionem corporalem, cum, qui *fundum stipulatur vacuam quoque possessionem tradi oportere, stipulari intelligatur* ad *Text. l. datio 3. §.si emptor vacuam, ff. de act.empt. vendit. cum concordant.* vt idem *Napodan.* explicat *in fin.* tradens vltrò *ver. post annum num.67.*post annum sublatam actionem istam
23 ad rem, & interesse, ac tantùm ad pretium, quasi res semper fuerit penès venditorem, superesse emptori.

Ad interesse venditor condemnabitur; patet
24 ergo sententiam Iudicis requiri ad interesse pretij soluti repetitionem, ideoque interesse peti, & probari debere, vt à venditore, succes-
25 soreuè eius emptor quanti sua interest consequatur, *Napodan. noster ver.condemnatur, nu. 66.* declarat, nec sufficere prædij venditi pos-
26 sessionem petere absque interesse præstatione, *quia* (vt ex *Iaboleno* habetur) *vltra id,quod in iudicium deductũ est,excedere potestas Iudicis non potest,l.vt fundus* 18.*ff.commun.diuid.*, sed
27 illud quoad pretij restitutionem obtinendam non probo, certũ enim est, ideò probatio ex-
28 trinseca de eo nõ requiritur, cũq; resoluta dici debeat venditio post annum, consequens est, vt pretium restituatur nulla mora interposita, & sicuti emptor post nactam possessio-
29 nem partem pretij, quam penès se habet, soluere tenetur, & vsuras, quas perceptorum fructuum ratio generauit, *l.curabit,C.de act.empt. Thesaur.quæst.forens.lib.1. quæst.*88.(vbi quid
30 dicendum si solutio culpa venditoris differatur?) ità venditor, re non tradita, cum nullo
31 casu excusetur, etiam si res euincatur, & de euictione non teneri voluerit, vt idẽ *Thesaur. quæst.77.* Quare sicuti venditor contra em-
32 ptorem valet instrumentum via *ritus* liquidare iuxtà tamen tradita per *Galt. in pract.*
crim.

crimin.instrument.2.par. 1.par.à nu.54.per 74.
Frecc.de præsent.instrument.par.7.quæst.2.nu.1.
*ad 4.Thoan vot.84.num.*266.apud quem om-
33 nes ferè casus,in quibus instrumentorũ liqui-
datio conceditur,& denegatur, habentur, ità
per emptorem contra venditorem, resoluto
34 contractu venditionis: remanet enim vendi-
tor pecuniæ receptæ debitor, ergo potest vr-
geri ad solutionem etiam via *ritus*, cum
creditori ex quacumque actione competere
liquidationem via *ritus* probet *Episc. Afflict.*
*contro.iur.cap.*11*.num.*35*.&* 53. *argum. l.*11,
ff.de verb.signific., & licet videantur obstare,
quæ ex eisdem *Galter.n.*77.& *Frecc.q.*8.habẽ-
35 tur, nempè pretij repetitionem via ritus non
impediri venditori, prætextu appositi pacti in
venditione vt, si non sequeretur solutio infra
mensem, sit emptio venditio resoluta, quasi
talis pacti exceptio,tamquam in gratiam ven-
ditoris appositi, non valeat per emptorem
opponi; nostra potiùs conclusio argumento
indè desumpto validatur, sicuti enim exce-
36 ptio pacti, quod in gratiam creditoris factũ
est,debitorem non iuuat,ità quod in fauorem
emptoris à *Consuetudine* constitutum est, ei-
dem prodesse valet ad soluti pretij repetitio-
37 nem;emptionis enim venditionis contractus,
qui vltrò, citròque dicitur obligatorius,*l.Iu-*
lianus 14.*§.offerri,ff.de act.empt.* emptor,& vẽ-
ditor vno eodemque vinculo ligantur;ideòq;
emptori, cui res tradita non est, vel actionem
38 ad pretium, & retentionem, si non dum fuit
solutum, ad *Text.l.ex his,C.de euict.* & tradi-
ta per *Merlin.controuers. forens.tom.*1. *cap.*45.
vel ad exhibendum, vel iniuriarum superesse,
habetur ex *Iuliano in l.qui pendentem* 26. *ff.*
eod.tit.de act.empt. cũ, requiri sententiam, aut
aliud iudicis decretum, quoties emptor ius
habet ab emptione, venditione recedẽdi, ha-
beatur apud *Cons.Stayban.obseru.*185. *nu.*17.
*Gratian.discept.forens. cap.*307. *num.*27. *Alto-*
*grad.cons.*10.*num.*19.*lib.*1. & instrumentum
39 posse præsentari, & liquidari pro tacita pro-
missione,quæ ex instrumento liquido resulta-
ret, suadetur ex *Bart.Angel.* & *Imol.* decisio-
ne *num.*9.10. *in l.*1.*ff.de his, quæ testament. de-*
leat. asserentium, statutum dans exequutio-
40 nem paratam instrumento publico, habere
locum nedum in eo, quod expresè apparet
promissum in instrumento, sed etiam in eo,
quod virtualiter inest ex iuris dispositione:
idem comprobat *Ciman.ibid.num.*4.*post Bald.*
41 *num.*9. *vers. item facit*,quicquid contra dicat
*Rouit.in rubr.de instrum.liquid.n.*19.per tradi-
ta in *decis.*325.*de Franch.*

Instrumenta donationum,&c. De donatione
inter viuos loquutum esse in *Consuet.*ista,non
42 autem causa mortis, etiam si fiat ex nunc pro
tunc, & è contra *Molfes.tom.*2.*par.*10.*quæst.*5.
*num.*4.patet, nedum ex paritate rationis, quæ
inter oblationũ, permutationũ, donationisuè
contractus intercedit quoad actus, qui inter
viuos valent tantùm explicari, verum etiam
quia, cum donatio causa mortis, *siuè iuxta*
mortem facientis fuerit celebrata,siuè à longiore
cogitatione mortis subsecuta, nullam calumniam
accipiat, neque propter hoc, quod ei gesta non
accesserunt, inefficax esse, atque inutilis videa-
tur,& omnes effectus sortiatur,quos vltimæ ha-
bent liberalitates,actis minimè indigere,neque
expectare publicarum personarum præsentiam,
& ea, quæ super huiusmodi monumentis solent
adhiberi,vt Imper. Iustinianus A.Iuliano PP.
rescripsit *in l.cum de mortis* 4.*C.de donat.causa*
mortis;cęterum de ipsa inter viuos donatione
43 illud retinendũ, vt ante traditam possessionẽ
recipiat conditionem, vinculum ac etiam fi-
deicommissum, sentio;in contractibus enim
44 fideicommissum ordinari posse per *Text. l.*
quoties,C.de donat.quæ sub mod. traditur à *Sã-*
*fel.decis.*202.*Osasc.decis.*85.*num.*6.*Tusc.ver.do-*
*natio conclus.*642.*nu.*14.*et* 17. *Gratian.disc.ep.*
*forens.tom.*2.*cap.*247.*num.*1. sed tunc substiue-
45 ri in donatione,quando,non dum perfecta,
conditio facta est, vel fideicõmissum,vt habe-
tur in *l.perfecta* 4.*eod.tit.*& dixit *de Marin.re-*
*solut.quotid. tom.*2.*cap.*165.*n.*4.

Nec præsumitur facta traditio,etc. Actus tra-
46 ditæ possessionis in Ciuitate nostra requiri-
tur, nec statur assertioni in contractu factæ
circa possessionem, nisi de ea specificè appa-
reat, cum veritas spectetur, nõ quod quis fin-
xit, *l.si fortè* 8.*ff.de castren.pecul.*& in prohibi-
bitis fieri absque solemnitatibus à iure requi-
47 sitis, asserenti solemnitates ipsas intercessisse
non credatur, vt probatur in *decis.* 632. *de*
*Franch.num.*1. prout nec Notario, nec parti-
bus asserentibus, regium fuisse obtentum as-
48 sensum, donec exhibeatur, credendum, ac
pluries decisum in S.R.C. testatur *Thor. in*
*compen.par.*1.*ver.notario, an credatur* ex *Frec.*
*de subfeud.lib.*2.*quæst.*35.*Garf.decis.*27. *Mozz.*
*de feud.rubr.ex quib.cauf.feud.amit.n.*169.*ver-*
49 *sic.*50. Cæterum an, & quando Notario cre-
dendum de alijs instrumentis, & de solemni-
tatibus, videndum apud *Thor.vot.*39.& de-
50 cretum enuncians,causæ cognitionem, & re-
quisita intercessisse in alienatione bonorum
pupilli,optimè probare,dixit *Merlin. controu.*
*forens.cent.*2.*cap.*74.

At hic dicenter factum puto, si satisfacia-
51 mus traditis per *Consil.Stayban.*peritissimum
Iurisconsultum, & ab Excellentissimo nostro
Prorege in feudorum interpretem meritissi-
52 mè electum,contra nos sentientem circa pos-
sessionem rei donatæ, legitimè traditam per
constitutum,& *precarium obseru.*161.*à num.*99.
per 132. siquidem asseuerat, non sufficere
re possessionem per actum fictum, sed
veram requiri, realem, & corporalem iuxta

tradita per *Eundem resol.161.à nu.67.per 71.* ex verbis ipsis *consuetudinarys*, ex quibus vult nõ præsum i possessionis traditionem eò quòd rei traditio facta in instrumento dicatur, ac etiam ex rationibus, quibus id statui condecuit, vt non possit aliter, quàm de reali, corporaliq; possessione cõcludi, item vt facinoribus, ac fraudibus, de quibus *Ille*, eatur obuiam, apertissimè comprobetur. Nos verò dicimus, frustra hisce argumentis in dubium reuocari,
53 quod aliàs pro indubitato à nobis traditum est; primum enim eliditur ità, vt ex eiusdem verbis *consuetudinaris* inferatur, neque sufficere Tabellionis dictum de vera, & corporali
54 possessione tradita, si de traditione per specificum actum non constet: ergo non rectè, quod *Stayban.* mallet, deducitur cum de vtraque possessione, tàm per actum fictum, quàm realem eadem sit dispositio *consuetudinarij* iu-
55 ris; secundum apertiùs reijcitur, nam quicquid sit de eo, quod assumit à *nu.*111.ac traditur à *Molfes.to.2.par.10.quæst.5. nu.2. & 3.* nil sanè est, quod indè inferatur possessionem per *constitutum*, & *precarium* fuisse à *Consuetudine* improbatam, hoc .n. nõ declaratur verbis, nec comprobatur rationibus, imò, vt cre-
56 do, nostra sententia mulieribus magis consultum vult, ac illis, quorum in perniciem potuit fraus astrui, conuenit enim, pinguiora
57 esse patrimonia virorum, nec ità sunt si eisdem donatorum bonorum possessio per *constitutum*, & *precarium*, non probatur: cœterum nec Fisci commodo, & iuribus nostra senten-
58 tia obuiam prodit, cum aut numquam fraus
59 facta Fisco dicatur per aliena ionem ante crimen, & si animus fraudandi Fiscum adfuerit *Saly.in l.si quis, C.de bon.proscriptor.*, aut Fisco
60 iam consultum est, nam alienationem factam valet reuocare, vt per *Text.l.si aliquis, ff.de donat.caus.mort. l.in fraudem in princ. & l. aufertur, §.1.ff.de iur fisc.& ex Bart.* alijsque tradidit *Peregrin.de iur. fisci lib.5.à num.*153.coque fortiùs, quia in possessione per actum verum ità, vt in illa per actum fictum fraus cadere potest. Quare non hanc, vel illam approbatam, vel improbatam *Consuetudine* fuisse concludimus, sed specificum actum requisitũ, per quem ex eis altera valeat legitimè apparere.

Hic pro coronide cõgruit vt videamus, te-
61 stamenta publicè confecta, siuè in scriptis, siuè nuncupatiuè ad formam præscriptam in *l.hac consultissima* 11. *C.de testament.* an ità ad formam *Constit. Regn. instrumentorum robur* debeant reassumi, & à *Codice* instrumentorum Notarij, quod protocollum appellamus, ac cũ requisitis omnibus, & solemnitatibus communis iuris, & municipalis, de quibus in *l.* 1. *& 2.C.quemadmod.testam.aperian. & l.cum ab initio, ff.eod.de Franch.dec.*530.alijq; vt si aliter fiat, immissio iuxta dispositionem *l.fin.C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* dari hæredi scripto, prohibeatur? Quare dicimus, testamenta
62 nuncupatiua non aliter in vim publici instrumenti valere, quàm si publicè confecta, & stipulata seruata forma *Constitutionis Regni* ab actis Notarij, & protocollo extrahãtur *Gram. decis.* 106. Idemque videtur affirmandum de
63 testamento in scriptis per tradita in *dec.*429. *de Franch.*, at quod de testamento nuncupatiuo dicitur, non conuenit scripto, respectu
64 cuius *constit. instrumentorum robur* non attendi dixerunt *glos. ibid. & Cons. Hodiern. controuers.forens. c.*32.*à n.*19. est enim in mo-
65 ribus, adhuc in scriptis testamentum valere, & nõ recognitum à testibus, vel approbatum, si postquàm testator illud fecerit, testes signauerint, publicusque Tabellio rogatus subscripserit, ac in publicam formàm illud redegerit, stipulatione à tergo scripta, nec requiri aliam publicationem, vel scripturam, vt per *Maran.cons.*90.*Barry. de success.*11. *lib.tit.de apert.& public.testam.num.* 2. *Dilect.de art. testan.tit.*2.*caut.*1. *Gratian. discept. forens.tom.*3. *cap.*429.*num.*3. habetur, ac etiam per *R. de Marin.resol.quotid.tom.*2.*cap.*227.*à num.*10.& *Rouit.decis.*95. qui traditis in *cit.decis.*429. *de Franch.* satisfaciunt.

Positis istis, quoniam aliàs de publicorum instrumentorum fide aliqua scribere contingit, ad pleniorem ideò huius rei notitiam, ea hìc rescribere, curaui.

ALLEGATIO.

HÆredes quondam Thomæ Golano pro eorum prætenso credito aureorum biscentum sortis, aliarumuè quantitatum ex causa vsurarum assistentiam super nonnullis bonis per Catherinam de Somma possessis, sibi præstari petierũt in M.C.V. At Cõuenta aliter ex infrascriptis decernendum fore, eamq; absoluendam esse sperat.

Quippè quòd creditum ad beneficium illorum de Golano creditur natum ex quodam instrumento rogato VI. Iunij 1588. in quo supponitur, Candelorum, & Annibalem de Somma fecisse venditionem annuum aureorum decem, & septem pro ipsis aureis biscentum, quod instrumentum non producitur: verùm, factum esse, declaratur in alio instrumento, rogato 31. Octobris 1580. sicq; quoties non adest primum instrumentum, nec legitime de credito constare, patet, merito iure conuenta debet, absolui.

Iuris enim explorati est, non credi instru-
66 mento facienti mentionem de alio instrumẽto; nisi tale instrumentum relatum exhibitum fuerit: habetur in *Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden.* cui cõcenunt *l. 2. et l. fin.*

fin. C.de sent.quæ sin. cert. quant. proscr. cum l. ait Prætor, §.si Iudex, ff.de re iudic. & dixerunt Surd. cons. 419. n. 1. lib.3. Osasc. qui testatur de communi dec.166.nu.1. M.Ant. de Amat.dec.Ferrar.12. n. 18. Alciat.in l.vbi autem, §.qui viuum, n. 11. ff.de verb. oblig. aliq; multi relati per Giurb.dec.10.n.14. Nam nul-
67 la est vis referentis, donec appareat quanta, & qualis sit virtus termini, ad quem l. in testamento 28.ff.de condit.et demonstrat.

Quod adeò verum est, vt si in instrumento
68 referente Tabellio dicat, vidisse coram testibus, & Iudice instrumentum relatum, vt decisum refert Afflict. decis. 273. aut ab ipso con-
69 fectum fuisse asserat, vt docuit Gait.de credit. cap.2.tit.3.à nu.144.et iterum cap.3.tit.1. num. 467. et 903. adhuc tamen illi non creditur, donec relatum instrumentum exhibitum fuerit.

Hoc multò magis procedit in casu nostro,
70 quo instrumentum relatum habetur pro causa instrumenti referentis: nam istud celebratur intuitu primi contractus,qui,si non ostendatur, falsum reddet instrumentum referens ex falsa assertione Lanar.cons.73.nu.20. et 21.
71 Cons.Stayban.iun.resol.64. tantò magis, quia aliquid de substantiali testatur, l.optimam 14. §.et si non, C.de contrah. et committen. stipulat. cum concord.

72 Sed,vt obtemperemus distinctioni traditæ per Bart. in l.si donatio, C.de donat., quem sequitur Giurb. cit. dec. 10. num.15. & habetur apud Boer.dec.274.quæ quidē distinctio fundatur in Text. l.Publia 26. §. Lucius Titius, ff.depos. examinemus quæsò vtrum instrumenta,quæ afferuntur,possint existere de per se?

Et quòd nō valeant probatur. Siquidē instrumentum de dicto anno 1583.est quædam
73 cartula, extracta à quodam prætenso Bastardelio Notarij,nō reperto inter scripturas eiusdem,& proindè non facit fidem:Nam in tan-
74 tum instrumenta non extensa in Protocollis faciunt fidem, in quantum reperiantur inter scripturas Notarij, cum ex hac inuentione quædam arguatur præsumptio veritatis, Gramm.decis.106.Ricc.collect.361. Reg.de Marin.tom.1.resol.cap.196.& habetur in cap. cum P. Tabellio extr. de fid. instrum. Quare in casu nostro, cum in termino dato nihil sit probatum de substantia instrumenti,nec sit verificata manus Notarij; videtur tali cartulæ non credendum, etiam attenta opinione illorum, qui prorsus negant fidem præstandam instru-
75 mentis non repertis in protocollis, prout dixerunt Cassan. consil. 63. colum.9. Roman. consil. 174.col.vlt.Luc.de Penn.in l.rura versic. §.quæritur,C.de omn.agr.deser.lib.11.& alij ex Iustiniano in §.penultimo, Auth. de Tabellion.

Secundò, & si tali morbo non laboraret, neque valere posset,quia in eo fit venditio annuorū aureorum decem, & septem,nec recipitur pecunia,vt possumus in facto;sed fit intuitu primi instrumenti, quæ quidem confessio
76 receptionis pecuniæ etiam cum renunciatione iurata exceptionis non numeratæ pecuniæ non est sufficiens ad constituendam venditionem annuorum introituum ad formam Bullæ, nisi emptor probet specificè de numeratione pecuniæ, vt tradidit Milan.decis.Sicil. 6. lib.2. num. 20. ex Ferdinan. Bonior.Cassan. cons.63.num.19.& 20.in 2.dub.5.part.& cons. 75.lib.4. & ex Dec.consil.421.column.2.nu.12. & 13.

Nam & si hodiè secundum Bullam Nico-
77 lai V. possit census constitui,data re,vice pecuniæ numeratæ, Castill. decis.Sicil.147. nu.3. Petr.Gregor.de cens.qu.5.num.173.per Text.l. singularia,ff.si cert.pet. Cū in tali casu videatur
78 magis data pecunia,quàm res ipsa,si æstimata fuerit, l.æstimatis, ff.sol. matr. vel etiam pro debito antecedēti, vt dixit Rodriq.de annu.redit.lib.1. quæst.13. num.3. tamen de tali pecu-
79 niæ antecedenti traditione, vel debito clarè constare debet per specificam probatio ē.
80 Nec statur confessioni in instrumento factæ per venditorem, idem Rodriq.iam cit.nu.4.per
81 tot. cuius dicta,& si congesta sint in terminis Bullæ Martini, & Calisti, militant etiam in
82 casu nostro, cum Bulla fuerit in Regnō nostro recepta Reg.Cons.Stayban.Iun.lib.1. resol. 164. num.10.vbi latè examinat articulum, & hanc sequitur sententiam, & secundum eam decisum refert; imò in durioribus terminis locutus est, siquidem instrumentum celebratum fuerat propter debitum antecedens,quod constabat ex libris cuiusdam Aromatarij,qui
83 in Regno nostro de Consuetudine plenam faciunt fidem, Camill. Borrell. cons. 82. relat. per Gen.de script.priuat. lib.4. num.4. Ergo in casu nostro confessio de recepto facta per Caudelorum, & Annibalem de Somma collata ad aliud instrumentum non valebit,
84 donec relatum instrumentum exhibitum fuerit, & ex eo de vera pecuniæ numeratione constiterit ad dicta per Petr.Gregor.de cens.q. 5.n.173.vers.dummodò cum seq.& Pan.cons.75.
85 prout confessio de recepto collata ad partitam Banci, non nocet, donec ipsa partita ostendatur, l.si literarum,C.de solut.

86 Et quamquam prædictæ opinioni videatur contrarius cit. Milan.d.dec.6.n.22. vbi per Text.in l.pecuniæ, vbi Bald. C. de solut., & l. vlt.ff.de institu. act. tenet, sufficere ad constituendum instrumentum censuale ad formam Bullæ confessionem receptæ pecuniæ factā cū renunciatione iurata exceptioni non numeratæ, ab illa tamen non dissentit in nostri facti specie, imò ipsam magis fundat num. 21. his verbis: Quia intelligo ad prædicta Boniorni,quando in instrumento de solutione pretij confitetur

fitetur venditor referendo se ad debitum in alio instrumento, &c. Itaque instrumentum prædictum in quantum continet obligationem Candelori, & Annibalis de Somma non sustinetur, & de hoc videndus *Antonin. de Amat. resol.42.tom.1.per tot.*

Nec sustineri valet quoad obligationem
87 Francisci, & Pompei eorum filiorum correspectiuè: iuuat n. eos Macedon.exceptio. Ete-
88 nim Pater validè consentire obligationi filiorum non potest, dum pro debito paterno obligantur *Reg.Rouit. super pragm.1. ad S.C. Maced.nu.48.*citat *Soccin.sen.cons.23.n.26.vol.4.Cor.cons.294.* & alios, dixerunt *Molfes.cons.43.per tot.post tom.2. ad comment.cons.uet. Thor. in compen.par.2.verb.obligatio,* nam requiritur
89 filiorum emancipatio generalis,non verò per
90 actum specificum antecedenter facta, *Pasch. de viri.Patr.potest.par.1.cap.6.n.110.& 128. Honded.cons.32.n.9.vol.1.de Pont. cons.99. de Franch.decis.32.*

Istaque exceptio benè potest hodie opponi
91 non obstante,quòd non ostendatur aliqua declaratio ipsorum obligatorum, aut protestatio contra susceptam obligationem; ipsa
92 enim perpetuò durat, *l.sed si Pater, §.non solum, ff.ad S.C.Maced.,* etiam post sententiam
93 ad illius executionem impediendam, *l. quia. 12. ff.eodem,* adeò vt nec ipsi per filium fami-
94 lias sui Iuris effectum, nec tacitè per non dis-
95 sensum, vt probat *Molfes. cons.4. per tot. post comment.ad consuet.tom.1.& cit.cons.43.tom.2.*
96 contra opinionem *Rabij de Anna cons.29.* nec
97 expressè per specificam ratificationem, vt videtur dicere *gl.in l.tamen 13. ff. eodem cit. tit.* & probauit ex multis *Reg. Rouit.super pragm. 1.ad S.C.Macedon.à nu.28.per mult.seqq.* possit renunciari; pro qua opinione firmanda facere *Text.l.Pomponius la 2.ff.de negot.gest.&* expressiùs *l.si id,quod. §.si filius familias, ff.pro soc.* ac secundum eam per S.C.sub die 11. Ianuarij 1591. decisum fuisse,dixit post *nu. 34.*
98 Nam & si per solutionem; quæ fieret per filiumfamilias,sui iuris redditum,quædam veluti approbatio arguatur, *l. Zenodorus, C.tit.*
99 *tit.ad Maced.,* ipsa tantùm operatur, vt solutum repeti non possit, *l.sed Iulianus.9. §.si filiusfamilias in fin.* & *l. sed si Pater, §.non solum in fin. ff.eod.* Ergo instrumentum quoad obligationem Petri,Francisci,& Pompei de Somma sustineri nequit.

Secundum instrumentum de anno 1612. non valet nô minus ex superioribus iuribus; cum ipsum sit super primo instrumento fundatum, nec in eo adsit designatio certi corporis; quàm etiam ex parte obligatorum in eo, qui nullo pacto possunt dici rectè obligati ex erronea confessione, dũ fundatur super instrumentis, quorum alterum non ostenditur, alterum non valet ex iuribus allegatis, & per consequens tale instrumentum,& si censuale
100 irritatur *Castill.decis.Sicil.147.tom.2.num.6.*
101 *& 7.* talisque error arguitur ex facto ipso; Nam præsumitur ex eo, quia assertio est facta post multum temporis à primo instrumento, quod sufficeret, si esset annorum 20. idem *Castill.vbi sup. n.8.*citat *Bursat.cons.47.nu.16. lib.1.* qui testatur de communi; *Mascard.de probat.conclus.1122. num.1. cum seq. Menoch. de præsumpt.lib.6.præsumpt.32. num.1. fol.87.* etiam attenta qualitate personæ, vt in *n.9.*

Hoc multò magis procedit quoad obliga-
102 tionem pupillorum quondam Petri Francisci factam per tutricem absque decreto, tempore, quo obligari non debebant, & sic solutum in dicto instrumento causa prætensarum tertiarum decursarum repeti posset ad *Text. l.cum tamen 10.ff.sup.cit.tit.ad Maced.*

Tandem non facit oppositio, fuisse relaxatam partem territorij ab vno ex conuentis, representante personam Ioannis Camilli de Somma, obligati in secundo instrumento de anno 1612. Nam factum Ioannis Camilli,
103 illiusque ab eo causam habentis non præiudicat,adeò vt ex eo possit dici inducta possessio in damnum aliorum, non obstante, quòd debitum sit declaratum; vt habetur ex *l. inter alios 2. C. res inter alios acta,* ibi: *Vndè licet quosdam de hæredibus eius, quem debitorem tuum fuisse significas, soluisse commemores; tamen cæteri non aliàs ad solutionem vrgentur, nisi debitum probatum fuerit.* Ergo quoties posset dici valida relaxatio territorij facta ab isto conuento, nil tamen ex ea prætendi potest inductum contra alios. Ergo vel debet absolui conuenta, vel saltem exhibitio instrumenti de anno 1582. debet actoribus imponi; instrumenti enim exhibitio, imò & protocolli, in
104 quo dicitur instrumentum adesse,fieri debet altera parte instante ad tradita per *Ant.Fabr. diffin.27.C.de fid.instrument. & in decis.Gizzarell.86.* vbi per *adden.* multa afferuntur, quicquid aliter videatur probari per *R. de Marin. resolut.quotid.cap.186.à num.1.per 5. de Franch.decis.194. Cather.decis.16.* qui verè nostræ sententiç non contradicunt.

Hæc ad Conuentæ Iustitiam ostendendam currenti calamo sunt exarata. Vos Domini, quorum est summum Ius dicere, & quod defensor ignorat, aut scribere prætermisit, supplete quæso: scribebam.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS

IN

Quibus rebus habeat locum quarta.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, in bonis, & §. si cui militi, explicatio.

De antephato præstando super viri bonis, quorum dominium alienabile est penes eundem, ac de excipiendis feudalibus, ac fideicommisso suppositis.

SVMMARIVM.

Antephatum debetur mulieribus ex bonis viri, quorum dominium habet alienabile, num. 1. & 2.

Excipiuntur ab onere antephati feudalia, & allodialia fideicommisso subiecta, n. 3.

Dispositio Consuetudinis in bonis, *fuit per dispositionem* pragm. vnic. tit. de donat. propter nupt. *castigata*, n. 4.

Fœmina an admittatur ad feudum? remissiuè, n. 5.

HVius *Consuetudinis* explicatio habetur à *Napodan. in* 1 *glos. ver. in bonis, nu.* 1. *Camill. Salern. in summar. Molfes. par.* 7. *de iur. quartæ quæst.* 4. & alijs, à quibus
1 apertissimè traditur, eiusdem dispositionem esse, vt antephatum mulieri debeatur super bonis viri, quorum dominium habet alienabile, *Napod. ver. emphyteusim, num.* 9. *& ver. sed in bonis, num.* 13. hoc enim important ge-
2 neralis regula consuetudinaria, qua bona quælibet hæreditaria, etsi censualia, & emphyteutica, oneri antephati subijciuntur, & exce-
3 ptio bonorum feudalium, & allodialium pro se, hæredibusque masculis, vel ex suo corpore legitimè descendentibus concessorum, quæ sequitur.

4 At quoniam nunc ista castigata videntur per sæpè *cit. pragmat. vnic. tit. de donat. propter nupt.* qua antephati vsumfructum dandum traditur etiam ex feudalibus, de *consuetudinaria* dispositione nil est quod latiùs perquiremus, prout nec videndum circa disposita
5 in §. *si cui militi*, cum an, & quando fœmina admittatur ad feudum (de quo ibi) supra quoq; sit traditum *cap.* 3. *tit.* 1. *& alibi.* Ideò sit.



TITVLVS DECIMVSQVARTVS

DE

Iure primæ quartæ.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, si de bonis, explicatio.

De matre petente quartam præferenda in concursu nurui, etsi filio, huic quartam constituenti, consenserit, & de explicāda dispositione consuetudinaria iuxta tradita in *pragmat. vnic.tit.de donat.propter nupt.*

SVMMARIVM.

Matri petenti quartam prælatio conceditur in concursu nurus, etiam si cōsenserit filio cōstituenti quartam eius vxori, num. 1. *& quare? num.*3.

*Consensus mulieris tacitam continet conditionem, vt æs alienum deducatur, num.*2.

Dispositio Consuetudinis si de bonis *debet explicari iuxta tradita in* pragm. vnic. tit.de donat.propter nupt.

1 MAtri petenti quartam, sibi à viro præmortuo, constitutam, prælationem cōcedi in concursu nurus, etsi filio, constituenti quartam, consenserit,
2 habetur in *Text.*, mulieris enim huiusmodi consensus cum in se tacitam retineat conditionem, vt alienum æs deducatur, *l. subsignatum,§.bona,& l.bonorum, ff.de verb. signif. l.legatum,§.si quis bona, ff.ad Trebell.cum concord.*
3 non præiudicat consentienti; cum & ità videatur consentire, vt, quod sibi debetur, deducatur, *Napodan. ver. in bonis num.* 20. & videre est apud *Molfes.p.7.de iur.quart. quæst.* 3.*à num.* 15.hanc *Consuetudinem* explicantem. Hoc tamen, post sæpè *tit. pragm. vnic. de do-*
4 *nat.propter nupt.* emanationem, ad antephati vsumfructum, cum mulieribus proprietas non detur, reducas, durat enim quoad ipsum *Consuetudinaria* dispositio, & si minime quoad proprietatem.



T 1-

TITVLVS DECIMVSQVINTVS

DE

Patre recipiente dotes insimul cum vxore, & filio, qualiter teneatur ad restitutionem.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, filio ducente; & Consuetudinis, si pater, & mater, explicatio.

De parentibus, filiorum nuptijs accedentibus, ac cum eisdem dotes recipientibus, & an, & quando dotium restitutioni teneantur? Et cur matrisfamilias, receptionem dotium nurus acceptanti cum viro suo, non æque nuptijs filij accedenti, succurratur?

SVMMARIVM.

Consuetudo, filio ducente, *disponit in casu, quo parentes nuptijs filiorum accedunt, & explicatur, num.* 2. *&* 3.

Dispositum ab eadem Consuetudine in dote, extenditur ad antephatum, num. 4. *sed multi distinguunt, num.* 5. *&* 6. *& an probetur distinctio? num.* 7.

Parentes propter simplicem consensum præstitum nuptijs filiorum non tenentur ad restitutionem dotium, num. 8. *& an idem sit de iure communi? num.* 9.

Ius commune discordat à iure isto consuetudinario, & quomodo? num. 10. 12. *&* 13.

Quemlibet hæredum obligari propter dotalem causam, habetur, n. 11.

Pater consentiens filio suo, dotem recipienti, personali ne, an verò hypothecaria actione teneatur? habetur relatiuè, n. 14. *& quid dicendum si fecerit donationem propter nuptias, vel consenserit filio emancipato? n.* 15.

Consuetudo, si pater, & mater *disponit in casu, quo, parentes dotes recepisse cum filio, confitentur, num.* 16. *& quid statuat, explicatur, n.* 17.

Napodanus *dicit difficilem Consuetudinem*, si pater, & mater *quoad rationabilem eius intellectum, num.* 18. *sed conuincens ratio dispositionis affertur, n.* 20.

Ex pluribus obligatis quilibet tenetur pro virili, num. 19.

Filius potiùs, quàm mater, tenetur restituere dotes, si paterfamilias non sit soluendo, n. 21.

Ex dispositione ista consuetudinaria cur matri consentienti nuptijs filiorum non succurratur, vt dotium receptionem affirmanti habetur, n. 22. *&* 23.

Exceptio Sen. Consf. Velleiani *deceptis mulieribus prodest, num.* 24.

1 ALtera, quam aggredimur ex *cit. Consuetudinibus* explicandam, in casu, quo parentes nuptijs filiorum accedunt, nec tamen dotes exigunt, disponit, vt *Napodan.* obseruat *num.* 7. ac nullo prorsus af-
2 fici præiudicio consentientes, dum viuunt, obligari tamen hæredes, si quid remanserit in
3 hæreditate paterna, quod coniugato filio prædefuncto, si viueret, deberetur, tradituros, ità *eam* explicantibus *Napodan. hic in* 1. *glos. n.* 2. *& Vrsill. dec.* 332. *Afflict. n.* 5. *&* 6. iuxta illa, quæ decisa traduntur in *fin. infra cit. consult.* 138. *R. Capyc. Latr.*

Idem, quod de dote in *Consuetudine* habe-
4 tur expressè, dicendum in antephato, probauit *Molfes. par.* 7. *de iur. quar. quæst.* 3. argumento *l. fin. C. de dot. promis.* & per ea, quæ scripserunt *Bar. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, n.* 4. *vers. puto verum, ff. sol. matrim. Lup. in cap. per vestras in rubr. §.* 32. *de donat. inter vir. & vxor. Frecc. de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 13. *numer.* 2. *Fab.*

Fab. Ann. conf.76. num.8. & seqq. & alij , &
5 quamquam nonnulli distinguant, dicantque,
patrem obligatum restituere antephatum , si
aliàs statuto dotem restituere non teneatur ,
cum excusent à præstatione antephati obliga-
6 tum per statutum ad dotem , ne quis duplici
onere grauetur contra *regul.l.nauis onustæ , ff.
ad l.Rhod.de iact.* cui distinctioni videtur *Ca-
pyc.Latr.* adhærere *consult.138.tom.2. num.2.*
7 huiusmodi distinctio improbatur à *Corneo
cons.256.num.24.& seqq.* quem sequitur,& al-
legat *Molfes.ibid. num. 10. & Paschal. à nobis
sup.relat.in consuet.si mulier nupta cap. 1. tit. de
iur.dot.num.108.* vbi incidenter de hoc arti-
culo .

Ex simplici ergo consensu ad nuptias filio-
8 rum , non teneri parentes ad dotium restitu-
tionem,liquet,idemque esse de iure communi
9 dixerunt *cit.Capyc.Latr.Molfes.ead.par.7. q.3.
n.11.ac in tit.de renunciat.quæst.19.a n.21.* (cui
videntur consentire *R.de Marin.lib.1. resolut.
cap.93.num.3.in fin.*qui alia ad rem tradit) &
alij impugnantes *Corn. cit.cons.256. vol.1. &
cons.303.vol.4.Vrsil.ad d.decis.332.Afflict.n.4.*
in contrarium sentientes,sed huius quæstionis
examine posthabito,quicquid sit de ea,adhuc
10 tamen à communi iure nostrum istud *Con-
suetudinarium* agnoscitur aliqualiter dissidere, & si cum *Molfes.*occurramus *Corneo;*non-
ne quemlibet hæredum ex dotali causa in so-
11 lidum obligatum probat de iure communi,
Vrsill.cit.decis.332.num.6. & decis.213. Ergo
in eo saltem differentia percipitur constituta ,
12 vt obligari filij tantum , paternæ hæreditatis
portio , quam viuens haberet,dotium restitu-
tioni subijciatur: cęterum inducendæ obliga-
13 tionis bonorum paternorum per contractum
filij,cui successio non defertur,huiusmodi mo-
dus nec habetur à iure cõmuni. Sed quanam
14 personali nimirum , vel hypothecaria pater ,
qui filio suo recipienti dotem consentijt , te-
neatur actione? habetur in *decis.36.Reg.Capy.
Latr. num. 13.* quidue dicendum si donatio-
15 nem contemplatione matrimonij fecerit , vel
filius fuerit emancipatus? tractat *Hieron.de
Leo decis.54.tom.1.*

De simplici parentum consensu nuptijs fi-
16 liorum ad specialis earundem receptarum
dotium confessionis casum (*Consuetudinem
si pater , & mater* explicantes) gradum facia-
mus,& dicamus, dotis restitutionem à patre
17 tantùm faciendam,quamquam & mater , ac
filius , cui data est, recepisse confiteantur ea-
dem *Consuet.* decerni, hinc difficilem, quoad
18 rationabilem intellectum *eam* arbitratur
Napod. hic ver.si pater num. 7. habetur enim
ex *Vlp. in l.reos promittẽdi* 11. *§.cum tabulis,
ff.de duob.reis* , ibi ; *Cum tabulis esset compre-
19 hensum illum, & illum centum aureos stipula-
tos, neque adiectum ità, vt duo rei stipulandi es-
sent , virilem partem singuli stipulati videban-
tur* , ideòq; quemlibet ex parentibus pro rata
teneri, dicendum videtur *Barth.Murtial.in
apost.margin.incip.nota quod per dispositionem* .
20 Quoniam verò patri potiùs, quàm matri, fi-
lioque præsumitur dos soluta , illorumque
confessionem metus reuerentialis , ac patrifa-
milias subiectio excusant,meritò eidem dotis
solutio demandatur, vt ex *eod.Napod.ver.pa-
ter , num.9.* habetur; quòd si paterfamilias eo
21 tempore , quo dos est in casu restitutionis ,
soluendo non sit, filium potius teneri,quàm
matrem, cui beneficio *Velleiani Senat. Consil.*
succurrendum, voluère idem *Napod. ver. sol-
uendo,num.10.& Molfes.cit.par.7.quæst.3.n.13.
& 14.*

Inquirendum modò, cur non ità succurra-
22 tur matri,nuptij filijs sui annuenti,prout mu-
lieri,cum viro dotium receptionem affirman-
ti , cum illam ex solo consensu obligari , ha-
beatur ex *præceden.consuet.* tenerique,ea mor-
tua , hæredes pro quantitate bonorum , quæ
præmortuo filio,si viueret,deberetur,hanc ve-
rò non obligari ex confessione dotium rece-
ptarum, dicatur hic? Et dicas,non tàm priori
casu, quàm secundo , mulieres deceptas præ-
23 sumi , confessionemq; reuerentiali metu ex-
tortam per vim , non autem per simplicem
24 consensum præstitum filio , dotem exigenti ,
ideoque cum tantùm deceptis mulieribus ,
Velleiano Senat. Consul. succurratur ad *Text.
l.si decipiendi,C.ad Sen.Consul.Velleian.& l.2.
§.verba,ff.eod.* & dixerunt *de Franch.dec.279.
num.7. Consil.Stayban. resol.forens.tom.1.resol.
4.num.28. & 29.* & alij, meritò vno potiùs ,
quàm altero in casu *consuetudinaria* disposi-
tio iuri communi se conformat.



TI-

TITVLVS DECIMVSSEXTVS

I N

Quibus casibus licet authoritate propria pignorare.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinum, Pro pensione, Si aliquis dederit; Pro debito autem, cum §. Baiulis, & §. non creditur, explicatio.

De bonis propria authoritate pignorandis, de pacto, quod dicitur exequutiuum, quid sit, & quomodo concipiatur? De hypotheca super bonis inuectis, & illatis contrahenda, ac de exequendo pro domorum pensione contra Clericos per Laicos, & quid è contra, ac de temporibus locationum vrbanorum prædiorum; ac solutionum pensionum, & tandem de reficiendis damnis, illatis per operarios, aliosque seruientes.

SVMMARIVM.

Petitiones suas actionibus debet quilibet experiri, num.1.

Temerè dicitur possidere, qui propria authoritate rem aliquam detinet, num.2.

Possidens nec à domino potest violenter re possessa priuari, num.3.

Inuadens possessionem alterius violenter punitur in duplo, num.5.

Creditor potest debitorem suum de fuga suspectum detinere, num.5. sed non vltra viginti horas, num.6. & potest capere eiusdem pecuniam, vt saltem Iudici denunciet, num.7.

Dispositio hæc consuetudinaria ponitur, tamquam exceptio generalis regulæ à iure communi statutæ, num.8. & explicatur n. eod.

Pignorare propria authoritate licet pro pensione domus, num.9. quod etiam seruatur in Lusitania, num.10.

Bona inuecta, & illata quando teneantur pro pensione? n.11. & 12.

Vxoris bona, an, & quando teneantur pro debita domus pensione, n.13.14. & 15.

Exequutio propria authoritate fit Iudice demandante familiæ Curiæ, n.16.

Exequutio fit etiam pro pensionibus futuri temporis, si conductor sit in actu migrandi, n.17. & 18. & quare, n.19.

Hypotheca super inuectis, & illatis, an æque competat locatori vrbanorum, & rusticorum prædiorum? n.20. & an sit potior in concursu hypotheca expressa contractæ ad beneficium creditoris eiusdem conductoris ex alia causa? num.21.

Pactum exequutiuum quid importet in contractibus? n.22. & quomodo concipitur? n.23.

Exequutio parata etiam fit contra Clericum vigore Consuetudinis Neapolitanæ pro pensione domus, nu.24. ac etiam ad instantiam Clerici, n.25. & quare n.26.

Clericus an possit conueniri coram Iudice Laico pro debito pensionis domus? habetur n.27. & 28. sed improbatur sententia.

Ius ciuile loquens de locato fuit approbatum à iure canonico, n.29.

Dominium an arguatur à solutione pensionis? remissiuè n.30.

Textus l. si quis conductionis, C. locat. & conduct. *remansit incorrectus dispositione ista consuetudinaria, n.31. & 34.*

Exequutio domino rei conceditur pro pensione, num.32. & dominium præsumitur penès locatorem residere, donec probetur contrarium, num.33.

Locationes domorum quomodo olim fieri consueuerint, & quomodo hodie, & à qua nam die incipiant in prædijs vrbanis, & pensiones quando solui debeant? habetur num.36.37.38.39.40. & 41.

Vo-

Volens propria authoritate pignorare debet saltim quale quale ius habere in re, vt n. 42. & 43.

In consuetudine, quæ tractat de damni restauratione, agitur de restauratione actione ciuili, num. 44.

Culpa operariorum nocet illis, qui eorum industria vtuntur, num. 45.

1 CAllistratus Iuris Consult. in l. extat 13. ff. de eo, quod met. caus. Diui Marci decretum in hæc verba refert, *Optimum est, vt si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris*; indéq; contra eum, qui aliquid deberi sibi putans, non per Iudicem reposcit, itá sanxit, *Quisquis igitur probatus mihi fue-*
2 *rit rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipso sibi sponté datam, sine vllo Iudice, temeré possidere, vel accepisse, isque sibi ius in eam rem dixisse, ius crediti non habebit.* Item *Valent. Theo., & Arca.* Cæsares, *Si quis in tantam furoris peruenerit audaciam, vt possessionem rerum apud Fiscum, vel apud homines quoslibet constitutarum, ante aduentum iudicialis arbitrij violenter inuaserit, dominus quidem*
3 *constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominium eiusdem rei amittat; si veró alienarum rerum possessionem inuasit, non*
4 *solum eam possidentibus reddat, verúm etiam æstimationem earumdem rerum restituere compellatur*, dixerunt in *l. 7. C. vnde vi.* Quare
5 tantùm suspectum de fuga licere creditori debitorem suum detinere, ac detentum infra
6 viginti horas Iudici exhibere, eiusdemque
7 pecuniam itá capere, vt Iudici tradatur, vel saltem denuncietur, voluit *Berlich. conclus. practicar. conclus. 73. n. 25. & 26.* Ideó hìc titu-
8 *lus* tamquam exceptio regulæ generalis, à iure communi statutæ positus videtur, & indè patet, non tantùm ratione dominij, sed & alio quandoque iure licere authoritate propria pignorare, & nonnulli enumerantur casus, de quibus aliqua dicere, non pigebit.

Primus est in *pentione domorum, terræ, &c.* & similem alibi quoque adesse *Consuetu-*
9 *dinem*, aduertas, proút in Lusitania *Aluar. Velasc. de iur. emphyteu. quæst. 20. num. 17.* quo lo-
10 co tàm primi, quàm secundi conductoris bona inuecta, & illata, item & illius, qui ab emphyteuta conduxit, obligari, concludit.

Non tamen quælibet in domum inuecta,
11 & illata obligantur ad pensionem, & tunc demum, cum requisita, de quibus *Afflict. decis. 184.* vbi *Vrsill. & Stayban. obseru. 143. à nu. 97.* concurrunt, quibus cessantibus, cessat *Con-*
12 *suetudinis* dispositio, nec exequutio bonorũ, si fiat, valet: hinc idem *Vrsill. nu. 5.* infert, vxo-
13 ris bona, quæ etsi toto anno manserint in cõducta per virum domo, haud pro pensione teneri, quiduè dicendum in vidua? dixit *nu. 6.*
14 eiusque placito adhærere videtur *R. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 275.* etsi nonnullas
15 afferat decisiones, quibus mulieres in subsidium viri, effecti non soluendo, teneri, declaratum extitit.

Fit ergo exequutio propria authoritate
16 contra conductorem, Iudice tamen demandante familiæ Curiæ, vt exequatur ad instantiam locatoris iuxta dispositum in *l. creditoris, C. de pignor.* de qua *Afflict. decis. 326.* & in proprijs terminis idem *Afflict.* dixit *cit. decis. 184. in princ.* & non modò pro lapsi tempo-
17 ris pensione, sed & futuri, si conductor in actu exfractationis inueniatur, ac etiam si mi-
18 grandi iuxta proponatur causa, quæ nõ dum sit probata, proút patet ex traditis *resol. 143. Consil. Stayban. tom. 2.* & latè habetur in *vot. 64. Tho. à num. 9.* quasi etiam non expectato biennio fieri valeat, quod in *l. quæro, §. inter, ff. locat. & l. dominus, C. eod.* locatoribus indulgetur, ac omnibus feré in Regni partibus ser-
19 uatur, cuius rei rationem eam esse constat, quia postquam bona sublata sunt, habentur tamquam non inuecta *arg. l. 1. C. de verb. signif.* & eorum, quæ dixerunt *Afflict. num. 2.* & optimè *Stayban. obser. 143. num. 93. 94. & 96.*
20 qui etiam examinat, an hypotheca super bonis inuectis, & illatis itá competat locatori prædiorum rusticorum, proút competit locatori vrbanorum prædiorum *à nu. 41.* & an ta-
21 lis hypotheca sit adeó priuilegiata, vt creditoribus cum expressa hypotheca conductoris præferatur *à n. 75.*

Ea pensionis domorum causa potissima est, ac cæteris quibusque præualet; hinc in
22 obligationibus, quæ à Tabellionibus stipulantur, pactum quod dicimus exequutiuum, importans, vt contra debitorem detur parata exequutio in quacumque Curia, loco, & foro, sub verbis illis concipitur, *More pensionum*
23 *domorum Ciuitatis Neapolis, &c.* vt aduertũt *Consil. Stayban. resol. 143. à num. 19. ad fin. to. 2. Thor. ibid. num. 12. & Sanfelic. decis. 312. nu. 14.* alijque apud *Gizz. obseruat. 58. ad Capyc. Latr.*

Et hìc notare libet, quid sentiam de quæ-
24 stione illa, an contra Clericum huiusmodi exequutio vigore *Consuetudinis* Neapolitanæ fieri queat ad instantiam Laici, & quoties Secularis Iudex eam demandat? Et quoad pri-
25 mam partem quæstionis affirmatiuè sentiendum esse puto ratione æqualitatis seruandæ,
26 vt in simili probat *Ricc. in addit. ad decis. 411. De Franch.* & deduci ex traditis ab eodem *De Franch. decis. 285.* concludit; quoad secun-
27 dam veró negatiuam sententiam retinẽdam esse censeo; Clericum enim, siuè is reali, siuè personali actione cõueniatur, corã suo Iudice, népè Ecclesiastico conueniendũ esse, nõ dubitatur; at Clericũ pro pensione domus corã Iudice laico (sed nõ benè, vt puto) cõueniri pos-
se,

se, probant *Caroc. de locat. & conduct. par. 6. in addit. ad quæst. 2. fol. mihi 264. Maran. d. sput. 8. num. 3.* & alij ab illo relati, cum agatur prin-
28 cipaliter in rem, etsi persona conueniatur, nec obstare *cap. 2. & cap. si diligenti de foro co-*
29 *pet.* affirmant, & ius ciuile de locato loquens, deposito, & similibus, approbatum à iure canonico censeri quando potest Clericis prodesse, & obesse, habetur ex *Felin. in cap. Eccles. S. Mariæ de const. t. sub num. 66.* penès eundem *Caroc. par. 7. de locat. & conduct. conclus. 139. fol. mihi 288. àt.*

Insuper notabis (vt vt habeat quæstio, an
30 à solutione pensionis dominium rei locatæ arguatur in terminis *decis. 325. Afflicti*) incor-
31 rectam *l. si quis conductionis 25. C. de locat. & conduct.* ab hac nostra *Consuet.* remansisse, *Afflict. decis. 12.* nam licet exequutio tantùm
32 domino rei locatæ permittatur, dominium tamen penes locatorem residere præsumitur,
33 donec contrarium probatum fuerit. Quare
34 concindenter locatione probata, vt dixerunt *Menoch. de recuper. possess. remed. 1. nu. 23. Sperel. decis. 100. num. 1. lib. 1.* neque dominij, neq; possessionis quæstionem licere conductori refricare, vt latè *Paul. Stayban. resolut. 6. num. 1. 2. & 3. & obseru. à num. 1. per 20.* qui cit. *l. si quis conductionis*, latè explicat, & exornat.

Tertio notabis, domorum locationes in
35 hac Ciuitate, Suburbijs, & Casalibus currere consueuisse à medietate Augusti cuiuslibet
36 anni, & pensiones solui pro medietate in die festi omnium Sanctorum, & pro alia medietate in aduentu diei decimiquinti mensis Augusti, proùt testatur *Afflict. decis. 184. in princ.* & habetur *in pragm. 1. de locat. & conduct.* quo-
37 niam verò locationes ab anno 1589. incepturas à prima die Maij, *ead. pragm.* declaratum fuit, pensiones quoque soluendas pro medietate in medietate mensis Iulij cuiuslibet anni, & pro reliqua medietate in fine anni; cumque *pragm. 3. eod. tit.* migrandi tempus cō-
38 stitutum fuerit die 4. mensis Maij, vel quinta, si illa festum celebrari contingerit, reliquum pensionis eadem die soluendum esse declaratum fuit, quod ità in præsenti seruatur quo-
39 ties inter contrahentes alia conuentio non
40 adest; in hoc enim Ciuium conuentiones habitas seruandas, *Napodan.* dixit *hic ver. pignorare, num. 11* ibi: *Sed certè in hoc scilicet tempore solutionis pensionis, &c.* ac in dubio re
41 conducta per plures annos absque temporis præfinitione, quo pensio sit soluenda, quolibet anno in fine soluendam esse mercedem tradidit *Stayban. resol. 145. num. 82.* & citat *Mantic. lib. 5. de contract. tit. 6. num. 6.* & *Salyc. in l. 3. num. 7. C. locat.* vide tamen *Napod. ibid. vers. si verò adijcitur tempus*, distinguentem inter anno promittentem, & annuatim, vt promittens anno soluere teneatur in fine, annuatim vero in principio ad *Text. l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig.*

Item pro bene laborandis, &c. sequuntur alij casus, in quibus & possessori licet propria authoritate pignorare, vt ibi, *Domino ipsarum terrarum, & domorum, vel possessori:* hinc *Napodan. ver. possessori, num. 9. & 10.* alterum de
42 duobus, dominium nempè, vel aliud quale quale ius in rem volenti propria authoritate
43 pignorare, sufficere, ait, etiam si sit censuarius, fructuarius, aut feudatarius ad *Text. l. 3. C. vbi in rem act.* & dicta per *glos.* cumulatque ad id probandum, *l. solutum, §. solutam, ff. de pignor. act. l. si in lege, §. si colonus, ff. locat.*

Per laboratores ipsos, & alios de ipsorum familis, &c. loquitur hic *Consuetudo* de resta-
44 ratione damni actione ciuili, non autem criminali, nec à iure communi discedit; quod enim damni alicuius culpa sentimus, rectè ab eodem repetere valemus, *l. igitur, §. fin. ff. de liber. causa, l. fin. cum authen. ibidem posita, C. ne vxor pro mari. & l. Imperatores, §. si magistratus, ff. de appellat.* & faciunt notata per *Bar. in l. 2. C. de verb. obligat. in quæst. de represal.* &
45 quod culpa operariorum noceat illis, quorum seruitio vtuntur, probatur ex *l. si quis fundum, §. si colonus, ff. locat. l. 1. ff. de fur. aduers. naut. caupon. & stabul.* alijsq; vulgatis iuribus.

CAPVT SECVNDVM.

Cætera verba consuetudinaria declarantur.

De capiendis, retinendisque animalibus propria authoritate pro alimentorum debito, & damnis datis, & an possint licitè occidi? De officio Baiuli, eiusque facultatibus, ac iurisdictione, & an priuatiuè habeat iurisdictionem, an verò cumulatiuè ad Curias Baronales, siuè Regias? Et an officium Baiulationis, eiusq; emolumenta vendi possint, & in extaleum concedi, & quid in cæteris officijs? & an officia ipsa possint quandoque sine regio assensu obligari?

SVMMARIVM.

Creditori licet retinere animalia pro debito pascuorum, & donec sequatur satisfactio, vel donec cautio soluendi damnum illatum sequatur, n.1.2. & 3.

Animalia nec sub cautione restituenda exteris, si damnum sit certum, nec soluatur, nu.4. & contra nu.6. & 7.

Ius commune, & Consuetudinarium in hoc conueniunt, num.5.

Animal postquam aufugit potest extra agrum capi, nu.8. & an possit licitè occidi? num.9.10. & 11.

Baiulorum potissima facultas est cognoscendi de damnis illatis, n.12.

Baiuli, Balii, vel Ballini, an dici debeant habentes officium baiulationis? n.13.

Baiuli an sint instar Ciuitatum Defensores, vel municipalium Magistratuum, habetur n.14. & 15. & dicuntur Officiales, n.16. & habent iurisdictionem, & mixtum imperium, n.17.

Ius baiulationis censetur comprehensum in inuestitura etiam absque inuestientis expressione, num.18.

Baiulorum non omnium est æqualis potestas, nu.19. & de eorum potestate remissiuè, n.20.

Baiuli recipiunt obligationes penès acta, & incusant, & liquidant instrumenta, nu.21. & 22. conferunt tutelas, n.23. Iudices creant, n.24. aliaque valent, vt n.25.26.27.28. & 29.

Pragm.1.de offic.baiuli *explicatur, n.30.*

In causis parui pretij dictum vnius testis sufficit ad probandum, n.31.

Exteri soluunt fidam absque diminutione, n.32.

Constitutio regni cum per partes Apuliæ, *quando seruetur? n.33.*

Dispositio pragm.1.de offic. baiul. *an comprehendat animalia Clericorum? n.34.*

Pœna, quæ imponitur vltra augustalem, an corruat in totum, an verò pro illa parte, quæ excedit? num.35.

Dominus agrorum non licet in perniciem Baiuli pœnam remittere, nec Baiulis se concordare in damnum dominorum agrorum, nu.36.

Baiuli an habeant iurisdictionem priuatiuè, an verò cumulatiuè? explicatur num.37.38. 39. & 40.

In feudalibus causis, ac furti quomodo aliquando valeant procedere? n.41. & 42.

Baiuli debent parere Syndicatui, n.43. & à decisionibus illorum appellatur ad Baronem, num.ead.

Baiulationis officium vendi potest, & concedi in extaleum, sed quonam pacto? n.44.

Emolumenta possunt diuidi, n.45.

Emolumenta cuiuscumque officij possunt vendi, & obligari etiam sine assensu num.46.

Officia an possint sine assensu obligari? remissiuè, n.47.

1 C*Apiendo ipsa animalia pro debito animalium, &c.* licet creditori animalia retinere, vt explicat *Camill. Sa-*
2 *lern. Summar.* & donec sequatur satisfactio *Masul.ad Capyc.decis.*45. *num.*1. si debitum
3 sit ex causa pascuorum, vel donec cautio soluendi damnum illatū offeratur à domino animalium, si propter illatū damnum animal detinetur, vt *cit.decis.*45. habetur; quin exte-
4 ris nec sub cautione restituenda animalia non soluto debito, si damnum sit certum, tradidere *Rouit.in pragm.*1.*de offic.baiul.n.*4.*Luc.de Penn.in l.fin.col.*3.*de erog. milit. anno. Muta in cap.Sicil.*30.*n.*5.*&* 6.*tom.*1.idque à iure com-
5 muni comprobari dixerunt ijdem *Rouit.num.* 30.*Mut.num.*6.*Petr.Gregor.syntag.iur. cap.*15. *n.*7.*lib.*3. ac latiùs *lib.*38.*cap.*9. *nu.*14. *ad* 18. *Parlador.diff.quotid.*52.§.1.*num.*3. distinguen-
6 tem tamen *Danz.in tract.de priuil.baron.tit.de offic.baiul.cap.*4.*à nu.*14.*per* 17.ac etiam *Surd.*
7 contrarium defendentem *cons.*561.*num.*20.*et* 26. *vol.*4. attende. Quare vel extra agrum
8 animal capi posse postquam aufugit, habetur *sing.*225.*Marsil.* & per *Cassan.in consuet. Burgun.cit.à Petr.in addit. ad sup. cit. decis.* & an
9 possit animal damnum inferens licitè occidi? examinant *Capol.in tract.de seruit.iur. pascen. n.*30.*Burgo.decis.*1.*num.*28. *par.*5. *Danz. ibid. num.*18.*& Rouit.cit.num.*30. qui adeò id licere concludit per *DD.* quos allegat, *vers. imò*
10 *dico*, vt si de eo *Consuetudo* adsit, in vtroque
11 foro veniat seruanda. Alia congerunt de eadem re *Aloys.de Leo in l.*1. *C.ad l.aquil.nu* 19. *cum seq. Ann. sing.*138. *&* 139. alijque sparsim.

Quoniam verò Baiulorum potissima fa-
12 cultas cognoscendi de damnis illatis dicitur per *Constit. regn. locorum baiuli, tit.de offic. & numer.baiulor.*per *Tap.in ead.rubr. nu.*2. *vers. cognoscunt, Danz.cit.cap.*4.*numer.*1.*Capiblanc. de baron.pragm.*8.*par.*1.*n.*353.*&* 361. *Nouar. in rubr.de offic.baiul.collect.*1.*num.*1. aliosque, mihi de eorundem officio, potestate, siuè iurisdictione, alijsque etiam ad explicationem *Consuetudinis* verborum, *Baiulis Neapolis*, aliqua dicere non est contendendum.

13 Baiuli ergo, siuè Balij, aut Ballinj (ne quęstioni, de qua *Tap. ibid. Marc. Anton.Surgen. Neapol.illustrat.lib.*1.*cap.*10.*nu.*16.*Reg.Moles decis.*67.*in princ.* locus remaneat) siuè sint instar ciuitatum Defensorum, de quibus *Luc.de Pen.in l.fin.C.ex quibus muner. lib.*10. *& in authent. de defens.ciuit.* §.*audient*, siuè munici-
15 palium Magistratuum, de quibus *tot.tit. C.de magistr. municip.* & dixerunt *Capyc. in inuest. feudal.ver.baiulatione.fol.*126.*glo.& Iser. in constit. locorum baiuli*, alijque, officiales dicun-
16 tur *Danz.in prag.DD.tit.de offic.in gener. c.*1.
17 *n.*1.*&* 2.in quibus potestas residet à Principe tributa, iurisdictio, ac mixtum imperium,

Assict.

Afflict.in constit.locorum baiuli, num.2. Nouar.
collect.1.sup.pragm.de offic.baiul. num.4. Capi-
*blanc.ibid.num.356.& 357.*qui *num.352.*con-
tra *Afflict. in constit. ad officium baiulorum, &*
in constit.siue reali 5.notab. affirmat, ius quod-
18 libet baiulationis censeri comprehensum in
inuestitura, etsi ab inuestiente non exprima-
tur.Latiorem habent alij iurisdictionem, alij
19 verò arctiorem prout peculiari concessione
est elargitum, aut legitima *Consuetudine* fuit
approbatum,vt ex ijsdem *Capiblanc.n.353.&*
*354.Tap.in rub.de offic.baiul.n.2.*alijsq; perci-
20 pitur,& quãquã de baiulorũ omnimoda,ma-
ximaque potestate tractent *cit.Capiblanc. à n.*
352.vsq; ad fin.1.par.pragm.8.de baron.Danz.
de priuil.baron.tit.de offic.baiul.obseru.21.à c.1.
per 7. Afflict.Iser.Petr.de Montefor. Marin.de
Caraman. ac *Reg.Tap.in constit.regn.locorum*
baiuli, Baiulus si furem, ad officium baiulorum,
crebra nostrorum, baiuli locorum,pro scripturis,
sępè contingit, Rouit.pragm.1. de offic. Baiul. ac
DD.ab eod.cit.nu.25.Nouar.in collect.ad prag.
eod.tit.et de grauam.vassall.grauamin.376.377.
& 378. alijq; me tamen non pigebit,nonnul-
los, quos Baiuli valent exercere iurisdictio-
nales actus adnotare.

21 Obligationes recipiunt penès acta; eas in-
cusant, litterasque exequutoriales realiter, &
personaliter relaxant, *Tap. in rub.de offic. ba-*
iul.num.3. Rouit.ibid. num.20. & in rubr. de
iurisdict.non turban.pragm.2.num.38.Capiblan.
de baron.pragm.8. num. 355.& 359. at non
22 ideò valent instrumenta liquidare, *Rouit.à n.*
32.per seq. Nouar.in collect.1. in rubr. de offic.
baiul.nu.7. & de grauam.vassall.tit.1.gra.376.
qui etiam disparitatis rationem assignant.

23 Tutelas conferunt, electosque Curatores
confirmant, *Danz.in pugn.DD.tit.de praamb.*
cap.1.num.22.& Gramm.decis.67.num. Ca-
rauit.sup.pragm.ad Macedon.§.12.num.39. &
41. Petr. ad Gramm.decis.10. num.15. Nouar.
ead.collect.1.num.5.& 6.ac decis.204.Isern. &
Afflict.in constit.locorum Baiuli,num.4. qui eis-
24 dem non licere de suspecto tutore cognosce-
re concludit *num.7. & 8.* Iudices creant pro
25 causis ad eorum officium spectantibus de-
26 cernendis *Capiblanc.num.361.*istiq; aliquan-
27 do etiam actuarij officio funguntur,vt *n.368.*
Carceres habent, carceratosque in eis retine-
re non prohibentur ad custodiam *Rouit. in*
pragm.1.de offic.baiul.nu.19.20.& 21. Nouar.
de grauam.vassal.grauam.377.& cit.Capiblan.
num.356.

Agros custodiunt, eisdem damnum irro-
28 gantibus pœnas indicunt,easq; valent exige-
29 re si augustalem non excedant,& iuxta dispo-
sitionem *pragm.1. de offic. baiuli,* quæ tunc de-
30 mùm exactionem permittit, cum de damno
constat saltem per testem, & insuper inuectoris
iuramentũ intercedit, vt *Rouit.* docet *ibid.n.1.*
& sequitur *glos.Petr.de Montefor.in cõstit.regn.*
locorum Baiuli de offic.baiulor, numer.2. quod
31 alijs in causis parui pretij seruatur, cum ad
plenam probationem habẽdam in eis dictum
vnius testis sufficiat, teste, *Capyc.Latr.dec.12.*
num.19. iduè respectu eorum,qui haud aliena
incolunt arua,procedit,nam exteri ad soluen-
32 dum fidam,& diffidam absque diminutione
tenentur, vt *Rouit.nu.3.* adnotat,item & agro-
33 rum, in quibus depastio interdicitur banno,
nam pro cęteris dispositio *constit.cum per par-*
tes Apuliæ adest, *Rouit.n.10.*& cũ hęc *Constit.*
optimè explicetur à *Lanar. consil. 98.* hunc
re in ista videndum, ac *Sansel.dec.8.*propono.

His positis nonnulla superest perquirimus.
34 Et primò clericorum ne animalia, vt laico-
rum,dispositio *cit.pragm.1.de offic.baiul.* com-
plectitur? de ea re affirmatiuè sentiendum
esse videtur, nam,etsi Clericorum bona laico-
rum statutis regulariter non subsint, quoties
tamen illa publicũ fauorẽ, & vtilitatem respi-
ciunt,æque omnes ligant,quare vno eodemq;
pretio a Principe ad charitatem annonæ tol-
lendam statuto, etiam Clericorum bona ven-
denda esse probant *de Franch. decis.9. per tot.*
Paschal. aliuq; ab eod. relat. de vir. patr. potest.
par.1. cap.6. à num.51.& 52. ideoque cum
pragm. ista sanctio ad vniuersale commodum
dirigi videatur, vniuersaliter eam recipien-
dam esse, dicendum videtur: at non aliter
quàm *Rouit.sup.ead.pragm.nu.12. Nouar.ibid.*
collect.2.num.29.30.31.& 32.& cit.Lanar.nu.
12. indicando articulum, ac rationes hinc
indè respondendum esse, reor.

Secundò, si pœna vltra augustalem impo-
35 natur corruet ne tamquam non legitimè in-
dicta quoad totum,an verò pro ea parte,quę
augustalem excedit? & consistere in augustali
tantùm dixere *Lanar.cit.consil.98.num.7.Ann.*
sing.138.Gramm.in constit. regn.baiuli locorum,
num.3. arg.l.hactenus, §.si quis,ff.de constit. pe-
cun.ac decis. 67. in 4. dub. cum quibus *Afflict.*
in ead.constit.baiuli locorum, nu.13.& 15. sen-
tire videtur,& si in *constitut.ad officium baiulo-*
rum diffusiùs articulo examinato *à num.8.*pę-
nam in totum corruere *arg. l.certa ratione,*
C.quan.prouoc.non est necess. concludat: tu ve-
rò veram debeas amplecti sententiam, consi-
36 dera, illud tamen constanter teneas. nec do-
mino agri licere in perniciem Baiuli, ac eo
dissentiente pœnam indictam remittere *Ro-*
uit.vbi sup.num.22.& 29. Lanar.consil.98.nu.
15. sicuti nec Baiulo, se concordare cum
dominis animalium, *Rouit.n.28.*

Tertiò, an iniunctum munus Baiulis huius-
modi, alijsuè in causis ius dicendi sit cæteris
37 à Magistratibus independens, ità vt priuati-
uam ad alias curias, vel regias, & baronales
dicantur illi iurisdictionem fouere, an verò
habeant cumulatiuè? Respondendo dici-
mus,

mus, causarum exigui pretij, & quæ duorum
38 augustalium valorem, carolenorum nempè
triginta (quilibet enim augustalis valorem
retinet quindecim corolenorum secundum
Tap.in rubr.de offic. baiul. & omnes) non ex-
cedunt, aliarumuè, quæ ad officium Baiuli
cohærent, adeò priuatiuè concessam censeri
39 cognitionem, vt nec fori declinatoria admit-
tatur *Ann.singul.137. Nouar. de elect. & va-
riar.for. quæst.64. num.4.* at cæteris in causis,
40 si feudales, & criminales excipiantur, habent
iurisdictionem cumulatiuè, vt per *decis. de
Franch. 458.* & alios docent *Capiblanc. vbi
sup.num.361.& 362.Rouit.ibid.Afflict. in con-
stit.locorum baiuli num.1.Tap.in ead.rubr.nu.3.*
& alij inter quos *de Marin.resol.quotid. c.213.
tom. 1.* qui diligenter articulo examinato à
*num.14.*cum *cit.DD.* concludit, quin & de
41 damnis illatis super feudalibus bonis cogno-
scunt *Afflict.in cit.constit.locorum baiuli nu.10.*
prout de furtis minimis, sed an ciuiliter tan-
42 tùm, an verò etiam criminaliter? omnes *sup.
cit. DD.* explanant. semper tamen & vt cumq;
43 procedant syndicatui parere debent iuxta
dispositionem *pragm.5. de syndic. Ann.singul.
48.* & ab illis ad baronalem Curiam appella-
tur *de Marin.cit.cap.213.num.23.ac cap.39.to.
2.num.2.Nouar. ad pragm.tit.de offic.baiul. col-
lect. 1.num.10.de Franch.decis.511.*
Quartò an baiulationis officium in extaleũ
44 concedi possit, aut vendi? & quoad ius
exigendi emolumenta affirmatiuè respon-
dent *Afflict. in constit. locorum baiuli, num.1.
Tap.vbi sup.Danz.in pugn. DD.tom.1. de offi-
cial.in gener. num.7.8. et 9. cap.10.* & omnes,
45 emolumenta enim diuidi possunt *Geor.alleg.
40.num.36.* ideoque cuiuscumque officij ven-
46 di, aliterque distrahi, & obligari absque as-
sensu, vt in *decis.Capyc.Latr.26. à nu.7.* quic-
47 quid sit de articulo, an sine assensu valeant
officia obligari, de quo *de Pont.consil.28. Ro-
uit.decis.72.Maur.sen.alleg.75.num.4 et Fran.
de Amic.in repet.tit.de his,qui feud.dare possint,
§.resistit etiam num.2.fol.63.*



CAPVT TERTIVM.

Nonnulla ad intellectum rit. 166. cum seqq. regiarum pragmat. 9. & 15. de actuar. & 63. §. 6. de offic. procur. Cæsar. Constitutionis regn. instrumentorum robur, aliorumq; iurium, explicantur.

De Instrumentali Guarantigia, eiusq; effectibus, ac de conficiendis, reassumendisque instrumentis ad formam Constitutionis Regni *Instrumentorum robur*, & de pluribus requisitis ad liquidationem, seù præsentationem instrumentorum necessarijs, & de nonnullis casibus, in quibus liquidatio fieri nequit. De instrumentis confectis per Administratores Vniuersitatum, per hæredes adhuc proprio nomine obligatos ad debitum defuncti, alijsque liquidandis, vel non, & an cessionarius ex se valeat instrumentum præsentare? Item an Fisco creditori pro pœna contumacię priuatus pro eius credito præferatur? Et quid dicendum in Baiulo pro pœna damni illati concurrente cum domino prædij? De procedendo ad crediti exactionem exequutiuè in iudicio ciuili, & quanto tempore tùm criminalis, tùm ciuilis actio exequutiua ad crediti consequutionem præscribatur? De Tabellione asserente pecuniam coram se numeratam fuisse, an falsum committere dicatur si verè non fuerit numerata pecunia? An eidem liceat aliquid ab instrumento detrahere partibus cõsensientibus, & an teneatur contrahentes agnoscere? De obligationibus

bus penès acta stipulandis, & incusandis, ac de parata exequutione, quam habent. De Actuarijs capientibus fideiussiones, & quomodo, & quando teneantur, & quando teneatur substituens ad officium propter fideiussiones à substituto captas. De recognoscendis, ac liquidandis apocis, & quando pro debito, in eis declarato, detur creditori parata executio? Et quid si subscribens tamquam procurator, vel aliter alterius nomine subscripserit? De partitis Banci, & bilancijs, an & quando vigore illorum creditori competat parata exequutio, vel actio exequutiua contra debitorem. De Campsoribus, & Bancis non liberandis donec legitimè soluerint, de liquidandis instrumentis, obligationibus, & apocis in Curijs magni Admiratus, Artis Sericę, & Artis Lanæ, ac tandem de nonnullis circa præstantiam nobilis Artis Sericæ, eiusque priuilegia, & fori declinatoriam competentem exercentibus illam.

SVMMARIVM.

Pignoris iudicialis vis residet in hypotheca per guarantigiam, num. 1.

Creditor olim vnico decreto obtinebat debitoris sui possessionem bonorum, num. 2. & faciebat fructus suos donec contumacia durabat, n. 3.

Guarantigia definitur, ac declaratur, eiusque effectus traduntur n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Instrumentum habet exequutionem paratam propter guarantigiam, num. 11. & de hoc adest statutum totius Italiæ, n. 12.

Exequutionem paratam dari ex vi iuramenti, dicitur num. 13.

Iuramentum in specie seruandum, n. 14.

Instrumentum quando possit liquidari via rit. *traditur, num. 15. 16. 24. 25. 29. 30. 38. 39. 40. & 43.*

Instrumentum quando dicitur confectum ad formam constitut. instrumentorum robur, *habetur numer. 17. & 18.*

Tabellio, & Iudex cur requirantur laici? num. 19. & 20.

Instrumentum confectum à Notario Apostolico an, & quando faciat fidem? remissiue num. 21. & quid in testamentis Clericorum, n. 22.

Instrumentum à Notario Apostolico confectum non potest præsentari via ritus, *num. 23.*

Requisita pro liquidatione instrumenti remittuntur si agatur vigore pacti, n. 26.

Instrumentum quando dicatur liquidum? n. 27.

Instrumenta conditionata, & pactionata non liquidantur, n. 28.

Liquidationis iudicium est criminale propter debitoris moram, n. 31. & 32.

Pœna, quæ soluitur à debitore caroleni vnius pro quolibet aureo nummo, differt à pœna contumaciæ propter delictum, & successit in locum amputationis manus, n. 33. 34. & 35.

Pœna triremium successit in locum pœnæ imputationis manus, irroganda propter crimen, numer. 36.

Pœna criminis viginti annorum spatio præscribitur, num. 37.

Quilibet valet iuri suo renunciare, n. 41. & 42.

Liquidatio introducta moribus regni, n. 44.

Ius commune nec liquidationem concessit, nec paratam exequutionem agenti, n. 45.

Iudicium liquidationis præcipiat festinanter, n. 46.

Exceptiones, quæ non nascantur ex instrumento, non admittuntur in iudicio liquidationis, n. 47.

Scripturæ ad impediendam liquidationem non semper valent præsentari, n. 48.

Formulæ decretorũ pro verbo faciendo, & pro recipiendis scripturis Curia pro Tribunali sedente, afferuntur num. 49.

Liquidatio non impeditur prætextu, quod debitor carcerari nequeat, n. 50.

Sed decernitur supersederi in executione personali pro debito, & pęna, n. 51.

Declinatoria fori non admittitur in iudicio liquidationis, n. 52.

Regiæ Audientiæ Prouinciales, & Curiæ baronales liquidant instrumenta, n. 53. & 54.

M.C.V. indistinctè liquidat contra omnes cuiuscum, que ordinis, & dignitatis, n. 55.

Electio fori non competit post expeditam citationem super tenore instrumenti, n. 56.

Inhiberi per S.R.C. non potest M.C.V. tàm in causis liquidationum, quàm alijs nonnullis in causis, num. 57. & 58.

Collaterale Consilium potest inhibere, n. 59. & 60. vbi eiusdem laudes, & præstantia recensentur, num.

Lucas Tripanus *laudatur, ac de Maxima Regij Collateralis Consilij, & eiusdem Dominorum Regentium præstantia, & authoritate agitur, num. 61.*

S.R.C. tresdecim in casibus valet inhibere, n. 62.

Concursu creditorum pendente in S. R.C. impeditur

tur liquidatio instrumenti, n.63. sed expediuntur litteræ executoriales in bonis, & contra personam, nu.64.

Moratoria à Principe, alioque Superiore concessa debitori, an impediat liquidationem contra eundem n.65.

Creditori succurritur remedio nullitatum aduersus liquidationem, n.66.

Facto deposito ducatorum duodecim, n.67.

Probibitione facta oppositionis cuiuscumq; exceptionis, nõ censentur probibitæ nullitates, n.68.

Debitor facto deposito auditur in iuribus suis, prout si constituat se in vinculis, n.69.70.& 71.

Nobilis potest carcerari domi cum cautione de seruando carcere, n.72.

Instrumentum stipulatum cum particularibus Vniuersitatum, an possit liquidari? remissiuè num.73.

Administratores quando validè obligent Vniuersitatem, et proprio nomine teneantur? habetur remissiuè, n.74.

Instrumentum an possit præsentari contra hæredem proprio nomine obligatum? remissiuè num.75.

Hæres proprio nomine obligatus pro debito hæreditatis, quatenus est in ea de proprio tenetur, num.76. et itâ quando non facit inuentarium, num.77.

Hæres de rigore iuris non potest liquidare instrumentum, ad fauorem sui defuncti stipulatum, n.78. et quare n.79. sed nunc aliter res se habet, n.80.

Instrumentum simplicis obligationis cum assertione debiti antecedentis an possit liquidari? remissiuè num. 81.

Cessionarius an valeat sine cedente instrumentum liquidare? n.82. & an in iudicio exequutiuo agere valeat? n.83.

Creditor pro suo credito vtrum præferatur Fisco concurrenti pro pœna in bonis debitoris? nu. 84.85.86.87.et 88. et quid in Baiulo n.89.

Creditor potest contra debitorem exequutiuè agere in iudicio ciuili, n.90.

Liquidatio an fieri possit pro nouissimis decem, et nouem annis tantum si plures sint elapsi? Et quid in indicio exequutiuo si agatur pro tertijs annorum viginti nouem? nu.91.92.et 93.

Consiliarius D.Carolus Petra laudatur, n.94.

Annua qualibet præstatio singulis annis de per se debetur, et qualibet debet præscribi, num.95. et 99.

Agens iudicio exequutiuo ad tertias pro annis viginti nouem, illisque exatis, potest reliquas deinde etiam exequutiuè repetere, num.97. 99.et 102.

Protestatio creditoris, exigentis partem, non facit creditum illiquidum, n.98.

Solutio, et contractus rescissio ex vno decreto potest obtineri, n.100.et 101.

Ius exequutiuum spatio triginta annorum præscribitur, n.103.

Decretum, et solutio interrumpunt præscriptionem, num.104.

Citatio realis, & verbalis, ac etiam instrumenti productio interrumpunt præscriptionem, num.105.& alia remissiuè, n.106.

In concursu creditorum debet constare de possessione creditoris, vt agi valeat exequutiuè, num. 107.110.& 111.& quare n.108.

In Ciuitate Neapolis solutiones, vt plurimum fiunt per bancum, n.109.

Creditori, legitimè impedito, non currit præscriptio, num.112. & 113.

Tabellio asserens, coram se numeratam pecuniam, quæ verè soluta non fuit, an dicatur falsum committere? n.114.115.116.117.& 118.

Assertio Tabellionis maximi præiudicij est contrahentibus, n.119.

Tabelliones non possunt aliquid detrahere ab instrumento publico, vel consensientibus partibus, n.120.

Tabellio an teneatur cognoscere contrahentes? numer.121.

Obligationes stipulantur penes acta, n.122.& quomodo n.123.

Obligatus penès acta habetur diffinitiuè condemnatus, n.124.

Exequutio parata datur pro debito, deducto in obligatione penès acta, n.125.

Obligationes incusantur absque citatione, libello, & petitione, n.126. etiam procuratore petente, num.127.

Incusatio instrumenti, & obligationis penès acta non fit eodem modo, n.128. & 129.

Brundusina priuilegia afferuntur remissiuè, n.130.

Litteræ exequutoriales etiam contra personam relaxantur, incusata obligatione, n.131. nec exequutio earum impeditur decreto Iudicis, num. 132. nec alijs nonnullis in casibus, num.133. 134.& 135.

Obligationes possunt incusari, etiam si vnus tantũ testis subscripserit, n.136.& quare, n.137.

Obligatio incusari valet contra hæredes debitoris, n.138.& quomodo? n.139.

Obligatio post decennium non potest incusari, num. 140.& 141. & quid agendum, n.142.

Lapsus decennij obstat creditori etiam post incusatam obligatione, n.143.& 144.

Obligatio, vt incusetur debet capi de mandato Iudicis, aut eodem præsente, n.145.

Mandatum Iudicis de capiendis obligationibus præsumitur in M.C.V. ac Regijs Prouincialibus Audientijs, n.146.& 147. & ideo vbiq; obligationes stipulantur, n.148. sed non respectu Curiarum Regni, n.149.

Actuarij an ex se valeant obligationes cancellare? num.150.

Obligationes possunt capi, & incusari die feriata, num.151.

Litteræ executoriales, subscriptæ post incusationẽ, non est necesse, vt subscribantur à nouo Gubernatore, n.152.

Actus

Actus incusationis dicitur volũtariæ iurisdictionis, num.154.
Fideiussiones etiam penès acta Curiæ nunc solent stipulari, n.154.
Actuarij pro fideiussoribus, captis ab ipsis, quomodo teneantur? n.155.156.& 157.
Actuarij, etiam absque deposito, nec constituti in vinculis, possunt iura proponere, si quæ habent, n.158.
Actuarij quanam actione teneantur pro obligationibus captis? n.159. & quid dicendum fauore Fisci, n.160.
Actuarij excusantur si partes, vel Iudex fideiussorem non idoneum elegerunt, n.161.
Substituens tenetur ex fideiussionibus, captis per substitutum, nu.162. sed explicatur dictum, n.163.& 164.
Exequutio parata datur pro credito contento in apoca bancali, n. 165.
Recognitio dicitur partium approbatio, & confessio, n.166.& excludit onus cuiusuis probationis, n.167.& contra n.168.
Exequutionem paratam vigore apocæ banco directæ etiam de iure communi dari post recognitionem, dicitur, n.169.
Recognoscere quis teneatur? habetur n.170.
Negans propriam scripturam quanam pœna puniatur? traditur n.171.& 172.
Recognitio quando dicatur facta affirmatiuè, n.173.
Probari quomodo possit scriptura? habetur n.174.
Declinatoria fori in causis liquidationum, & incusationum obligationum, & apocarum an deneganda Baroni, causæ cognitionem petenti? n.175.& 176.
Debitore mortuo non eadem datur actio creditori contra hæredem vigore apocæ banci, ac contra debitorem viuentem, n.177.178.179.& cur? num.180.
Exequutio parata an detur contra subscribentem apocam procuratorio nomine? n.181.& 182. & quid si dicat solaite Caio tot, quot ei debet Titius? n.183.& 184.
Debitor vigore partitæ banci non conuenitur, tamquam debitor vigore apocæ banci, nu.185.& quare n. 196.
Solutio probatur per partitam banci n.186. etiam ad impediendam liquidationem instrumenti, n.187.& probandam satisfactionem, n.188. & 189.
Exceptio nonnumeratæ pecuniæ non potest opponi aduersus apocam, si solutio apparet facta per bancum, numer.191. etiam per fideiussorem, num.192.
De solutione apparet legitimè post giratã apocam, etiã nõ exacta pecunia, n.193. et 194. cũ ordo de soluendo post giratam non possit reuocari, nam loco solutionis habetur, n.195.& 196.
Iudex non potest relaxare litteras exequutoriales contra debitorem vigore partitæ banci, n.197.
Actio exequutiua an detur vigore partitæ banci, vel bilanci? num.198.& 201. & an contra bancum ipsum, n.202. etiam si solutio facta fuerit cum cautione, n.203.
Consiliarius D. Michael Muscettola laudatur, num.199.
Libris argentariæ mensæ credendum, n.200.
Campsor non excusatur soluere apocam, approbatam ab ipso, etiam si scribens decoxerit, num. 204. nec habet beneficium excussionis, n.205.
Bancum soluens malè, eo tantùm casu excusatur, quo soluit restituta fide crediti, numer. 206.
Rigor pragm.63.§.6.de offic.procur.Cæsar. *multis in casibus temperatur, nu.207. 208.209. 210.& 211.*
Præuentio impedit liquidationem instrumenti, & incusationem obligationis, penès acta stipulatæ, n.212.
Præuentio non obstat si eidem iuramento, vel pacto, duorum consensu firmato, renunciatum fuerit, num.213.& 214.
Instrumenta liquidari, obligationes, & apocæ incusari an possint en Curia Magni Admiratus Nobilis Artis Sericæ, & Artis Lanæ? n.215. 216. & 223.& quid si creditor tantùm subsit eorum iurisdictioni? n.217.
Declinatoria fori non conceditur in causis summarijs, & exequutiuis, n.218. nec fori electio, aut variatio, eod.
Pro causis exequutiuis, & summarijs potest vbique agi, nec actor dicitur delusor priuilegiorum Baronis, n.219.
Barones an licitè prohibeant vassallis, ne accedant ad regia tribunalia, num.220. prout Consules Artis Sericæ, n.221. sed non valent hoc facere in causis exequutiuis, et summarijs, n.222.
Nobilitas, præstantia, et origo Nobilis Artis Sericæ affertur, n.224.225.226. et 227.
Consules regunt Artem Sericã, et eliguntur ex mercatoribus, & textoribus, n.228.
Eligi nemo potest in Consulem, antequam vacauerit iuxta tempus statutum in L. 2. C. de muner. & honor.lib.10.*n.229.*
Consules eligunt Iudices Curiæ, quorum voto ius dicunt in causis omnibus etiam criminalibus, si tamen pœna mortis non venit irroganda, n.230. et 231.
Fiscus M. C. V. interuenit in causis criminalibus Curiæ Artis Sericæ, n.232.
Declinatoria fori vt concedatur, quæ requirantur? habentur n.233.
Exempla plurium causarum, quorum cognitio remissa est Curiæ Nobilis Artis Sericæ, habentur, n.235. remissiuè.
Filius gaudet priuilegijs patris, vxor mariti, famulus Domini sui, & quare? habetur num. 236. 237.238. et 239.
Priuilegium fori exercentibus Artem Sericã competit ratione exercitij, n.240.
Viduæ, aliæque priuilegiatæ personæ non possunt so-

forum declinare contra exercentes Artem Sericam, n.241.

D. Nicolaus Gascon R.C.S. Præsidens Aragonensis dignis laudibus extollitur, n.242.

Banderarij malè petierunt admitti ad electionem Consulum Artis Sericæ, ac Gubernatorum Cœnobij puellarum eiusdem, n.243.

Constitutiones Artis omnes collegiatos ligant, numer.244.

Banderarij subsunt iurisdictioni Consulum Artis Sericæ propter matriculam, n.245.

Banderarij non possunt dici mercatores, n.246.

Differentiæ inter mercatores, & artifices traduntur, remissiuè n.247.

Mercator dici potest ille, quem vulgus mercatorem existimat, n.248. & 249.

Banderarij sunt potiùs sarcinatores, n.250.

Decretum S. R. C. circa causas criminales remittendas Curiæ Artis Sericæ affertur, n.251.

Causæ cognitio an concedenda Baroni, vbi nulla pœna deberet criminoso irrogari, & quid respectu exercentis Artem Sericã, n.252.253. & 254.

1 PIgnoris iudicialis vim in hypotheca, ab instrumentali guarantigia redundante, residere, habetur per *Bart. in l.cum vnus, ff.de bon.author.indic.possiden. Alex. in l.à diuo Pio, §.si super rebus, ff.de re iudic. Gallef.de obligat.cameral.par.1.q.2.num.26.& Galt.in prax.crimin.instrum.3.par. rub.5. nu.2.*
2 adeò vt olim contra citatos debitores, relatos, & contumaces tàm celeris exequutio creditori concedebatur, vt ex primo decreto bonorum possessionem obtineret ad *rit.* M.C.V. 170.& 186.& *Text.l.fin.* vbi *glos.C.vbi in rem act.& authen.ei, qui iurat* iuncta *glos.C.de bon. author. indic. possiden.*, & tamdiù hic faciebat
3 fructus suos, quamdiù debitoris contumacia perduraret *Galt.ibid.in princ.* citat *Frecc. de instrum.liquid. par.16. quæst.5.* Ideò non esse extra rem censui, & de guarantigia, imò & de instrumentis ipsis, quæ solent guarantigiam continere, ac de eorundem præsentatione, & tandem de alijs scripturis, quibus actio exequutiua creditoribus suppeditatur, hìc agere.
4 Guarantigia ergò à *Galt.1.par. par.1. n.9. & 13.* definitur, & nil aliud esse constat, quàm
5 contractus legitimè, & publicè gesti confirmatio sub pœnæ, & iuramenti appositione, ità
6 à Longobardis in primis dicta à verbo, *confirmare*, vt deduci per *Text.in cap.1. §.1. vers. si autem de l.Corradi in vsib. feudor. Iaso. in l.1.§.si quis ità n.28.& Bolognet.n.220. ff.de verb.obligat.* voluit idem *Galt.* qui plures gua-
7 rantigiæ formulas, à *Specul.* relatas, in compendium recenset, nam partium conuentione fit ratihabitio, & approbatio, & hęc liquidam
8 rem facit, notoriam, ac probatam *R. de Marin.resol.quotid.cap.186.to.1.n.1.& 2.& c.55. n.7.tom.2. Rouit.in comment.ad pragm. in rubr. de instrum.liquid.n.3.& 27.* itemque sententiæ,
9 in rem iudicatam transactæ, vim retinet diffinitiuę *Galt.ibid.fol.9.num.17.* & præcisè obli-
10 gat ad promissum, vt *num.18.fol.10.* ideoque
11 instrumentum, quo guarantigia continetur, paratam dicitur habere exequutionem, vt *Nouar.in rubr.de instrum.liquid.collect.1. nu.7. & 8. Valas.decis.170.n.2. Boer.dec.295.* etiam
12 secundum statuta, in tota ferè Italia approbata *Ioseph Sese de inhib.c.2.n.35.& 38. Rouit.cit.num.3.* & *Capyc.Latr.decis.115. num.9.*
13 voluere (etsi id potiùs ex vi iuramenti, quod
14 instrumento semper inest, & in specie seruari debet *cap.ad nocturnum de iur.iuran. Nouar.in rubr.ad pragm.de instrum.liquid.d.collect.1.n.9.* & latiùs *quæst. forens.tom.1. quæst.153. num.5. Galt.cit.n.18. Capyc.Latr.ead.decis.115.nu.18.* quàm alia ratione, dixerint euenire)
15 & potest, si liquidum sit, publicè confectum, & ad formam in *constit.regn. instrumentorum robur* præscriptam, imò & reassumptum cum
16 requisitis à iure communi, & à *constit. Baiulos, const.consuetudinem, Afflict. sup.eisd.constit. Carauit.rit.166.num.6. Frecc.de præsent.instrument.par.4. Ill. Afflict. Epis.Cauens.controuers. iur.cap.30.n.3.* via *Ritus* præsentari, seù, vt plerique habent, liquidari *Rouit.ibid.*

Publicum quodnam dicatur instrumentum? alias diximus *tit.12.cap.2.* modò ad formam *constit.instrumentorum robur*, illud dici-
17 mus stipulatum, quod per laicum Tabellionem coram cartulario Iudice similiter laico, ac testibus opportuno numero, scribere scientibus in locis, quibus possunt litterati inueniri, ac fidei vndequaque probatis, confectum
18 est; duorũ autẽ testium dicitur numerus opportunus, vbi quantitas, quæ deducitur in instrumento est infra auri vnciam, at si vltrà, est trium. Tabellio, & Iudex Cartularius laici re-
19 quiruntur, quia in Clericis, deficiente regia
20 authoritate, nec opportuna dicitur residere potestas per *Iser.in constit. instrumentorum robur*, & *Maran.cons.19.n.3.ad fin.& n.15.ad fin.* quos sequitur *Danz.in pugn.DD.lib.1. tit. de instrum.cap.2. n.9.* Quare quicquid sit de arti-
21 culo an instrumentum à Notario Apostolico confectum siuè in Regno, siuè extra Regnum, & tàm inter Ecclesiasticas, quàm laicas personas valeat in regno in vim publici contractus, vel ne? de quo *Danz.ibid. num.1. per seqq. Maran.cons.3. Tartagl.pract.ciuil. c.1. n.35. Thor.in compend.decis.to.1. ver.instrumẽta confecta extra regnum, & tom.2. ver. instrumentum*, ac in *vot.84.nu.248.& seq. Vrsill. ad decis. Afflict.245.nu.1. Ann. singul.245. Rouit. sup.pragm.2.de contract. et Nouar. ibid. num.4. Gait.de credit. cap.3.tit.1. num.483. et de Marin.resol.lib.2.cap.228.n.2.et 3.* qui in *nu.seqq.*

quid

22 quid dicendum in testamentis Clerici, præcipuè si Ecclesiastica persona fuerit instituta? de qua re est *dec.201.Capyc.*ab eorundem tamen *DD.* placitis infertur, huiusmodi confe-
23 ctum instrumentum præsertim in Regno, non posse via *ritus* præsentari, quod & dixit *Capyc.Latr.decis.*82.*nu.*25.citans *Ricc.decis.*125. *tom.*1.

Vlteriùs & alia requiruntur, & primò vt
24 sit scriptum in pergamena, vt habetur in *constitut. instrumentorum robur*, & *constitut. consuetudinem*, *quam olim*, ac vt à Tabellione, Iudice, & testibus sit subscriptum:
25 ista tamen non attendenda, quoties præ-
26 sentatio via *ritus* non attentatur, est exploratum apud *de Marin.resol.quotid.cap.*186. *tom.*1.*num.*15.*&* 16.*& cap.*139.*to.*2.*nu.*4.14. 15.*&* 16. *Ricc.collect.* 1323. *Ann.singul.* 246. *Vrsil.ad Afflict.dec.*245.*n.*1.*&* 2. *Minad.Tap. aliosq; ab eod.de Marin.*relatos.

Liquiditatem verò in causæ certitudine,
27 & iustitia quantitatis in instrumento deductarum haberi, dicunt *de Marin. resol. quotid.cap.*73.*n.*3.*to.*1.*Afflict.controuers.cap.*30. *n.* 37.*&* 40.*& cap.*48. *num.*16.*&* 17. quare pa-
28 ctionata instrumenta, & conditionata nequeunt liquidari, *Capyc. Latr. decis.* 200. *tom.*2. *numer.* 2. *Thor. vot.*92. *numer.* 40. & omnes.

Item requiritur, vt anni viginti à die ortus
29 actionis non sint elapsi, cum aliàs non fieri interrogationem, habeatur in *rit.*167. vbi *Carauit.& in rit.*166.*nu.*21. *Galt.in prax.crimin. instrum.par.*2. 1.*par.num.*27. *Capyc.Latr.decis.* 58.*num.*1.qui cum *Bald.in l.planè, ff.quod fals. tutor.author.* à iure communi in *l. querelam*,
30 *C.de fals.* confirmari hoc dicunt; liquidatio enim (vt consuetis vocibus alloquar) propter
31 debitoris moram nostri Regni moribus introducta, vt eos vrgeat, celeriq; & festinanti modo procedendi compellat ad soluendum, in pœnam sit, & ideò dicitur criminale iudi-
32 cium, ac pœna caroleni vnius pro quo-
33 libet aureo nummo quantitatis in instrumento contentæ, quæ soluitur à debitore periuro ex generali omnium regni Curiarum *Consuetudine*, & praxi (differens à pœna contumaciæ
34 propter delictum, quæ quanta sit etiam in Baronalibus Curijs traditur à *Capyc.Latr.decis.*77.)in locum amputationis manus, quam
35 olim morosus debitor incurrebat iuxta *rit.* 171.*&* 179. ac *regn. constit. eos, qui scienter*, successit *Carauit.in rit.*133.*&* 171. *Afflict. in constit.regni statuimus* 17.*notab.Foller.in prax. censual.n.*88. *Capyc.Latr.decis.*45.*n.*18. *& decis.*58.*num.*8.*cum seqq. Montan.contr.*42. *n.*10.
36 sicuti in locum eiusdem pœnæ, quæ imponenda veniret pro delicto, illam triremium successisse dixit *Mastrill.decis.*186.*num.*2. Er-
37 go huiusmodi pœna tanquam legitimè præ-

scripta viginti annorum intercapedine, nequit postea irrogari, ad tradita per *DD. à cit. Ca-*
38 *pyc.Lat.dec.*58.*n.*2.ac tùm demū licebit, *Si peculiari pacto inter partes sit actum* (sunt verba *Galt.*2.*par.*1.*par.n.*29.*fol.*67.) *vt debitor quandocumque, etiam post viginti annos, non obstante ritu aliter dictante, & disponente, possit conueniri secundum formam ritus, ac iuramento sit beneficio ritus* 167. *renunciatum*; cum pactum
39 huiusmodi, tanquam contra ius secundarium introductum ad publicam vtilitatem, valere habeatur per *Text. in cap.cum contingat de*
40 *iuriurand.* maximè si fuerit iure iurando cōfirmatum *Frecc.de liquid.instrum.par.*10.*qu.*1. *Carau.sup. eod.rit. num.*36. *&* 37. & quilibet
41 valet iuri suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, C.de pact.Nouar.de elect. & variat. for. qu.*7.*sect.*3.*Cochier.de iurisdict.in exempt.qu.*7. *lib.*2.& latè *Petr. rit.*167.*nu.*2. vbi quid in
42 tertijs decursis ex instrumento censuali? de quo & nos infra.

Et quamquam instrumentum dotale
43 etiam post viginti annos posse liquidari, dixerint *Nouar.quest.forens.to.*2. *cap.*36. *Viscon. ad Franch.decis.*341. id ex ratione, quam afferunt, non obstat huic traditæ, fundatæque conclusioni in casibus, quibus ius procedit, quicquid sit de veritate eiusdem rationis in themate nostro.

Merito diximus, liquidationem Regni
44 moribus introductam cum *Conf. de Ros. consult.*3. *in princ.*, nam ius commune id non permittit, & in quibus discrepet *ritus* 166. de liquidatione agens, à iure communi affert *Thor.cons.*43. *à n.*19. nā illud paratam agenti
45 ex quacumque scriptura, vel publica, exequutionē nō cōcedit, vt per *Text. l. minor viginti quinque annorū, ff.de minor.in l.si pacto, quo pœnam, C.de pact.& in l.si cum dotem, §.eodem autem tempore, ff.sol.matrim., Capyc.Latr.dec.*115. *num.*17 *Nouar.collect.*1.*ad rubr.de instrument. liquid.num.*15.*& quæst.forens.*153.*nu.*1. *Thes. decis.*26.*num.*1. *Rouit.in ead.rubr. num.*1. *de Franch.decis.*118.*num.*8. alijq; testantur, & iu-
46 dicium liquidationis tàm festinanter præcipitat, vt ni benigna interpretatione temperetur, crudelem potiùs, quàm vtilem Reipublicæ praxim continere, arbitretur idem *de Rosa*, quælibet enim exceptio aduersus liquidatio-
47 nem prohibetur, nisi ex eodem instrumento nascatur, vel alio æq; liquido non probetur,
48 imò nec scripturas quandocumque præsentari libet, cum *Pragmaticarum Constitutionibus* ad id tempus statuatur *tot.tit.de instrument.liquid.*, & præcipuè in *pragm.*4.8.*&* 10. *& dict.*
49 *pragm.*8.§.7. formulæ decretorum, quibus à Spectabili Præsidente S.R.C.mandatur verbū fieri in eodem S. R. C. ac à Iudicibus Curiæ Tribunali sedente decernitur super liquidatione, scripturis præsentatis per debitorem

T 2 ha-

habentur, de quibus etiam *Afflict. controu. iur. cap. 19. num. 3. 4. & 5.* vbi an eis dicatur satisfactum per æquipollens à *n. 15. & cap. 22. in append. in fin. n. 51.*

Quare nec liquidationem impediri præte-
50 xtu, quòd debitor carcerari non possit, vt in prodigo, filiofamilias, & alijs dixère *Episc. Afflict. cap. 48. num. 4. Capyc. Latr. decis. 45.* (qui *num. 3. & decis. 115. num. 25. 40. & seqq.* dicit,
51 eo casu per Iudicem decernendum, supersederi in exequutione personali pro debito, & pœna) *Rouit. pragm. 4. de instrum. liquid. à n. 17. ad fin.* quicquid contra dixerint *Stayban. cons. 30. de Franch. decis. 672. de Medic. cons. 39.*

Item nec declaratoriam fori admitti in
52 iudicio liquidationis, habetur in *pragm. 1. de*
53 *instrum. liquid.* licet possint, & baronales Curiæ, & Regiæ Audientiæ adhuc liquidare instrumenta, vt *Rouit. sup. eadem pragm. num. 2.*
54 non obstante *rit. 54.* quem recessisse ab Aula, dixit *Carauit. num. 1.* ideòq; in M.C.V. de ea-
55 dem indistinctè agi, & contra quoscumque, vel supremo dignitatis gradu positos, habetur ex *Thor. vot. 85. num. 11.* vbi expressam Principis licentiam aliquando requiri, *Foller. in prax. crimin. ver. audiantur excusatores, num. 174. Rouit. cons. 90. vol. 2. Reg. Tap. decis. S.C. 43. de Pont. cons. 48. num. 5. vol. 2.* & latius, & optimè *de potest. Proreg. de assens. reg. tit. 7. §. 7. per tot. Tasson. in pragm. de anteph. vers. 3. obser. 3. num. 162. Capyc. Latr. consult. 48. n. 58. & de-*
56 *cis. 200. nu. 3. 42. & 43.* ac ademptum ius eligendi forum per citationem super tenore instrumenti dixit, *Nouar. in prax. eligen. & va-*
57 *rian. for. par. 2. quæst. 27.* nec eidem potest per S.R.C. inhiberi, vt in *cit. pragm. 8. §. 4.* ac *in pragm. 82. de offic. S. R. C.* ex qua idem seruan-
58 dum nonnullis alijs in caussis, habetur, & si aliter teneat de Regio Collaterali Consilio
59 propter maximam eius, omnimodamque præstantiam; iurisdictionem, & authoritatem à *nu. 45. cit. decis. 220.* idem *Capyc. Latr.* quod
60 & Ego libenter amplexor per tradita à *Sanfelic. decis. 162. tom. 1.* & in *prax. sect. 3. & 26. à num. 5. Tap. de præstan. Regiæ Cancell. fol. 139. num. 84. de Pont. de potest. Proreg. tit. 12. de delegat. caus. num. 12.* ac nouissimè à dilectissimo amico, peritissimo Iurisconsulto,
61 & Medico *Luca Tripano in syntagm. forens. par. 1. ciuil. lib. 1. tit. 9. de differ. iurisdict. magistr. & Princip.*, qui dignis laudibus tàm sublime Tribunal, eiusque Sapientissimos Senatores prosequitur.

At quandoque inhibitiones per S. C. fieri
62 posse, ac tresdecim in casibus, qui enumerantur apud *Episc. Afflict. controuers. iur. in suppl. addit. ad cap. 30. vt à fol. 9. per 21.* habetur, quo-
63 rum vnus est, quando debitoris pendet in S.R.C. creditorum concursus, cum & eo liquidatio impediatur *Sanfelic. dec. 370. tom. 2.* verùm, ne creditoris ius fiat deterius, exequutoriales litteræ expediuntur realiter, & perso-
64 naliter contra debitorem, vt *ab eodem Afflict.* traditur *nu. 22. seq. fol. 14. & fol. 18. à n. 44. per 50.* explicando *cit. Sanfelic. dec. 370. Cons. Petr. ad rit. 166. num. 90. Thor. in supplem. comp. ver. instrumentum*, & moratoria à Superiore
65 debitori concessa, an impediat liquidationẽ instrumenti habetur *in decis. 45. Reg. Capyc. Latr. tom. 1.* vbi *in fin.* pro affirmatiua decisum refertur.

Item debitori remedio nullitatum succur-
66 ritur, tàm si aduersus instrumentum, & acta liquidationis, quàm si post liquidationem factam proponatur: facto enim deposito ducatorum duodecim, donec nullitates reijcian-
67 tur debitor non molestatur, idque eiusdem *pragm. 8. tit. de liquid. instrum. §. 7.* quæ denegans reclamationẽ aduersus liquidationem, non æque prohibet nullitates proponere, imò partibus in eo indulget, haberi dicit *Episc. Afflict. cap. 11.* & confirmat *Sanfelic. dec. 299.* faciuntque tradita per *eund. decis. 312. nu. 13.* & *de Franch. decis. 688. num. 3.* cum in genera-
68 li cuiusuis oppositionis, & exceptionis prohibitione non veniat nullitatum allegatio, quæ dicitur actus destructiua, & annullans *Amen. ad decis. 139. de Franch. n. 5. & decis. 232. n. 10.*

Item iura sua quæq; debitori proponere
69 non prohibetur, post quam pecuniam debitam penès acta deposuerit, vel se in carcerem coniecerit post liquidationem, quod adim-
70 pletum sufficienter dicitur, si ex pluribus debitoribus vnus tantùm faciat, cum vnius cõparitio ceteris in ista specie prosit *Afflict. ibid. num. 17. de Marin. resol. cap. 194. Thor. in compend. par. 2. ver. debitores plures*, & *Nouar. collect. 10. super prag. 63. de offic. proc. Cæsar. n. 16.*
71 ac debitor se constituat carceratum loco domicilij *Sanfelic. decis. 153.* vel domi, idem *Afflict. num. 20. de Marin. ibid.* sed id recipien-
72 dũ aduertas, si debitor sit nobilis, & cautionem dederit de seruando carcere, vt ab *eod. de Marin.* habetur *à num. 11. ad fin.* & *in alleg. Præs. R. C. Parthen. Petag.* rescripta per *eundem de Marin. to. 3. alleg. 98.* dicitur enim aurea catena debitor ità deuinctus, quod & confirmat *Cons. Pret. sup. rit. 166. nu. 163. in fin.* quicquid aliter scripserit *Rocc. resp. 94. lib. 2.* & decisum referat anno 1652. contra scripta per *Prat. crimin. respons. 33. 34. 35. & 36.* qui eandem nostram sententiam confirmat.

His positis ad generalem rei notitiam, de nonnullis alijs sequitur remissiuè videamus, & primò an instrumẽtum debiti vniuersitatis
73 cum particularibus stipulatum possit via *ritus* præsentari contra particulares ipsos? & de hac re consulas *Montan. controu. 43. num. 25. Episc. Afflict. controuers. iur. cap. 12.* qui latè
74 examinat articulum, & an, & quando vniuersita-

sitatum administratores vniuersitatem obligent, & proprio nomine teneantur ? ac *Stayban.resol.*10.explanat.

Secundò, an contra hæredem, qui se pro
75 debito hæreditario obligauit, possit istrumétum præsentari, & an si proprio nomine hæreditariam obligationem susceperit? & de hoc vide *Capyc.Latr. sæpè cit. decis.*115. Aduertas
76 tamen ad quæstionis explanationem, pro eo tantùm, quod est in hæreditate teneri de proprio hæredem proprio nomine se obligantem *Capyc.Latr.ibid.num.*31.*&* 32.*de Franch. dec.* 328.*&* 648. & est quod S.R.C. per modum legis condendæ declarauit die 16. Martij 1623. vt in *pragm.* 81. *de offic. S.R.C.* & ita
77 hæredem, qui non fecit inuentarium, de proprio teneri, dixit *Vrsill.ad Afflict.decis.*137. *n.* 6.ex *Bar.cons.*157.*Dec.in l.*1.*ff.si cert. petat.* & *Aymin.cons.*139.*num.*5. Ideoq; nec hæres pos-
78 set instrumentum, ad beneficium sui defuncti celebratum, de rigore iuris *per text. l. sicut, §. pen.ff.quib.mod.pign.vel hypoth. soluit.* præsentare, vt notat *Montan.controu.*43. *n.*11. *in fin.*
79 cum non valeat liquidare instrumentum via *ritus*, qui pœna periurij puniri non potest, vel se obligare nequit *Episc.Afflict.controuers.cap.* 11.*num.*47.sed *rit.*181. *&* 186. hæredibus li-
80 quidatio contra debitorem defuncti, ac eiusdem defuncti nomine indulgetur, & rationem dat *Carauit.eod.rit.*186.*num.*7.

Tertiò, an liquidari valeat instrumentum,
81 in quo præter obligationem ad soluendum. & assertionem debiti antecedenter contracti, nil continet? videndus *Afflict.controu.iur. cap.* 21. qui etiam examinat tradita per *Stayban. resol.*132.*lib.*2.*n.*8.& *Merlin.controu.*55.*n.*18. *lib.* 1.

Quartò, an Cessionarius solus, vel cedens
82 valeant instrumentum liquidare, an verò ambo debeant interuenire? tractant *Cons.de Rosa consult.*3.*num.*44. *Montan. controu.*43. *num.*7. *&* 8.*Galter.in* 1.*par.*2.*par.num.*30.*&* 31. *Vrsill.ad Afflict.decis.*64.*num.*8.*Viscon.ad Franch. decis.* 353. & alij, quorum non paucos affert *Petr.ad rit.*166. *num.*136. qui omnes tradunt, liquidationem vtroque interueniente fieri, cum cessionarius solus non valeat, dum eidem præstitũ non fuit iuramentum, nec facta promissio, ex quibus liquidatio prouenit *Afflict.cit.cap.*11.*num.*54.*de Rosa ibid.num.*35. nec cedens, qui actionem ad alium transtulit
83 per cessionem: at si agatur in iudicio exequutiuo; cum ius exequutiuum, cedenti competens, in cessionarium regulariter transeat, cessionarius ità, vt cedens ex se agere non prohibetur, vt ex *Mauson.de caus.exequut. ampl.* 21. *num.*3.*Grass.de except. in prælud.num.*182.*Coler.de process.infor.par.*2.*cap.*2.*num.*31. *&* 33. *Cons.Rocc.responsf.*15.*tom.*2. adnotat *cit. Petr.* 138.& dixerũt *Sanfel.dec.*312.*n.*3.*&* 4. *Stayban.resol.*84.*tom.*1. *num.*3.4.*&* 5. *Gizz.ad Capyc.Latr.obseru.*58.*n.*4.

Quintò, an Fisco creditori pro pœna con-
84 tractæ contumaciæ priuatus creditor præferatur super bonis debitoris, si vtriusq; credito patrimonium eiusdem suppetere non possit ? de hac re triplicem *DD.* sententiam *Don Hieronym. Borg.inuest.lib.*2.*cap.*10.*numer.*20. adnotauit, *Carauit.* nempè in hac facti specie
85 affirmantis *rit.* 184. Fisco adiudicandam prælationem, item *Papon.lib.*2.*tit.*16. *Aresf.*1. *Clar. in §.fin. quæst.*78. & *Salgad. laberyn.par.* 1.*cap.* *num.*5. qui creditorem, vel cum Fisco
86 concurrentem potiorem volunt: tandem *Rodoer.in obseru. ad cap.* 148. *de Marin.* post *Pe-*
87 *regr.& Cabal.*concursum vnà simul Fisci, & priuati pro rata bonorum, quæ ambobus non sufficiunt, admittentis. Ego tamen cum *eodem Borg.* adeò falsum *Carauit.*placitum arbitror, vt omninò sit *Rodoer.* sententia recipienda, si *Papon.*aliorumuè Consilium, quod iuri magis consonum putò, respuere velimus ; vide
88 tamen ad rem istam *Danz.in addit.ad dec.*67. *Gramm.à num.* 126. *per seqq.* latè de ea agentem, multosque casus distinguentem, ac etiam in *tract.de Baron.tit.de offic. Baiul.obseruat.*21. *cap.* 6. *num.*8. *&* 9. vbi cum *Ann. singul.*138. *Capiblanc.de baron. pragm.*8. *par.*1. *num.*390.
89 Baiulo, petenti pœnam damni illati, præferri dominum prædij, cui est illatum, dicit.

Alia de hac re vtili, necessaria, & quæ in moribus semper est perlibenter dicerem ; at quoniam eam tactam, lepidèq; ac concinnè explicatam à *DD.* hucusque relatis agnoui, alijsque inter quos *Thor.vot.rer.iudicat.*84.ac *cons.vnic.ibid.impres. & vot.*92. & nouissimè *Cons.Pret.*qui 2.*tom.comment.ad rit.M.C.V. à rit.*166. *per alios seqq.* omnia de eadem, quæ *rituum* dispositione habentur, vel à *DD.* placito dependent, vel humana mente valent excogitari diserta, ac erudita methodo, vt moris est, tradidit, examinauit, explanauit, mihi, ac tibi Lector satisfecisse credo, quos consulas, peritissimos Iurisconsultos allegando.

Dicam tamen vlteriùs in iudicio ciuili
90 adhuc licere creditori contra debitorem exequutiuè experiri *Capyc.Latr.decis.*58. cum id ipsum ex clausula guarantigiæ, & iuramento redundet *Bal.in l.etiam, C.de except.rei iudic.Barz.decis.*43.*&* 94. *Rouit. in rubr. de liquid. instrum. num.*27. & ad id etiam vltra viginti annos actio durat ad annos triginta vsq; *Afflict.decis.*245.*in fin. Reg.de Pont. decis.* 18.*num.*14.*Carauit.sup.rit.*167. *num.*32. *Galt.* 2.*par.*1.*par.num.*35.*fol.*68.latè *Capyc. Latr.decis.*58.*Doctoresque ab eod.relat.num.*14. *Thor. vot.*84.*num.*254.255. *&* 256. *Carleual. de iudic.lib.*1.*tit.*1.*disput.*7.*num.*5.*&* 28.*& tit.*3.*disput.*4.*num.*15. quo posito, & de eo inquiren-
91 dum superest ; possit ne censuale instrumen-

tum

tum via *ritus* liquidari, si liquidatio pro quātitatibus debitis in nouissimis decem, & nouem annis elapsis petatur, aut exequutiuè procedi, quoties pro debito annorum viginti nouem agitur in iudicio ciuili? & pro resolutione primæ partis quæstionis *Galt.* maximi practici, & solertissimi præsentationis instrumentorum explanatoris *sup.cit. nu.28. fol.66.* verba libet afferre: *Hodie practicatur, quòd possit liquidari pro decem, & nouem annis, et pro aliis procedatur ordinariè*, cum indè constet, li-
92 citè liquidationem peti contra debitorem pro debito annorum decem, & nouem proximè elapsorum, quod comprobant *Thor.vot. 84. num.258.* & alibi *DD.*q; relati à *Consil. Pret.sup.rit.167.num.3.* idemq; affirmandum
93 si vigore pacti exequutiui agatur pro debito annorum viginti nouem, nisi tamen Actoris decursas annuas præstationes expostulantis confessione præscriptio detegatur, vel prompto aliquo documento, actionem nunquam antea excitatam fuisse, debitor demonstraret, quod etiā sequitur ex his, quę sępè *cit.Cōs.Pet.*
94 maxima præditus doctrina, animiq; inuicta constantia in iudicando *ibid.n.9.tom.2.* decla-
95 rauit; annua enim quælibet præstatio de per se debetur, ac singulis quibusque annis nascitur *Gusman. de euict. quæst.13. num.52. in fin. Criuel. decis. Sen. Dola.103.per tot.ad Text.l. qui negotiationem,§. ex duobus, & §.fin. ff.de admin.tutor.*, & faciunt tradita per *Amat.cons. 23.num.13.ex Bar.in l.liberatio la 2.18. §.manumissis,num.1. ver.item oppono, ff.de alim. & & cibar.leg.* & per *Milan.decis.8.num.352.* er-
96 gò singulis annis simul oritur actio ad eam, debetque denuo præscribi, vt *Carleual. disput. 4.à num.16.Rodriq.de ann.reddit.lib.2. quæst.9. num.69.Auendan.de cens.cap.103.n.8.Guttier. Felic.* aliiq; *ab eod.relat.* confirmant.

Quare asserenti, in iudicio exequutiuo ci-
97 uili, postquam actum est ad repetitionem decursarum annatarum cum protestatione, *Saluo meliori calculo*, vel, *citrà præiudicium petendi alias annatas decursas forsitan debitas*, creditori reliquum exequutiuè petere, & exigere nō impediri, per libēter annuo, huiusmo-
98 di enim protestatio creditum nō reddit illiquidū, nā vel in criminali iudicio liquidationis via *ritus Rouit.rubr.de instrum.liquid. n.24. Borrel. cons.77.* & creditoris cōfessionę adeò omnis præiudicij facit expertem, vt ab ea nil debitor pro se valeat abducere. Ergo quoties actori post decretum iudicis stabilitus ius constitutum est, cum, *Liquido iterum reddito crediti documento, omnique nebula, quæ ipsum offu-
99 scabat indicati vi fugata*, etiā post decretū in iudicio ordinario pro annatis decursis obtentū, posse exequutiua via agi cōtra debitorem, ex placito eiusdem *Petr.in rit.167.n.4. & Ep. Afflict.controu.iur.cap.49. num.30. vers. neque
100 etiam dependeat*, & ex eodem decreto, ac sine nouo libello, & processu valeat solutio, imò
101 & contractus rescissio obtineri *Rouit. consil. 37.tom.2. & Gizzarell. decis.68.* dicamus su-
102 peresse, *vt debitorem eius temporis, quod non est in indicium deductum conuenire possis*, ad placitum *Seueri, & Antonini Imperatorum in l.1. C.de indic.* & quamquam *Afflict.* ius exe-
103 quutiuum vna triginta annorum spatio summoueri dicat *cit.num.30.* tamen *vers.quod si creditor*, hæc habet: *Quod si creditor census intra viginti nouem annos, vel minori spatio decursos expostulasset, non obstaret via exequutiuæ præscriptio, nisi tamen vel ipsa met confessione actoris, vel alio prompto documento actionem triginta annorum spatio extinctam fuisse, neque intra illud tempus exactum debitor ipse doceret; hoc enim consilio non erit in potestate creditoris fraudulenta minus petitione eius, quod verè debetur, in iure præscriptionis iam quæsito præiudicare debitori, ad quod confert etiam decis.de Franch.141. aliàs si in promptu non constet, & creditor intra triginta annos exegisse assereret, debitor in via exequutiua succumberet; non enim potest exequutio censualis instrumenti exceptione in promptu non probata impediri prag. 1.de cens.&c.* Ergo quoties à principio creditori debitam quātitatem petenti præscriptionis exceptio non obstat, eidem nec potest post
104 decretum opponi, cum decretum, & solutio
105 præscriptionem interruperint, nam realem, aut verbalem ad id citationem, instrumenti productionem, ac tandem qualemqualem exequutionis petionem sufficere *ibid. vers.verum tamen, & cit.Petr.num.8. ex Carleual. disp. 4.à num.21.vsque ad fin. & Fontanell. de pact. nuptial.tom.1.claus.4.glos.18.par.5. à num.19.*
106 multa de interruptione præscriptionis tradente, habeatur.

At duo libet aduertere, quorum primum
107 est, vt in concursu creditorum superiora creditori petenti exequutiuè tertiarum solutionem non prosint, nam cum alij creditores adsint, nec dum sint rescissi contractus, isto-
108 rum ius deterius fieri non potest callida, vt dicam, confessione concreditoris, nec cuilibet credatur, donec de possessione exigēdi speciali documento constiterit; & fortiùs inter Neap.
109 habitantes, vbi solutiones fiunt per Bācum, vt idem *Afflict.* considerat *num.35.* ideoque post trigesimum annum creditum non exigi-
110 tur exequutiuè, sed dato termino in iudicio ordinario post sententiam, vel rescisso contractu per graduationem *Rouit.sup. pragm.3. nu. 12.& 13.tit.de cens.Thor.in compen.par.1.fol. 59.Capyc.Latr.decis.115.num.7.*

Alterum est, vt contra creditorem legitimè
111 impeditum agere pro credito suo præfinitū tempus viginti, vel triginta annorum non currat, adeo vt postea criminaliter, & ciuiliter

va-

valeat intra legitima tempora agere non im-
peditus ; tempus enim à iure,vel statuto pre-
113 fixum ad aliquid explicandum non currit
impedito *Coler. de process. 2.3. N.P. 329. &*
394.fol.mihi 429. neq; non valenti agere *Ep.*
Afflict.ibid.num.28.

Quærimus nunc pro coronide,dicetur ne
114 Tabellio falsum committere,si coram se fuis-
se numeratam pecuniam, pro qua aliquis se
constituit debitorem,scripserit,& contrarium
veritate comprobetur? & affirmatiuè respon-
dendum non dubito, quia & mutatur veritas,
ac debitori præiudicium infertur, ità *Surd.*
decis.284.Farin.de falsi.& simul.qu.158.nu.64.
115 *&* 80. sed quandoque posse excusari, & eo
casu, quo ità conficiendi instrumentum *Con-*
suetudo probatur; non enim dicitur in dolo
116 Tabellio, si quod in moribus omnium est,
117 recepit, ergo nec dicitur deliquisse *Farin.de*
pœn.temper.quæst.95.num.13.& de falsi. q.154.
licet *Fontanell. relat.* per *Capon. de dot. ad l.1.*
quæst.7.num.3. in fin. fol.209. dicat, rectius à
118 Tabellione fieri si instrumentum non stipu-
let, quando pecunia non adest, & partes pe-
tunt apponi, factam fuisse numerationem co-
ram eo; maximi enim præiudicij est Tabellio-
119 nis huiusmodi assertio, cum debitor indè
impediatur exceptionem pecuniæ nonnume-
ratæ opponere ad tradita per *glos. in l. si ex*
cautione,ver.probare,C.de nonnumer.pecun. &
Eman. à Costa ibid. ver. decimo nono fallit in
princ. & num. 9. & propter maximam Tabel-
lionum authoritatem,& fidem publicam, quæ
non debet decipi, nō .n. eis licere aliquid de-
120 trahere à publico instrumento, vel consen-
tientibus partibus, aut instrumētum lacerare,
vt habetur ex *Thesaur.quæst.forens.lib.3.q.63.*
121 hinc an Notarius teneatur contrahentes co-
gnoscere? tractant *Capyc.Latr.decis.138.num.*
35.de Franch. decis.262. Nouar.sup. pragmat.
15.de act. num.12. ac *Thesaur. lib.2. quæst. fo-*
rens.quæst.78.

Est & aliud genus obligationis, quæ fit pe-
122 nès acta Curiæ de aliquid dando,faciendo,
vel soluendo cum appositione pœnæ,seruata
tamen forma tradita in *pragm. 9. & 15. de*
*actuar.*quibus statuitur,capiendam per Magi-
stros Actorum, non autem per Scribas,eamq;
123 subscribendam à duobus testibus,qui obli-
gatum dicant cognoscere, ac ab ipso obliga-
to, eaq; capta in debitorem,huiusmodi obli-
gationis vinculo deuinctum, perindè habitū,
124 ac diffinitiua sententia condemnatum ad
soluendum debitum declaratum, adeò pre-
ceps, & parata datur exequutio per *rit.* 128.
125 ac ius commune in *l.eum,pro quo ff.de in ius*
vocan. ad tradita per *Carauit.sup.rit.127.n.5.*
de Franch.dec.118.num.7.& decis.200.num.22.
Afflict.decis.30.num. 2.Thor.vot.2.num.13. &
in C.rer.iudic.cas.24.num.24.Marcian.cons.24.
num.2. tom. 1. vt absque citatione, libello,
126 aut petitione,parte,cuius interest,petēte,vel
absente incusetur *Dāz.infra cit.n.69.*aut legi-
127 timo procuratore,ad id peculiariter consti-
tuto tanquam in rem propriam, *Marcian.*
cons.54.num.3.eod.tom.Danz.in pugn.D.D. tit.
de instrum.cap.3.nu.7.Capiblanc.de baron.prag.
8.pa.1.num.358.Montan.controu.43. num.12.
128 qui indè differentiam inter incusationem
obligationis, penès acta stipulatæ, & instru-
menti liquidationem considerat,& disparita-
tis rationem assignat, ex *pragmat. 22. §.*
11.ff.de offic.magist. iustit. de Franch. ead.decis.
*118.num.8.& 9.Thor.vot.54.num.15.*vbi cō-
129 trarium seruari Monopolitana in Ciuitate,
& quare? ac varia de priuilegio Brundusino,
130 dicit: factaque incusatione,litteræ, quas di-
131 cimus exequutoriales, tàm pro exequendis
bonis, quàm pro restrictione personali debi-
toris obligati, ad electionem creditoris rela-
xantur *Nouar.quæst.forens.59.numer.1.Capyc.*
decis.46.& 159.*de Marsil.sing.*398. earumque
132 exequutionem, nec iudicis decretum, quo
supersederi sit dictum cum cautione de soluē-
do debitum, & pœnam) quoties aliter decer-
nendum fore videbatur) vt in *pragm.44.* §.1.
133 *eod. tit.* nec iudicium pendens dilationis
quinquennalis, vt in *pragm.2.de instrument.li-*
134 *quid.* nec remedium nullitatum propositum
*Afflict. decis.*387. nec absolutio petita à iura-
135 mento *Idem decis.30.*& *Nouar.quæst. forens.*
159.*num.1.in fin.* cunctantur; debitor enim
in vinculis constitutus, aut facto debite pecu-
nie deposito exauditur, vt *pragm.63.§.2. de*
*offic.proc.Cæsar.*percipitur,idque adhuc seruā-
136 dum, si vnus tātùm testis subscripserit obli-
gationem,voluit *Thor.in C.rer.iudic. cas.60. à*
*num.*174. cum à iure communi testium sub-
137 scriptio non fuerit requisita *Gramm. consil.*
65.num.2.Carauit.in rit.128.& pragm. dispo-
sitione, quę duorum saltem testium subscri-
ptionem requirit,non videtur obligationem
coram vno stipulatam annullasse.

Nec tantùm contra debitorem incusatur,
138 sed & contra heredes, qui tamen citari de-
bent ad opponendum, si quid valeant oppo-
139 nere aduersus petitam obligationis incusa-
tionem, vt voluere *Galter.2.par.2.par.prin.nu.*
32.& 33. Capyc.Latr. decis.102. num.22. vbi
S.R.C. refert decisionem *Nouar. cit. quæst. fo-*
rens.159.num.5.tom.1.

At huiusmodi obligatio vt incusari valeat,
140 duo principaliter debent concurrere, alterū
scilicet, vt decennium à die debitæ solutio-
nis,aut debitæ rei præstationis, & facti pro-
missi adimplementi nō sit elapsum, vt *in rit.*
128.vbi *Carauit.num.5.*& dixerunt *Afflict. in*
constit.regn.dilationes,nu.22.Muscatell.in prax.
appellat.p.1.in glo.infirmo,nu.89.& in prax.fi-
deiuss.p.1.n.20.Danz.vbi sup.c.3.n.65.cū seqq.
ra-

rationem reddens *num.72.* nam post quàm anni decem sunt elapsi, incusatio fieri non po-
141 test, nec citatio ad dicendum causam quare contra debitorem exequutio fieri nequeat, sed illa permittitur ad dicendum causam, cur non
142 debeat obligatio incusari, vt ex ijsdem *cit. Author.* habetur, *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 4.* alijsq; relat. per *Gizz. ad Capyc. Lat. obseru. 58. à num. 14.* & *Nouar. ead. quæst. 159. num. 4.* talis enim decennij lapsus creditori
143 præiudicat non modò in obligatione non incusata, sed & in illa, quę fuit incusata, cũ debiti solutio præsumatur, ac ideò debitor ne-
144 queat molestari, idem *Nouar. quæst. 136. to. 1. Anchar. cons. 40. num. 2. Dec. cons. 305. num. 4.* alijq; ab eod. relati.

Alterum est, vt de mandato Iudicis, siuè in
145 eiusdem præsentia stipuletur *de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 149. Luc. de Penn. in l. instar C. de iur. fisc. lib. 10. Afflict. in constit. magistri camerarij n. 14.* & *in constit. cordi nobis, n. 17. Maran. in prax. par. 6. art. 10. nu. 19. Vrsill. ad Afflict. decis. 3. num. 8. Borrell. cons. 38. à nu. 9. Galt. par. 1. 1. pert. num. 39. fol. 29.* qui iuxta sententiam *cit. Vrsill.* mandatum Iudicis de capien-
146 dis obligationibus per actuarios semper præsumi in M.C.V. asseuerat, idemque de re-
147 gijs prouincialibus Audientijs propter condexionem, quæ inter eas, & M.C.V. intercedit, & priuilegia, quæ inuicem vt plurimum communicantur, dicẽdum reor, hincq; demanasse
148 praxim stipulandi obligationes non solùm in Curijs, sed & in domibus priuatorum, publicisque in vijs, & vbique, de qua testantur *Carauit. cit. rit. 128. num. 12. Afflict. dec. 335. & Nouar. cit. quæst. 159. num. 6.* nam cum facultas actuarijs à Iudicibus tradita præsumatur, sequitur, vt illis absentibus, & extra Curiam
149 possint obligationes stipulari, id verò dicẽdum nõ esse duco respectu Curiarum Oppidorum, Castrorumque huius Regni, ideoq; in ipsis cautelam à *Galterio* traditam: & à *de Marin.* rescriptam, retinẽdam esse; cæterum an
150 valeant actuarij ex se obligationes cãcelare etsi non intersint testes? tractat *Nouar. q. 154.* & concludit pro negatiua, sed praxis quotidiana contrarium approbauit, nam Iudicis decretum, aut partium conuentio, quæ debent præcedere, actibus, ab actuario gestis, fidem augent.

Cęterum obligationes sicut stipulari, ità
151 incusari die feriata non prohibetur, *Thor. in C. rer. iudic. cas. 24. num. 15. Nouar. ibid. num. 6.*
152 (qui *num. 7.* dicit exequutoriales litteras, nec opus à nouo Gubernatore subscribi, ac exequutioni demandari cum subscriptione præteriti Gubernatoris) *& collect. 13. ad pragmat. sub tit. de actuar. n. 16. & seqq. Specul. tit. de fer. §. sequitur, vers. quid si in ferijs, Viu. decis. 75.*
153 actus enim incusationis voluntariæ iurisdictionis dicitur, qui semper valet explicari *l. in causæ cognitione, §. causa verò cognita, ff. de minor. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neapol. 30. p. 1. Guid. Pap. dec. 215.*

Obligationes fideiussorum in præsenti etiã
154 penès acta fiunt *Muscat. in prax. fideiussor. par. 1. modo 5. num. 3. Thor. vot. 63. num. 28.* & de eis idem, quod superius dictum est, affir-
155 mare conuenit, sed actuarij, fideiussiones capientes, si obligati non sint soluendo, ad cõstitutum debitum, tenentur de proprio ratione officij, vt per *Text. l. 2. §. fin. ff. de magistr. cõuen. & instit. de satisdat. tutor. §. sciendum,* dixerunt *Gabal. resol. crimin. cas. 73. de Franch. dec. 480. Seraphin. decis. 576. p. 1. Nouar. collect. 14. sup. pragm. 17. de actuar. nu. 2.* sed in subsidium,
156 principalium obligatorum nomine excusso, *Gratian. decis. March. 69. Cõs. Staiban. resol. 31. tom. 1. num. 28.* & confirmatur dispositione *cit. pragm. 17. de actuar.* in qua actuarijs termi-
157 nus quatuor mensium à die sequutæ incusationis præfinitur ad excussionem faciendam, quo elapso contra actuarios exequitur, & si non dum facta fuerit excussio: hinc notabili-
158 ter aduertendum, absque deposito, nec in vinculis constitutũ, actuarium in suis iuribus exaudiri, cum id, quod supra, vt aduersus obligationes non concedatur debitori allegatio exceptionis absque deposito, vel carceratione, non extendatur ad actuarium, qui non obligatur ex iuramento, sed tantùm ratione officij, nec eodem modo tenetur, ac principalis debitor obligatus ad *Text. l. 1. §. sed & si satis non exegit, vers. priuilegium, ff. cit. tit.* & tradita per *glos. ibid. & cit. Stayban. à nu. 29. ad fin.* qui etiam decisum testatur *num. 31.* & quæ nam actio contra actuarios oriatur, hypothecaria
159 ne, an verò personalis? habetur in *cit. collect. 14. Nouar. num. 8. & 9.* qui personalem dari creditori contra actuarium, ac decisum fuisse die 6. Februarij 1627. hypothecariam verò
160 fauore Fisci, dicit, vt etiam traditur in *decis. 83. Rouit.* penès quem etiam, *decis.* tamen 28. videndum, an, & quando possint fideiussiones præstitæ pro recta administratione Banci restringi?

Aduertas insuper actuarium non teneri in
161 casu deficientię fideiussoris, quoties vel partes non idoneum elegerunt fideiussorem, vt *arg. text. in cap. damnum de reg. iur.* & per *decis. Ricc. 49. part. 2.* dixit idem *Nouar. num. 14.* vel iudicis mandatum de recipiendo talem determinatũ fideiussorem intercessit *Ludou. decis. Lucens. 33. & Nouar. ibid. num. 16. cum seqq.*

Diximus aliàs, substituentem in exercitio officij teneri ciuiliter ex gestis per substitutũ; ideòque etiam ex fideiussionibus captis obli-
162 gari propter factam substitutionem, non dubitari; sed hoc tunc verum esse scias, cum

de

163 de re ad officium spectante est fideiussio;
nam si de alijs erit, periculum fideiussionis
non subibit substituẽs,qui ità substituere præ-
164 sumitur,vt substitutus ad officium spectan-
tia faciat, vt optimè fundauit *de Marin. resol.*
quotid.lib.1.cap.3.& confirmauit idem *Nouar.*
*num.11.12.& 13.*subdens, de his teneri sub-
stituentem , quæ officij necessitatem , & regi-
men concernunt.

Bancalis apocæ circa paratam exequutio-
165 nem post recognitionem,& legitimam pro-
bationem idem ius statuitur in *pragm.63.§.6.*
de offic.procur.Cæsar. cum non aliter,ac in vin-
culis constitutus debitor , vel facto deposito ,
possit audiri, iuxta ea , quæ diximus de obli-
gationibus penès acta,& testantur *Thor. vot.*
2.num.18. & vot.85. num.28. omnesq; reco-
166 gnitio enim,quæ partis confessio, & appro-
batio est, *l.cum de indebito, ff.de probat. Sanfe-*
lic.in prax.sec.51.num.10. Gizz. ad Cap.Latr.
decis.55. nu.4. à quouis alio probationis one-
167 re creditorẽ excludit,etiã si pro facta habea-
tur propter contumaciam conuenti,ac iudicis
decretum, ità declarans , vt in *decis.502. de*
Franch.Guttier.cons.37.& lib.1.pract.qu.122.
Petr.ad rit.M.C.120.num.5.tom.1. cum ibidem
notat.Nouar.collect.10. cit. pragm. num.12. &
forens. quæst.70. par.2. quicquid aliter referat
168 in contrarium decisum *Masul. in addit. ad*
*decis.139.Capyc.nu.12.*idq; tam vigore *cit.hu-*
169 *ius pragm.*quam iuris communis,ad tradita
per *Ant.Gabr.lib.1. tit.de præsumpt. conclus. 3.*
num.7.Menoch.præsumpt.66.nu.12.& 13. lib.
3.Barz.decis.21.& 36. probat *Rouit. sup. ead.*
pragm. num.33. Ideoq; nedum principalem
170 debitorem apocam ab eo subscriptam , sed
hæredem,prout filium sui patris, vxorem viri,
dominum sui institoris recognoscere opor-
tere,probant *Dec.in cap.1. num.25.de probat.*
Mandoz. ad Rom. cons.573. Vrsill. ad Afflict.
decis.85.num.6.& decis.173.num.1.Gramm.de-
cis.34. num. 16. Anna sing. 277. alijq; relat. à
Petr.sup.rit.174.num.3. Capyc. Latr. decis.55.
tom.1. qui *nu.8.* ad materiam recognitionum
apodixarum , aliarumq; priuatarum scriptu-
rarum videndos allegat *Couarr. pract. quæst.*
cap.22.Koppem decis.seu quæst.46.per tot.Scac.
de iudic.causar.ciuil.crimin.&c.lib.2.cap.11. n.
*933.cum seqq.*ac *Genu.de script. priuat. qu.14.*
lib.1.& vide *Sanfelic.* nunc citandum: & con-
171 uentus abnegans propriam scripturam, qua
conuenitur,si conuincantur,punitur, prout in
*pragm.*de qua *Galter.1.par.par.1.num.47.San-*
*felic.in prax.iudic.sect.51.n.15.et 29.*nõ autem
vt in *authent.cõtra,C.de nonnumer.pec.*& alibi,
172 & posset quandoq; etiam criminaliter si
mendax legitimè conuincatur *Cabal.resol.cri-*
min.cas.251.cent.3. nec affirmatiuè facta dici-
173 tur recognitio si interrogatus debitor, *Quę*
visa sunt veluti similia quidem , non tamen per
omnia similia, esse dixerit , vt in *authent. de in-*
strum.cautel. & fid. §.si quis igitur , & ad alias
174 deueniendum probationes , de quibus in
eod.tit. apud *Marcian. cons.6.n.11.Sanfelic.de-*
cis.55.& 56. Amat.cons.53.à num.5.

His positis ad generalem huius rei , de qua
175 agimus,intellectum , de alijs superest videa-
mus , & primò an fori declinatoria censeatur
à *pragm.*denegante conuentis debitoribus au-
dictia absque deposito, vel eorũdem carcera-
tione , censeatur exclusa , tàm si à debitore
exceptio huiusmodi proponatur, quàm si Ba-
ro,cuius interest.cognitionem causę habere,
remissionem petat ? Et in hoc articulo , post-
habito eiusdem examine, tanquam minus ne-
cessario , non aliter respondendum esse dici-
mus,quàm generali totius S.R.C. decreto ad
176 modum legis die 28. Septembris 1616. de-
claratum fuit, *In causis, scilicèt, motis,& mo-*
uendis vigore apocarum , directarum publicis
bancis , non esse admittendam exceptionem fori
declinatoriam,siuè proponatur a parte,siuè à Ba-
rone, aut quauis alia Curia, prætendente causæ
remissionem virtute quorumuis priuilegiorũ, nisi
fuerit factum depositum per debitorem conuen-
tum,vel se constituerit in vinculis , vt ex *eodem*
Reg.Rouit. habetur *num.51. Sanfelic.dec.154.*
ac *Thor.in vot.85.num.27.vers.nec etiam*, ha-
betur .

At rigor *pragmaticæ* viget, dum agitur cõ-
177 tra principalem,qui argentariæ mensę apo-
cam direxit, vt declaratam in ea quantitatem
creditori suo soluat, quare, debitore mortuo,
178 non eadem datur actio contra hæredem ,
qui non prohibetur exaudiri in iuribus suis
quandocumq; vel absque deposito, vt *Nouar.*
affert decisum *cit. collect.10.ad pragm.63.de*
offic.proc. Cæsar.nu.13. quicquid aliter videa-
179 tur inferri ex dictis per *Gam. decis. 369.* na-
180 scitur enim actio,ac rigor *pragm.* ex debito-
ris subscriptione in apoca argentariæ mensæ
pro solutione directa, quasi rectè legis quod-
libet auxilium,& exceptio debitori,qui apocã
subscribendo, & debitum fatetur , & solutio-
nem pro se fieri mandat,denegetur;sed an idẽ
181 sit,dum quis apocam subscribit solutionis,
vt alterius procurator? examinat *Montan.con-*
trou.43.nu.26.,& concludit, explicando *text.*
l.fin.ff.de instit.act.& l.quidam, ff.de constit. pec.
182 quolibet in casu , quo de constituta pecu-
nia tenetur scribens,contra eundem *reg. prag.*
dispositionem procedere; idemque iuris esse ,
183 si Titius dixerit , *Pagate ducati tanti à Caio*
per tanti, che li deue Francesco , voluit *de Ma-*
rin.resol.quotid.to.1.cap.25. ex *Bero. cons.199.*
& Card.Tusc.pract. conclus.lit.P. conclus.823.
num.18.& num.5 .& 6. competere huiusmodi
184 debitori , facto deposito , vel in vinculis
constituto , excussionis principalis beneficiũ,
affirmauit.

Insuper nec eadem oritur actio cōtra prin-
185 cipalem debitorem, si absq; apocæ subscriptione ad soluendū, debitor effectus appareat per scripturam, quam banci partitam appel-
186 lamus, nā licet per eā debiti legitima solutio arguatur, vt præ cæteris tradidere *Stayban. resol.165.cent.2.Petr.cū alijs, ab eodem relat. sup. rit.166. tom.2. num.168.* etiam ad impedien-
187 dam liquidationem, probandamque con-
188 cludenter debiti satisfactionem, etsi non sit
189 totius debiti, sed dicat ad complementum, & pro resta *Mascar.de probat.concl.1319.n.2. Escob.de ratiocin.admin.c.37.n.3. Gratian.disc. forens.c.581. num.1. to.3.* alijq; de hoc tamen debito *pragm.* sensisse, non est, quod affirmare nos impellat; sat quidem partita bāci prodest
190 ad fundandum debitum, & causam, quam apoca, vt exequutionem habeat ad formam *regiæ pragm.* debet continere, vt decisum tradunt *Petr.in rit.176.in fin.nu.69.* & *Epis. Afflict.in addit.ad cap.30. controuers.iur. num.70. fol.468.* & per eam illius quæstionis, an debi-
191 tor aduersus apocam bancalem exceptionē nonnumeratæ pecuniæ possit opponere, & in ea sit audiendus absq; deposito, & quando? vt in *dec.111.R.Cap.Lat.& dec.152.R.Sanfelicij,*
192 & an possit saltem per fideiussorem opponi? vt in *resol.31.n.28.to.1.resol.forens.Cons.Stayb.* occasio summouetur, dicitur enim apertè ap-
193 parere de solutione pecuniæ per eam, etiam
194 si non dum à banco fuerit pecunia exacta per giratarium creditorem, cum loco nume-
195 rationis sit apocæ traditio creditori, & ordo banco directo de soluendo ità, vt nec pos-
196 sit postea reuocari, vt habetur per *Sanfelic. decis.157.tom.2.Rouit.decis.35. nu.8. Stayban. resol. forens. 165. tom. 2. per tot.* & nouissimè *Montan. de regul.argentariæ, num.29. fol.285.*
197 cæterum nec licere Iudici, postquam de debito per partitam banci constiterit, litteras exequutoriales contra debitorem citatum relaxare, censeo, cum non ex ea, qua pecuniam numeratam fuisse debitori constat, sed ab apoca à debitore subscripta, creditoriq; tradita, pragmaticalis rigor nascatur, videaturq; ideò eidem, siuè debitoris recognitione, siuè testium depositionibus, alijsq; probationibus consuetis non comprobatæ exequutionem nec concedendam esse; & vigore partitæ ban-
198 ci, aut bilancij an detur creditori actio exequutiua contra debitorem? maxima fuit contemptio in causa Banci A.G.P. cum Illustri Marchione Castrifortis inter excellentissimos vtriusque partis aduocatos, & quicquid videretur in eadem causa respondendum, ac de-
199 creuerit S.R.C. ad relationem R. Consiliarij D.Michaelis Muscettulæ viri patritij, integerrimi, & peritissimi Senatoris in banca de Fusco, illud tanquam certum afferam, libris ar-
200 gentariæ mensę credendum præcipuè in hac fidelissima Ciuitate ex traditis per *Excobar. de ratiocin.cap.11.num.7.Menoch.de arbitr.cas. 91.num.14. lib.2. cent.1.* alijsq; at non ità, vt
201 indè actio exequutiua oriatur contra tertiū, ex eis debitorem apparentem, cum huc usque non inuenerim argumentum (quod ego mallem) quo probetur contrarium, probatumq; pacato animo recipere, valeam; quādo cōtrarium authoritas *Reg.Cons.Rocc. in respons. 15. tom.2.num.4. Anton. Amat.variar.iur.resol.57. num.7.tom.2.* suadeat; campsorum enim à li-
202 bris, apocisq; crediti exequutio parata dimanat contra bancum, eiusq; ministros, qui ratione officij, & ad publicam custodiendam fidem obligantur, ità vt exhibenti apocam à ministris, seù officialibus approbatam, vel fidem crediti in continenti sit facienda solutio, & si eadem quantitas alij soluta fuerit,
203 vel iudice demandante *Rouit. decis. 13.* & comprobat *Montan. de regalibus, §. argentaria a num. 26. ver. superest*, & deducitur ex verbis *pragmat.79.de offic.S.R.C.§.17.Si fa lo mandato al banco per il pagamento, e lo banco è obligato pagare vn'altra volta, e per poterlo ricuperare da quello à chi fù indebitamente pagato si fà lite immortale*; nam
204 est tanti ponderis campsoris promissio, vt si facta fuerit sub apoca alicuius, qui non esset creditor, & decoxerit, non ideò excusetur, vt per *Salyc.in l.si filius la 2.ff.ad Maced.& in l. pro debito, C. de bon.author. iudic.possiden. Barb.cons.37. vol.1.* alijsq; probatur, & faciunt verba *Cons.Stayb.in obseru.ad sup.cit.cap.165.*
205 *to.2. à nu.9.* nec beneficium excussionis habeat *Purpur.in l.singularia, ff.si cert.petat.* traditq; *Cons.Rocc.in notab. mercat. notab. 56. & 170.* nam secum illa debitum ducit, & promissionem, *l.plures apochis, C. de fid.instrum.,*
206 & malè soluens Bancum non aliter excusatur, quàm si fide crediti restituta soluerit *de Franch. decis.304.Consil.Rocc.respons.15. n.6.* & decisum refert *Thor. in addit. ad decis. 46. R.Salernit.* sed ista non videntur ad tertium debitorem apparentem extendi posse.

At multis in casibus rigor *pragm.* contra
207 debitores temperatur, & primò si agatur contra minorem, cum apoca ab eodem subscripta, vel Curatore eius consensiente, exequutionem paratam non habeat *Rouit. in pragm.63.de offic.proc.Cęsar.§. in primis, n.63. Nouar.sup.ead.collect.10.num.15. Thor.in supplem.compen. ver.apoca subscripta, Cons.Petr. sup.rit.166.n.104*

Secundò, si agatur contra girantem non
208 requisito scribente, proüt decisum tradit *Galter.in prax.liquid.crimin.par.1. 1.par.n.46.*
209 & an contra giratarium actio exequutiua detur giranti? *Thor. in compend. par.1. tom.3. ver.apoca bancalis*, qui & alia confert in *addit. ad.decis.46.R.Salernit.*

210 Tertiò, si fuerit opposita exceptio hostica *Nouar. vbi sup. num. 17. Thor. in compen. par. 2. ver. exceptio hostica.*

Quartò, si fuerit facta præuentio seruata
211 forma *regiæ prag. vnic. de præuent. moderan.* ac iuxtà tradita per *Anichin. de præuent.* & *Petr. sup. rit. 168.* nam per eam instrumenti
212 liquidatio, & obligationis incusatio *Afflict. decis. 387.* ac apocæ bancalis exequutio impeditur *Afflict. in constit. regn. causam per magistros, n. 10. Reg. Tap. in iur. regn. tit. de apoc. in cit. pragm. 63. §. item si supplica numer. 4. de offic. proc. Cæsar. Rocc. respons. 10. tom. 1. num. 3. Stayban. resolut. 31. tom. 1.* & *Amat. variar. resolut. tom. 1. resol. 36. per tot.* multa de exceptione præuentionis tradens, etiam in terminis iuris communis, verùm si præuentioni iu-
213 ramento fuerit renunciatum, eam non obstare habetur apud *Vrsill. ad cit. decis. 387. Afflict. num. 2. de Franch. decis. 670. n. 3.* aliosq; à *Cons. Petr. ibid. num. 4.* recensitos, prout nec
214 obstare, vel absque iureiurando facta per pactum, duorum consensu confirmatum, isto siquidem casu tenet renunciatio præuentionis adhuc non iurata, & iuris futuri, vt dixerunt *Carauit. in rit. 168. num. 1. vers. quæro primo, & Anichin. de præuent. cap. 7. quæst. 1. num. 26. & 28.* confirmaturq; dispositione *l. pactum 47. ff. de pact.* in qua eo casu, *licere sui iuris persecutionem, aut spem futuræ perceptionis deteriorem constituere,* habetur.

Quærendum modò superest, an sicuti in M.C.V. instrumenta liquidari ad formam *ritus*, obligationes capere, & incusari, litterasq; exequutoriales relaxari contra debitores, apocasq; liquidari posse, diximus, nec facere
215 inhibitiones S.R.C. permissum, ità quoq; in Curijs magni Admiratus, nobilis Artis Sericę, ac Artis Lanæ idipsum fieri legitimè cō-
216 cedatur? & de obligationibus capiendis, eisque liquidandis, ac liquidandis apocis, relaxandisque litteris exequutorialibus in vnaquaque ex eis contra subditos, & administrātes legitimè inuectam esse *Consuetudinem*, & præscriptam non dubitatur adhùc amplissimis priuilegijs, & concessionibus attentis; idque non modò in casu, quo conuentus
217 debitor ditioni Magni Admiratus, vel Cōsulum vtriusque Artis subest, verùm si tantùm creditor eorum iurisdictioni subijciatur, seruandum puto, nam in causis summarijs, &
218 exequutiuis, vt sunt enunciatæ, fori declinatoria nequit peti *Sanfelic. decis. 371. num. 3.* nec fieri electio, aut variatio, *Nouar. de elect. & variat. for. quæst. 43. per tot.* & actionem in vno, vel altero foro proponere, adeò agentis ex
219 voluntate dependere, vt si in regijs Tribunalibus agatur, sit ibidem procedendum, nec actor sui Baronis delusor priuilegiorum habeatur; licet enim Barones vasallis soleant
220 prohibere, ne regia Tribunalia in præiudicium eorum iurisdictionis adeant *Anna singul. 62.* & de hoc morem esse in Curia Nobi-
221 lis Artis Sericę, audio, in huiusmodi tamen
222 causis idem facere non valent, ac huiusmodi facientes prohibitiones à Regijs Tribunalibus puniri, dicunt *de Ball. tract. var. lib. 4. q. 2. num. 59. Osasc. decis. Pedemont. 78. num. 12. Petr. Gregor. de concess. feud. par. 8. quæst. 16. nu. 111. Bursat. cons. 397. lib. 4. n. 19. Surd. cons. 210. nu. 10. lib. 2.* De liquidatione, seu præsentatione
223 instrumentorum ad formam *ritus* idem dicendum esse reor ex traditis in *dec. S. R. C. 43. in fin. R. Tap.* in qua de remissione causæ liquidationis ad curiam Admiratiæ à S.R.C. liquet, quod respectu curię Artis Sericę, & Lanæ recipiendum esse, ratio æqualitatis priuilegiorum, quorum vigore criminalem, & ciuilem iurisdictionem habent, prout *de Franch. decis. 722. num. 18. Ricc. in addit. ad decis. 679. eiusd. Nouar. in prax. elect. & variat. for. qu. 64. num. 2. fol. 339.* alijque sparsim testantur, suadet.

Et hic postquam de Curia Nobilis Artis
224 Sericę diximus, latiùs de eiusdem præstantia, ac nobilitate aliquid conuenit loquamur; & quàm cæteris præstet, ac nobilitate præcellat, & magnitudine nulli prorsus latere potest,
225 si eiusdem origo, quam à regali Ferdinandi Secundi Regis Aragonorum fastigio suscepit in hoc Regno anno 1465. priuilegijs, quibus Inuictissimorum Regum munificentia fuit dignata, spectata qualitas honestissimorum Ci-
226 uium, ac etiam Patritiorum, & Procerum, qui inter exercentes adscribi voluere, ac maxima omnibus promanās vtilitas spectentur: ille enim, vt tantæ Artis proprio auspicio ter-
227 minos prætenderet, & ad culmen non vulgaris magnitudinis extolleret, societatem cum Marino de Cataponte textore Veneto non est dedignatus inire, ac innumeris primùm priuilegijs eam decorauit.

Regitur modò per tres Consules, qui sin-
228 gulis quibusq; annis eliguntur, & ex selectioribus viris vnus ex Neapolitanorū Mercato-
229 rū, vnus ex Mercatorū exterorum cetu, ac tertius ex numero Sericariorum, & qui ab officio eiusdem generis per quinquenniū, ab alijs verò per trieniū vacauerint, *l. 2. C. de muner. &*
230 *honor. lib. 10.* istiq; præsunt Arti, ac Tribunali eiusdem, & cum voto iudicis, quem eligunt *de Frāch. dec. 722. n. 17. & 18. Nouar. ibid.* ius di-
231 cūt in causis ciuilibus, ac criminalibus omnibus, in quibus reo pœna infra mortē naturalem venit irroganda, vt ex decreto S.R.C. interposito die 27. Septembris 1567. confirmante decretum alias interpositum die 11. Februarij 1591. habetur, & à decretis, vel ad
232 idem S.R.C. in causis ciuilibus inter partes; & criminalibus, in quibus adhuc Fisci pa-

V 2 tioni

troni M.C. V. instantia requiritur *de Franch. decis.679.Nouar.ead.quæst.64.* vel ad R. Cam.
233 Summariè in causis interceptorum,vel eiusdem Artis interesse respicientibus,appellatur.

At fori præsidiales petitiones virorum Ar-
234 tis admittuntur si ijdem & Artem exerceantur, & in matricula sint descripti ad *Text. l.petitiones, C.de aduocat.diuers.iudic.Nouar. cit.quæst.64.de Franch.decis.* 481. qui *Ricc. & DD.ab eod.relat.* & *Sanfelic.dec.*21.vbi plures
235 refert decisiones S.R.C.quibus filijs, vxori, famulis, alijsq; familiaribus cõpetere fori declinatoriam propter patris,mariti, ac domini
236 respectiuè exercitiũ,& matriculã fuit declaratum,& pro filijs facit doctrina *Io:de Plat.in l.filijs,num.4.C.de decurr.lib.10.in l.viros,C.de comit.consistor.lib.12.in l.ne ad diuersa 4. C. de silent. lib. eod. & in l. eos qui 6.C.de.fabricens. lib.*10. qui tenet, priuilegium, alicui concessum ratione professionis,& exercitij ad filios, existentes in seruitio transire; ac etiam *Decian. tract.crimin.lib.4.cap.9. à num.49. & 50. de Graff.de effect.clericat.effect.1.à nu.189. per 206. Tho. de Bene de immun. cap. 4. dubit. 23. sect.2.à num. 14. Nouar, quæst.forens.98. nu.2. par. 1.* Affirmantium priuilegium fori patris,
237 & aui clericorum viuentium filijs prodesse ad declinandum forum; pro vxore adest *decis.363. de Franch.* eiusdemq; confert alia *de-*
238 *cis.416.*quibus,immunitatẽ mulieri propter viri priuilegium, & exercitium cõcedendã ad *Text.in l.penult.C.de fabricens.lib.10.& l.ne ad diuersa,C.de silentiar.lib.12.* dicitur:limita-
239 tionem tamen, de qua idem *de Franch. cit. decis.363.n.4.*ac etiam 234.*ad text.l.hæres absens,ff.de iudic. & rit. M.C.V,* 234. *incip. item vbi pupillus,* attende; ac tandem pro familia-
240 ribus adest etiam *decisio Capyc.* 21.Quare, cum ratione exercitij exercentibus Artem Sericã fori priuilegium sit cõcessum,nec viduis,
241 alijsque priuilegiatis personis licere forum declinare, vel variare, ac per consequens dispositioni, *l.vnic.C.quando Imper.inter.pupill. & vid.* derogatum dici, ne per litigantes illi à proprio foro diuertantur, voluere, decretumuè quàm sæpè, tradidere *Nouar.quæst.64. Tap.decis.13.nu.5.& dec.43.nu.4. & de Bott. in addit.ad constit.statuimus de magist.iustit.ver. miserabilium.*

Ex his patet, quàm maturè R.C.S. die . . mensis Iulij 1678.referente Dom. D.Nicolao Gascon meritissimo eiusdem Præsidente Cõ-
242 missario, peritissimo Aragonensi,optimisq; moribus, ac maxima integritate prædito decreuerit, electionem Consulum Artis Sericę faciendam esse ad formam solitam exclusis
243 Banderarijs, qui pertinaciter institerant, comprehensos actiuè, & passiuè in electione Consulum,& Gubernatorum Cęnobij puellarum eiusdem Artis declarari, nullo enim iure possint dici habiles ad huiusmodi dignitates consequendas; nam nobilissimæ Artis
244 *Constitutionibus,* quæ collegiatos omnes ligant, *l.receptitia,§.ys videlicet, C.de constit.pecun.,* approbatis per eandem R.C.S.,non alijs, quàm mercatoribus, textoribus, alijsq; certis artificibus munus illud, & honorem conferẽdum esse, traditum fuit: ergo Banderarijs in præiudicium admissorum concedi nequit; licet enim iurisdictioni Consulum subsint propter matriculam,& exercitium de *Franch. de-*
245 *cis.*381. non ideò Consules esse valent, nec Gubernatores, cum nec ex alijs artificibus admissis sint, nec rectè possint (quod fortè
246 mallent) mercatores appellari, vt apertissimè probatur per tradita in *quæst.*23.*Nouar.in prax.variat.& elect.fori fol.mihi* 303. *Iason.in l.cæteras,§.sed & si quis ad opus.q.*16. *de legat. 1.Amen.in addit.ad cit.dec.de Frãch.*381.*Lagunar.ad Rou.in rubr.de mercat.offic.probi.in prin. & n.3.* ac latè *Surd.dec.*313.qui non pauca de
247 mercatorũ differẽtia ab artificibus afferens, multùm attendi vulgi opinionem ad digno-
248 scendum, sit ne aliquis mercator, aut artifex? ac legem, siuè statutum de mercatoribus
249 loquentia, secundum communem dicendi vsum accipienda *n.5.*concludit iuxta *Abb.*sententiam in *cap.1.nu.38.in fin.de iudic.& Strac. in tract.de mercat.in princ.num.12.& seq.*ideò-
250 que cum de illis omnium sententia, ac votum sit, & veritas manifesta, vt sarcinatores potiùs, quàm mercatores dicantur, nec eisdem, quod proprium mercatorum est, dici potest concessum, aut indultum,& communicatum.

Afferam tandem ad operis complementum
251 decretum S. R.C. ad fauorem exercentium Artem Sericam, fori declinatorias eorundem admittens in causis criminalibus, cuius mentio superius facta est.

In causa Honorabilium Consulum Artis Serici Ciuitatis Neapolis cum Regio Fisco, & M.C.V.super petita remissione causarum criminalium ad eosdem competente.

Visis priuilegijs, capitulis,& decretis per ipsos Consules in S.R.C.exhibitis, auditisque in eodem S.R.C.dictis Consulibus, ac Procuratoribus, & Aduocatis ipsorum, nec non Magnificis Iudicibus M.C.V. & R.Fisci Aduocato,prouisum,& decretum est per idem S. C. quod decretum olim interpositum per aliud Consilium tempore Serenissimi Regis Federici, cuius tenor talis est,v3. Die 11.Februarij 1501. Neapoli in causa Regij Fisci cum Consulibus Artis Serici Ciuitatis Neapolis super petita remissione causarum criminalium,spectante ad dictam Curiam Artis Serici, & alys vt in actis latiùs continetur. Auditis in S.R.C.Maiestatis Regente M.C. Vic. & Berardino de Marchisijs Iudice dicta Curiæ

Curia Artis Serici, & visis regijs litteris, decretum est per decretum S. C. quod omnes causæ criminales, de quibus venit imponenda aliqua pœna præter pœnam mortis naturalis remittantur ad dictam Curiam Artis Serici, vbi verò venit imponenda pęna mortis naturalis consultetur Regia Maestas, vt indè prouideri possit. Hoc suum dicto S.C. super prædictis sollemniter interponente decretum seruetur, & seruari debeat iuxta ipsius prædicti decreti seriem, & tenorem hoc suum, &c. lectum latum, & publicatum est in eodem S.C. Neapolis die 27. Septembris 1507.

Angelus Secretarius.

Neq; credas propter decreti verba, *Omnes causæ, de quibus venit imponenda aliqua pœna præter pœnam mortis naturalis, remittantur*, nunc
252 causæ remisionem denegandam Consulibus Artis Sericę, quoties vel delictum non constat, vel adeò leue est, vt nulla pœna possit irrogari criminato, quasi remissioni tunc locus non supersit; nam aliter dicendum esse, cuilibet licet nec temere affirmare; olim enim
253 ità in moribus fuisse decernendi, at nunc etiam innocentes, & qui non valent puniri ad
254 decus Baronalis iurisdictionis, remitti, posseque tamen mandari Baroni, vt statim excarceret criminatum, vel extra carceres audiat, testantur *Capiblanc. de Baron. pragm. 8. par. 2. à num. 99.* ac iterum *tom. 2. cap. 51. à nu. 10. Danza in pugn. D D. to. 1. de official. in genere cap. 9. à num. 1. per 6.* & optimè *R. Rouit. sup. prag. 1. vbi quis de delict. conueniri debet à n. 41.*

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS

DE

Iure Congrui.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si quis emit, explicatio.

De retractu petendo etiam iuxta Fiderici *constitutionem sancimus*, & an, & quando in venditionibus, ac locationibus feudalium admittatur: de prælatione concedenda Baroni in concursu Vniuersitatis in locatione feudalium bonorum, & allodialium domino directo, & emphyteutæ in concursu extranei in fundi, vel census distractione, ac de præferendo locatore in emptione venditione fructuum rei locatæ. De Congruo Ecclesiæ, Viæ publicæ, Vniuersitati, Fisco, Rustico, & non liberę conditionis Hominibus concedendo, vel non concedendo. De priuato contra Fiscum congruum non petente, & an in venditionibus subhasta detur retractus? Item an volenti retrahere iure congrui locus pęnitentiæ remaneat, & quando? quidue dicendum, si postquam declarauerit nolle emere, congruum iterum petierit; & an ius congrui censeatur ademptum à vicino, qui in venditione prædij mediator inter emptorem, & venditorem intercessit? Tandem an *constitutio* regni *sancimus* sit generalis, an verò sit dicenda localis?

SVM-

SVMMARIVM.

Materia Iuris prothomiseos dignissima est, num.1.

Iuris prothomiseos definitio traditur, & illud quatruplici ex causa permitti, habetur num.2.3. & 4.

Constitutio sancimus *traditur, & explicatur n. 5. & 6.*

Constitutio sancimus *latiùs disponit, quam consuetudo* si quis emit, *ac vtriusq; traditur dispositio, num.7.8.9.10. & 11.*

Anni computatio ad petendum congruum, à quanam die facienda? traditur n.12. ac talis dilatio dicitur fauore retrahentis concessa, nu.12. & 13.

Retractus competit semper antequam venditio facta à non domino fuerit confirmata à vero domino, num.14.

Actio ad retractum oritur ex venditione facta sub annuo censu redimibili, num.15.

Ius commune, consuetudinarium, & regni an conueniant circa ius prothomiseos? habetur n.16. 17.18.& 21.

Ius prothomiseos cognitum fuit in Mosayca lege, num. 19. & dicitur respicere fauorem publicum, num.20.

Iudex solet interrogare contrahentes de iusto pretio rei venditæ, si congruum petitur, & quando? n.22.24.25.26.31.32.& 33.

Partes falsum affirmantes circa pretium rei, quæ retrahitur puniuntur, & quomodo? n.23.

Petens congruum soluit pretium æstimatum rei, quę retrahitur si retractus petitur vigore iuris consuetudinarij, vigore verò iuris regni pretium verè solutum, n.27.& 29.

Æstimatio rei, quæ retrahitur fit inspecto tempore exequutionis sententiæ, congruum admittentis, num.28.

Giurbæ *quædam distinctio traditur, & qualiter sit recipienda habetur, n.30.*

Regens D.Didacus de Soria *laudatur, n.34.*

Consil.D.Troianus Miroballus Dux Campimellis *laudatur, n.35.*

Regulæ constitutę in l.dudum, C.de contrahend. empt.vendit. *limitationes quamplurimæ afferuntur, n.36.38.39.40.41. & 43.*

Venditio an fieri debeat iuxta valorem rei, an verò fructuum æstimationem? habetur n.37.

Quod vni prodest, & alteri non potest nocere substinetur, n.42.

Ius consuetudinarium, & regni conuenit concedendo actionem realem ad persequendam rem ratione congrui, num.44.

Emptor potest retrahere rem vicinam ante celebratam emptionem venditionem, n.45.

Iura realia transeunt in emptorem, n.46.

Res transit cum sua causa, num.47.

Ius consuetudinarium, & regni non complectitur feudalia circa congruum, n.48.

Retractus in feudis fuit introductum à iure communi feudorum, num.49. & competit agnato pro feudis hæreditarijs, ex pacto, et prouidentia, plano, & de tabula, num.50. & non competit mulieribus, n.51. sed contra n.52.

In locatione feudi an præferatur agnatus? n.53.54. 55.& 56.

Baro præfertur Vniuersitati in locatione feudi, nu. 57. ac etiam bonorum allodialium, n.58. & quando vassalli petunt præferri extraneis, nu. 59.& quare ista procedant? n.60.

Textus l.1.ff.de priuileg.credit. *non dicitur correctus ex dispositione,* l.dudum, C.de cōtrahen. empt.

De feudo ad emphyteusim valet argumentum, num.62.

Prælatio an concedatur tàm domino census, petenti præferri in venditione prædij, censui suppositi, quàm emphiteutæ, petenti præferri extraneo in venditione census? habetur nu.63. 64. 66.& 67.

Dominus fundi locati potest cogere conductorem ne alijs quam sibi fructus vendat, n.65.

Ecclesiæ, & viæ publicæ ius prothomiseos denegatur, num.68.

Vniuersitates valent petere congruum, n.69.& 70. & contra n. 71.

Via publica quænam dicatur? n.72.

Fiscus an excludatur à congrui petitione? nu.73.& 77.& quid de iure consuetudinario? n.74.

Rustici, & non liberæ conditionis homines non habent congruum, & quid de iure regni? nu.75. & 76.

Priuatus contra Fiscum non habet retractum, num.78.

In venditionibus subhasta, an detur congrui petitio? n.79.80.81.& 82.

Agnato competere prælationem in feudo subhasta venditio etiam post factum depositum, & extinctam candelam, dicitur n.83.

Retrahenti iure congrui, an liceat penitere, ac reuocare petitionem? habetur num.84. 85. 86. 87.& 88.

Vicinus etiam post declarationem factam non emendi, potest congruum petere, n.89.

Ius congrui non censetur ademptum à vicino, qui in venditione prædij mediator intercessit, num.90.

Constitutio regni, sancimus, *est ne generalis, an verò eiusdem dispositio aliquibus tantùm in partibus viget? numer. 91. 92. 93. 94. 95. & 98.*

In actibus facultatiuis per non vsum non inducitur præscriptio, n.96.

De contraria Consuetudine debet constare per speciales actus, num.97.

Di-

1 DIgnissima est iuris prothomiseos, retractus, siuè, vt hic dicitur, congrui materia, & quæ varias in se continet quæstiones, quarum non paucæ habẽtur apud *DD.*relatos à *R.Tap.de iur.regn.p.*4.*n.*13.ideò concinno, & exquisito examine pertractanda.

2 Dicimus ergo, definitionem eius afferri ab *eod.Reg.Tap.ibid.num.*3.ac quatrupliciter permitti, ex causa nempè Consanguinitatis, Pro-
3 pinguitatis, seu Vicinitatis, Communionis, & Cohabitationis, vt *Napod. hic in princ.n.*1.
4 aduertit; de primo, ac vltimo iure retractus in *Consuetudine* non agitur, proùt neq; agitur de eo, quod iure dominij datur per *Text.l.fin.C. de iur.emphyt.* sed tantùm de secundo, & ter-
5 tio tractatur: adest tamen Friderici Regis *con-*
6 *stit. sancimus*, qua, cum bonorum alienatio absque præcedenti denunciatione alienantis sanguine coniunctis interdicatur, ius consanguinitatis ad retrahendũ eadẽ constitutũ esse, non dubitatur, iuxtà tradita in *l.si emptionem, ff.de minor.vigin.quinque ann.& l.libertus, qui soluendo,ff.de bon.libert.* & per *Tiraq.de vtroq; retract.in præfat.n.*34.*cum seq.*

7 Hinc largiùs *Constitut.*quàm *Consuetudinibus*, dispositum fuisse patet, non tantùm, quia guinis, & rei coniunctione congruum permittitur, quod dispositione consuetudinaria non datur, verùm etiam quia præter illum in ven-
8 ditione, in qua loquũtur *Cõsuetudines* nostræ, alios & complectitur contractus, *Conf. Prat. pract.obseru.*52.*num.*3.5.*& 6. Amat.consf.*93.*n.* 70.*&* 71. Quare etsi de propinquitate consti-
9 terit siue vicinitate, adhuc duo probanda in terminis nostri iuris municipalis superesse, vnum scilicèt, vt res per reum conuentum possideatur, vel dolo desierit possideri, alterũ, vt emptionis titulo possideatur, vel possessa fuerit, tradidere *Rouit.decis.*3.*nu.*1.*Afflict.decis.*338.*num.*8.*Nopod.hic ver.possidet, num.*42. *Scip Boccin. in apost. incip. de validitate circa med. lit.D.fol.*325. & an venditor fuerit verè
10 Dominus non inquirendum, habetur ex *Stephan. de Caie. in apost. incip. si requiratur Carpan.ad stat.Mediolan. cap.*417.*num.*228. cum
11 satis, superque sit, possessorem bonæ fidei fuisse, vel dominum putatiuum *de Franch. decis.* 242. *num.* 3. licet anni à *Consuetudine* decreti
12 ad petendum congruum subducendam rationem ab ea die, qua venditionem verus dominus celebrauerit, vel ab alio factam confirmauerit, sit verum, vt *idem Caiet.*, hoc enim
13 retrahentis fauore dicitur introductum ab *eod.* vt, quod in fraudem fieri posset, tollatur,
14 cum & ante venditionis, à non domino factę, confirmationem, retrahendi ius tribui, ex traditis habeatur.

15 Item actionem ad retractum per venditionem factam, vel sub annuo censu redimili, oriri, est indubitata conclusio apud *de Franch. decis.*392. *Adden. ad eund. decis.*71. ex *Afflict. alijsq; Camill.de Medic. cons.*56.*nu.*24. *&* 25. latè *Tap.*4.*par.iur.regn.de iur.prothom.fol.*74. *n.*72.*&* 73.

Sunt & aliæ vtriusq; iuris discordantiæ, quarum passim post eas, quas recensebimus eiusdẽ cõcordãtias, verbũ faciemus. Et primò
16 *Constitutionem sancimus*, quæ contrahentium voluntati quodammodo resistit, ne homines suo arbitratu vendenda, distrahant, iuris cõmunis in *l.dudum* 14.*C.de contrahen. empt.vẽ-*
17 *dit.* qua ne quis de rebus suis facere aliquid cogatur inuitus, vnicuiq; suo arbitratu quærere, vel probare emptorem, ad *Text. l.inuitũ* 11.*eod.tit.* & *l.nec emere* 16. *C.de iur. deliber.* permittit, correctoriam dixerunt *cit.Prat. nu.* 2.& *R.Tap.n.*7.idemq; de hac nostra *Consue-*
18 *tud.* arbitratur *R.Rouit. decis.*24. *num.*19. vbi eam ideò odiosam appellat, & si ius protho-
19 miseos nos ad antiquum ius, vel in Mosayca lege cognitum, reducens publicum respiciens
20 fauorem, ac delictis occurrens, fauorabile dixerint *Minsin.obseru.*51. *cent.*3. *relat.à Roit.in addit.ad decis.* 550.*de Franch. & Præs. Amat. cons.*93.*à num.*5.*per plur.seqq.* imò quodam-
21 modo iuri communi conforme, idem *Amat. cons.*48.*num.*4. Item vtriusq; iuris sententiam
22 esse, vt de iuxto pretio rei venditæ valeant cõtrahentes à iudice interrogari eidem *Prat. num.*15.*&* 18. placuit affirmare per ea, quæ à *Iacob.Nouel.in comment.ad constit.sancimus*, §. *licet autem* 5.*n.*48.*in fin. vers. ideoq; & nu.*49. *in* 17. *tom. tractat. Iser.* per eum allegato *in c.* 1.§.*Sacramentum de consuet.retract.feudal.Bar. in l.periurio,ff.de crimin.stellionat.Bal.in cap.*1. §.*sacramentum de pac.iuram. firman.*habentur,
23 & casu, quo falsum sacramento confirmatum fuisse, constiterit, tàm emptor, quàm venditor, alter nempè pretij, alter verò rei venditæ amissione puniuntur, iuxta scripta per *Afflict. in ead.constit.sancimus in* 6.*notab.n.*20.*& Tho. Zerol.in prax.Episc.vers.ius congrui in* 4.*dub.*

Sed (pace tanti viri) hanc municipalis, Re-
24 gniq; iuris conuenientiam, de qua *Prat.*, non probo; nam & si ab eo tradita, in terminis *cõ-*
25 *stit.sancimus* sint vera, proùt illis verbis, *ideoq; illi, &c.* declaratur, haud tamen consuetudi-
26 nariæ sanctioni aptantur, petens enim congruum ad præscriptam formam consuetudi-
27 riam, pretium rei, quæ retrahitur, à peritis æstimandum, soluere tenetur, quicquid contrahentes verè egerint, vel simulauerint de pretio, inter eos conuento, ipsamque rei æsti-
28 mationem faciendam inspecto tempore exequutionis sententiæ non autem petitionis, siuè litis contestatæ, decisum fuisse vnitis Regijs Consiliarijs quatuor aularum cernitur in *fin.decis.*24.*R.Rouit.& decis.*102.*nu.*7.*&* 168. *Sansel.* At *constit.sancimus*, legitimè retrahenti
29 rem concedit, si solutum pretium rei emptæ re-

restituat emptori, siuè eiusdem rei æquet, siuè superet valorem, prout obseruat *Rouit.cit. decis.24.num.44. ex de Franch.decis.390. num.3. & 4.Rendel.in ead.constit.§.in primis, num.12.* ideòq; distinctionem, de qua *Giurb. decis.86.*
30 *n.12.* de æstimatione rei, quæ venditur ab inuitis, recipiendam in terminis *constit. sancimus* non autem nostri iuris municipalis, patet, & si vtroq; iure vni potiùs, quàm alteri rem vendi statuatur. Ergo non ità in vno, vt
31 altero in casu Iudicis necessaria interrogatio, cum vtrumque paritas rationis haud nectat ad *Text.l.illud 32.ff.ad l.aquiliam,l.à Titio, ff. de verb.obligat.* & *cap.inter cæteras de rescript.* & de hac re videas *Napod. in consuetud. vbi domus, hoc eod.tit.ver ab emptore, n.67.*

Solet quandoq; dum laicus Clerici personam adhibet ad emendum, vel de eo dubita-
32 tur à Iudice laicus interrogari, suo ne res sit empta nomine à Clerico? eidemque mandari, vt verum, quod dictum est, sacramento cō-
33 firmet, & ità seruatum vidi in Sac.Reg. Cons. annis proximi passatis ad instantiam meritissimi, nec vnquam plenè laudati Dom.
34 D. Didaci de Soria Marchionis Crispani Regiam Cancellariam Regentis plecarissimi, referente Regio Consiliario D. Troia-
35 no Miroballo Duce Campimellis patritio Neapolitano morum suauitate, integerrimaque constantia, in paucis præstantissimo, factoque in ea causa decreto pro declaratione facièda, cum laicus, & Clericus essent maximè integritatis, & Clericus ex Neapolitanis primatibus, antequam ad declarationem deueniretur, fuit voluntariè liti renunciatum, ac Marchioni domus cessa.

36 Nec vna generalis regulæ *l.inuitum, l.dudū,* ac *l.nec emere*, de qua etiam *Boer. decis. 312. Carpen.ad stat.Mediol.433.nu.70.Menoch.de arbitr. cas.462. num.12.* traditur exceptio, & limitatio à *DD.relat.à Giurb. decis.86. num.1.* quibus (vt cæteros omittam) addo *Thor.in compen.ver.vendere an compellatur,par.1. Castill.decis.134.Cons.de Rosa consult.22. Ricc.in explic.d.l.dudum,Caren.resol.2.num.18. Capyc. Latr.decis.168.à num.9.* & alios, (qui & de
37 eo agunt, an venditio fieri debeat iuxta rei valorem, an eiusdem fructuum æstimationē?)
38 Cogitur enim quis, etiam vbi non adest de hoc statutum, aut *Consuetudo*, vendere Ecclesiæ, Monasterio, ac pro eiusdem viridario, Reipublicæ, alijsq; ac item Baroni, qui vassal-
39 lo inimnit extractare ad pacandas inimicitias subditorum: similiter rixosus cogitur
40 vendere prædium vicino ad tollendam rixarum occasionem, & habens prædiolum co-
41 gitur vendere illud vicino habenti magnum prædium, præcipuè vbi indigentia adest, vel magnum ædificium construi debet; cum sub-
42 stineri debeat, quod vni prodesse potest, & alteri haud nocere, *l. item, ff.de aqua plur. arcen.* & *glos.in l.arbiter, ver.futurum, ff. de arbi-*
43 *tris*; prout ex *cit. Author.* percipitur non obscurè. Alias verò limitationes habes apud *Nouar.quæst.forens.tom.2.q.25.& 27. Franc.Ant. Costa cons.28.Mastrill.decis.280.& alios*, quos pro totali cognitione rei consulas.

Item ius regni, & consuetudinarium conuenire non ambigitur, si ab vtroque reale ius
44 ad persequendam rem introductum fuisse, affirmauerimus, prout de *Consuetudine* sentijt *Napod.in consuet.si ex vno, n.93. vers. idem quia*, & de *constit.sancimus*, scripsit *Amat. cons. 93.n.73.* cum quo conuenit *Afflict.in ead.constit.§.9.num.14. in fin.* Hinc re vendita, licere
45 emptori vicinum prædium antea venditum rettahere, placuit *eid.Amat.num.7.ex Bal.in princ.constit.sancimus, n.6. vers.ex quibus com-*
46 *muniq; Doctorum sententia*; iura enim realia in emptorem transire, desumitur ex *l. via 23. §. si fundus, & §. quæcumq; ff.de seruit. rustic. prædior.* & dixerunt *DD. cit.ab eod. Amat.nu.*
47 *75.* cum res dicatur transire cum sua causa, *l.alienatio 67.ff.de contrahen.empt.*

Porrò ius Consuetudinarium, & Regni cō-
48 ueniunt, quia neutrum feudalia complectitur, vt de *consuetudinario* testatur *Napod. ver. terram à num.20.* & de *constit. sancimus* tradiderunt *de Marin.lib.2.quotid.resol.cap.116.nu. 17.Afflict.sup.ead.constit.in princ.R.Tap.4.par. iur.regn.de iur.prothom.fol.74.nu.77.& 78.* af-
49 firmantes, retractum in feudis communi feudorum vsu potiùs introductum in *c.1.§.sed & res,per quos fiat inuestit., c.1. §. porrò,qualiter olim poter.feud.alien.& cap.1.§. Titius, si de feud. defunct. controuer.sit*; idq; deducitur ex traditis *decis.11. R.de Pont. & allegat. R. Rouit. de qua ibid.* Quare illud ne dum pro feu-
50 do hæreditario, & ex pacto, & prouideatia, verùm pro feudo plano, & de tabula, sub militari seruitio concesso, vindicando, agnato cōpetere iure sanguinis, idem *de Marin.* affirmauit *lib.1.resol.quotid.cap.233.* eademque de ra-
51 tione mulieribus alioquin à successione feudorum exclusis, ius retrahendi non indulgeri, probauit *cit.cap.116.* iuxtà decisionem relatā à *Capyc.Latr. decis.57.* quicquid per Regium Collaterale Consilium in causa Iuliæ Muscet-
52 tulæ aliter decretum referat idem *Tap. n.76.* & habeatur *cit.decis.11.Reg.de Pont.*

At in eo, quòd in feudi locatione prælatio
53 agnato non concedatur, quasi dispositio, *l.lex quæ tutoris 22.§.nec verò domum, C.de admi-*
54 *nistr. tutor.* in locatione locum sibi vindicare non possit, cum tantùm *nec domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre satis est lugubre*, habeatur, eundem *de Marin. cit. cap.233. à num. 34.* non sequor, videtur enim huiusmodi dictum æqui-

ta-

tati obijci, ac pluribus S. R. C. decisionibus,
de quibus *Gizz.ad Capyc.Latr. obser. ad decis.*
*39.à n.10.per 12.*ac *Sanfel.*qui nedum in feu-
55 di emptione,& venditione præferri extraneo
agnatum voluit *decis.100.& 102.* sed in loca-
56 tione,prout omnibus ferè *DD.*idem affirmã-
tibus recitatis, tãquã de re cõmuniter recepta
sentijt *Gizzius ad Capyc.Latr.obseru.57.nu.1.*
2.& 3.& habetur etiam per *Afflict.controuers.*
57 *iur.cap.21. & in appendic.*imò & Baronem
ipsum Vniuersitati cum eodem cõcurrenti,vt
decis. Sanfelic.107. idq; etiam in allodialibus
attendi idẽ *dec.101.* ac non paucis in casibus,
de quibus *dec.106. idem, & de Marin. cit.cap.*
58 *161.* agit ac etiam quando vassalli extraneis
59 petunt præferri, *Laratha cons.41.*ità enim nõ
dicitur alienatio prohibita, sed potiùs facul-
60 tati retrahẽdi bona maiorum (de qua *Sanfel.*
cit.decis.101.num.7. ac *l.1.ff. de priuil. credit.*,
in qua *Caius Iuris Consult. cum bona veneunt*
debitoris in comparatione extranei, & eius, qui
creditor cognatusuè sit, potior habetur creditor,
61 *cognatusuè,* habet) locus apertissimè factus;
ac ideò *cit.l.1.* non dici correctam dispositio-
ne *l.dudũ,C.de contrahen.empt.*illãq; cũ dispo-
sitione *§.sed & res qualit.olim feud.poter.alien.*
coniugi,dixit *cit. Gizz.ead.obseru.39.n.10.*ad
tradita per *Parid.de Put.de reintegr feud.f.243.*
Cumque de feudo ad emphyteusim, & è
62 contra soleant plerūq; sumere argumentum,
idem dicendum esse videtur tàm in casu, quo
63 Dominus census, rem censui suppositam
emere volentibus,præferri, instat *Nouar.quæst.*
forens.lib.1.quæst.4. Capyc.Lat.decis.46.à n.14.
qui in fine etiam decisum tradidit, *de Franch.*
decis.610.Capyc.dec.99.vbi Masul.Viscon.in
suis conclus. ver. ius congrui, idq; etiam à iure
64 communi approbatum *in l. fin. C. de iur. em-*
phyt. probat *Cancer.variar. resol.lib.1. cap.11.*
num.58. instar domini fundi locati,qui potest
65 colonum cogere ne alij, quàm sibi fructus
vendat, vt ex *Alex. alijsq; in l.1. C. de dolo*
Marsil.sing.510.Tiraquell.de retract.§.1.gl.18.
n.2.Couar.variar.resol.lib.3.cap.14.n.6.et Gra-
*tian.decis.77.*vt dixit *de Marin.cit.cap.161.nu.*
66 *7.*ac instar emphyteutæ in census venditione,
quę à domino facta fuit extraneo, vt idem
de Marin.num.8. Borrel.in summ.decis.par.1. in
tit.de emphyt.num.404. in fin. Amat.variar.re-
sol.cap.54.lib.2. Montan. controu. 21. num.22.
Boer.decis.107. Amen. ad decis. de Franch.17.
num.11. alijq, quibus confert nouissima deci-
sio S. R. C. in Banca de Litto in causa inter
Doctorem Onofrium de Rosa ex vna, & hæ-
redes quondam Regij Consiliarij Fabij Api-
67 cella ex altera, quicquid aliter voluerint *cit.*
de Franch.ead.decis.17.nu.3.Thor.in compen.p.
3.sect.2.ver. prælatio, ac decretum per idem
S.R.C.tradiderit *Anna singul.150.*
68 Ecclesiæ, viæq; publicæ *Consuet. vbi domus*
hoc tit. prę cęteris ius prothomiseos denega-
tur, quod *constit. sancimus* æq; confirmatur
Cons.Prat.vbi sup.n.4. Nouar.ad decis.392. de
Franch. Amat.cit. cons. 93. qui nec ideò infe-
69 rendum Vniuersitatibus,quæ nec Fisci nomi-
70 ne,nec publicæ viæ continentur petendi con-
gruum facultatem propediri, ait præcipuè *n.*
71 *45.*eiusq; placita, ac aliorum,contra sentien-
tium, recenset *R.Tap.de iur.regn. d.par.4. de*
iur prothomis.à n. 96. per seqq. Quæuè publica
72 dicatur via, & an illa vicinalis, quæ ab im-
memorabili publica habita est? habentur per
Vrsill.ad decis.62.Afflict.num.3. Viui.commun.
opin.conclus.830.n.4.& 5. pugnantes simul.
Aduertere tamen non prætermittam,etiam
73 Fiscum per *constit. sancimus* à iure prothomi-
74 seos, quod *Consuetudinibus* non exprimitur;
Quare quoad Fiscum diuersum ex vtroque
iure dogma videtur assequendũ,prout quoad
75 rusticos, ac non liberæ conditionis homines,
76 quorum nec verbum in *cit. constitutione* dici-
tur, cum illis *Consuetud. vbi domus,*congrui
petitio contra Neapolitanos Ciues interdici-
77 tur; possetq; quoad Fisci exclusionem (non
vereor affirmare) dispositio *cõstitutionis sanci-*
mus tantùm generali *consuetudini* non scriptæ,
qua tria esse,quæ prothomiseos ius nõ habẽt, scili-
cet Via publica, Ecclesia, & Curia, approba-
tum est, prout *in fin. cit. constitutione sancimus,*
habetur, vniri.
Nec contra Fiscum priuato conceditur ius
78 retractus, indéque controuertitur, vtrum cõ-
79 tra emptores subhasta vicinus admittatur ad
80 retractum? in qua quæstione pro affirmatiua
sentiunt *de Franch.decis.277.& 588.*& cum
eo *Adden.Thor.in compen. par.1. ver. ius con-*
grui, De Marin.resol.quotid. cap.256. num.33.
81 ac nil esse, aiunt, quod contrarium valeat
suadere: At *Marin. Frecc. in consuet.si ex vno*
in apost.incip.vide fol.344.& alij, quos allegat
Ricc.in addit. ad cit. decis. 588. de Franch. Ro-
man.cons.107.Dec.cons.159.col.2. Signorol.cõs.
172.Alex.cons.52.n.4.lib.1.Capyc.decis.99.nu.
4.Gratian.cap.828.num.28. aliter sentiunt,di-
cuntque, dispositum à statuto in voluntarijs
alienationibus, ad necessarias non protrahen-
dũ,nec posse Fisci quodlibet priuilegium em-
ptori sub hasta dici communicatum; in ea
82 tamen re sufficiat mihi *Reg.Rouit.cons.69. to.*
2.num.2.& 3. ac *Reg.Sanfel.decis.103.to.1. &*
decis.104.(vbi non competere prælationem
83 agnato feudi subhasta venditi, si fuerit post
extinctionem candelę, & depositum factum
petita) habetur ad explicationem allegare.
Insuper in quæstione illa, Vtrum retrahen-
84 ti rem iure congrui,pœnitentiæ locus,vel post
sententiam, retractum admittentem, supersit?
nõ aliter decretum *Constitutionibus regni* exti-
tisse, ac *Cõsuetudinibus* nostris,notandũ; haud
85 enim verò abest retrahentis ab arbitrio, an-
X te-

tequam pretium soluat, & ità vndiq; res perfecta dicatur *Rouit.decis.24.n.16.* pendere, velit ne attributam sibi rem, recipere, vel non? *de Franch. decis.* 346. *Tiraquell. de retract. lignag.§.fin.num.*24. *Benedel.in constit. sancimus in rubr.num.*65. *Rendel.ibid.§.in primis, versic. vnusquisq; secundum suam*, nu.19. quod & eo
86 conuincitur argumento, quia huiusmodi retrahendi facultas post sententiam, tacita renunciatione, per lapsum nempè temporis, à statuto constitutũ ad retrahendum perimitur. *Afflict.decis.*245.*in fin. Tiraq.ibid.§.1.glos.*10. *nu.*80.*in fin.& in fin.eiusd.tit.de retract. lignag. num.*35.*fol. mihi* 546.ergo fortiùs expressa;
87 cum ea renunciatio possessorem potiùs iuuet,
88 quàm noceat; quicquid *Boer.decis.*48.*Mut.in constit.Panor.cap.*28. *num.*17.*& Fab. Turret. cons.*78.*vol.*2. placuerit in contrarium; cum non ex diuersa iurium dispositione, sed varijs *Doctorum* placitis inniti, pateat intuenti.

Ideòque postquam declarauerit nolle eme-
89 re vicinus, actionem iterum petendi congruũ intra legitimã tempora, renũenti superesse vtroque iure attento, non vereor affirmare, cum ad id probandum,& conferat,quæ *Tiraquell.de retract lignag.§.1.glos.1.n.*146.*Hartaman.Piston.quæst.*12.*n.*61.*lib.*2. optimèq; ideò
90 dictum cum *Nouario quæst.forens.tom.*1.*q.*82. censeo, ius petendi congruũ non censeri vicino ademptũ vbi in venditione prædij hic mediator intercessit,cum vel non dicatur ità iuri suo renunciasse, vel ità fecisse renunciationem, vt valeat ad ius renunciatum redire.

Et hic, post quàm nonnulla de *constitutione*
91 *sancimus* attingimus, superest videamus, sit ne tam generalis, vt omnes obliget in Regno, an verò localis dicatur, illosq; tantùm liget apud quos recepta fuit? Et licet *Afflict.in c.*1. *§.porrò, nu.*36.*in fin.qual.olim feud.alien.poter.*
92 localem illam dixerit, nõ autem vniuersalem, cum in volumine *Constitutionum* congesta nõ
93 adsit, ac ideò in Auersana Ciuitate non seruari scripserit *Pellic. in consuet. Auers.tit.de annor.comput.num.*75. *fol.*251. quoad vtrum-
94 que tamen, contrarium voluere *DD.* ac sæpè decretum fuisse,patet ex traditis per *R.Capyc. Latr.consult.*98.*Amat.cons.*48.*per tot.& consil.* 93.*num.*16.55.*&* 72.*Viuium in silua commun. opin.opin.*831.*vers.statutum sub n.*2. *Rendel.de iur. Prothomis. rub. tit. n.*17.*in fin. Constitutio*
95 enim *sancimus* fuit lata vniuersaliter, *In omni prouincia,& omni Ciuitate*, ergo vniuersaliter seruanda per *Text.l.regula,§.pœnale, & §.fin. ff.de iur.& fact.ignor.l.*2.*&* 3.*C.de legib.*& optimè *l.cum* 13. *C. de ædific. priuat.* ad tradita per *Iacob.Nouell.de iur. prothom. in princ. Benedel.in rubr.de iur.prothomis.num.*25. *Maran. disp.*9.*in fin.*eò fortiùs cum non valeat de con-
96 trario vsu opponi,quia in actibus facultatiuis per non vsum non inducitur præscriptio, aut possessio in contrarium, *Abb.in cap.Abbate de verb.signif. R. de Pont.in alleg.in tract. Tasson. super pragmat.de anteph. Maur. sen. alleg.*8. & *Prat.to.*2.*discept.forens.cap.*30. & de contraria
97 *Consuetudine* debeat constare per specificos actus contrarios, & per sententias *Mascard. conclus.*427.*n.*1.2.*&* 4.10.1. *de Franch.dec.*91. *n.*16.*Gratian.cap.*767.*n.*6. *Nat.cons.*575.*n.*35. *Bursat.cons.*222.*n.*22.*lib.*2. & alij: Cæterum
98 *constitutionem sancimus* legem in toto Regno legitimè constitutam esse, optimè ex historiarum documentis Doctorumq; placitis fundauit I.V.D. Lucas Potus ingeniosus iuuenis in erudito responso pro Paulo Carpinello cum Blasio Capoblanco, & habetur per *Afflict.in ead.constit.§.scriptum, n.*1.

CAPVT SECVNDVM.

Verba Textus explicantur.

De retractu vicino competẽte tùm cõsuetudinario iure, tùm regni *Constitutione sancimus* attentis, ac de non admittenda stabilium venditione in Regno, denunciatione vicino non facta, & qualiter denunciatio ipsa fieri debeat? Item de tempore petendi congruum, & an currat ignorantibus, minoribus, aliterque impeditis: tandem de actione ad retractum, & de nonnullis fraudis præsumptionibus ad excludẽdũ cõgruum, ac de annullandis contractibus, in præiudicium volentis retrahere celebratis.

SVMMARIVM.

*Consuetudo si quis emit disponit in contractu emptionis venditionis, n.*1.

*Vendere ad omnes contractus, quibus transfertur dominium quandoq; protrahitur, sed arctè hic interpretatur, n.*2.*&* 3.

Constitutio sancimus *num contractum locationis conductionis, Neapoli celebratum complectatur,*

tur, & ad locationem. ad longum tempus factam extendatur? nu.4.5.6.7.8.9.10.12.13. 16.& 17.

Iura, & statuta disponentia in venditione, etiam locationem dicuntur complecti, n.11.

Locatione ad longum tempus res alienatur, & eiusdem dominium transfertur, n.14. & 15.

In arbitrium vicini confertur vtrum velit rem retrahere, nu.18. sed post elapsum annum non exauditur vicinus, n.19.

Alienatio interdicitur absque denunciatione facta vicino, si ius regni attendatur, n.20. & 21.

Quod prohibetur fieri, censetur sub pœna annullationis actus prohibiti, vetitum, n.22.

Dominium rei vendita non transfertur, si non fuerit facta denunciatio, n.23. & probatur n.24. & 25.

Terminus ad petendum congruum an possit abbreuiari? remissiuè n.26.

Terminus ad retrahendum non currit ignoranti, num.27. prout nec legitimè impedito, nu.28. & 29.

Denunciatio, à statuto requisita, fieri debet proprietario, n.30.

Denunciatio an requiratur iudiciaria, an verò sufficiat verbalis? habetur n.31. & 33.

Scientia vicini an sufficiat pro denunciatione? num.32.

Præuentus citatione ne alienet, non potest alienare de iure consuetudinario, n.34.

Anni tempus à Consuetudine *præfinitum ad petendum retractum, etiam à iure communi dependet, num.35. & 36.*

Tempus ad petendum congruum statutum an minoribus currat? n.37. & 38. & quid dicendum de iure regni? n.39. et 40.

Vicinus qua actione agat ad retractum? habetur nu. 41. et 42.

Retractus non competit pro re donata, nu.43.

Fraus præsumitur si alienetur prædium post denunciationem factam pro congruo, num.44. et ex donatione rei, cuius possessio capta non fuit, num. 45. et quid dicendum capta possessione per patrem bonorum filio per eundem donatarum? n.46.

Constitutio sancimus *conuenit cum consuetudine* si quis emit *circa annullationem actus in fraudem congrui celebrati, n.47.*

1 IN venditionibus loquutam fuisse *Consuetudinem* diximus, quod eiusdē verba satis clarè confirmant, ideò ad cæteros cōtractus eā nō extendi, certissimum est; nam licet,
2 *vendere*, ad omnes prorsus contractus, quibus transfertur dominium, quandoque protrahatur, si tamen statutum eo vtitur verbo, eandē
3 non recipit latam interpretationem, & extentionem, sed propriam, & strictam *Carpan. in statut. Mediolan. cap.*417.*nu.*104. *et* 105. quod & *Napod.* dixerat *hic ver. emit. n.* 7.

Hinc de duobus quærēdū, de primo quidē
4 an in contractu locationis, cæterisq; omnibus Neapoli celebratis *constit. sancimus* attendatur, ità, vt tantum in contractu emptionis venditionis vigeat dispositio consuetudinaria,
5 Secundo, vtrum eadem *Constitutio* in ea solum, quæ dicitur ad longum tempus, an verò quaq; alia, locatione, procedat?

Et quoad primum dicimus, *Constitut. sancimus* minimè attendi hìc, placuisse *Reg. Tap.*
6 *4.p. iur. regn. fol.*78.*nu.*3.*ex de Franch. dec.*390. quod si verum esse dicamus, haud perperam
7 inferri poterit, ius congrui neutiquam competere, dum emptionis venditionis contractus non adest. At Ego aliter sentirem, affirman-
8 dumque crederem in venditonibus dispositionem consuetudinariam procedere, cæteris verò in contractibus, vel locationum, ipsam *Constitutionem sancimus* attendendam; supe-
9 rius enim non localem, sed generalem eam
10 esse diximus, ergo municipalis legis dispositioni deficienti rectè *Constitutio* Regni succedere, dicetur, quod ex *Mastrill.* probatur *decis.*4.*n.*3.*et* 13. vbi Panormi similem adesse *Consuetudinem*, retractum admittentem si emptione venditione actum sit inter partes, nec ideò respectu locationum, aliorumq; contractuum excludi *constitutionem sancimus*, habetur; ceterum idipsum ex traditis per *Sanfelic.*
11 *decis.*106.*tom.*1. probari patet, cum decisum referat, iura, & statuta de vēditione loquentia ad locationes quoq; extendenda esse.

Ad secundum verò dicimus, nullam pror-
12 sus locationem, siuè ad longum tempus, siuè breue fiat, excludi, ità sentientibus *Afflict. in eadem constitut. nu.*25. *Benedel. ibid. n.*274.*Caualcan. in repert. decis. ver. ius congrui lim.*7.*Carauc. de locat. et conduct. par.*5.*de iur. congr. nu.*2. *fol.*342.*at. Eugen. cons.*2. *num.*28. & ex *Matthien. ac Couar. lib.*3.*variar. cap.*11.*n.*3.*R. Tap. ead. par.*4.*iur. regn. fol.*74. *nu.*75. nam & si con-
13 *stitutionem sancimus* de locatione ad longum
14 tempus, qua res ipsa alienatur ad *Text.*
15 *l. si quis ante, ff. de acquirend. possess.* ac possessio vtileque dominium transfertur, ad sensum *glos. in l.*3.*§. ex contrario*, & in *l. si quis ante, ff. eod.* vbi *Alex., Bal. cons.*325.*num.*4. *Tiraquell. de retract.* §.1. *glo.*14.*numer.*79. *et* 80. loquutam fuisse rectiùs affirmandum esse
16 videatur; generaliter tamen loquens, in-
17 distinctè recipienda est in omni locatione, eò fortiùs, quia locatio indubio de ea, quæ ad breue tempus fit, explicatur, *Mastrill. cit. decis.*4.

Emptor tenetur infra annum. In arbitrium
18 vicini confertur à *Consuetud.* velit ne venditam rem retrahere infra annum, postquam eidem, venditionem factam fuisse, innotuit, translato interim in emptorem eiusdem rei dominio; quòd si labi annum patiatur vici-

 nus,

19 nus, nec petierit congruum, petendo postea nō erit exaudiendus: At *constitutione sancimus*
20 ipsa rei alienatio absq; alienantis denunciatione illis,quibus ius prothomiseos competit, interdicitur alienare volenti, vt ibi, *Non aliter concedimus,&c.Nouar.in addit.ad decis.*392. *de Frãch.n.*1.*Ricc.in collect.*2300. qui decisū refert per S.R.C. *Quod si non fuerit facta denunciatio nō possit dici fuisse lapsum tempus triginta dierum*,quod & obseruauit *Prat.obser.*52.*n.*29.
21 ideoq; vēditio facta nō valet,nec trāsit dominiū in eū, in quem alienatur, *Bar.in l.Lact.col.*1. *ver.& per hoc,C.de trãsact. Anel.Amat.cōs.*48. *n.*24. *vers.tertio responderi,& n.*25.*& cons.*93.
22 *à n.*70.nam lex aliquid fieri prohibēs,cēsetur, quod fieri prohibuit, si fiat, annullare,& si sub pœna nullitatis non prohibuerit, *l. non dubiū* 5. *C.de leg.,Salyc.in l.statutis, vers. quod secus, C.de sentent.ex breui recit.* Alex.*cons.*24. *nu.*2. *lib.*4.*Bero.quæst.*24.*in princ.Andr.in cap.*1. *nu.* 5.*in fin.per quos fiat inuest.*

Porrò nemo dixerit cum *Castren. cons.* 74.
23 *lib.*2.*in nou.* verè dominium transferri etiam non facta denunciatione, ne dicatur alioquin dari retrahenti actionem ex contractu imper-
24 fecto; nam respondetur,à coniuncto posse eo casu, renuente aduersario, alienatio perfecta dici per ea, quæ habentur *à glos. in l.eleganter vers.nullam,ff.de dolo.Andr.in tit.si de feud.vassal.ab aliq.num.*3. ibi: *Nam si velles, aliisq; recensitis ab* Amat.*cit.cons.*48.*n.*27.*&* 28.dataq;
25 nullitate contractus fauore coniuncti,cui alienatio denunciata non fuit, emptoris non interest de actus validitate, aut inualiditate cognoscere, eidem pretio rei alienatæ,restituto, *Tiraquell.in* 1.*retract.*§.1.*gl.*2.*n.*5.*post glos.Paris.in* §.13.*glos.*5.*num.* 50. *vers. aduerte tamen*.
26 Terminus verò ad petendum congruum an possit à iudice abbreuiari, habetur *in dec.*588. *de Franch.*

A *die scientiæ*.Tollitur ergo quæstio,de qua *Carpan.ad stat.Mediol.cap.*417.*à num.*258. *per*
27 *seqq.*, vtrum præfinitum tempus ad retrahendum contra ignorantes currat, lapsus enim
28 temporis ignoranti non obesse dicitur, quod & *constit.sancimus*, requirente denunciationē,
29 approbatur, & sicuti legitimè impedito subuenitur *Borrel.cons.*69.*nu.*1.& dicunt verba *constit.sancimus,verùm si infra statutum,&c.*ità ignoranti,*Carp.ibid.n.*269.per argumentum à contrario sensu.

Et requisitam à statuto denunciationem
30 proprietario potiùs, cui competit retractus ratione coniunctionis, *Napod.ver.alicuius nu.* 30.*fol.* 333. non autem vsufructuario faciendam voluit *Giurb.ad consuet.Messan.cap.*7.*glo.* 16.*par.*1.*num.*11.citat *Afflict.in ead. constitut. sancimus,n.*5.*et* 37.*de iur.prothom.Nouell.ibid. n.*138.*&* §.2.*n.*170. *Rendel.de iur. prothom.in princ.glos.per emphyteusim num.* 67. licet dubitet *Benedel. ab eod.relat.* & quamcumq; etiam verbalem sufficere,idem *Borrel.*imò & simpli-
31 cem scientiam absq;denunciatione,*Marcian.*
32 *cons.*8.*n.*10. ad constituendū aliquem in mora voluerint,adhuc tamen hęsitare superest,ex *Bar.in l.denunciasse in princ.ff.de adult.*ac iudi-
33 cialem denunciationem necessariam dicerem per ea,quæ *Quasada differt.* 3. *num.*76. *et* 77. decisionemque à *Marcian.* relatam ad alios casus non extendendam: cæterum rei posses-
34 sor citatione à vicino præuentus ne in alium alienet, fraudem ità committere dicitur alienans, vt alienatio reuocetur in terminis *Consuetudinis* nostræ, vt *Napod.in ver.possidet,nu.* 44.*in fin.arg.l.si quis post,ff.de iudic.* dixit.

Nec prætermittam, quod *Carpan.* tradidit *Stat.Mediol.cap.*417.*num.*220.per ea quæ notauit *Iason.in l.fin.n.*12.*C.de iur. emphyt.* anni
35 præfinitionem statutariam ad petendum cōgruum,nuper per *cap.constitutus de restit. in integr.* introductam; cum indè facillimè va-
36 leat inferri, iuri potiùs communi,quàm regni se conformare *Consuetudinem.* Ideoq; nec mirum, si de quæstione illa, de qua *Tiraq. de retract.lignag.*§.1.*glos.*10.*n.*81.*ex Bal.per eum relat.* & iterum §.35.*glos.*2. & *DD.* post *Carpan.ibid. num.* 254. vtrum tempus ad peten-
37 dum congruum statutum, etiam minoribus currat? affirmatiuè sentiendum in terminis *consuetud.nostræ* placuerit *Napod. ver.petenti, n.*50.*fol.*336.aliisq; post *Carpan.n.*255.mino-
38 ribus tamen cōpetere restitutionē in integrū, dixerunt *Afflict. in tract.iur.prothomis.* §.*secūdus,n.*32.*Guid.Pap.dec.*257.*n.*3. *aliisq*; cū *Con-*
39 *stit. sancimus* aliter habeatur, respectu enim
40 absentium minorum ad quatuor vsque menses extenditur tempus ad petendum congruū, & interim *tutores, curatores, et defensores venire debent, et soluere pretium iustum cum legitimis vsuris,et expensis necessariis,et si neglexerint hoc facere, resarcient de propriis suis quicquid incommodi illi haberent.*

Eam possidet, &c. Qua actione agat vicinus
41 ad retractum? notat hic *Napod.* & personalē in rem scriptam dari *arg.* §. *appellamus instit. de act.&* §.*præterea,ac l.mutum,*§.*hæc actio, ff. quæ met. caus.fiunt*, dicit, ac ex verbis consue-
42 tudinariis inferri contra emptorem, & possessorem simul huiusmodi competere actionē,
43 nam si res permutetur, aut alicui donetur fraude cessante,rei eiusdem retractus nō competit vicino *Amat .cons.*93. *num.*42. *cum seqq. Capyc.Latr,decis.*46.*n.*4.*&* 10.*Io:de Amic. cōs.* 1.*n.*69.*cum seq. Afflict.in constit. sancimus ver-*
44 *sus fin.*& fraudem præsumi post denunciationem pro congruo, probatur *arg. l.si quis post, ff.de iudic.* aliæq; fraudis præsumptiones quāplurimæ habentur apud *Rouit.decis.*3. *Afflict. decis.*338.*& decis.*370. *Cons.Stayb.resol.forens. tom.*1.*resol.*9. *Ant.de Alex. in apost. incip. fuit*

de

de facto, Camil. Salern. in apost.incip. quid autem, aliosq; post *Scip. Boccin. in apost. incip. hodie emo, fol.*334. nec leuis est illa, quæ donatæ rei possessione non capta, oritur iuxta *apost.ibid.incip. nota hic vulgatum,* & tradita per *Amat.cit.cons.*93. *n.*68. idem probatè per *Text.l.sicut,* §.*superuacuum, ff.quib.mod.pign. vel hypoth.sol. Bar. & alios* in *l. post contractũ, ff.de donat.*& *Afflict.in constit.sancimus,*§.4.*nu.* 16.*in fin.*cum & videatur ex *cõsuet. instrumẽta donationum, tit. de instrum. confect. per curial.* argui, quidue dicendum, si possessio capta
46 fuerit per patrem bonorum, filio ab eadem donatorum, & præcipuè si post motam litem? tractant *Cons.Stayban.vbi sup.Rouit.ead.decis.* 3.*Capyc.Latr.dec.*46.*à n.*5. *cum seqq. Milanen. decis.*3.*n.*90.*lib.*2. *Thor.in compen. par.*2. *ver. donatio,& par.*3.*ver.donatio domus, & ver.donatio facta à patre, & vot.*23. Amat. *consil.*48. quicquid aliter dicatur *decis.*338.*Afflict.in fin.* per *Vin.decis.*320. *nu.*3. & *alios*, quos allegat *Viscon.in suis conclus.ver.ius congrui.*Id ipsum
47 annullationis contractuum, donationis, permutationis, & similium, in fraudem celebratorum, *constit.sancimus*, ibi, *Simulatè donauerint,&c.* confirmat.

CAPVT TERTIVM.

Consuetudinis, vbi domus, eod. tit. explicatio.

De Rusticis, eorumq; cessionarijs non admittendis ad congruum contra Neapolitanos, & Neapoli habitantes, & quid intersit inter Neapoli habitantes, & habitatores; & quotuplex Neapolitanus aliquis esse possit? ac tandem quis Rusticus esse dicatur?

SVMMARIVM.

Consuetudinis, vbi domus, *dispositio traditur, num.*1.

*Neapolitanorum priuilegia recensentur remissiuè? num.*2.

*Rusticis contra Neapolitanos, & Neapoli habitantes non competit congruum, n.*3.*&* 5.

*Neapolitanus nouem modis aliquis esse potest, numer.*4.

*Habitator quisnam dicatur, & quis habitans? habetur num.*6.

Consuetudine, vbi domus, *ciuibus Neapolitanis, et habitatoribus Neapoli est consultum, nu.*7. *ac etiam possidentibus bona Neapoli, n.*8.

Consuetudine, vbi domus, *an dicatur iuri communi, et dispositioni* pragm.1.de immun. Neapolitan. *derogatum? num.*9. *et an dispositioni* l.1.C.de munic.& origin.lib.10. *n.*10.

*Neapolitani etiam alibi habitantes gaudent priuilegijs à Consuetudine eis concessis, n.*11.

Rustici, et Neapolitani ad imparia iudicantur, numer. 12.

*Latera rusticorum habentur pro non lateribus, num.*13.

*Cessionarius rustici non admittitur ad retractum, num.*14.

*Rusticus quisnam dicatur? habetur n.*15.

1 Sequuntur generalis regulę iuris congrui limitationes, cum duo hic habeantur, vnum nempè, coniunctum à lateribus præferri habenti bona à capite rei venditæ, & alterum, rusticis, & non liberæ conditionis hominibus, ac Ecclesiæ congruum non tribuendum, vt ex *Summar.Saler.* patet.

Quare inter cœtera Neapolitanorum pri-
2 uilegia, de quibus *Rouit.sup. pragm.*1. *de immun. Neapolit.* præcipuè *num.*11. & alibi, & *DD.* sparsim, & hoc notari libet, vt contra
3 eos rusticis non concedatur congruum, quod non tantùm Ciuibus Neapolitanis, qui no-
4 uem modis tales esse dicuntur à *Carauit. sup. rit.*301.*à num.*16. *per* 25. & conferunt tradita per *Napod.in consuetnd.si est quæstio, tit.in quo cas.stet.dict.colo.ver.ciues, num.*3. verùm
5 habitatoribus Neapoli est indultum, prout verba *Consuetudinis, contra ciuem, & habitatorem,* indicant apertè, & *Napod.hic ver.con-*
6 *tra n.*71.arbitratur, habitator autem quisnam dicatur, & habitans? idem *Carauita.ibid.n.*32. declarat, illumque esse, qui domicilium habet, non item habitans, per *Text.l.*1. §.*hac verba, vers.habitare, ff.de his,qui deiecer., vel effuder.* probari, dicit; Hinc cum ciuibus Nea-
7 politanis, ac habitatoribus sit *Consuetudine* ista consultum, non autem habitantibus, vel
8 possidentibus bona Neapoli, vt *Napod. ver. qui non sint, num.*62. neque iuri communi de-
9 rogatum, aut dispositioni *reg. pragm.*1. *de immun. Neapolitanorum,* deduci conuincitur per tradita à *Carauit.à num.* 27.3.*quæst.* & *nu.*33.
10 4.*quæst.* prout nec derogari dispositioni *l.* 1. *in fin.C.de munic.& origin. lib.*10. non dubita-
11 tur, cum Neapolitanos Ciues, etsi alibi ha-
11 bitent eadem potiri consuetudinaria indulgentia, voluerit *Napod. ibid.* Dicendumque sequi-

sequitur cum *Napod. numer.62. & 63.* ad im-
12 paria rusticos, & non liberè conditionis homines iudicari, ità vt rusticorum latera pro
13 non lateribus habeantur *Molfes. quæst.37. & alij*, de quibus *Thor. in compen. ver. ius congrui*, ideòq; si prædium rustici alteri cædatur,
14 non posse cessionarium ad retractum rei, antea venditæ, prouocare, dixit *Napod. hic num. 64.* ex quo *hic non habet ius congrui, nec ex persona illius, à qua habuit causam, vt ponitur in quæstione, nec ex persona sua, dum tempore emptionis non habuit rem à capite, vel latere coniunctam.*

Sed quisnam rusticus esse dicatur videndū?
15 ac rusticum dici, qui ruralia opera exercetur, decisum fuit *decis.337.de Franch.* vide tamen, quæ *Napod.* tradidit *ver. rustici n. 69.* & habentur per *Afflict. in constit. regn. persequentes col.3.in princ. R.Tap.4.par.iur.regn.de iur.congrui. fol.78.n.4.& 5.& Adden.ad cit.dec.337. de Franch.*

De Ecclesia non habente ius congrui contra Neapolitanos etiam sequenti *Consuetudine* agitur. Ideò hìc dicenda sequentibus vniamus, & fit.

CAPVT QVARTVM.

Consuetudinis, siuè Ecclesia, explicatio.

De congruo Ecclesiæ, & contra Ecclesiam non concedendo; & an idem respectu Ecclesiasticarum personarum valeat retineri? Item an in iudicio congrui ad instantiam laici contra clericum coram seculari Iudice licitè agatur? ac tandem de congruo contra emptores bonorum Sacræ Domus A. G. P. Ciuitatis Neapolis nulli vnquam competente.

SVMMARIVM.

Congruum Ecclesiæ, & contra Ecclesiam non competit, n.1.

Ecclesiasticæ personæ in materia congrui an denegari possit congruum, sicut Ecclesiæ? habetur num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.

Laicorum statuta Ecclesiasticos non ligant, n.9.

Statutum continens aliquid, quod diuino, naturali, vel canonico iuri non repugnat, etiam clericos ligare potest aliquando, num.10.

Ritus Curiæ Archiepiscopalis Neapolis an confirmauerit consuetudines, congruum statuentes? traditur, n.11.

Congrui iudicium ad instantiam laici an coram Ecclesiastico Iudice fieri possit? habetur n.12. & quid si res sub hasta fuerit empta coram Iudice seculari? n.13. quidue si possessio tradita fuerit cum clausula saluo iure cuiuslibet, *num.14.*

Virtus clausulæ saluo iure cuiuslibet *qualis sit? traditur n.15.*

Congruum non competit contra emptores bonorum venditorum à Gubernatoribus Sacræ Domus A.G.P. Neapolis, n.16.

1 HVius *Consuetudinis* dispositione, & *Saler. summario,* ac *Napod. ver. si Ecclesia nu. 73.* sententia, suademur, regulam constituere generalem, congruum Ecclesiæ, & contra Ecclesiam non permitti, eiusq; secundam partem in Ecclesia emente locum vindicare, vt idem *Napod.* insinuat, quāquā ea vendente contra emptorem concedi retractum voluerint *Idem nu.77.ver.emat, Maran. disput.8.cir.fin. Maxil.ad consuet. Bar.3.de iur. congru.num.76.*

Hinc explorandi succedit occasio, vtrum
2 idem de Clerico in iuris congrui materia, ac de Ecclesia ipsa sentiendum sit, an secus? Et breuiter, resolutā quæstionē censeo, si scripta per *Reg. de Marin. resol. quotid. lib.1. cap.55.* at-
3 tendamus, is .n. probabilem hinc indè tenentium sententiam dicit; cum ad vnam, alteram-
4 que partem *DD.* inclinauerint, imò *Afflict.* de eod. articulo agens, sibi cōtrarius fuerit inuē-
5 tus; allegatisque à *num.2.* illis, qui Clerico, & contra Clericum ius congrui non competere dixerunt, quibus addo *R.Caleot. controu.61. à num.17. per num.20. & de Franch. decis. 285.*
6 Aduersariorum tamen præualere sententiam, vti maiori *Doctorum* numero præfulgentem, ac ratione, *nu.7.* arbitratur: siquidem in eam iuere *Napod.* noster *in consuetud. vbi domus boc tit. ver. Ecclesia, n.59. & hic ver. si Ecclesia, num.75. vers. sed quid de Clericis, Capyc. decis. 98. n.2. Marant. ead. disput.8. per tot.* & signanter *à num.35. vsq; ad 51. Maxilla ad consuetud. Bar. incip. colonus, fol.51. & alij,* quos enumerat *nu.5. & 6.* & conuenit *Carpan. ad stat. Mediolan. cap.417. numer. 6.* decisum contra Clericum in Curia Cappellani maioris refert *de Franch. in apost. ad consuet. istam incip.* vide *Tiraq. fol. mihi 341. in fin.* hi omnes affirmant, cōtra Clericos statutarium ius attendi, ea ratio-

7 tione, quæ à *Carpano* habetur, quia huiusmodi statutum bona potiùs afficit, quam personam, 8 & illa, quia ius retractus, & si à lege municipali introductũ, dicitur à iure ciuili, & canonico approbatum *de Marin. ibid. numer.* 8. nam; li-
9 cet laicorum statuta Clericos non ligent *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. Idem de Marin. cap.* 31. *eod tom.* 1. *resol. quotid. Capyc. Latr. decis.* 66. *&* 95. *ac* 157. *num.* 1. quoties tamen
10 aliquid continent, quod diuino, naturali, vel canonico iuri est conforme, Clericos quoque afficiunt, non vt ius laicorum, sed vti naturali, diuino, vel canonico iuri conformia, vt ex *Imol. & Carol. de Graff.* dixit idem *de Marin. ibid. n.* 12. *&* 13. *numero* verò 17. & oppositis
11 per *Oliuam*, dicentem *Ritum Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ* confirmasse *consuetudines* nostras Neapolitanas ea excepta, quæ de iure cõgrui loquitur, satisfacit idem Regens; aliaq; de obseruantia *Consuetudinum* nostrarum quoad Clericos subdens vsq; *ad fin.*

At in articulo, an congrui iudicium ad instantiam retrahentis laici coram Iudice laico
12 ne, an verò Ecclesiastico sit contra Clericum exagitandum? non aliter, quàm à *Reg. de Marin. resolut. quotid. lib.* 2. *cap.* 44. rectè fundatur contra *Triuis. decis.* 34. *par.* 1. *Giurb. decis.* 25. *n.* 10. *& obseru.* 2. *à num.* 15. *par.* 1. sentiendum esse, existimo, ideòque coram Iudice Ecclesiastico procedendum, neq; opus allegatis in contrarium satisfacere, cum id oneris, suscepti à *de Marin.* optimè idem expleuerit. Item non aliter respondendum esse duco percun-
13 tanti; quid sit dicendum si res Clerico vendita fuerit subhasta? cum eadem semper ratio vigeat, ac per consequens iuris dispositio sit attendenda, quicquid aliter affirmari posse videatur per tradita à *Salgad. Laberyn. credic. par.* 2. *cap.* 5. *à num.* 42. ac *de reg. potest. tom.* 2. *par.* 4. *cap.* 14. *n.* 56. exciperem tamen casum,
14 quo rei venditæ possessio Clerico cum clausula; *saluo iure cuiuslibet*, tradita foret, vt percipitur ex traditis per *Cons. Carlenal. de iudic. to.* 1. *lib.* 1. *tit. disput.* 2. *q.* 7. *sect.* 3. *n.* 953. *Capyc. Lat. decis.* 123. *nu.* 8. *Sanfelic. decis.* 2. *numer.* 17. *lib.* 1. *Rodoer. obseru. ad cap.* 206. *R. de Marin. num.* 6. *Altimar. in addit. ad dec.* 44. *Rouit. nu.* 2. *&* 9. & nouissimè *R. de Philipp. dissert. fiscal.* 9. *à nu.* 35. *per* 40. latè de tali clausula agẽte, & de eadem
15 scribentes ferè omnes cumulãte *DD.* Iudicis enim siuè laici, siuè Ecclesiastici illibatam iurisdicendi facultatem conseruat huiusmodi clausula, ac ius partium solidum, prout etiam de cautione præstita per creditorem, cui pecunia est liberata; dixit *cit. Sanfelic. in fin. eiusdem decis. n.* 17. Ex his ergo optimè nostra conclusio infertur.

Pro coronide modò aduertendum, à generali regula statuta, vt contra emptores ab Ecclesia ius cõgrui vicino nõ cõcedatur, empto-
16 res ab Ecclesia, seù Gubernatoribus Sacræ Domus Annuntiatæ huius Ciuitatis excipi, fauore quorum priuilegio Regis Ferdinandi de anno 1470. retractus locum non habere indultum fuit, prout testantur *de Franch. dec.* 383. (vbi de priuilegij obseruantia etiam si nõ fuerit oppositum) *Ricc. in addit. Masul. ad decis.* 66. *Capyc. in fin. & de Marin. vbi sup. n.* 16.

CAPVT QVINTVM.

Consuetudinis, si ex vno latere, item si quis habet; & Consuetudinis, si domus, eod. tit. explicatio.

De congruo coniunctis à lateribus competente, ac de eo alteri non cedendo, itẽ de varijs simulationis, & fraudis, congruum excludentibus præsumptionibus; & quisnam ex pluribus, quibus congruum competere potest, præferatur? Tandem de petendo retractu siuè congruo, absq; deposito soluendi pretij, eodemque lite pendente faciendo, & de sententia in iudicio congrui sub conditione licitè proferenda; ac demum de alijs ad explicationem eorum, quæ *cap.* 1. *à num.* 49. *hoc eod. tit.* tradita fuere.

SVMMARIVM.

Coniunctus à latere congruum rectè petit; quandoque verò excluditur, n. 1.
Ius petendi congruum non potest cedi, nu. 2. *& quare? n.* 3. *&* 4.
Fraudis coniecturæ, & simulationis excludunt petentem congruum, n. 5. *& nonnullæ traduntur remissiuè, n.* 6.
Congruum legitimè debetur si à vicino pro se petatur, & si postea retractam rem vendat, numer. 6.
Vicinus non cogitur iureiurando declarare, an pro alio petierit retractum, n. 8.

Cessio

Cessio iuris retractus nullius impedimenti est competenti retractum, n.9.
Numerus plurium, ex vno latero coniunctorum non praualet coniuncto ex alio latere, petenti congruum, n.10.
Inter coniunctos ex lateribus potior causa est possidentis, n.11.
Res, quæ diuidi nequit, vni tantum dari debet, n.12.
Præfertur inter plures, quibus congruum debetur, qui primùm ad iudicium venit, n.13.
Regula generalis pro iure congrui statuitur, n.14.
Vicinus prædij vrbani præfertur in petitione congrui vicino domino rustici prædij, n.15.
Congruum an competat vltino habenti hortum? num.16.
Vicinus possidens terram cum domo præfertur habenti terram tantùm in congruo, n.17.
Terra, & domus vnicum corpus dicuntur, num.18. præcipuè si vno pretio vtraque sit empta, num.19.
Terra vnita domui dicitur prædium vrbanum, num.20.
Retractus etiam absque deposito pretij rei, quæ retrahitur peti valet, n.21.
Sententia in causa congrui potest conditionatè proferri, num.22.
Pretium rei, quæ retrahitur, etiam iudicio pendente potest deponi, n.23.
Retractus in feudo an, & quando competat agnato, si fuerit feudum alienatum in agnatum, etsi remotiorem? n.24.25.26.& 27. quidue dicendum concurrente agnato collaterali? num.29. & 30.
Res alienari prohibita extra familiam, licitè alienatur in agnatum ex familia, adhuc remotum, num.28.
Retractus an competat agnato pro feudo alteri donato? n.31.

1 SEquitur congrui materiæ explicatio, ac coniunctis à lateribus rei emptæ congruum pro ea parte, quæ possidetur iuxta rem venditam dari, venditoriuè ius excludendi coniunctum à latere, partem rei venditæ petentem, eo dumtaxat casu super esse, quo cæteri coniuncti reliquum renuerent habere; Item præferri eum, qui possidet indiuisim si pars alterius compossessoris vendatur: si verò aliter possideatur domus, diuisa, nempè inter plures, ad retractum admitti prius possidentem membrum interius, si vendatur superius, & è contra, si vendatur inferius admitti possessorem membri superioris, sancitur. Hinc, tale ius petendi congruum cedi non posse, traditur à *Napod. ver. nisi n.92. vers. vtrum ergo, Giurb. decis.51. Cap. Latr. decis.57. à num.43. Larre. alleg.120. n.11. cum seq. Olea. de ces. iur. tit.3. quæst.2. nu.2. & 3.*
3 coniunctis enim, siuè à latere, siuè à capite, ac in defectum domino rei accrescit, idipsum suadente ratione, quia consuetudinarius re-
4 tractus propter coniunctionem rerum permittitur retrahenti *Napod. ibid. num.93.* quem sequuntur *Afflict. in constit. sancimus, §.1. in vlt. notab. de iur. prothom. Olea cit. nu.3.* & alij, quos recenset *de Franch. decis.242. num.1.* ergo nulli præter coniuncto, *Costa siculus cons.65. n.41. Osasc. decis.156. de Petris cons.21. num.4. Ciarlin. controu.121. nu.40.* & *Altimar. ad Rouit. cons.21. num.21. lib.1. & lib.3. obseruat.14. numer.31.* ne aliàs, vendenti, ac ementi, ipsique consuetudinariæ legi dicatur fraus itrui, præiudiciumque inferri; Ideoque
5 si fraudis coniecturæ adsint, & simulationis non esse locum retractui apud eundem
6 habetur, nonnullæque (præter aliàs relatas) *cap.2. n.44.45. & 46.* recensentur præsumptiones, & coniecturæ apud *cit. Ciarlin. num.46. de Marin. lib.2. resol.116. in fin. & alleg.127. Rocc. resp.6. num.5. lib.2. Giurb. ead. decis.51. num.11. & seq. Vrsil. ad Afflict. decis.238. Gail. obser.19. lib.2. n.10. Costa de port. rat. q.100. n.2.* quarum adnotatione tamen digna sunt, quæ ex eodem *Altim.* habentur *numer.33. & 34.* vt sufficiat,
7 vicinum voluisse à principio pro se ipso retractum, etsi postea, mutata sententia, alij rem vendat *Capyc. Latr. vbi sup. n.45. Merlin. de pignor. lib.2. quæst.8. num.55.* item, vt nec coga-
8 tur affirmare iureiurando, nulli alij, quàm sibi petijsse retractum *Dexarat. decis.12. Amad. de Pont. de laudem. quæst.13. numer.6. & 7. Cyriac. controu.254. n.25. & Ciarl. ibid. nu.56.* ac tan-
9 dem cessionem ipsam, tanquam nulliter factã, nullius impedimenti esse illi, cui competit retractus, vt ex *cit. Cyriac. nu.23. & Ciarlin. nu.56. Giurb. decis.63. num.4. & Castren. cons.335. n.1 lib.1.* habetur.

Item neq; præualet numerus plurium, ex vno
10 latere coniunctorum illi, cuius bona altero à latere nectuntur, cum verba consuetudinaria: *Ille vnus, qui solus possidet ex vno latere integram medietatem totius ipsius rei emptæ petere potest iure congrui, & alij diuersi possessores, qui sunt ex alio latere petere possunt iure prædicto reliquam medietatem rei emptæ, quilibet videlicet pro ea parte, quæ est iuxta domum, &c.* nos compellant affirmare, collateralium attendi coniunctionem, non autem numerum,
11 ac inter istos nonnisi possidentis potiorem quandoque causam esse, habetur *decis.550. de Franch.* & per *Ant. de Alex. hic in apost. incip. fuit quæsitum, fol.344. lit. B.* at si res cõmodè di-
12 uidi nequeat inter plures, ideoq; vni tantùm debeat adiudicari ad *Text. l. si quis putans, §. idem, ff. commun. diuidun.*, præferri eum, qui
13 primò ad iudicium congrui prouocauit, habetur ex *Napodan. ver. ea parte, num.78.* Cæterum pro hac re generalem regulam statuamus
14 cum *cod. Napod. ver. infimum, nu.105.* primò, ius

ius congrui de proximo ad proximum descendere; secundò, de proximo ad proximum ascendere; tertiò, ad latera; & quartò, ad capita extendi.

Tandem pro coronide dicam, vicinum
15 dominum vrbani prædij, vicino domino rustici in iure congrui potiorem esse, *Napod.in sup.explic.consuet.si quis emit,ver.domum,num.* 18. *Afflict.decis.*232. vbi *Vrsil.* cum vrbanum prædium magis dignum trahat semper rusticum minus dignum, *l.fundum,ff.de act.empt. l. Lucius,§.colleg.ff.de leg.*3. *Molfes. de iur.congr. quæst.9.num.6. Thor.in compend. par.*1. *ver.ius*
16 *congrui an competat vicino hortum habenti*, *Io:de Amic.cons.*1.*num.*13.*cum seqq.* vno ore
17 affirmantes, *Vicino Terræ tantùm haud competere ius congrui in concursu alterius coniuncti etiam terræ, in qua tamen possidet domum, sed illum præferri, qui coniunctus est cum terra, in*
18 *qua habet domum*; vnicum enim corpus dicûtur terra, & domus, *l.ex prædijs,§.balnea, ff.de*
19 *leg.*2. præcipuè si vno pretio, vnaque emptione sint emptæ *Napod.cit.n.*18.*vers.& non propterea de Amic.ibid. nu.*7. ac terra, domui vni-
20 ta, vrbanum prædium dicitur, non autem rusticum, *l.vrbana prædia, §.fin.de verbor. signif.*

Item etiam absque deposito pretij rei, quæ
21 retrahi petitur, retractum petitum, ac retrahenti competens, minimè denegandnm, cum
22 sententia eo casu à Iudice conditionatè, si retrahens pretium soluerit, *Dec. post Alex. in l. filia licet, C. de collat.* valeat proferri, ac pen-
23 dente iudicio possit pecunia deponi, *Castrens. cons.*166.*vol.*1.*Calà de mod.articul.* §.1. *glos.*4. *nu.* 4. *& Tusc. conclus.*583. *lit.T.* dixitq; *Nouar.quæst.forens.par.*1.*q.*65.*n.*5.*&* 6.

Et hic pro complemento huius rei, & ad explantationem eorum, quæ *cap.*1. *huius tit.à n.* 49. dicebamus, adnotare libet, prælationem
24 agnato tunc competere ad vindicandum feudum, cum in extraneum fuerit translatum,
25 nam si in gentilem, etsi in gradu non successibili, alienatio subsistitur, nec proximo agnato prælatio veniet adiudicanda: hoc primus omnium tradidit *Franc.Sonsbekius par.* 13.*de feud.à num.* 116. *cum seqq.* in libro Coloniæ edito anno 1555.& habetur etiam inter *tractat.vol.* 10.*par.*2.*pag.*123.*& propriè* 156. *col.* 2. *& seq.* apertissimis verbis: confirmarunt *Cephal. consil.* 307. *Tho. de Marin. de feud.tit.*2.*de feud.ex pacto à num.*68.*Ruyn.cons.* 37.*num.*17.*lib.*1.*Ardizon.in summ. iur. feudor.* ac *Reg.de Pont.decis.*11. *num.*8. omnesque excogitatas à *Sonsbekio* rationes, quia nempè
26 ex iure alienantis, quod non dicitur per alienationem penitùs destructum, ille, in quem fuit facta alienatio, potest etiam succedere ordine recto, & iure, eo nempè casu, quo proximus agnatus alienanti agnato præmoreretur, ac secundò, quia in hac facti specie ratio
27 illa efficax, qua nulla potest alia excogitari efficacior, *Fachin.lib.*7.*controuers.cap.*17. *de Pont.decis.*11. *n.*8. & quæ admittentes in feudis antiquis retractum compellit, *Cons. de Rosa consult.* 27. *num.* 13. quod nimirum ius retractus principaliter concessum sit, ne res patrimonialis immobilis extra familiã transferatur, non violatur, *cit. Author.* amplectuntur, Quin *cit.Cephal.* prælationem, nec competere contra agnatum remotiorem post mortem feudatarij, vel pro feudo hæreditario, optimis comprobat monumentis, eiusdemque in sententiam inclinat *Syluan.cons.*15.*nu.*30. præcipuè si proximè successurus eam non petierit; cum in prælatione edictum successorium non detur *De Rosa consultat.* 27. *numer.* 11. prohibita enim alienatione rei extra familiã,
28 licitè potest aliquis in agnatum remotiorem ex familia rem ipsam transferre *glos.in l.vnum ex familia,§.itaq; ff.de leg.*2.*Castrens.et Cuman. in l.peto eod.tit.Tiraquell.de retract. conuent.* §. 11.*glos.*6.*numer.*7.*Surd.cons.*247.*n.*2.*Fusar.qu.* 688.*n.*97.*Montan.controu.*51.idq; ratione desumpta ex *prag.*33.*de feud.* qua feudi translatio in agnatum remotum præterita fœmina, quæ deberet immediatè succedere, permittitur, videtur quodammodo approbari.

Cæterum nec suis caret *Authoribus*, & ratio-
29 ne sententia, qua suademur affirmare, retractum in vita alienantis feudum, non competere agnatis collateralibus siuè in remotos agnatos, siuè prorsus extraneos alienatum fuerit, cum vix ipsius alienantis filijs id permissum censeatur, attenta originali doctrina
30 *Iser.in cap.*1. §. *Titius si de feud. fuer. conten. vers.hoc ergo nouum*, quam confirmatam vides ab *Afflict.*, *Bambacar.nu.*3. ac *Frider. Sebenck. ibid.Mandel.cons.*76.*n.*1.*Clar.in §.feudum, qu.* 42.*n.*1.*&* 6. *Iacobin.à S. Gregor. in inuest.feudal.vers.& cum pacto de non alienando, nu.* 44. *Curt.sen.cons.penult.Intriglo.cent.*1.*q.*51. *n.*18. *Hartaman.lib.*2. *qu.* 13. *& Cumia in cap.si aliquem, ver.antiquis, n.*358. *&* 365. *alijsq;* ergo
31 idem affirmandum in feudis: quiduè dicendum in feudo donato? habetur apud *eundem Hartaman.ibid.q.*12.*à n.*14.*& Schrader.tom.*1. *par.*8.*cap.*7.*n.*73. *Marcian.cons.*25.*&* 26. prælationem eo casu penitùs excludentes.

Rursus quid dicendũ in vẽditione feudi sub hasta? habetur apud *Thor.in supplem. compen. ver. prælatio concedi à fol.*488.*per seqq.* vbi innumera ad notitiam rei, de qua agimus inuenies coacervata, videasq; *DD.ibid.*relatos, ac *Capyc.Latr.consult.*27.*&* 28. *tom.*1. *& consult.* 96.*in* 1.*punt.tom.*2.

TITVLVS DECIMVS OCTAVVS

IN

Quo casu stetur dicto coloni, partiarij, coloni simplicis, &c.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, si est quæstio, explicatio.

De Colonis, eorumque depositionibus quandoque in iudicio possessorij summarijssimi attendendis. De præiudicialibus actionibus, in Regno Neapolitano sublatis, & an ibidem excussionis principalis exceptio, lite contestata, valeat opponi, & non opposita debeat Iudex; ex officio de ea cognoscere. De diuidendis fructibus inter colonũ, & nouum dominũ prædij. De testibus non recipiendis parte non citata, præter quam ad Iudicis informationem, ac de eisdẽ repetendis, vel non repetendis. Tandem de sequestro rerum in iudicio faciendo, & an, & quando illud possit à Iudice fieri, vel in principio litis.

SVMMARIVM.

Colonus quisnam dicatur? num.1.
Dispositio ista consuetudinaria ad casum summarijssimi possessoriŭ reducitur, n.2.
Malitia rusticorum formidanda, n.3. cum vix inueniatur maior, n.4.
Pœna rustici, falsum deponentis, traditur n.5.
Quilibet colonus potest deponere vocatus, num.6. & 7.
Testes vltronei non probant, num.8.
Aduersus attestationes colonorũ competit defensio, num.9.
Præiudiciales actiones quot sint? nu.10. & cur ita dicantur? num.11. omnes sunt sublatæ in Regno, num.12. ideò vel inuicem pugnantes possunt opponi, num.13.
Exceptio discussionis principalis in Regno sublata quoad ordinem, numer. 14. an possit post litem contestatam opponi? n.15.
Colonus an repetat à nouo domino portionem fructuum? n.16. & 18.
Res integra in emptorem debet transire, n.17.
Partiarius habetur loco socij pro anno incepto, eidemque competit actio pro socio, numer.20. & 21.
Testes recipiuntur parte citata, num.22. nec in contrarium valet stylus Curiæ, nec Consuetudo, quæ legitimè non fuit inuecta, allegari potest, n.23.24. & 25.
Testes repetuntur si parte citata non sunt recepti, num.26.
Repetitio testium quomodo facienda? n.27.
Repetitio testium multis in casibus non requiritur, n.28.29.30. & 31.
Testes ad iudicis informationem recipiuntur non citata parte, n.32. at si fuerit petita repetitio, fieri debet, n.33.
Consiliarius Ioseph de Rosa *laudatur, n.34.*
Sequestrum est iudici Arbitrarium, n.35. & 36.
Sequestrum in principio litis fieri nequit, num.37. sed fallit quandoq; num.40.41.42. & 43.
Requisita, quibus concurrentibus fieri debet sequestrum, traduntur, n.38. & 39.
Partis instantia in iudicio non debet frustrari, numer.44.
Decreta Iudicum debent habere exequutionem, numer.45.

Per-

PErperam de hac *Consuetudine* loqui vi-
1 deremur si Coloni, Partiarij, Inquilini,
simplicisq; Coloni, de quibus in ea, nõ
præmittamus explicationẽ, at quoniam, quid
sibi velint ista verba? percuntanti satisfacit
Napodan. in rubr. à num. 1. *per* 10. idem facere
excusamur.

Dicimus tamen, ad causam summarijssimi
2 possessorij fructus colligendi, ac pensionis
exigendæ, dispositionem istam consuetudina-
riam reduci, vt in dubio habeatur probatio
per dictum eius, qui tanquam informatus, &
facti particeps concinnam rei præsumitur ha-
bere notitiam; & cum rustici, cuius dictum
3 spectandum traditur, possit malitia formida-
4 ri; maior enim rusticorum malitia vix inueni-
tur, nullum super proprietate partibus per il-
lius dictum præiudicium generari, statuitur,
imò & contra Eum si falsum Sacramento fas-
5 sus sit iudici, actionem in factum pro eo, quod
interest, & criminalem doli, & periurij læsæ
parti, tribuendam, patet.

Cuiuslibet ergo Coloni siuè Neapolitani, si-
6 uè in vicis nati, vt probat *Napod. ver. ciues, nu.*
4. *&* 4. dicto statur, dummodò sit vocatus, &
7 à Iudice interrogatus, prout ex verbis, *voca-
to*, & *interrogati per iudices* habetur, cum
8 aliàs vltroneus non faciat fidem *Authentic.
de testib.* §. *si verò deducens in glos. sup. ver. de-
nuntiatis*, & *de tabul. exhib. l.* 3. §. *exhibere, Na-
npodan. ver. vocato, num.* 8. & per *glos. & Bar.
in l. post legatum*, §. *his verbis, ff. de his, quib. vt
indign.* notat *Gramm. cons.* 21. *num.* 6. eiusque
9 dictum potest contraria probatione, quæ de-
ducatur in promptu, retundi, *Napod. ver. per-
ceptionem, n.* 6. *&* 7. cum leuiter valeat impe-
diri, quod leuiter datur cognosci.

At quamuis alia examinet *Napod.* & resol-
uit, & quia apud eum haberi possunt, finimus
enucleare: duo tamen cõferre hic, & adaperire
non pigebit. Alterum quod ex *Napod.* verbis
n. 13. de præiudicialibus actionibus explicãdũ
se præbet, & alterum, quod ex fructuum per-
ceptionis quæstione, de qua in *Textu* agitur,
10 dependet; & quoad primum dicimus, præiu-
diciales actiones, quæ tres assignãtur in §. *præ-
11 iudiciales instit. de act.* tanquam cæteris præ-
iudicantes quæstionibus, vel sententiæ, quæ
veniret ferenda, limitationem præparantes,
12 *l.* 3. *C. de ord. cognit.* omnes prorsus in Regno
sublatas per *constit. regni si ciuiliter agens*, *vbi
glos. in vers. præiudicialibus, & Afflict. in* 6. *no-
tab. num.* 6. *relat. per Carauit. super rit.* 236. *n.* 2.
13 ità vt plures possint simul proponi; vel inui-
cem pugnantes; ad idem conferunt disposi-
tio *cit. rit. ac reg. pragm.* 1. *de ordin. iudic.* ad cu-
ius *pragm.* explanationem videas tradita per
Nouar. in collect. super ea, & Rouit. ibid. qui nu.
15. ex *Afflict. vbi sup. num.* 9. & *Vrsill. in addit.
ad decis. eiusd.* 132. dicit, quoad ordinem in
14 Regno sublatam exceptionem discussionis
faciendæ per *authent. hoc si debitor, C. de pignor.
& authent. præsente, C. de fideiussor.* stante di-
spositione *cit. constit. si ciuiliter agens*, quod si
verum esse affirmes, non tàm insudandum in
15 quæstione illa decidenda, an exceptio discus-
sionis principalis etiam post litem cõtestatam
valeat opponi, ità vt non opposita debeat iu-
dicis officio cognosci, & admitti? de qua latè
de Marin. quotidian. resol. cap. 26. *to.* 2. *à num.* 6.
Gallup. in prax. par. 2. *cap.* 9. *à n.* 1. *Guid. Pap. de-
cis.* 94. *&* 570. *Afflict. decis.* 378. *num.* 6. *Negu-
san. de pignor. membr.* 1. *par.* 8. *num.* 35. *Gabriel.
commun. conclus.* 1. *sub tit. de fideiussor. Calcan.
cons.* 29. *num.* 12. *Crauett. cons.* 263. *num.* 5. *Pur-
pur. cons.* 277. *à num.* 2. *vsque ad* 6. *vol.* 1. *Io: Ba-
ptist. Costa cõs.* 47. & alij pro affirmatiua, & ne-
gatiua scribentes.

Et quoad secundum dicimus, non parum
16 controuerti, an partiario, siuè colono nouus
dominus teneatur fructuum locatæ rei por-
tionem dare, an his contra priorem dominũ,
cum quo actum est, superfit actio ad repeten-
das expensas, & meliorationes, si quæ extant?
mihi tamen tutior visa fuit *Thes.* sententia
decis. Pedemon. 55. qui *n.* 6. tenet fructus rei vẽ-
ditæ, haud cedere nouo emptori si venditio-
nis tempore sunt maturi, & colligi valeãt, cum
17 res in emptorem integra, nec expers fructuũ
transire debeat, ad idem videndi *de Franch.
decis.* 334. *& Addent. Roman. cons.* 30?. *Cephal.
cons.* 181. *n.* 16. *Surd. dec.* 2. *num.* 53. affirmantes
cum *Gratiano discept. forens. cap.* 37. *n.* 2. *Text. l.
emptor., C. locat.* etiã vbi est colonus, siuè par-
18 tiarius, & habens hypothecam, attendi, con-
tra quos decisum refert *Sanfelic. decis.* 366. per
ea, quæ ex *Bald.* habentur *in l. denique*, §. *quod
igitur, ff. pro soc. Iacob. Brut. l. si merces*, §. *vis
maior, ff. locat. Aret. in* §. 1. *&* 4. *instit. eod.* iuxtà
tamen *decisionem* 82. *Pedemon. Senat.*, qua pro
19 anno incepto dominum debere stare colono
partiario, fuit declaratum; colonus enim par-
20 tiarius habetur pro anno incepto loco socij,
eidemque actio pro socio competit *Bart. in
l. si apes*, §. *item constat*, *ff. de furt.* & confert
Crauet. placitum *consil.* 298. *num.* 10. *&* 11. di-
21 centis, factum ratione rei in singularem suc-
cessorem transire.

His positis, aduertas, testium attestationes
22 in iudicijs monito aduersario recipi debere
l. si quando 18. cum *authent. sed & si quis, C. de
testibus*, nec generalem sufficere citationem,
23 sed specificam, indiuidualemque requiri, di-
xit *Rot. Roman.* apud *Ludouis. decis.* 267. *nu.* 2.
24 cum aliàs fidem non faciant *cap.* 2. *de testib.*,
nec stylus Curiæ in contrarium valeat allega-
ri, *Dec. in cap.* 2. *num.* 103. *de probat.* nec *Con-
25 suetudo* vtcumque inuecta, sed ea tantùm at-
tenditur, quæ per tot, talesq; actus, qui ad
Populi notitiam deuenerint, vel maioris par-
tis

tis fuit legitimè firmata, vt post *Alex. consil. 36.num.11. Crauett. de antiquit.tempor. par. 2. in princ.n.36. vers.2. intellige,* fuisse resolutum per *Rot.Roman.decis.215.nu.3.inter 372. decis.* criminũ,& testium collectas, per *Farinac.* testatur *Merlin.controuers.forens.tom.1.cap.42.n.1.*& dixit *Danza in pugn.DD. tom.2. de repetit.test.nu.5,& 10.* idque confirmatur dispositione regiæ *pragm.10.de offic. indic.* vbi §. 51.
26 mandatur repetẽdos testes receptos in causis criminalibus,etsi ad modum belli procedatur, vel cũ delegatione Principis;quomodo autem
27 sit facienda testium repetitio parte citata,habetur ex *Nouar.sup.eod.* §.51.*n.235. Boer.decis.108.Rouit sup.pragm.9. de ordin.iudic. Ricc. in addit.ad decis.668. de Franch.* qui citat *Carauit.rit.72.num.14.*

Potest tamen quandoque testium repetitio
28 remitti, ac multis in casibus; & primo quoties criminatus crimen patratũ vltrò fatetur, *Nouar.ibidem num.227.Danza vbi sup.tit.de potest.ad mod.Belli num.29.* Secundo, si facta
29 fuerit confrontatio rei cum ipso teste super recognitione personæ; vt *Merlin. ibid.* quicquid aliter voluerint *Guazzin. ad defens.reor. defens.20.c.21.n.5.*& *Honded.cons.101. n.1.& seqq. vsq; ad n.40.* Tertio, à reo si testes habiti
30 sint pro legitimè repetitis, vt ex dispositione *cit.* §.51. habetur, & apud *DD.* communiter est receptum; eo tantùm excepto casu, quo in
31 causa receptationis proscriptorum testes fuerunt examinati, cum in eo omninò necessaria sit repetitio, & si fuerit dictum, testes pro citatis haberi à reo,& procedatur ad modum Belli, vt voluerunt *Rouit.sup. prag.1.de persequend.malefactor.Theodor.alleg.92. Scialo.c.4. n.6.& 8.& c.18.n.11.cir.med.de foriud. Sanfelic.decis.39.* Alijs multis in casibus,de quibus *Ricc.decis.210.par.1.& decis. 294. par.4. Nouar.de grauam.vassall.tom.2.grauam.159.*alijq; latè de hac re agentes, repetitio potest omitti, sed ad rei pleniorem notitiã *cit.Dãz. in pugn. DD.tom.2.tit.de testium repetit. à cap.1.per 5.* latè eandem rem explanantem consulas.

Dicam, quandoque testes parte non citata
32 recipi,tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus iudicijs, si ad Curiæ,& Iudicis instructionem examinentur, vt habetur ex *Clar.lib.5.sentent.* §.*fin.quæst.45.num.13. vers. in hoc autem proposito, Cartar. in tract.de exequut. sentent. contumac.cap.fin.n.175.Scac.de iudic. causar. ciuil. & crimin.tom.2.cap.98. num.7. Matt.Stephan. de offic.iudic.lib.9.cap.8.n.2.& 3.* alijs innumeris relatis à *Merlin.cit.cap.42.n.3.* apud quem & *Thor.in compen.par.3.sect.3. ver. testes examinati,& ver.testes repeti,*sed adhuc repeti de-
33 bere, vel iterum citata parte examinãdos esse testes, si pars de repetitione, citationeque in ciuilibus institerit: in ijs enim, quæ Iudicis personam respiciunt, ac eiusdem informationem sufficit, vt cumque examinari testes cum iuramento, adhuc super notorio, cum vel de notorio debeat in actis constare; & ità annis elapsis per *Consil.de Rosa,*non vulgaris doctri-
34 næ virum, iudicatũ cernitur in causa cuiusdã olim magni nominis mercatoris, notoriè decocti, nam receptis testibus super decoctione, sequestrum bonis fieri mandauit, & curatorem dedit debitoris patrimonio in banca Litti; nam & si sequestrum omninò Iudicis ab
35 arbitrio nunc dicatur pendere, prout post *Rebuff.,Gayll.,Mut.,Gabed.,Larre.,Coler.Menoch. & alios* tradidère ex nostris *Reg. Rouit. cons.34.num.8.* ibi: *Qualibet causa, quæ mouet animum Iudicis, sufficit ad sequestrum, Stayban. tom.1.resol.41,n.6.cum index possit ex officio sequestrare,si iustum sibi videbitur, etiam in casibus, in quibus, ad instantiam partis non soleat sequestrum concedi, De Rosa consult.5. num.2. & certè sequestratio adeò Iudici arbitraria est, vt qualibet æquitas, aut alia causa,Iudicis mentem mouens,sufficiat ad illam decernendam,* videturq; probari à *Vulp.lib.13. de edict.in l. fideiussor 7.*§.*fin.ff.qui satisda.cogan.* ibi: *Si Iudici sederit,* ideòque in moribus omnium ferè
36 nostræ tempestatis iudicantium esse, sequestrationes indistinctè mandare,testatur *Gizz. obseruat.5.ad Capyc. Latr. num. 10.* debet ta-
37 men habere sui decreti fundamentum,præcipuè si fiat in principio litis contra *Text.l. vnic.C.de probib.sequestr. pecun.* & tradita per *Stayban.tom.1.resol.12.à n.1.& propriè nu.18. aliosque cumulatos DD.à Reg. Capyc.Latr.de-*
38 *cis. 197. num.1. lib. 2.* cum non aliter id fieri concedatur, quàm si quatuor requisita concurrant, de quibus *Guid.Pap.decis.246.* quem sequuntur *Minsyn.singul.obseru. cent.2. obseru. 11. Reg.de Marin.to.2.in addit. ad decis.47. R. Reuert.num.2. ver.cæterum, aliq;* & signanter
39 si de credito constiterit petentis sequestrum per publicum instrumentum, vel per alium concludentem modũ,à lege nõ improbatum, *Coler.de process.par.3.cap.1.n.11.*

Cæterum nec vnus est casus, quo sequestrũ
40 in principio litis fieri valet; nam fructus rei, hypothecæ suppositæ, in ipso litis ingressu sequestrãtur,quoties etiam de fructibus agitur, præcipuè si fundi proprietas pro satisfactione debiti non sufficeret, eorumque recuperatio post sententiam redderetur difficilis, *Merlin. controu.forens.cap.24.to.1.*cum ex *Papiro Iusto Iure Consulto lib.1.de constit.*habeatur in *l.Imperatores 21.ff.de appellat. Iidem rescripserunt, quamuis vsitatum non sit post appellationem fructus agri, de quo disceptatio fit, deponi, tamen cum popularentur ab Aduersario, æquum sibi videri, fructus apud sequestrum deponi.*

Secundò, pendente iudicio petitionis hæreditatis, *l. Diuus, ff. de petit. hæredit.*, *de Frnch.decis.204.in fin. Capyc.Latr. decis.5.* vbi

Gizz.

41 *Gizz. in obseruat.* ne partes veniant ad arma, *l. æquissimum, ff. de vsufruct.* sed potiùs vacent expeditioni causæ *Gizz. ibid. n. 4.* & quandoq; nec citata parte fieri potest, *Bal. in l. si fideiussor, §. satisdatum, n. 3.* vbi *Alex. eod. num.* & *Ias. num. 10. ff. qui satisdare cogan. Carocc. de sequestr. par. 3. quæst. 3. vers. limitatur:* vide *Sanfelic. decis. 211. tom. 2.* de eadem re agentem.

Tertiò, si conuentus sit exterus, nam ex do-
42 ctrina *Bar. in l. de pollicitationibus, ff. de pollicit. Rebuff. ad constit. Gal. tit. de lit. oblig. art. 6. gl. 3. num. 48. Caualc. decis. 3. vol. 1. Caroc. d. par. 3. qu. 9.* aliorumq; exteri bona, vt actori sit consultum, debent sequestro supponi, ex *Vulp. in d. l. si fideiussor, §. fin. percipitur,* ibi, *Si satisdatum pro re mobili non sit, & persona suspecta sit, ex quo satisdatio desideratur, apud officium deponi debebit, si hoc Iudici sederit, donec vel satisdatio detur, vel lis finem accipiat.*

Quartò, si res custodiæ causa sequestrari petatur, vt per *Text. l. interesse 39. ff. de acquir.*
43 *possess.* fundauit *Anton. Fab. defin. 1. in C. de probib. sequestr. pecun. nu. 5. in alleg.* si adsit periculum dilapidationis, *Abb. cons. 2. num. 16. de sequestr. possess. & fruct. & cons. fin. eod. tit. nu. 7. Gayl. obseru. 148. n. 2. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. num. 13. Coler. de process. exequut. par. 1. cap. 2. n. 151. & 152. Rot. Roman. diuers. decis. 13. par. 2. Rouit. cit. cons. 34. num. 9. de Rosa ead. consult. 5. num. 3. ad Text. l. si fundus. §. interdum, ff. de pignor. & hypoth.* nam in iudi-
44 cijs non debet partis instantia frustrari, *l. si prætor 75. ff. de iudic.* nec Iudicum defini-
45 tiones eludi, *l. ne in arbitris 4. C. de recept. arbitr.*

TITVLVS DECIMVSNONVS

DE

Testimonio Rusticorum.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, In causis; Et, Si rusticus, cum §. quicumq; explicatio.

De testibus nonnullis in causis etiam in opportuno numero non admittendis, item de eisdem, vel singularibus, alijs in causis rectè probantibus. De priuilegio Nobilium ex sedilibus Ciuitatis Neapolitanæ circa Ciuilitatem, & an ijdem, etsi orti extra Neapolim, vel oriundi, valeant ad Almum Collegium Neapolitanorum Doctorum admitti, & quid si ibidem sint concepti? De Doctorato cum dispensatione Principis ante præfinitam ætatem, an valeat non dispensato præferri? & an, & quando dispensatio de vno ad alium casum valeat extendi? De professione fraudulenter emissa, & an tertio valeat præiudicare? De priuilegijs Doctorum, & an primo Doctorato, postremò Doctoratus, admissus ad Collegium per decretum, præferatur?

SVM-

SVMMARIVM.

Consuetudinis in causis, si rusticus, *cum* §. quicumq; *dispositio traditur, num.*1.*quæ hodie non seruatur,n.*2.

*Titulati quomodo conuincantur testium depositionibus in criminalibus,n.*3.

*Testis vnus nobilis sufficit in causa seruitutum, num.*4.

*Nobiles Neapolitanorum Sedilium, vbiq; orti habentur vt Neapolitani, & gaudent omnibus priuilegijs Neapolitanorum,n.*5.

*Nobiles Neapolitani an orti extra Ciuitatem Neapolitanam possint admitti ad Collegium Doctorum, si nec sint indè oriundi? traditur num.*6.7.8.& 9.

*Neapolitanus quis multifariè fieri potest, n.*10.

*Neapolitani allecti,vel aliter effecti non admittuntur ad Collegium Doctorum,& quare? nu.*11. 12.& 13.

*Allicere aliquem ad aliquod collegium, an res modici præiudicij sit? num.*14.

*Neapoli conceptus admittitur ad Collegium Doctorum,n.*15.

*Doctoratus cum dispensatione, an præferatur etiam in admissione ad Collegium nouissimè Doctorato absq; dispensatione? n.*16.

*Doctorari aliquis potest in anno vigesimo primo de iure regni nostri, anno verò decimoseptimo de iure communi, n.*17.18.& 28.

*Dispensatio dicitur odiosa cæteris non dispensatis, num.*19.

*In odiosis non fit extensio, nec de maiori ad minus, num.*20.

*Dispensatus ad beneficium curatum non ideò censetur dispensatus ad simplex,n.*21.

*Dispensatus ad Episcopatum, nec dicitur dispensatus ad beneficia,n.*22. *nec ad pensiones, n.eod.*

*Legitimatus an detrahat legitimam, & Trebellianicam? nu.*23.

*Doctor factus à Principe per rescriptum non gaudet priuilegijs cæterorum, n.*24.

*Nouitij Dominicani si profiteantur in periculo mortis constituti, non ideò Monasterium succedit, n.*25.

Festinata professio quomodo prosit? habetur nu. 26. & 27.

Eminentissimus Cardinalis de Lugo è *Societate Iesu laudatur,n.*29.*eius tamen sententia de admittendo in comitijs prouincialibus inter antiquiores professum, vel dolosè ante statutam ætatem in præiudicium alterius legitimè professi,examinatur,& reijcitur, n.*30.& 35.

*Professus dolo Abbatis tenetur in religione perseuerare,& quare? n.*31.& 32.

*Dolus vitiat contractum, si interuenit ex parte contrahentis, non verò tertij,n.*33.

*Dolus nulli debet prodesse,n.*34.

*Professio emissa per puellam circumuentã ab Abbatissa non obest coniunctis, eisque ideò debet illius dos restitui,n.*36.

*Professio à quo die currat, eo ne, quo legitimè emissa est, an verò eo, quo inualidè fuit emissa? num.*37.

*Fraus nocet principali,non autem tertio,n.*38.

*Dispensatio an, & quando extendatur ad connexa, & accessorium? n.*39.& 40.

Canonicus dispensatus ad ordinem, requisitum pro consequutione dignitatis, censetur dispensatus ad votandum, num. 41. & *quando, num.*42. & 43.

*Priuilegia DD. traduntur remissiuè, n.*44.

*Doctor non potest pro debito carcerari,num.*45. & 46.*quid his temporibus? n.*47.

*Doctorum priuilegia multa abierunt in desuetudinem eod.n.*47.

*Senatorum Almi Collegij Doctorum Neapolis numerus quisnam sit? n.*48.

*Doctores absentes quando munusculis gaudent? num.*49.

*Primò doctoratus an sit præferendus doctorato nouissimè, qui fuit admissus? n.*50.& 51.

1 DE testimonio rusticorum contra ciues Neapolitanos non admittendo, ac de probationibus in iudicio summario possessionis inter Neapolitanum, & Rusticum ad ipsius rustici, non producentis titulum possessionis, exclusionem sufficientibus,
2 alijsque hic tractari legenti patet; at municipales has leges non seruari verissimum putò, prout *de cit.consuet.in causis*, testatur *de Franch. dec.* 337. *in fin.* & dixerunt *Apost. margin. incip.ista consuetudo,* & *Anton. Capyc. in apost. eadem modo incip. in fin.* ideò ad alia gradum facere, earum explicatione prætermissa, non vereor.

3 Dicam idcircò ad ornatum,Magnates,quos dicimus Titulatos, non aliter de criminibus per testes conuinci, quàm si sexdecim burgēses deponant, vel duo Comites, aut quatuor Barones, vt in *constit.regn. persequentes, tit. de pugn. subla.*, habetur, & *Afflict.ibid. Reg.Tap. lib.*5.*iur.regn.tit.de duel. Gramm.vot.*6.*nu.*21. alijq; confirmant, & vnicum nobilem testem
4 sufficere, si deponat in causa seruitutum habetur ex *Gaill.obser.*66.*n.*11.& *Borgia lib.*19. *inuestigat.iur.cap.*16.*n.*8.*in fin. to.*2.

5 Item omnes Sedilium nobiles,etsi alibi sint orti, vel geniti, Neapolitanos haberi, omnibusque priuilegijs, exemptionibus Neapolitanorũ potiri,ita vt in omnibus tanquam cæteri Neapolitani dicantur *Capyc.Latr.consult.*128. *tom.*2.*num.*19.& 34.*R.Moles quæst.*17.*dec.*57. *Ronit.consf.*83. vbi multa ad rem *Altimar.in obseru.Marcian.disput.forens. tom.*1. *disput.*43. *Camill.Saler.in proem.consuet. vers.ad hoc, vt quis efficiatur,fol.*26.*in fin.*

Et

Et hinc petendi datur occasio, an quilibet
6 Doctor nobilis ex Sedilibus ad Almum Collegium Doctorum huius inclitæ Ciuitatis, etsi nec in ea natus, nec indè oriundus sit, admittatur, & qualitati Neapolitanæ Natiuitatis, vel originis, requisitæ à Regina Ioanna, quæ almum Collegium instituit, satisfactum dicatur? Et non sufficere, aliquem ex nobilium
7 cętu esse, si natiuitas non probetur, aut indè ducta origo, tradidere *R.de Pont.conf.*33. *nu.* 13.*vol.*2.*Recc.in glos.priuileg.Sacr.Colleg.Do-*
8 *ctor.*§.2.*n.*95.*fol.*59. quod & Ego libenter affirmo, quicquid *Sanfelic.in prax.iudic.sect.*14.
9 *num*4. aliter senserit, ac (vt audio) nouissimè fuerit decretũ ad fauorẽ Ill.Ducis Spezzani:
10 exploratũ enim est, multifariè exteros posse Neapolitanos deuenire, ideoque sicuti Nea-
11 poli allecti in ciues per incolatum, vel alio quouis modo ex traditis per *cit. Recc. fol.* 51. *à num.* 50. *cum seqq.* quibuscumque Neapolitanorum priuilegijs fruuntur, nec tamen in Neapolitano Collegio recipiuntur; à pari, nec possunt ad idem allici huiusmodi Nobiles platearum; certumque genus Neapolitanorum expressit indulgendo Regina, ideoque nec cæteri comprehensiuè dicuntur admissi, cum
12 multum inter se distent hæc duo, aliquem Ciuem habitum, reliquorum Ciuium priuilegijs gaudere (quod vltrò concedimus Nobilibus Platearum) & Ciuem præsumptiuè habitum, aut Principis indulgentia factum, priuilegijs, tãtùm natis, & originarijs ciuibus cõcessis, potiri, & si natiuitatis, vel originis qualitatem nõ habeat (hoc.n. est, quod mordicus negamus) ideoq; hoc vnũ ab altero nõ infertur; potest siquidem Nobilis persona, vt Neapolitana priuilegiorum cuiusque generis ca-
13 pax dici, at non illorum, quæ ortis tantùm, vel originarijs fuerunt concessa, si huiusmodi esse nequeat; nam orti, & originarij vt digniores præ cæteris fuerunt electi, nec quod dicitur ab *eod. Sanfelic.decis.*162. *num.*3. mo-
14 dici nempè præiudicij rem esse, quem ad Collegium aliquod allicere, obstat, cum in casu nostro, quò per vnius allectionem cæteris Neapolitanis præiudicium maximum infertur, tàm in collegiali dignitate, quàm in munusculis, quæ traduntur, falsum esse digno-
15 scatur. Et conceptum Neapoli etiam admitti ad Collegium Neapolitanorum Doctorum, tenet *Sanfelic.sect.*14.*prax.iudic.num.*6.& nonnullas affert decisiones *fol.* 237. ac *fol.* 241. 242.& 243.

Item quærimus an Neapolitanus, qui do-
16 ctoratus lauream fuit adeptus Principis dispensatione iuxta tradita per *Sanfelic.in prax. indic.sect.*26. *per tot.* ante tamen annum vige-
17 simum primum (eo enim Doctorem quemq;
18 creari posse, habetur in *pragm.*7. *vers.*5. *tit.de scholar.doctor.* quod ius commune fieri posse in anno decimoseptimo statuit, vt in *l.* 1. §. *pueritiam,ff.de postul. Sanfelic.ibid.num.*2. cum *DD.ab eod.relat.*& traditur per *Rouit.in rubr. eiusd.tit.de schol.Doctor.n.*11.) Doctori, cui nil dispensatione est indultum, præferatur; an verò iste, qui statuto tempore doctoratus fuit, in concursu iura habeat potiora? Hanc quæstionem à *Gizz.* primùm tactam reperi *obseru.*75. *ad Capyc.Latr.decis.* qui latè excusso articulo, contra dispensatum respondit, eumq; sequitur *Altimar.obseru.*47. *ad conf.Rouit. lib.*3. *nu.* 6. & quoniam horum potiùs sententia, vt verior, ac solidissimis fulcita rationibus, quàm in contrarium fortè sentientium, mihi placet, sequentia ad eam comprobandum monumenta conferre hìc volui.

Et primum, dispensatio cum sit odiosa cæ-
19 teris non dispensatis, siuè ius commune, siuè municipale vulnerans, arctè est accipienda, & ità, vt de maiori ad minus nec valeat ar-
20 gumentum, & extensio, ac ideò Monacus, ad beneficium curatum dispensatus, non potest
21 simplex obtinere, proùt dispensatus ad dignitates, & beneficia, non æquè dicitur dispensatus ad Episcopatum, nec dispensatus ad
22 beneficia, valet consequi pensiones, proùt hęc omnia probat *Corrad.in prax.dispens.lib.*1.*c.*5. *à n.*1.*ad* 7. cum sufficiat, si in vno, vel modico tantùm operetur dispensatio *Hartaman. Pistor.lib.*2.*quæst.*49.*n.*13. post alios. Ergo sat est in casu nostro, vt validè, legitimèque dicatur Doctor factus ante pręfinitam ætatem dispensatus, nec debet ad alia dispensatio produci in præiudicium Doctoratorum sine dispensatione, & prosunt, quæ aliàs de legitimato à Principe dicebamus, vt absque eiusdem declaratione expressa legitimi in perniciem agnatorum non dicantur, quicquid in cõtrariũ scribat *Rodoer.conf.*20.(pro qua re videnda, quæ
23 habentur in *conf.* 1.2.*&* 3. *Amat.* circa legitimæ, & trebelleianicæ detractionem) cum æq; valeat affirmari, huic dispensato nil vltra expressum à Principe in dispensatione indultũ,
24 nã Doctoratum, per priuilegium, aut Principis rescriptum non gaudere cæterorum Doctorum prærogatiuis, firmant *Guid.Pap. decis.* 88.*&* 388.ac latè *Nouar.quæst.forens.*143.*p.*1. *& sup. pragmat.*2.*de Scholar. Doctor. collect.*1. *num.*6.

Secundum; Communis est traditio, professionem à Dominicanis Nouitijs, in pericu-
25 lo mortis constitutis emissam, nondum expleto nouitiatus tempore ex dispensatione, seù priuilegio recolendæ memoriæ B. Pij V. non operari ad effectum, vt Monasterium succedat ad bona huiusmodi Professorum; pro-
26 dest enim festinata professio ad consolationem, vtilitatemque spiritualem Profitentis,
27 nil verò præiudicij venientibus ab intestato gignit, ita *Henriquez lib.* 13. *de excom.cap.* 40.

40.num.2.in comment. lit. R. Peregrin. in compen.priuileg.Cleric.regul.lib.1.cap.8.dub.4. & lib.2. cap.& concl.3. Rodriquez in compen. qq. regul.resol.101.nu.40.Homob.de exam. Eccles. par.3.tract.14.cap.2.quæst.74.resol.3.Sperel.decis.16.num.24.Barbos.cap.ad Apostolicam nu.4. in fin.de regular.Bordon.de profess.religiosa c. 6. quæst.28.n.50.& 51.vers.ad quintum, & latissimè probat *Molfes.in summ. tract.9.de legi.cap. 12.a nu.58. vsq; ad 70.* ità declaratum à S. C. Cardinalium, refert *Lezana in sum. qq. regul. cap.25.n.39.in fin.* ac dixit *Cardin.de Lugo responsmoral.lib.4. dub.21. num.7.* Ergo eodem
28 modo Principis facta facultas ad suscipiendum doctoratum,doctorando confert,nec dicitur cæteris obesse.

Sed eiusdem *Eminentissimi Cardinalis de*
29 *Lugo* è Societate Iesu videtur authoritas in *cit. dub.21. à num.7.* nostræ huic sententiæ obstare,loquens enim de suo instituto,& ordine, in quo ius vocale actiuum in comitijs prouincialibus quadraginta, & quandoq; quinquaginta antiquiores Professi habent,latè probat, antiquitatem in professis à die professionis emissæ,computandam, etsi ante ætatem legitimam fuerit emissa, idque extendit *num.9.* ad Professum dolosè, qui superiores decepit fingens completam iam ætatem requisitam triginta trium annorum,cum nec attingerit.

Pace tamen tanti Viri,eius sententia iure
30 nostro non sustinetur, nam tum in secunda eius propositionis parte à iure nimis aberrat, tum quoque in priori legitimè eā non probat; obstant enim superius tradita, ac etiam *Text. cap.penult.16.quæst.7.& cap.constituit 20.qu.3.* quibus decernitur, Abbatis dolo inductum
31 ad emittendam professionem, cogendum quidem perseuerare in Religione, sed bona ipsius hæredibus reddenda, & *Innoc. in cap. dudum,n.4.ver.illexerunt de conuers. coniugat.* rationem huius reddens, ait: *Quamuis non*
32 *debeat quis dolo allici ad religionem ingrediendam, hoc tamen non irritat votum,sed quoad bona temporalia benè obest dolus,& ideò monasterium illa non lucratur, sed hæredibus deferuntur,* & ità docent omnes Canonistæ,tùm veteres,tùm recentiores teste *Fagna.cap.sicut nobis num.8.de regular.* afferente *nu.17.*differentiæ rationem ex *Beroo*; dolus enim (vt supponit) vitiat contractum si ex parte contrahen-
33 tium arguatur, non verò ex parte tertij; hinc cum duo fiant per religiosam professionem, bonorum nempè oblatio monasterio, & personæ Christo, illa vitiatur propter fraudulentam allectionem ex parte monasterij,& sic cōtrahentis,non autem ista ex dolo tertij,Abbatis nempè, dolosè allicientis ad contrahēdam personalem oblationem cum Christo.

Ergo sicut Abbatis fraus Monasterio prodesse non potest in ijs,quæ aliorum interesse respiciunt, ità minus huiusmodi dolosè pro-
34 fessum iuuare valet, cum nulli suus dolus debeat esse lucrosus, vt dixit *Turrecrem. in cit. cap. constituit ex verb. manere cogantur,* & sequitur *Fagnan.cit.cap.sicut nobis n.15.*

Nec obstat dicere, sufficit professio vali-
35 da, & antiquior, cum nil aliud requiratur ad ius vocale actiuum in Comitijs Prouincialibus Societatis Iesu, ergo vel si auduleēter emissa prodest; nam respondetur,id, quod assumitur, respectu profitentis tantùm verum esse, vt ex superioribus iuribus infertur, Doctorumque placitis,ideòq; quod indè deducitur in perniciem tertij, rationi non consonat, ac
36 rectè ideò professionem emissam à puella, quæ mortis in articulo constituta peracto nouitiatus anno per circumuentionem Abbatissæ ad profitendum in religione inducta fuit, validam fuisse declaratam per S.C. sed dotem restituendam esse coniunctis constito de fraude, refert, & probat *Fagnan.loc.cit.à numer.7. vsque ad fin.*

Ità nec obstat dicere, professio per erro-
37 rem, dolum, aut malitiam profitentis inualidè emissa, si posteà legitimè iteretur non currit à die, quo inualidè facta fuit, vel legitimè fieri debebat,sed à die,quo validè fuit emissa, cum antea Regularis non dicatur professus, ergo à contrario, quoties valida est professio, referre non debet, an fraudulenter fuerit emissa, & Regularis recentioribus professis
38 præfertur; nam pariter ex superioribus respondetur, fraudem principali semper nocere, non autem tertio, in quem committitur, ac ideò fraus,in qua versatur Regularis,eidem nocet, non æque tertio, cui per illum iniqua conditio inferri non debet. Ergo (vt ad nostram redeamus quæstionem) qui lauream doctoratus suscepit statuto tempore præferēdus Doctori, cui Princeps in ætate, vel aliter dispensauit, & fortius si fraus aliqua intercesserit, cum procul dubio fraus principali obsit.

Remanet tandem, vt ijs, quæ vrgent in cōtrarium ex *Felin., Couar., alijsq;* quos sequitur *Sanchez de matrim.lib.8.disput.1. num.23.* & ex *Clement.2.& 3.de ætate, & qualitat.&c.*
39 satisfaciamus:dispensatio enim(vt dicitur)nō extenditur ad connexa separabilia,quando is, cum quo dispensatur, est inhabilis ad connexa,ad quæ esset extendenda dispensatio,secus verò quando habilis esset ad connexum, siuè accessorium, nam remoto defectu principali
40 per dispensationem,dispensatus accessorium, & connexum obtinebit, hinc cum Canonicus
41 in capitulo vocem non habeat,si non sit Subdiaconus,quoties Pontifex dispensat, vt ante præscriptam ætatem valeat Canonicus Subdiaconus ordinari, censetur ordinatus etiam ad votandum admissus. Ergo eodem modo di-

dispensatus ad Doctoratum, debet similiter dici admissus ad Collegium tanquã ad aliquid cõnexũ, ad quod dicitur ęque habilis post dispensationem: sed argumentum non conuincit, ideòq; dicimus, & si prædicta sint vera,
42 nostro tamen casui non aptari, nam procedunt in casu, quo per dispensationem nulli prorsus fit pręiudicium, & ità Canonicus, cui Subdiaconatus susceptio ante præfinitam ætatem indulcetur, rectè per dispensationem dicitur consequenter ad votandum admissus, cũ non ità esset si per hoc Canonico legitimè
43 admisso, sinè dispẽsatione, tolleretur locus per dispẽsatum, prout est in casu nostrę propositæ quęstionis, Quare de nostra, ac *Gizz.* sententia non videtur ampliùs dubitandum esse.

Recenserem hic post ea, quæ tetigimus pri-
44 uilegia Doctorum, nisi à suscepto operis tramite detraheremur, multa enim sunt, & longũ esset cuncta afferre, ideòque decentèr factum putò illa tacere, ne afferens videar propriæ dignitatis encomia canere etsi magna, & ve-
45 rissima: hoc tantùm dicam, Doctores pro debito carcerari non posse, ac Iudicem, qui il-
46 los detinet pro debito, capitali pęna plectendum, dixisset *Arume. de iur. publ. to. 1. fol. 776.* ex *Bal. Perusin. tract. de carcer. cap. 1. num. 4.* tale verò priuilegium Doctorum, prout & alia
47 multa priuilegiatarum personarum in desuetudinem abijsse, notat *De Pont. in tract. de potestat. Proreg. tit. de assens. reg. 7. §. 7. num. 9.* ex traditis per *Carauit. rit. 166. num. 30. Fulgos. in l. 1. C. in quib. caus. mil. for. præscr. vti non poss. in fin.* & alios.

De numero Senatorum almi Collegij Nea-
48 politani tàm antiquo, quàm nouissimè aucto à die 26. Martij 1629. vt testatur *Tasson. de antepb. obseru. 3. num. 270. vers. sed quid*, tractãt idem *Tasson. à num. 256. Montan. controu. 31. in princ. De Franch. decis. 134. in fin.*, & qui nam
49 absentes possint munusculis gaudere, *Theodor. alleg. 49. Idem Montan. Recc. in glo. priuileg. Neapol. colleg. glos. 4. num. 68. per 71.* & alia ad rem tradunt *De Marin. allegat. 35. Tasson. obseru. 3. vers. 3. à nu. 260.* Et an primò docto-
50 ratus præferendus sit nouissimè doctorato, sed priùs admisso, an verò è contra? examinat *Altimar. obseru. 47. ad 3. lib. cons. Rouit. num. 10.* qui cum *Recc. iam cit. §. 4. ver. assumptus, num. 27. & seq.* pro primò doctorato conclu-
51 dit, prout pluries olim decisum, ac nunc receptum moribus dicit cõtra *Montan. controu. 30. nu. 13. & seq.* ac *De Pont. cons. 33. lib. 2.* contrarium defendentes.

TITVLVS VIGESIMVS

DE

Seruitutibus.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, si quis habens, cum alijs seqq. explicatio.

De varijs seruitutum speciebus, & de ea, quæ dicitur viæ, & actus, & an, & quando competat pretio intercedente? An Iura Consuetudinaria, de seruitutibus loquẽtia, Clericos obligent, & an ius claudendi viam publicam Vniuersitatis, an verò Principis domini; esse dicatur? possitque fauore Ecclesiæ via claudi, vel aperiri? De facultate altiùs tollendi cuilibet in solo proprio tributa, & an quandoq; censeatur sublata præsertim si Solis radia occupentur, aspectus ad mare, vel ad montes tol-

latur, aut ad æmulationem fabricetur? Item de prohibita ædificij constructione in loco, à quo ad Regularium claustra datur aspectus, ac tandem de nonnullis differentijs, ac concordantijs, quæ inter ius commune, & consuetudinarium in materia seruitutum intercedunt.

SVMMARIVM.

Seruitutum materia abundat quæstionibus, n. 1.
Conuenit consuetudinum tractatum insectari, n. 2.
Seruitus validior imponitur per statutum, vel contra forenses, num. 3.
Ius seruitutis cohæret rei, n. 4.
Vniuersa seruitutum materia multifariè diuiditur, num. 5.
Seruitus personalis, & realis, quid sit? remissiuè nu. 6. & 7.
Seruitutes mixtæ quænam sint? num. 8.
Seruitus personalis definitur, n. 9.
Consuetudo, si quis habens, *explicatur, n. 10.*
Ius commune quid statuat in specie tradita per cõsuetudinem, si quis habens? *explicatur, n. 11. & ratio dispositionis affertur, nu. 12.*
Dominus fundi potest eligere locum, in quo sit constituenda seruitus viæ, nu. 13. si tamen vicino non obsit, n. 14.
Iudex decernit locum, vbi sit seruitus constituenda, si partes discrepent, n. 15.
Seruitus pretio mediante concedi debet, n. 16. si de iure petentis non liquet, n. 17. aut consuetudine aliter non est statutum, n. 18.
Seruitus dicitur longo tempore præscripta, si decem anni lapsi sint, n. 19.
Seruitus viæ, & actus dicitur continuam habere causam, n. 20. & permittitur, & si pretium non soluatur pro ea, n. 21.
Pretium, debitum pro constituta seruitute, actione personali vindicatur, n. 22.
Pretium parietis, in quo superædificatur, actione personali petitur, n. 23.
Multa circa seruitutum materiam traduntur remissiuè, n. 24.
Consuetudines, de seruitutibus agentes, an obligent Clericos actiuè, & passiuè, n. 25.
Consuetudo, si quis habens, *priuatorum interesse respicit, n. 26.*
Ius claudendi, aperiendique viam publicam, Ciuitatis ne, an verò Regis esse dicatur? n. 27.
Via publica an claudi possit fauore Ecclesiæ, n. 28.
Destructa via publica potest quilibet transire per agrum vicini, num. 29. & potest idem cogi ad præstandam seruitutem, n. 30.
Multa in materia seruitutum remissiuè, n. 31.
Quilibet potest altius tollere, nisi consuetudine, aut constituta seruitute prohibeatur, n. 32.
Ædificare prohibetur cuilibet, si per nouum ædificium tollantur vicino Solis radij, n. 33.
D. Nicolaus Cirillus *laudatur, n. 34.*
Aspectus ad mare non debet tolli per nouum ædificium tã consuetudinario, quàm communi iure attento, n. 35. & 36. sed contra n. 37.
Ad æmulationem nemo debet fabricare, n. 38.
Æmulatio non præsumitur, & debet probari, num. 39. & 41.
Vnusquisque valet vti iure suo, n. 40.
Æmulatio arguitur ex facti circumstantijs, n. 42.
Ius consuetudinarium Neapolitanum quandoque resistit iuri communi respectu ædificantium contra domum vicini, numer. 43. & quando numer. 44.
Ædificari in loco, à quo aspectus habetur ad septa monialium, dispositione pragm. 2. de monial. *prohibetur, numer. 45. 46. 49. & 50. & ratio num. 51.*
Prag. 2. de monial. *est in viri de obseruantia, n. 47. & consonat cum iure communi, n. 48. & explicatur n. 56.*
Prohibitio facta ædificandi à pragm. 2. de monialibus, *est ad publicam vtilitatem, n. 52.*
Ædificari nequit in loco, à quo potest prospici ad loca masculorum Regularium, num. 53. & 54. etiam si adsit via intermedia, n. 57.
Multa ad materiam seruitutum, & fasinarum in perniciem Regularium traduntur remissiuè, num. 55.
Vicinus potest altius tollere, quoties ad claustra Regulariũ nõ habet aspectum, etsi prospectui, vel lumini officiat, num. 58. & quare n. 59.
Ædificare quilibet potest in pariete communi, dummodo coniuncti ius non fiat deterius, n. 60.
Quod vni prodest sustinetur, si alteri non obsit, num. 61.
Ædificium permittitur fieri in communi pariete, si potest sustineri, n. 62. nam aliàs non debet vltra, quàm pati potest, onerari, n. 63.
Ius commune, & consuetudinarium variant circa permissionem ædificandi in pariete communi, & quomodo n. 64. 65. & 66.
Fenestræ an sustineantur in pariete communi, nu. 67. & 68.
Tigna in pariete communi an voleant immitti, & quid dicendum de iure consuetudinario? n. 69. 70. & 71.
Volens extollere iuxta alterius regionem, potest, si tamen distet per duos pedes, & quid de iure consuetudinario? n. 72. & 73.
Consuetudines sub tit. de seruit. *optimè fuerunt à* Napod. *explanatæ, n. 74.*

1 SEruitutum materiam multis refertam quæstionibus, sententijsque illustratam *Barthol. Capol.* attingit in *tract.* quem edi-

edidit de *seruit. vrban. prædior.* item, & illo, de *seruit. rusticor. prædior.* Hic *Doctorum* ferè omnium placita (quantum ad ius commune attinet) excerpta depromit, maximaq; solertia enucleauit, adeò vt de eadem re dicturus ipse talis Doctoris authoramẽtis fateri, haud perperam possem, si ad iuris communis regulas res omninò esset reducenda: at quoniam con-
2 suetudinarias sanctiones conferre, fas est, earundem tantùm conuenit tractationem insectari; nec, quæ ad pleniorem rei notitiam cõ-
3 ferunt, perquirere; seruitus enim validior imponitur *Consuetudine*, & statutò, vel contra forenses, idem *Capol. cit. tit. de seruit. vrban. prædior. cap. 27. quæst. 5. nu. 9. & 10. & cap. 39.*
4 *num. 4.* cum tale ius rei cohæreat, ac ex re ipsa descendat, *l. 1. C. commun. prædior.*

Et præmittendum, antequam *textus* expla-
5 nationem aggrediamur; vniuersam seruitutũ qualitatem ad personalem, realem, & mixtam reduci, omnesque species sub his generibus contineri, siuè vrbanæ, siuè rusticæ (de quibus optimè agit *Borgia inuestigat. iur. ciuil. tom. 2. lib. 19. cap. 13. 14. & 15.*) dicantur, prout *cit. Capol.* demonstrauit *cap. 1. tit. de seruit. vrban.*
6 vbi quid sit seruitus personalis definitur *n. 2.*
7 quiduè sit seruitus realis *cap. 2. num. 4.* cum
8 seruitutes mixtæ, quæ dicantur, & quot idem *Capol. c. 3.* explicauerit, cæterũ nec de seruitute
9 illa merè personali, quam, Constitutionem esse iuris gentium, qua quis dominio alieno cõtra naturam subijcitur, habetur ex *Florentino Iurisconsulto in l. 4. §. 1. ff. de stat. homin.* & *Iustin. in §. 1. instit. de iur. person.*, nostris *Cõsuetudinibus* tractari, sed de realibus, & mixtis. Cõstat.

Quo posito, dicimus iuxta summarium
10 *Camill. Salern.* habentibus terram absq; via, per quam ducatur ad eam viam, quà ad publicam vsque eatur, præstandam esse à propinquioribus, priori hac nostra *Consuetudine* sancitur; at quia de loco, vbi iter, vel actus constituatur, *Consuetudo* non dixit, re-
11 currendum ad ius commune, per quod domino fundi, in quo seruitus petitur, datur electio, dummodò nulla captio sit vicini ad *text. l. si via, ff. de seruit. rustic. prædior. Napod. ver.*
12 *per quam num. 9.* idq; ratione confirmatur, quia ius petendi iter, viam, vel actum per terram vicini, conceditur vicino indigenti, facultas verò concedendi à domino non aufer-
13 tur, quæ in alio superesse non potest, quàm in loci præfinitione, quam domino consequẽter reseruatam dicere debemus: atqui per arbitrium liberum domini concedentis, vicini comoditas non fraudatur, cum seruitus ibi
14 veniat constituenda, vbi huic prodesse, non autem possit longitudine obesse, vt ex verbis, *Seù qua breuiori spatio distet à via publica ad terram ipsam, &c.* & argumento *l. Olympico 40. ff. de seruit. vrban. prædior.* infertur, & dixit mox *cit. Napod.* ac inter diffidentes partes Iu-
15 dex medius, quod iustum, erit prospiciet, & decernet *l. si quis sepulcrum 12. ff. de religios. & sumpt. funer. cum concord.*

Hinc ad decisionem quæstionis, num ta-
16 lis seruitus pretio intercedente concedatur, nec ne? de qua *Napod. in ver. nec apparet, n. 4.* deuenitur, *Hoc enim rescripto* (vt *Vlpiani* verbis vtar *lib. 25. ad edict. d. l. si quis*) *non tantùm impetrandi facultas datur, sed etiam actio, vt extra ordinem interpelletur dominus, sed Præses etiam compellere debet, iusto pretio iter ei præstari,* & consonant alia iura ab *cod. Napodan.* allegata, præstòque est ratio, ne quis propria in re ad commodum alterius, & vtilitatem præiudicetur, saltim absque competentis pretij solutione, nec distinctio *Andr.* de qua *Napod.*, officit, cum eidem nostro *municipali iuri*, ibi, *Quæ viam, iter, vel actum habere non apparet ex constitutione, vel vsu longo*, conso-
17 na videatur; seruitus enim solutione mediãte datur, quoties de iure illam petentis non
18 liquet, etiam vbi *Consuetudo* idem disponens non adest *Padilla in l. altius, C. de seruit.* & *de Franch. decis. 223. nu. 4.* at si constituta appa-
19 reat, vel longo vsu, decem nempè annorum cursu præscripta, *l. 2. vbi glos. & DD. C. de seruit. & aqua, l. si quis diuturno, ff. si seruit. vindicet. & l. foramen, ff. de seruit. vrban. prædior. De Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 205. n. 1.* cum requisitis tamen à *Præsid. Amat.* allatis *cons. 40. a num. 7.* cum continuam, siuè quasi
20 huiusmodi dicatur seruitus causam habere à *Verenon. in tract. de seruit. vrbanor. prædior.*
21 *cap. 19. num. 6.* etiam non soluto pretio permittitur.

Illud tamen mihi persuasum est authoritate *Censal. ad Peregrin. de fideicomm. artic. 16. à*
22 *n. 118. fol. 26.* pretium constitutæ seruitutis personali actione, non autem hypothecaria vindicari, ac per consequens nec peti à tertio bonorum possessore. Ad id probandum conuincens paritas ex *Napodan.* habetur in *consuetud. & si recumbat hoc tit. ver. soluto*, quo lo-
23 co, pretium parietis, super quo vicinus cõstruit ædificium, actione itidem personali peti, & contra fabricantem ipsum, non contra tertium fabricatæ rei possessorem, affirmat: &
24 alia in materia seruitutum videnda, quæ penès eundem *Censal. dicto fol. 26.* pro causa Francisci Puglesij, habentur.

Quæritur modò vtrum *Consuetudines* istæ
25 contra Ecclesiasticas personas, & pro Ecclesiasticis valeant? & dicimus cum *Nicol. Maricon. in apost. incip. an istæ in princ. huius tit. & Marin. Frecc. in consuet. si quis habet hoc tit. in apost. incip. nota quod hæ consuetudines*, verè sub dispositione ista consuetudinaria bona Clericorum comprehendi, ipsosque Clericos actiuè, & passiuè; quod probatur per *rit.* Curię Ar-

chiepiscopalis Neap. 22. *incip. item in causis sastuarum*, ibi: *Et relationes faciant commissaru, iuxta dispositiones consuetudinum Ciuitatis Neapolitanæ etiam respectu bonorum Ecclesiasticorum, &c.* dixitq; *Oliua ver.consuetudinum Ciuitatis Neapolitanæ num. 6.* & pro absoluto traditur in *decis. R.Capyc.Latr.157. à num. 2. per 14.ex Ricc.collect.dec.171. & alijs*, fortiùs in terminis huius *primæ Consuetudinis*, ex eo, quia stante solutione debita vicino côcedenti viam, nullum videtur eidem præiudicium inferri.

His positis, dicimus, *Consuetudinem* istam
26 priuatorum tantùm interesse prospexisse, cum tractet de facienda via ad viam publicam, vsque, vt habetur ex verbis, *Ire possit ad viam publicam*, & inferius, *breuiori spatio distet à via publica, &c.* Sed an ius aperiendi, clauden-
27 dique viam publicam sit Ciuitatis, an Regis? habes apud *Conf.de Rosa consult.1. Frãc. Beccin cons.15.vol.1. Alfons. Modit.in §. plebiscitum dub.88.per tot.* & an fauore Ecclesiæ clau-
28 di possit via publica? tractant *Franc.Ant. Costa cons.28. nu.14. Menoch.cons.1206.num.18. & 19.* & alij, & destructa via publica, licere
29 cuique transire per agrum vicini, imò & cogi posse eum, qui prædium commodum habet,
30 vt viam concedat, habetur per *DD.* quos citat *Nouar.quæst.forens.tom.2.q.25.n.12.& 13.*
31 & alia habes circa eandem rem apud *Boer. decis.322.num.71. Caualc.decis.3.n.41.& alios ab eod.Nouar.relat.n.11.*

Ad cæterarum modò, vt deueniamus *Con-*
32 *suetudinum* explanationem, dicimus vicino, volenti altius tollere ædificium, si seruitutem constitutam, vel præscriptam non debeat, id facere non prohiberi, *l.altius, & l.si in ædibus, C.de seruit., & aqua Gayll.obseru.69.lib.2. Menoch.cons.298.nu.24.Viu.decis.309.* & *cum eo, qui tollendo obscurat vicini ędes nullam competere actionem*, ad *Text.l.8.ff. de seruit. vrban. prædior.l.Proculus.ff.de damn.infect. l.fluminum 24.§.fin.ff.eod.* hinc *Vlp.in l.qui hominibus 10. ac l.inter seruitutes 14.ff. cit.tit. de seruit. vrban. prædior.*, ædificantem admonet, formam, ac statum antiquorum ædificiorũ custodire, cum si debeatur seruitus, prohiberi posse dicat, *Qui luminibus vicinorum officere, aliudq; facere contra commodum eorum volet*, quod & *Zeno Imperator* statuit in *l.ex quo 12. C. de ædific.priuat.* ibi: *Et nos itaque præcipimus, vt qui proprias domos renouare cupiunt, non solum veterem formam non excedant (sicuti nec hi, qui nouas ædificant) aut lumen, vel prospectum vicinis auferant aduersus ea, quæ pridem constituta sunt, verùm & addimus, quale ius is, qui ædificat, habere debeat, cum facultatem habeat ex pacto, vel stipulatione mutandæ, si velit, veteris formæ; tunc enim sancimus, vt si pactum, vel stipulatio ędificandi suffragetur, liceat ipsi ipsi secundum vim pacti, & stipulationis ædificare, etiam si officere vicinis, quibus pactum aduersatur, ita ædificando videatur.*

At quamuis generalis huiusmodi cõstituta
33 sit regula, non paucas patitur exceptiones, limitationesuè; & primò si adeò solis radij per nouum ædificium occuparentur, vt habitantibus in vicinis ædibus morbi causa contraheretur, vt per *decis.Rotæ 631.* apud *Burat.* & de *Luc.in tract. de seruit. discurs.18.* defendit
34 non vulgaris nominis Iurisconsultus D. Nicolaus Cerillus in causa pro Venerabili Monasterio S.M. D.Reginę, contra Venerabile Monasterium S. Iosephi monialium Illustrissimę familię Ruffę.

Secundò, si per directum, & ex omni latere
35 domus inuiolatus ad mare prospectus non superesset *cit. l.ex quo, §. & ei*, dixerunt *Harmenop.prompt.iur.ciuil. lib.2. tit.3. fol.92. Renat.Choppin.lib.1.de ciuil.paris.morib.tit.4. nu. 102.fol.120.Hering.de Molendid.quæst.15.nu. 30.* ac latè *Capyc.Latr.dec.50.à nu.18.* dicens
36 *num.24.& 25.* ius commune municipali nostro in hoc esse conforme, ac decisum tradẽs,
37 & si pluries contra per S. R. C. decretum referat *Gizz.in obseru.n.34.*

Tertiò, si extollatur ædificium ad æmula-
38 tionem, *l.opus nouum.ff.de oper.public.cap.Pisanis in fin.de restit.spoliat.Thesaur.decis.16. n. 10. Menoch.de arbitrar.cas.156.n.3.lib.2. cent. 2. & præsumpt. 29. lib.6. numer.28. Mascard. conclus.620.de probat.nu.15. Viu.cit.decis.306. num.6.& decis.493.num.6.*, quæ si per allegan-
39 tem non probetur *glos.in l. fluminum sup. cit. ff.de damn.infect. Bar. Ias. & alij in l.quo minus, ff.de flumin.* non præsumitur *Gaill.obseruat.69. lib.2.nu.31.Magon.decis.29.in fin.* cum nemo,
40 qui iure suo vtitur, dolo facere præsumatur, *l.nullus videtur, ff.de reg.iur.* & quisq; nocendi
41 causa fecisse, soleat negare; ex facti tamen circumstantijs, alijsque adminiculis, huiusmo-
42 di quęstio de ęmulatione expertorum iudicio solet diffiniri *Borgia inuestig.iur.ciuil. lib. 19.cap.13.num.4.& 5. De Franch.decis.23. & Adden.* aliasq; limitationes *l.altius* affert, *Nouar.quæst.forens.1.à num.12.per seqq.par.2.*

Et quoque eidem exceptio constituitur per nostram *Consuetud.si quis habet*, per quam
43 ità ędificanti contra domum, aliudque ędificium cum foraminibus indulgetur, vt nouũ, quod molitur ędificium, ab altero duodecim palmis distet, quod ex *cit.l.ex quo, §.sed cum*
44 *nostra*, ibi: *Duodecim pedes oportere relinqui ab eo, qui ædificaturus est inter propriam, & vicini domum*, desumptum videtur.

Vlterius superior regula limitatur, vbi ædificare aliquis vellet siuè contra, siuè à latere, ac longè maiori distantia interposita,
45 propè monialium habitationes, ità vt ad eas à nouo ędificio daretur aspectus; perperam enim

enim id facere contendi, *pragm.* 2. *de monial.* habetur; quin, & quæ existunt olim facta fo-
46 ramina, siuè fasinas claudi, ac prorsus tolli, ne sint monialibus præiudicij, statuitur; ipsamque *pragm.* adhuc vigere testatur *R.Tap.*
47 *in iur.regn. lib.* 1. *tit. de monial.*, & secundum
48 eam decretum *num.*1. eandemque iuris communis dispositionem esse, ab *eod.*traditur *n.*2. ex *Cyn.*, *Bal.*, *& Salic.in l.altius, C. de seruit. Ant.Padil.*, *Gomez.*, *Couar.*, *alijs*; quibus addo *Reg.Constan.*, *Imol.*, *Cabed.*, *Mut.*, *& alios* à *Reg.Capye.Latr.* relatos *decis.*157. *num.*21. & optimè à *Reg.Rouit.decis.*92. *à num.*7. Idemq;
49 ab Eminentissimis PP. Congregationi Regularium olim rescriptum fuisse Visitatoribus monialium Neapolis, & Salerni refert *Quaran.in summ.bullar.ver.monasteria monialium, num.*23. cum quo sensit *Io:Maria Nouar.prattic.forens.quæst.par.*2.*quæst.*1.*num.*2. Illud for-
50 tiùs vigere si à Regularium masculorum ędificijs ad claustra Monialium sit prospectus, pro indubitato recepit *Nouar.ibid.n.*3. quod nec negauit *Ep. Carol.Maran.respons.* 22.*t.*2. *n.* 12. & si scripsisset contra *Nouar.* in eadem
51 causa, cumque hoc fuerit mandatum constitutione ad euitandum præiudicium, quod euenire posset monasterijs per aspectū ad ea, *Cabed. decis.* 152. publicæ vtilitatis ratione
52 huiusmodi statutam fuisse prohibitionem, sequitur affirmandum, vt dixerunt Idem *Cabed.decis.* 105. *n.*4. *par.* 1. *Gizzarell.decis.*37. *numer.* 18.

De cęteris masculorum regularium ædifi-
53 cijs idem sentiendum probat, ac decisum refert *cit.Rouit. ead. decis.*92. si ad ea possit pro-
54 spectus haberi; verba enim *pragm. ad istanza de Monasterij di donne Moniche*, *&c.* & illa, *Dalle quali finestre, e fasine si haue aspetto dentro detti Monasterij, e ne nasce poco honore delli Monasterij predetti, e gran pericolo dell'honestà loro*, *&c.* impulsiuam potiùs condendi legem causam exprimunt, quàm finalem, vt *n.*7. Ideoq; ad cęteros regulares extenduntur. Cę-
55 tera ad materiam seruitutum, ac fasinarum in perniciem domorum Regularium vltra *cit. Rouit.Maran.& Nouar.* habentur per eosdem *Rouit.et Nouar.sup.cit.pragm.*3.*de monial.Sperel.decis. Eccles.*58. *Const. cons.* 28. *de Franch. decis.*223.*per tot. vbi Adden. Couar. lib.*3. *variar.quæst.cap.*14.*nu.*4. *Caualc.decis.*8.*num.*77. *par.*5.*Petr.de potest.Princ.n.*11.& alij innumeri, inter quos pręcipuus *cit. Capyc.Latr.eadem*
56 *decis.*157. vbi multa ad intellectum *prag.* adducit, ac eiusdem dispositionem attendi, etiā
57 si adsit via inter ędificia Regularium, & aliorum, concludit; potest tamen vicinus altius
58 tollere in ea parte, à qua ad septa Monasterij non datur prospectus: hac enim seruitute
59 per *prag.*constituta, quæ cū non dicatur constituta, ne prospectui officiatur, altius tollere, & si minus liber, aut minus gratus fiat prospectus monialium, vicino non prohibetur, vt à contrario sensu deducitur ex *Gomez. Leo decis.*42. *decis.diuers. Borgia inuestig.lib.*2.*cap.*16. *num.*20.

Cæterum permissionem ædificandi in pa-
60 riete commune, siuè alio coniuncto ędificio factam per *Consuetudinem*, *etsi ex latere*, ac *Consuetudinem si recumbat*, non absolutè censeri concessam, sed quatenus ius alterius re-
61 manet saluum; nam eo casu, quod vni prodest, & alteri nocere non valet, sustinetur *l.*2. §.*item Varus*, *ff.de acqu. plu.arcen.*, ideóque
62 permittitur ędificium, si valeat à pariete sustineri, cum aliàs vltra quàm pati potest non
63 sit onerandus, *l.cuius ædificium*, *ff.de seruit.vrban.prædior. Napodan.hic ver.esse communia num.*27. Quare etsi de iure communi per *text. l.penult. ff.de seruit.vrban.prædior.*& *de Marin. resol.quotid.cap.*205.*nu* 3. *Amat.consil.*40. alio-
64 rumque sententiam, nulli concedatur in pariete communi fabricare; à *Consuetudine* ta-
65 men, adeò fieri posse dicitur indultum, vt foramina in pariete communi existentia sine
66 cautonibus, cum inde seruitus non arguatur, in gratiam volentis ędificare claudantur, vt per *Capyc.* habetur in *Consuetud. si quis habet parietem in apost.incip.nota quod Tabularij Vrsill.ad Afflict.decis.*225.*à n.*16. *& alios*, quod
67 recipiendum asseuerat *Amat.num.*1. etsi nouo ædificio aliàs constructa domus obscuraretur; *De Marin.*verò *n.*4. *Eo casu, ne ędificia*
68 *remaneant inutilia, adhuc si pręscriptio non subintraret, cogi posse vicinum ad lumen tantùm ingrediendum, pretio mediante, permittere*, dixit.

Item vicinus tigna in pariete vicini non
69 aliter potest immittere, quàm si vicinus ipse consentiat, *l.quemadmodum*, §.*si protectum*, *ff.ad l.aquil.l.*1.*ff.de seruit.vrban. prædior. Capol.de seruit.quæst.*5.*n.*7. *Capyc.Latr.decis.*157. *n.*18.
70 cum de iure consuetudinario, etiam si renuat vicinus, id permitti ędificanti, soluto tamen
71 pretio, vel saltem oblato, habeatur ex *Napod. in consuet.si ex latere, ver.potest, nu.*22. *& consuet.& vbicumque num.*32.*Capyc.Latr.num.*9. *& Amat. num.*6. Et volens iuxta alterius re-
72 gionem extollere, debet duos pedes relinquere ad *Text.l.fin.*§.*si quum septem*, *ff. fin. regun.*,
73 cum duorum palmorum, ac duarum partium ex tribus vnius palmi distantia à regione vicini requiratur à *Consuetudine*, *& si ex latere.*

Alia, quę hoc *tit.* continentur, explicatione
74 non indigent, cum optimè fuerint à glossatore *Napodan.* tradita, & explanata. Ideò sit

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS

DE

Aperturis non faciendis.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, vbi aliquis, & si quis habet, & sequentium, explicatio.

De aperturis faciendis, vel prohibendis in inferiori parte ædium, & foueis non faciendis in terra; de non præscribendis seruitutibus in casalenis constitutis, illisque non nisi instrumenta probandis: De venditore, qui rem seruituti obnoxiam vendit, an, & quando de euictione teneatur, quiduè dicendum in venditionibus, subhasta factis, & quid in creditore, ad cuius instantiam venditio fuit celebrata? De actione quãti minoris, eiusq; æstimatione, & an promissio facta à domino prædij non aperiendi fenestras nouo possessori eiusdem officiat?

SVMMARIVM.

Titulus de aperturis non faciendis *olim sub titulo* de seruitutibus *inscribebatur, n.1. & plures quæstiones, sub eodem continentur, n.2.*

Consuetudinis, vbi aliquis *explicatur, n.3. nec aliquid dicitur ab eadem constitutum circa aperturas in terra faciendas, n.4. & quid per consuetudinem* si quis habet, *n.6.7.&* 8.

Seruitus grauior dicitur constituta per aperturas in inferiore parte domus, n.9.

Seruitus inferius demitti non potest, n.10.

Habens solaria inferiora non tenetur pati seruitutem vię ad superius solarium, n.11.

Casalenum quid sit? numer.12.

Seruitus non præscribitur contra dominum Casaleni, n.13.& quare n.14. & 15.

Apertura cum cancellis ligneis claudi solent, n.16. si tamen factę sint post destructam domum, num.17.

Seruitus, quę fuit in domo antequam destrueretur, potest præscribi, n.18.

Consuetudo, si quis habens *explicatur, & idem ac ius commune disponit, n.19.& 20.*

Extollens in altum iuxta vicini ædificium debet extollere parietem sine aperturis altitudinis vnius cannæ, n.21.& 23.& quare n.22.

Dispositio consuetudinis, & idem, *& quod si nolint traditur, n.24.*

Multa de seruitutum materia traduntur remissiuè, num. 25.

Seruitutes, apparentes per instrumentum, nunquam præscribuntur, num.26.

Seruitus extinguitur si peruenerit ad rei possessorem per emptionem, aut cessionem, num.27.& quid in feudis, n.28.

Mirabile ius constituitur per consuetudines nostras circa seruitutum materiam, num.29.

Possessio, vel quasi seruitutis, non prodest non habenti instrumentum, n.30.

Seruitus altius non tollendi per lapsum longi temporis à die prohibitionis præscribitur, n.31.

Venditor tenetur actione ex empto emptori si seruitutem celauit, sciens eam adesse in re vendita, num.32.& quando dicatur scire, n.33.

Venditor debet specificè certum reddere emptorem de qualitate rei vendendæ, n.34.

Emptor postquam sciuit, rem emptam seruituti obnoxiam esse, potest petere resolutionem contractus, si sua intersit resolui, n.35. secus verò vbi non probatur interesse, nu.36. Quid in venditionibus sub hasta? n.37.

In venditionibus subhasta non datur emptori actio pro

pro euictione contra venditorem,sed illa quãti minoris, n.39. etiam propter seruitutem,in re inuentam,n.40.

Creditor,vendens sub hasta rem sibi obligatam,non tenetur emptori de euictione, num. eod. secus verò si seruitutem scienter occultet, n.41.

Actio quanti minoris, quanti æstimetur? habetur num.42.

Vicinus, promittens non aperire fenestras in sua domo, nec per se, nec per alios,non præiudicat futuris possessoribus, quibus postea vendita fuit res,n.43.

Seruitutis debitum quomodo articulari debeat? habetur num.44.

1 ADeò superius tradita hoc *tit.* continuant, vt quod hìc traditur,sub præcedenti rubrica olim contineretur,vt *Camill.Salern.in apost.margin.in princ.* vidisse in antiquis quibusdam *Codicibus* testatur.

Plures municipales *Constitutiones* pro di-
2 uersis seruitutum quæstionibus decidendis hìc numerantur; at prima,quæ in *Consuet.vbi*
3 *aliquis* habetur, omninò à traditis præcedenti *titulo* dependere,dici potest, cum, quod alibi constitutum fuit, iterum hac *consuetudine* repetatur; diximus enim ædificia noua construere licere ędificãti contra vicini prędium, si inter vtraque palmorum duodecim distantia intersit, & hìc non licere *Pennam tecti,vel astrici, dossitiam, vel aliquam aperturam facere in pariete*,qui nouiter construitur iuxta solum vicini, si eadem palmorum distantia non adsit ab ædificio vicini, traditur; nil quidem noui (ni fallor) statuitur, cum aperturæ sine pariete, in quo fiant, esse nõ possint,ac quodlibet ędificium propiùs moliri non permittatur; nec dici potest,aliquid circa foueas,aper-
4 turasué inimo terrę faciendas (de quo nondum actum) *Consuetudine* constitutum fuisse, cum de illis aperiendis ius commune, quasi nil aliud, quàm quod ijsdem *Constitutionibus* continetur, *Consuetudine* sit statutum,
5 seruari oportere, affirmauerint *Napodan.ver. aperturas num.5.& glo.margin.ibid.*

Hinc ad explicationem sequentis *Consuet.*
6 *si quis habet domum*, quęrimus, an sicuti per eiusdem dispositionem habetur, habenti *Domum supra,siuè iuxtà domum,hortum, locum, vel aream vicini, in qua domo sunt dossitię, vel alię aperturæ supra ipsam domũ, hortum,locum, vel aream vicini; si domum suam velit altiùs extollere, & facere aliud solarium, siuè membrum, licere in ipso solario,siuè membro,quod de nouo constituit, tot dossitias, & alias aperturas facere, quot habet in alio solario, siuè membro veteri,&c.*ità quoque concedatur inferiori in parte domus sub eàdem consuetudinaria cẽsura fenestras, & foramina adaperire? Cum
7 hęc difficultas olim exagitaretur in S. R. C. pro affirmatiua fuisse decisum refert *Afflict. decis.324.*

Sed veritas est in contrarium, vt probatur
8 per *de Marin.resol.quotid.cap.205.tom.2.à n.5.* ac eiusdem S.R.C.recentiori sententia pronũciatum fuisse in causa ij. si ijsmet *Afflicti* testatur *Io: Ang.Pisanell.in apost.per eund. De Marin.rescripta ad text.l.seruitutes,§.stillicidium,ff. de seruit.vrban.prædior.*, grauior enim consti-
9 tueretur seruitus vicino per aperturas, quę fierent in inferiori domus pariete, ideoque
10 seruitus, in aliquo solo constituta, inferius dimitti non potest, superiùs tamen extolli, vt *Veronens.tract.de seruit.vrban.prędior. cap.28. num.10.*

Et hìc adnotare libet, habentem solaria
11 inferiora, haud teneri seruitutem vię pati in gratiam eius, qui ex suo solario ad superius intendit transire, nisi de expressa *Consuetudine* constet, *Mantua singul.280.* Quare an idẽ, quod *tit.* precedenti diximus de facultate itineris, & vię per *Consuetud.* factæ, ad hanc facti speciem extendendum sit? considera.

Ad explicationem *Consuet. contra haben-*
12 *tem*,dicimus cum *Napod.ver.casalenum,n.11.* idem esse casalenum, ac destructam domum, meritòque nullam, cuiuscumque generis prę-
13 scriptam seruitutem contra illius dominum obsistere, statutum extitit, cum seruitus ad-
14 uersario inscio non pręscribatur, *l. 2. in princ. C. de seruit.*, & scientia pręsumi non
15 possit in eo,qui non habitat,imò sciens,ideò tacuisse pręsumitur, quia ipso requirente seruitus tolli debet; hinc euenit, vt aperturę, &
16 si habeant cancellos ligneos, non autem ferreos, claudi soleant indistinctè, *Afflict. decis. 225.Carauit.in rit.85.num.4.aliique.* Id verò,
17 aduertas procedere,dum fiunt aperturę,postquam destructa domus est reducta ad Casa-
18 lenum, nam quę seruitus antea aderat, videtur, posse pręscribi per iura à *Napod. allegata hic ver.aliquas,n.12.& 13.*

In *Consuet. si quis habens*, idem quod in
19 *l.seruitutes 19.§.qui in area,ff.de seruit.vrban. prædior.Paul.Iuris Consultus lib.15.ad Sabinũ*
20 rescripsit, statuitur, cum vtrobique eum, *qui in area,in qua stillicidium cadit, ędificat, vsque ad eum locum perducere ędificium posse, vndè stillicidium cadit; sed si in ędificio cadit stillicidium supra ędificare ei conceditur,dum tamen stillicidium rectè recipiatur*, habetur, illudque vlterius *Consuetudine* statuitur; vt in altum
21 extollens, parietem construat altitudinis vnius cannę sine aperturis, vt ità ad vicini prędium prospectus impediatur, idq; vt scan-
22 dali tollatur occasio, decretum voluit *Napodan.hic in 1.glos.num.14. in fin.* seruandamque praxim in hoc legitimè constitutam,adhuc eo casu,quo supra hortum vicini à nouo ędificio ha-

haberetur aspectus, dixit *Stephan. de Gaeta in in apost.incip.an ista consuetudo lit.A.* ideòque
23 indistinctè parietem protendendum in altum iuxta consuetudinariam dispositionem in quocumque casu, adhuc ex mente *Napodan.* explicatam olim aliter, quàm in eius *glo. ver. dum n.20.* testantur *Idem de Gaeta in apost. incip.adde,& Barthol.Martial.in alia apost.incip. contrarium*:cum eadem ad Euitanda scandala semper vigeat;videturque dispositione *sequen. consuet.& idem,& quod si nolint*,confirmari;cũ idem in casibus,ibi expressis,ędificantibus sub
24 penna, vel astrico vicini parietis sine apertura,ac eiusdem altitudinis palmorum octo,demandetur.

De his tamen omnibus, quæ diximus
25 hucusque tàm præsenti,quàm præcedenti *tit.* tractat *Fragos.de regimin. Reipubl.Christ. p.1. lib.7.disputat.21. de ędilib. à num.11. per seqq.* ideòq; eum consulas.

Seruitutes, ex instrumento apparentes,nul-
26 lo temporis, vel longissimi lapsu præscribi, tàm si inter principales sit de ea re conteptio, quàm si inter *Hęredes, & successores etiàm singulares*, in *Consuetud. vbi reperitur*, sancitur. Quare non aliter seruitutis onus extin-
27 gui,quàm si ad rei possessorem emptionis vẽditionis, cessionis,vel alio quouis titulo seruitus peruenerit, ex traditis per *Amat.cons.5. à n.14.*infertur, cũ resoluto onere, seù seruitute, res liberę penès possessorem remaneãt, *l. liber homo 59.§.Titius ex semisse,ff.de hęred.instituit. l.si tu ex parte 75.ff.de acquir.hared. cum simil.* ad idem congestis per *glos. notab. in constit. si dubitatio col.4. uers.secus autem si in feudis*, ac
28 per indè habentur, ac si numquam separatio fuisset facta rei, & seruitutis, in ea constitutæ, vt per iura,quæ allegat *Idem Amat.n.18.*con-
29 cludit. Idcircò mirabile ius constitui hoc iure nostro municipali, dixit *Napod. in consuetud. amplius num. 38.* illudq; quod mirabi-
30 lius esse dicit in *ead. Consuet.* constitutum, vt possessio,vel quasi possidenti non prosit,si seruitus in instrumento non contineatur,eo tantùm casu,quo diuisionis instrumentum adest, attẽdendum voluit *uer.inueniatur in fin. n.40.*
31 Cæterum de seruitute altius non tollendi, vt per longum tempus à die prohibitionis acquiratur,adnotauit *Borgia inuestigat.iur.ciuil. tom.2.lib.19.cap.13.nu.6. ex Capyc. decis.209. num.20.Gail.obseru.69.n.13.*

His positis, notandum ex *Vlp. lib.28. ad Sabin.*haberi *in l.1. §. uenditor, ff. de act. empt. Venditor si cum sciret deberi seruitutem,celauit,*
32 *non euadet ex empto actionem si modò eam rem emptor ignorauit;omnia enim,quę contra bonam fidem fiunt, ueniunt in empti actionem. Sed scire*
33 *uenditorem, & celare, sic accipimus, non solum si non admonuit, sed & si negauit seruitutem istá deberi, cum esset ab eo quęsitum, &c.* tenetur enim venditor emptorem facere certiorem de
34 qualitate rei venditæ, nec sufficere in genere loquutum,aut sub verborum inuolucro,dixerunt *Surd.decis.265.n.8.& decis.288. n.46. & cons.13.n.34.Beltran.ad Ludouis.decis.119.nu.10.* Quare vbi probaretur emptoris interesse
35 propter rem venditam,seruituti obnoxiam, contractum emptionis venditionis non subsistere, pluries per *Rotam Romanam* decisum,testatur *Mangil. de euict. quæst.24. nu.39.*
36 at vbi id non probaretur, non licere emptori à contractu recedere propter solam seruitutem in re inuentam,præsertim in venditioni-
37 bus sub hasta, nec eidem de euictione actio-
38 nem superesse, sed consulendum per actionẽ quanti minoris,dixit,ac decretum fuisse refert *Merlin.controu.forens.to.1.cap.46.à nu.6.*: seruitus enim cum dicatur qualitas rei cohærẽs, *l.quid aliud,ff.de uerb.signif.Gomez.de contract. cap.2.n.45.Cald.de empt.uendit.cap.31. nu.62.*
39 videtur eo casu,quo seruitus in re adest, non posse agi de euictione,nec re ipsa,nec eiusdem parte deficiente, *l.penult.ff.de euict.*ibi: *Quoad seruitutes prędiorum attinet, si tacitè secutę sunt,& uindicentur ab alio, Quintus Mutius,& Sabinus existimant uenditorem ad euictionem teneri non posse*; sed dispositionem *l.Iulianus, ff.de act. empt.*,numquam violandam,adeò vt,
40 vendita re sub hasta ad instantiam creditoris,quẽ de euictione pignoris non teneri, habetur *l.1.& 2. C.cred. euict.pign.non deber.*, si
41 scienter ab eodem seruitus occultetur, possit, contractus resolui ad tradita in *l.fin.C.eod.* & *Negus.de pignor.par.6.membr.1. quęst.5.* dixerit idem *Merlin.n.7.& 8.*quem *n.9.*discutien-
42 tem quanti actio,quanto minoris æstimanda sit, vt valeat à pretio rei venditæ deduci, consulas.

At vicinus fenestram in sua domo per se,&
43 per alios non extruere promittens,si domum vendat, emptori talis promissio non officit, quam ob rem is promissioni stare non cõgitur,ac liberè valet,si iuris dispositioni,siuè cõmunis, siuè municipalis eiusdem arbitrium non opponatur, fenestram adaperire *Hippol. singul.334.Borgia cit.cap.19. n.21.*
44 Et quomodo seruitutis debitum debeat articulari, tradidit *Gail.obseru.69.lib.2.*

TITVLVS VIGESIMVS SECVNDVS

DE

Faciendo centimulo, & paleis non tenendis in domo.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinum, si velit, non licet, & in domo, explicatio.

De permissa centimuli, ac pristini constructione in propria domo, vel conducta, & quid si vicini somnus impediatur? De non tolerandis artificibus, obstrepentes artes exercentibus, & fœtidas, præcipuè ad instantiam Iuris professorum, etiam ad explanationem *Capitulorum* Neapolitanæ Ciuitatis *de benè viuendo*, & fortiùs si artificis emulatio intercedit; ac de repellendis mulieribus inhonestis, & scholaribus à vicinio ciuium honestorum, & de pensionibus domorum tunc exigendis, vel non exigendis. Meretrices quænam verè dicantur, & an eisdem competat actio ad repetendum in foro contentioso promissum pro turpi actu venereo, quiduè in foro conscientiæ? De appellatione non concedenda aduersus decretum expulsionis, & an, & quando Ciues valeant in vijs mercaturas exponere, tēnas, & pergulas habere? Quiduè in Ciuitate Neapolitana? De iurisdictione Decurionibus à iure tributa? De restauratione damni illati per ignem immissum, ac de modo procedendi contra incendiarios in iudicio criminali, & pœnis contra eosdem statutis; & quando dicantur excomunicati, & possint pœna mortis naturalis affici?

SVMMARIVM.

In titulo de faciendo centimulo, &c. *agitur de prohibendis nonnullis seruitutum generibus*, *num.1.*

Consuetudinis, si velit, *traditur dispositio, nu.2. & an plures vnius prædij consortes liget? quæritur num. 3.*

Centimuli constructio non potest impediri propter strepitum, num.4. & 7. etiam si vicini somnus impediretur, num.5. præcipuè si ius vicini in pauco læditur, nu. 16. vel tractatur de solito, num.17.

Quilibet dicitur rei suæ moderator, n.6. & præsumitur locare prædium pro suo peculiari exercitio, nu.8.

Strepitus si fieret ad æmulationem, etiam in propria domo potest faciens impediri, n.9. & 10. item ad instantiam Doctoris, num.11. & 12. item scholarium, n.14.

Doctorum laudes relatiuè, n.13.

Doctori legenti quandoque legitimè datur impedimentum ne legat,n.15.
Strepitus,quo impediuntur diuina officia, impediri debet, n.18.
Artifex molestus vicinis ratione exercitij,præbens malum odorem expellendus,nu.19.per interdictum prohibitorium, n.20.& 21.
Capitula vulgò dicta, del ben viuere, *sunt iuri cõmuni conformia,n.22.*
Vicinus repellitur à vicinio propter prauam conditionem, & infirmitatem, n.23.
Mulieres inhonestæ, & scholares, an, & quando debeant expelli à vicinio,tàm iure communi, quàm regni attentis? numer.24. 25. 26.27. & 28.
Pensiones domorum futuri temporis cedunt in damnum locatoris post expulsionem meretricum, & scholarium, nu.29. in damnum verò illius, quorum occasione expulsio sequitur, si artifex expellatur,n.32.
Locans domum meritrici peccat, & puniri debet, num.30.& 31.
Meretrices quænam dicantur?n.33.
Meretrices an legitimè in foro contentioso agant ad repetitionem promissi pro actu venereo? nu.34. & fuisse de hoc litem Neapoli, & Paduæ habetur,n.35.
Solutio promissi pro actu venereo nefando, an fieri debeat in foro conscientiæ? n.36.
Appellatio non datur, & data non admittitur aduersus sententiam expulsionis,n.37.& 38.
Artifices impediri possunt,ne ponant tabulas impedientes vsum priuatorum, num.39. & competit actio popularis,num.40.
Decuriones Ciuitatum licitè concedunt fossata, & vacua particularibus,n.41.
Viæ publicæ non debet sumptibus Ciuitatis, sed ciuium refici,n.42.& 43.
Conductor licitè retinet ex soluenda pensione, quod soluit pro reficienda via,n.44.
Vendentibus non potest prohiberi, ne teneant in in apothecis pergulas, & tennas,n.45. & ne ponant in publicum,nu.46. quid autem seruetur in Ciuitate Neapoli traditur n. 47.
Facultas, & Iurisdictio Decurionum Ciuitatis Neapolis qualis sit? n.48.
Dispositio consuetudinis non licet, *&* in domo conducta *traditur nu.49.& 50. ac etiam ratio num. 51.*
Consuetudines Neapolitanæ, & ius commune conueniunt circa permissionem factam vtendi domibus conductis, n.52.
Dispositio l.videamus,§.inter conductorem,ff locat. *traditur,n.53.*
Conductor, præbens causam incendij, ex locato tenetur, nu.54. ac etiam uicino actione l.Aquiliæ,*n.55.*
Conductoribus nocet culpa familiarium, num. 56. etiam leuissima,apta tamen nocere, nu.57. & 58. & illi sine culpa saltim præsumpta non tenentur,num.59.
Damni restauratio fieri debet, si postquam ignis fortuito immissus est in maceriem lignorum meorum, transeat ad maceriem lignorum alterius? n. 60.
Consuetudines Neapolitanæ, loquuntur de actione ciuili,contra certum incendiarium præparata, num.61.
Dolosi incendiarij qua pœna plectantur? num.62. & 63.
Constitutio regni super incisionibus *dicitur ius nouum exorbitans, num. 64.*
Contra incendiarios quando possit ex abrupto procedi?remissiuè n.65.
Dispositio pragm.10. cap.48.de offic. iudic. *traditur,n.66.& 68.*
Incendiarij priuantur Ecclesiastica immunitate, num.67.
Facultas procedendi ad modum belli, quid importet?num.69.
Pœna mortis naturalis incendiarijs non datur, si mors alicuius non sequuta sit,nu.70.nec pœna excomunicationis, quam incendiarij dicuntur incurrere,n.71.& 72.
Fraus in sequuto incendio multifariè arguitur, & probatur remissiuè, n.73.

1 DE nonnullis seruitutum generibus prohibendis *hoc tit.* tractatur, & in *Consuet. si uelit* statuitur, non licere
2 construenti pristinum, siuè centimulum trabem immittere in parietem communem, vt *Camillus Saler.* explicat in *summario*, & *Napodan. in uer. suo n.* 2.qui *nu.*3.illam quæstio-
3 nem attingit, an eadem iuris dispositio plures vnius prædij consortes, ac dominos complectatur? ità vt pristinum in prædio, vno inuito, confici non valeat, ac ne aliter illud facere,liceat, quàm si à patre familias ad tale opus domus fuerit addicta,concludit.

Quæritur vltrò in *margin.apostil. incip. quid*
4 *si*, an propter strepitum valeat à vicino centimuli constructio impediri, & citando *Rip. in l.1.num.*127.*et seq.uers.2. ff.solut. matrim.*, qui vt *De Franch.*testatur *decis.* 625. *num.*2. & si
5 vicini fornnus impediretur, non ideò prohiberi artifici, ne suam artem valeat exercere,tenet, vt decisum traditur in *cit. decis.* ac alibi, apertissimaque iurium ratione conuinci vide-
6 tur, quilibet enim rei suæ est moderator, & arbiter vulgata *l. in re mandata, C. mandati*; quare interrogatus *Scæuola*, an *Libertus prohiberi possit à patrono in eadem colonia,in qua ipse negotiatur, idem genus negotij exercere? re-*
7 *spondit; non posse prohiberi in l.quæro* 18.*ff.de iur.patron.*, & *Papinianus in l.liberta* 11.*ff. de obseq.à liber.et libert.etc.* dixit, *Liberta ingrata non est, quòd arte sua contra patronæ uoluntatem*

tem utitur, & quilibet prædium pro eius pe-
8 culiari exercitio conduxisse præsumitur, vt
per Bart. in l.cum plures, ff. locat. Roman. con-
sil. 178, habetur in decis. 167. Capyc. Latr. to. 2.
num. 23.

At generalis hæc regula constituta multas
9 patitur exceptiones, ac limitationes, & per
consequens quandoque infirmatur. Et primò
10 si strepitus fieret ad æmulationem, quod vl-
trò idem De Franch. n. 3. confitetur.

Secundò, si impediretur Doctori, alijque
11 legum professori studere, & præcipuè si Do-
12 ctor fabrum præueniret habitando, vt latè ha-
betur in decis. Fontanell. 503. par. 2. (in qua
13 Doctorum laudes, & encomia extolluntur)
Gratian. discept. forens. cap. 186. à num. 12. lib. 1.
Francis. Marc. decis. 634. Menoch. de arbitr. iu-
dic. cas. 237. num. 1. & 2. ac decretum fuit an-
nis retrò elapsis per M.C.V. ad instantiam
Doctoris Lucæ Antonij Principe in Banca
Buzzaccarini penès scribam Piccolum; idque
14 tàm verum esse creditur, vt etiam scholaribus
licere fabrum obstrepentem propè ipsorum
domum, expellere, habeatur ex Lut. de priuil.
scholar. priuil. 46. Rip. vbi sup. Benedin. de pri-
uileg. Iurisconsult. priuileg. 69. Gram. cons. ciuil.
11. & decis. 58. n. 15. & Petr. in addit. ità de-
cretum in Regia Audientia Salernitana, affir-
mante, Barbos. in l. 1. par. 7. nu. 54. ff. solut. matri-
mon. non pauca similia cumulante, alijsq; pe-
15 nès Nouar. quæst. forens. par. 2. quæst. 1. nu. 14.
qui ex Menoch. sup. cit. etiam Doctori legenti
alta voce imponi posse, vt summissiùs loqua-
tur, tenet, ac etiam penès Auendan. de exequen.
mandan. par. 2. cap. 6. num. 14. & Sanfelic. decis.
127. n. 3. qui decisionem de Franch. recipiendã
16 dicit nu. 8. vbi vicinus in modico læderetur,
17 vel tractaretur de vitando solito, prout idem
Menoch. confirmat, aliamque dat explicatio-
nem Fontanell. vbi sup. n. 21.

Tertiò, si diuina officia impediantur, vt
18 per Scribentes in l. 1. ff. sol. matrim. Alex. ad
Bar. in l. 1. in fin. vers. sed quid si malleatores, C.
de stud. liber. vrb. Ro. lib. 11. per text. in cap. pri-
dem 18. quæst. 2. Maran. tom. 2. respons. 22. n. 41.
& 42. Fontanell. & DD. ab eod. relat. vbi sup.
num. 4. Io. de Amic. cons. 105. col. 2. fol. 105. Gra-
tian. discept. forens. eod. cit. cap. 186. Nouar. eod.
cap. 1. n. 14. in fin. Sperel. decis. 55. ac nouissimè
Sanfelic. ead. decis. 129. num. 1. decisum refert
per M.C.V. expulsũ fuisse fabrum ferrarium,
turbantem diuina officia propè Ecclesiam
Sanctæ Mariæ Maioris Regularium Clerico-
rum.

Quartò, si artifex vicinis molestus esset ra-
19 tione sui exercitij, malum odorem afferentis;
potest enim reijci, vt per Auendan. ibid. nu. 15.
Fragos. de regimin. Reipubl. par. 1. lib. 7. disput.
21. n. 9. Par. de Put. de reintegr. feud. cap. 15. nu.
34. Franc. Marc. decis. 23. vol. 1. & decis. 497. n.
8. 12. & 433. & decretum vides penès eundem
Sanfelic. ibid. num. 4. ex Doctoribus, quos alle-
20 gat; nam datur contra eos interdictum pro-
hibitorium, l. 1. ff. de cloacis, & ne quid in loco
publico, Rip. in tract. de peste in 2. par. cap. tran-
seo ad alia remedia, fol. 63. n. 74. Bouadill. in po-
lit. lib. 3. cap. 6. n. 10. & 11. Rouit. in pragm. de
salubr. aer. in fin. per text. l. 2. §. idem ait si odo-
re, ff. ne quid in loco public. & pro eadem re
21 videas tradita per Capiblanc. de Baron. prag.
14. nu. 15. & cap. huius Fidelissimæ Ciuitatis
sub tit. de benè viuendo, fol. 71. & capitula om-
22 nia vulgò dicta del ben viuere, iuri communi
conformia esse probat De Pont. de Potest. Pro-
reg. de Abundan. Ciuit. tit. 2. §. 5. n. 2. alia de ea-
dem re ad explicationem Panormitanæ Con-
suet. 29. tradita per Castill. videas decis. 191.
tom. 2. eiusdem.

Item propter statum, prauam conditio-
23 nem, ac infirmitatem possunt quandoque vi-
cini à comitatu, & vicinio repelli, omnesque
cumulat Auendan. eod. cap. 6. p. 2. per tot. Ideoq;
in locis honestis habitare prohibentur scho-
24 lares, & mulieres inhonestæ, vt ex cap. 59.
Reg. Catholici anni 1505. inter capit. & priuil.
Neapol. fol. 46. ât. quod limitatur iuxta ea,
quæ Rouit. in rubr. de scholar. Doctor. num. 3. &
Anna sing. 338. tradidère; idque non modò
25 in regno in moribus esse propter dispositio-
26 nem constit. quæ passim, sed vbique locorum
per Text. l. non aliter, ff. de vsu, & habit. dixe-
runt Rouit. sup. pragm. 3. de meretric. n. 1. Luc. de
Penn. in l. si qua, C. de spectac., & scænic. lib. 11.
De Franch. decis. 315. in princ. Barz. decis. Bo-
nen. 19. Caball. resol. crim. cas. 184. & latè com-
probat Peguer. decis. 12. in fin. quiduè dicen-
27 dum si proprias habeant domos, habetur
apud eundem Peguer. in fin. Barbat. cons. 48.
col. 1. & 2. vol. 2. Auendan. ibid. nu. 5. Thesaur.
quæst. forens. 33. lib. 1. Gizzarell. decis. 54. vbi de
28 Angel. in addit. quiduè si fuerint nuptæ? Idem
Gizzarell. ibid. Auendan. sup. cit. nu. 3. Afflict. in
constit. regn. quæ passim de prohib. habit. meritric.
lib. 3. rub. 43. num. 2. tradiderunt; scias tamen
29 pensiones domorum futuri temporis post
expulsionem meretricum, & scholarium in
damnum locatoris cedere, vt probauit Rouit.
in cit. rubr. de schol. Doctor. à num. 5. per Text.
in authen. de lenonibus, vers. si quis autem patia-
tur, & ibi glos. in ver. habitationem, Ricc. resol.
30 133. cum locator iste peccet Nauar. in ma-
nual. confessar. cap. 17. nu. 194. ac debeat puniri,
31 vt idem Nauar. n. 195. vers. tertiò subdit, & ex-
pulso artifice propter strepitum ab eodem fa-
32 ctum, an pensio domino domus debeat solui
ab illis, quorum occasione fuit expulsus? ha-
betur apud Thor. in supplem. compen. ver. pen-
sio domus.

Meretrices, quæ nam sint, & quomodo pro-
33 bentur? dixerunt Menoch. de arbitr. iudic. cent.
Aa 2 6. cas.

6.caf.535. Petr.Gregor.Syntag.iur.vniu.lib.10. cap.2. Afflict.vbi sup.2.alijq; sparsim, & optimè in cit.decis.12.Peguer.à nu.7. & in addit. à num. 9. Et an legitimè agant in foro conten-
34 tioso meretrices ad petitionem promissi pro turpitudine actus venerei,eisdemq; possit idem in foro conscientiæ denegari? tractant Rouit.in rubr.de meretric.nu.2. Andr.in cap.1. num.11.quib.mod.feud.amit. Gizzarell.dec.52. Castren.& Alex.in l.generaliter,ff.de verb.obligat.Abb.in cap.quia pleriq; de immun.Ecclesf. n. 14.& seq.Iason in l.idem si ob stuprum 4. ff.de cond.ob tur.caus.& in §.sed quod meretrici,(vbi
35 de hac re litem etiam Paduæ fuisse inter meretricem, & scholarem, dicit, prout Neapoli, ex cit.dec.Gizzarell.habetur) Fragos.de regim. reipubl.Christ.par.1.lib.2.disput.4.§.15.n.166. & latè Couar.tom.1.controu.de restit.fol.616.&
36 de eadem re in alio genere agentes vide Trullench.in summ.tom.2. lib.7.dub.8. num.4. Ricciul.de stat.repro.lib.2.cap.34.n.8.

Dicam tandem pro coronide,à sententia,
37 expulsionē demandante, non licere condem-
38 nato appellare,appellationēq;interpositā non mitti, vt probant Salgad.de protect.Reg.par.3. cap.1.n.66.Fontanell.cit.decis.503. n.5. Sanfe-
39 lic.ead.decis.127.nu.3. Doctoresq; alij relati à Gram. decis.58. num.15. Ac vlterius ad ornatum nostræ rei principalis, inhibitiones artificibus licitè fieri, ne ponant tabulas, & similia,quæ vsum priuatorum impediunt,etsi non
40 valeant nocere, daturque actio popularis ad id Gratian.discept.forens.tom.4.cap.658.nu.14. 15.& 17. ac notat Ricc. in addit. ad decis. de Franch.481.in fin. videas tamen Reg.de Pont. in tract.de potest.Prorey.de abundan.Ciuit.tit.2. §.6.à n.20.qui per Bar. doctrinam in l.qui tabernas,ff.de contrahen.empt. tenet, licitè con-
41 cedi à Decurionibus Ciuitatis fossata, ac vacuas terras particularibus, nec posse concessiones reuocari, cum ad priuatum possit pertinere vsus rei pertinentis iure proprietatis ad
42 rempublicam; esse verò contra Text. l.ædiles, ff. de via publ. construere sumptibus Ciuitatis vias publicas,cum vnusquisque viam iuxta
43 propriam domū teneatur,etiam si sit emphyteuta Fragos. infra cit. construere, & conductor, possit, quod impendit à soluenda pen-
44 sionis mercede retinere, iuxta latè tradita per eundem Bart.in l.2.C.de immun. nemin. conceden.lib.10. Flor.in l.si quid, §.si quid n.6. ff.de vsufructu. Item dicit n.25.26. & 27. minimè
45 prohiberi posse vendentibus, Ne suis in apothecis teneant pergulas, seu quas vulgo dicunt tennas,quibus illi vtuntur, vt se tueantur à vē-
46 to, & pluuijs, nec etiam ponere in publico, & via,quæ sunt eorum exercitij, ità tamen vt non impediatur vehiculū ire ad Text.cit.l.ædiles in fin. vers.studeant, & tradita per glo. ibid. ver.trochos,Auendan.de exequen.mandat.par.1. cap.19.n.39. vers.& istam nostram legem vsq; ad vers.& item lex nostra. Sed concludit secus
47 esse, vbi adest in contrarium statutum,legitimèq; præscripta Consuetudo,prout in hac fidelissima Ciuitate, in qua omnia reguntur per
48 Magistrum Portulanum eiusdem Ciuitatis nomine: videasq; de omnibus his agentem Fragos.de regim. reipublic. Christi par.1. lib.7. disput.21.de Ædilibus à num.8. & de potestate Decurionum,seu Electorum Nobilissimæ, ac semper inclytæ nostræ Neapolitanę Ciuitatis, iurisdictione, & electione vide tradita per Sāfelic. in prax.iudic.sect.15.Idem de Pon.ibid. §. 1. per tot.

In consuetudine,Non licet,statuitur, non li-
49 cere paleas, fęnum, & ligna domi habere, vltra quàm sufficiat ad vsum proprium, nec linum non discussum, quod ex terris proprijs
50 non prouenit: idem statuitur in consuet.In domo conducta, qua conductori fęnum, & paleæ vltrà quàm sibi sufficiat, prohibetur; & huiusmodi prohibitionis causam esse timo-
51 rem incendij, indè ædificijs inijci facilis, habetur in apost.margin.incip.hæc dispositio, secūdum Afflict.in constit. post natale n. 15. de pac.
52 tenen. Quare hoc ius nostrum prorsus iuris communis correctorium dici nequit, cum nec dominis, nec conductoribus rebus proprijs, aut conductis vti ad vsum proprium, & comoditatem, prohibeatur, quin & L. videamus, §.inter conductorem,ff.locat. habetur,
53 inter conductorem, & locatorem conuentione habita, ne in villa vrbana fænum ponatur, standum omninò, ergo fortiùs idem attendendum, quoties Consuetudinibus, quæ Ciuium pacta dicuntur, hoc ipsū demādatur,
54 ideòq; vtroq; iure inspecto dicēdū videtur, Si conductor fęnum posuit, quod igne illato succenditur, conductorem, qui causam præbuit inferendo fænum contra conductionem, ex locato teneri.

Porrò si, nec vicino instante, vt res,
55 quæ dominis prædiorum, aut conductoribus deseruire non valent, tollantur; damnum interim illi eueniret, in istos, tamquam versati in culpa, ac in legem municipalem committentes, vicino, cui damnum infertur, actio l. Aquiliæ ad damni reparationem competit, l.item quæritur, ff.locat.conduct. cum concord.imò & eisdē non modò propria,
56 sed & nocet culpa familiarium, l. uideamus 12.l.qui insulam 33.§.colonus, ff. eod. ad tradita per Farin.decis. crim.114. tom.1. & per adden. ibid.aliosq; cum eo casu quælibet, vel le-
57 uissima, quæ semper præsumitur, vt probant de Marin.in addit.ad decis.3.Gramm.num.7.no-
58 cere patrisfamilias sit apta, vt Gramm.ibid.nu. 15.16.& 18.de Marin.ibid. & optimè Afflict. in constit.regn. super incisionibus tit.de malefic.
59 clandestin.n.12.dixerūt:cæterum aliquali fine

cul-

culpa sua, vel suorū saltem præsumpta paterfamilias nec pro se, nec pro suis tenetur, *l. si venditor, ff. de pericul. & commod. rei uendi.*, & de eadem re scribentes vide *Surd. decis.* 198. *c t. Gramm. Adden. Mascard. de probat. conclus.* 893. *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 4. casu* 390. *Rolan. cons. 93. tom. 2.* & ad peculiarem intellectum *Consuetudinū* nostrarum consulas *Rouit. dec, 59.* vbi articulus examinatur, an, & quan-
60 do propter ignem fortuitò immissum in maceriem lignorum meorum, & indè ad maceriem lignorum tuorum transeuntem, tenear tibi reficere damnum?

Hæc tamen quæ diximus, secundum ius
61 commune, & consuetudinarium, procedunt quoad actionem ciuilem contra certum incendiarium, aliterque damnum inferentem
62 sine dolo; at contra dolosos incendiarios, ac damnum dantes capitalis pœna in *cit. constit. super incisionibus* statuitur, *eademque* dispo-
63 nitur, vt à locorum hominibus damnum reficiatur si reus nequeat inueniri. Quare *glos. ibid.* & *Afflict. num, 1.* eam ius nouum exorbi-
64 tans in multis à communi, & in eo præcipuè, quia non peccantes condemnat, appellarunt:
65 quando contra incendiarium possit ex abrupto procedi, seù ad modum belli iuxta dispositionem *pragm. 10. de offic. Iudic. cap. 48.* per
66 quam inter cætera crimina, quibus facultas datur, Regijs Audientijs, ac Prouincialibus Præsidibus procedendi ad modū belli, crimen incendij enumeratur, idemq; Ecclesiastica
67 immunitate priuetur ad interpretationem *Gregorianæ Constitutionis*, tractant *Danza in addit. ad cit. decis. 3. Gramm.* ac *DD.* quos cumulat *De Mari. ibid. nu. 8. & 9. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. quæst. 22. num. 238. & 239. Afflict. decis. 391. num. 10. Gramm. vot. 3. num. 24. & consil. 64. num. 4. Baiar. ad Clar. quæst. 49.*
68 *num. 54.* & ad omnimodam explicationem eiusdem *cit. pragmat.* & quid facultas ista pro-
69 cedendi ad modum belli sibi velit? videas *Danz. in pugn. DD. tom. 1. tit. de potestate ad mod. bell. à cap. 1. per 7. & in addit. ad decis. 3. Gramm. à num. 22. Nouar. super ead. pragmat. à num. 179. & alios.* Ipse tamen dicam, pœnam
70 mortis naturalis incendiarijs indictam, siuè regni *constit.* siuè tandem iure communi *l. capitalium, §. incendiarij, ff. de pæn. l. qui ædes, ff. de incen. rui. & naufr.* sine dolo, & morte hominis non dari, vt ex *Iul. Clar. lib. 5. §. fin. qu. 68. à num. 20. Gramm. vot. 19. num. 5. Carrer. in prax. fol. 98. num. 10.* & alijs habetur; idemque
71 dicendum respectu pœnæ excommunicatio-
72 nis, quam incendiarius incurrit per *cap. tua nos de sent. excommun.* ad cuius explicationem videas *eund. Clar. in §. fin. quæst. 77. num. 19. & Adden.* & *cit. Menoch. in fin.* dolum autem
73 multifariè intercessisse in incendio, argui, & probari posse, habetur ex *Alex. consil. 74. vol. 6. Cæpol. consil. 69. Bal, cons. 77. vol. 3. Soccin. cons. 222. & Calcan. cons. 61. 62. & 63.*



TI-

TITVLVS VIGESIMVS TERTIVS

DE

Collatione expensarum in domo communi facienda.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, si domus, explicatio.

De reficiendo superiore solario domus etiam communibus sumptibus possidentis inferiorem partem eiusdem, ac de cogendis Hominibus Vniuersitatum ad reficiendum proprijs cuiusque sumptibus puteum, fontem, pontem, & Ecclesiam precipuè maiorem: Item de Artificibus compellendis ad operas suas locandum fauore Ecclesiæ; & an, & quando habens superiorem ædificij partem, dicatur etiam inferiorem habere, possitque habitantem in ipsa ædificij parte inferiore impedire, ne ignem propter fumum sibi noxium, indè emanantem, accendat?

SVMMARIVM.

In Consuetudine, si domus, *regula statuitur circa refectiones faciendas sumptibus communibus, num.1.& 2. eiusq; dispositio naturali ratione nititur,n.3.*

Tectum prabet vtilitatem toti ædificio,n.4.

Habens vtilitatem ædificij, compellitur idem reficere,n.5.

Homines Vniuersitatum compelluntur fontem, pontem,& puteum reficere,nu.6. item Ecclesiam Maiorem,n.7.& 10.

Publicè interest Ecclesias construere, & reficere, num.8.

Ecclesiæ,& Reipublicæ idem est fauor,n.9.

Artifices, etiam inuiti, coguntur locare operas fauore Ecclesiæ,n.11.

Expensæ pro reparatione rei communis communiter fieri debent,n.12.

Damnum, eueniens propter rem non reparatam, cedit in perniciem retardantis, & quando? num.13.& 14. quid in re societatis? num.15. & 16.

Textus l.eum debere 32. ff.de seruit.vrban. prædior.*explicatur,n.17.& 18.*

Vicinus potest cogere aduersarium ad reficiendum parietem ad onera substinenda, n.19.

Ius consuetudinarium,disponens de refectione,sumptibus communibus facienda in re communi, conuenit cum communi, nu.20. & in quid discrepet?n.21.

Habens superiorem partem domus, an dicatur etiã inferiorem habere?n.22.

Habitans in inferiore parte domus non impeditur ignem accendere,n.23.

1 Regula constituitur vniuersalis in hoc textu, vt si supremum reparari contingat solarium domus plurium do-
2 minorum,expensis communibus reficiatur, at si aliud indigeat reparatione solarium, proprijs expensis suppeditantis reparetur,consue-
3 tudinariamque dispositionem naturali quadam

dam ratione fulciri, vt quilibet ad statuendū, quod sibi prodesse potest, concurrat, voluit *Io: Ang. Pisanell.in apost.incip. sed pone, lit. A.*, ac id tenet, ex quadam *apost. Barthol. de Capu.in l.vsufructu legato in fin.ff.de vsufruct. incip.nota hic talem*, haberi; *Tectum* enim *su-*
4 *perius* (vt dixit) *prebet vtilitatem omnibus, nā aliās aqua caderet paulatim vsque ad vltimum solariū,&c.* Ideòq; argumento eiusdem *l.vsu-*
5 *fructu legato*, ibi: *Quoniam omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere quoque eum ædes per arbitrium cogi,Celsus lib.18. Digestorū scribit.*
6 Hinc vniuersitatum homines,& Ciues cōpelli posse, fontem, puteum, pontem, & quicquid aliud,quo vniuersalis vtilitas habetur; seruatumque fuisse in refectione cuiusdam fontis Capuanæ Ciuitatis, idem *Pisanell.* affirmat;
7 ac id ipsum pro refectione, & constructione Ecclesiæ, præcipuè Maioris asseuerādum censeo per ea, quæ *Angel.in l.1.in fin. ff. solut.matrim.*,& ibi *Bar.num.25.Soccin.sen.num.5.Menoch.* qui alios adducit *cons.1206.nu.1. & 2.* ac nouissimè *Nouar.pract. forens. quæst. par.2. quæst.25.num.10.Franc.Ant.Costa cons.28. nu. 8.& 9.Valasc.decis.179.* alijq; dixerunt,& habentur in *Concil.Trident.sess.21. cap.7.* publi-
8 cè enim interest,Ecclesias, & Monasteria construere, constructaque exornare, cum maximi commodi toti Vniuersitati,ac reipublicæ sint,
9 ac meritò idem fauor,qui Reipublicæ præstatur per *cap.quid ergo 23. quæst.4.* Ecclesiæ debetur,vt ijdem *Menoch.num.11.Nouar.nu.11. & Costa nu.8.* probant. Ergo idem ius, quod
10 ad publicam conseruandam vtilitatem disponit pro refectione pontis, fontis, siuè cuiusuis ædificij, ad Ecclesiæ constructionem, siuè reparationem, extendendum esse, legitimè negari nequit; rectèque artifices, vel inuitos co-
11 gi posse eorum operas pro Ecclesiæ reparatione locare, & si alijs eas locauerint, & sint in actu præstationis, probat *Idem Nouar. quæst. 27.* per tradita à *Mainar.decis. Tholos. 32. & 33.Borrel.in summ.decis.tit.de Sacrosan.Eccles. num.30.tom.1.*

Debent item impensæ pro recuperanda re
12 pluribus communi, ab omnibus communiter erogari, vt ex *Bart.& Flor. in l. ex parte in princ.ff.famil.herc.*adnotat *Reuert.hic in apost. incip. quid si immittam in fin.* & videndus *Bai. consil.8.*factaque ad id interpellatione,si dam-
13 num eueniat,huic,qui damnum patitur,competit actio contra interpellatum pro damno dato,si tamen cautio antea fuerit interposita,
14 nam (vt habetur in *l.6.ff.de damn.infect.*) *euenit nonnumquam, vt damno dato,nulla nobis cōpetat actio non interposita antea cautione,veluti si vicini ædes ruinosæ in meas ædes ceciderint: adeò, ut plerisq; nec cogi quidem eum posse, ut rudera tollat, si modo omnia, quę iacent pro de-*
15 *relicto habeat*: at pro refectionibus societatis prędij dispositio, *l.si, ut proponis, 4. C.de ædific.priuat.* attenditur;nam si socius ædificij ad
16 refectionem illius sumptus cōferre detractat, nec intrà quatuor mensium tempora cum centesimis vsuris nummus pro portione socij erogatus restitutus fuerit, vel quo minus id fieret, per socium id stetisse, constiterit, qui sumptus fecit, *Ius dominij pro solido uendicare, uel obtinere iuxta placitum antiquitatis poterit.*

Cæterum ius commune in *l.eum debere 33.*
17 *ff.de seruit.urban.prędior.* & in *l. & si fortè, §. etiam, ff.si seruit. uendic.* disponit,eum debere columnam restituere, quæ onus vicinarum ædium ferat cuius essent ædes, quæ seruirent, & de seruitute, quæ oneris ferendi causa im-
18 posita erit, actionem nobis competere, vt & onera ferat, & ædificia reficiat ad eum modū, qui in seruitute imposita comprehensus est. Quare ex sententia *Seruij*, quæ in proposita
19 specie præualuit, habetur, *Vt possit quis defendere ius sibi esse cogere aduersarium reficere parietem ad onera sua sustinenda*; hinc etiam
20 à iuris communis dispositione quodammodo nostram hanc municipalem constitutionē dependere voluit *Camill. Saler. in apost. incip.*
21 quod ad instantiam; dispar enim ratio inter parietem,quæ vicini domus onera debet substinere, ac supremum solarium, quo totum
22 ædificium custoditur, non intercedit. Sed an habens superiorem domus partem eiusdem dicatur dominium habere? tradit *Soccin. iun. cons.139. num.1. lib.1.* item habitanti in parte
23 inferiore domus, licere ignem accendere pro vsu familiæ, & si fumus ascendēs superius noceat habitantibus, habetur apud *Fragos. de regim.reipubl. par.1. lib.7. disput.21. num.12. uer. quid dicendum*, fumus enim naturaliter ascendit.



TI-

TITVLVS VIGESIMVS QVARTVS

DE

Locato, & conducto.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, si quis conduxerit, cum alijs seqq. explicatio.

De refectionibus in domo conducta, non requisito eiusdem domino factis, non admittendis, & quid à iure commune circa idem statuatur? De non soluenda pensione, siuè mercede per conductorem pro tempore, quo re conducta vti frui non potuit, eiusdemque non habuit comoditatem, vel fructus non recollegit. De reconductione per scripturam legitimè probanda, & an, & quando possit testium depositionibus probari? De non faciendis denunciationibus per dominũ prædij conductori, vt finita locatione conductum prædium vacuum relinquat; & an, & quando primus conductor in locatione conductione rerum fiscalium, Vniuersitatum, & Ecclesiæ nouissimo cõductori præferatur? Quiduè dicendum attenta dispositione *reg. pragm.* 71. *de offic. proc. Cæsar.* siuè 1. *de subhasta fiscali*, & quid in locationibus, conductionibus vectigalium? De subhastationibus rerum fiscalium, & Vniuersitatum, & de oblationibus non admittendis infra decimam, & sextã partem extalij vnius anni, & quid si minor summa re integra offeratur, vel in continenti? Item de illis non admittendis pro rerum emptione, si pecunia in numerato non offeratur. De requisitis necessarijs in venditionibus sub hasta ad hoc vt hypothecarum, super re vendita contractarum, resolutio sequatur, priuato non autem Fisco, pro distractione instante. De nonnullis facti speciebus, in quibus locatori contra conductorem ad damni refectionem repetendam competit actio. De locatione operarum filij legitimè à parentibus facienda. De dispositione *l. 2. C. de rescin. vendit.* in contractibus locationis conductionis attendenda. De non relocandis prædijs per primum conductorem volenti subconducere absque domini consensu in Ciuitate Neapolitana,

& an

& an facta reconductione, vtriusque conductoris bona sint domino fundi obligata pro pensione? Et de secundo conductore non liberando, donec domino satisfiat.

SVMMARIVM.

In hoc tit. de locato, & conducto *attingitur potiùs eiusdem rei tractatio, quàm explanatur, num.1.*

Text.l.dominus 58.§.in conducto,ff.locat.& cōduct.*adducitur, & explicatur, n.2.& 3.*

Ius consuetudinarium,& commune an conueniant, & in quo circa retentionem expensarum pro refectione domus factarum, numer.4.5.6.7. & 8.

Conductori contra locatorem datur actio locati si res locata non fuerit refecta, n.9.

Necessitas refectionum quanam attenditur? nu.10. & 11.

Conductor non tenetur soluere pensionem, si re conducta vti frui non potest,num.12.eidemque fieri debet remissio, & quando nu.13.15.16. 17.18.19.20.& 22. quandoque interesse restauratio, nu.14.nec Principis factum locatorem excusat,n.21.& 23.

Conductores domorum quando excusentur à solutione pensionis, n.24.25.26.27.28.& 29.

Pensiones solui non debent à conductore, qui pro parte temporis rem conductam retinuit, & fructus æquales non recollexit, n.30.

Conductor non soluens potest expelli propria locatoris authoritate,n.31.

Tempora locationum quanam sint in Ciuitate Neapolis, num.32. & olim idem seruabatur apud Romanos,n.33.

Denunciatio conductoribus an fieri debeat per dominum?n.n.34.35.& 49.

Reconductio non censetur facta absque scriptura, num.36.& 37.sed quandoque etiam testium depositionibus probatur,& quando? n.38.39. 41.42.& 43.

Omnes casus,quibus per scripturam debet fieri probatio, habentur remissiuè,n.40.

Reconductio durat continuata rei locatæ conductione,& obligatio pignoris,n.45.& quid in prædijs rusticis,& fiscalibus,n.46.& quid de iure consuetudinario?n.48.

Denunciationes quando fieri debent?nu.50.& quid dicendum in operis noui nunciatione, n.51.

Primus conductor, an, & quando in prædijs vrbanis, rusticis,& fiscalibus præferatur,n.52.53. 54.55.78.& 79.

Quid in locationibus gabellarum?n.56.57.58.59. 60.61.& 62.

Quiduè in rebus Ecclesiæ?num.80.

Læsio non admittitur si sit infra dimidium pretij iusti,num.63. vt in venditionibus sub hasta adesse dicitur, si sit vltra sextam partem, num.64.

Distractio rerum fiscalium censetur facta cum pacto adiectionis in diem,n.65.

Dispositionis prag.71.de offic. proc. Cæsar. *alias* 1.tit.de subhasta fisca. *ratio traditur,nu.66. & 67.*

Augumentum quodlibet in venditionibus sub hasta,an possit admitti re integra? num. 68. 69. 70. & 71. & quid dicendum si fiat in continenti?etiam n.73.

Tempora nouæ addictionis in venditionibus subhasta quæ sint iure communi inspecto? habetur num.72.

Dispositio reg.pragm.71.de offic.proc.Cæsar. *an sit attendenda in locationibus vectigalium, num.74.& 76.*

Vectigalia nunc dicuntur patrimonium illorum, quibus concessa sunt in solutum,n.75.

Dispositioni reg.pragm.71. de offic.proc. Cæsar. *quando dicatur satisfactum circa oblationem decimæ,& sextæ respectiuè? n.77.*

Sollemnitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ traduntur remissiuè, n.81.

Prior conductor, qui rem locatam meliorem reddidit, an præferri valeat?num.82.

Socius in locatione rei communis an præferatur? num.83.

In re communi locanda, vel non locanda cuiusnam ex pluribus dominis voluntas attendatur? nu. 84. & quid si vnus præferri petat pro vsu proprio, n.85.

Prælatio an concedenda in locatione ad longum tempus facta? n.86.

Scholaris an, & quando præferri debeat?nu.87.& 88. & quid dicendum respectu scholaris de proximè doctorandi,n.89. & quisnam præferendus ex pluribus concurrentibus diuersarum professionum, n.90.

Magistri scientiarum, an, & quando præferri debeant in locatione, n.91. & an possint à vicinio expelli?n.92.

Conductor primus, an, & quando præferri valeat in conductione rerū vniuersitatis,n.93.& 94.

Subhastationes rerum vniuersitatum quomodo fiūt? reemissiuè n.95.

Dispositio pragm.5.§.6.de administrat. Vniuers. *traditur n.96.& 97.*

Filijs Decurionum non licet conducere vectigalia Vniuersitatum,n.98.nec patri tempore Decurionatus filij,nu.99.& explicatur dictum,nu. 100.& 101.

Requisita legitimæ subhastationis traduntur,n.102.

Venditiones subhasta fiunt pecunia præsenti, num. 103.nec sufficit promissio accollandi debitum, num. 106. præcipuè reluctantibus creditoribus, num.107.

*Prælatio non competit quoties non offertur pretium in numerato,n.*104.*nec datur in re,quę penès petentem prælationem non est duratura*, *num.*105.

*Venditiones sub hasta dicuntur perpetuam habere firmitatem,n.*109.

*Fiscalis hastæ fides non conuellenda,n.*110.

*Creditor post venditionem sub hasta pecuniam solutam valet tantùm recuperare,n.*111.

*Venditiones sub hasta debent fieri anteriore creditore instante,num.*112.*nam aliàs creditor valet pignus obligatum persequi,nu.*113.*& ratio, num.*114.

*Creditore emente rem sibi obligatam, vel sub hasta non resoluuntur hypothecæ,num.*115. *& cur? num.*116.*& est præsumptio iuris, & de iure, num.*117. *præcipuè si dicat, velle creditum retinere,n.*118.

Ius creditoris non extinguitur per venditionem sub hasta, si eo inscio pignus vendatur n. 119. *& cur?n.*120.

Textus in l.si eo tempore, C. de remiss. pignor. *affertur, & explicatur,n.*121.*&* 122.

*Creditor specialiter citandus ad interueniendum in venditione, num.*123.*&* 125. *& ratio affertur, n.*124.

*Creditor non citatus habet actionem ad rem, & pretium,n.*126.

*Hypotheca extinguitur per venditionem sub hasta, fisco distrahente,num.*127. *& quare nu.* 128. 129.*&* 130.

*Priuilegia fisci non transeunt in alium,vel eiusdem cessionarium,n.*131.

*Conductor,& locator non condemnantur ad impensas,n.*132.

*Conductor propter culpam tenetur locatori,n.*133. *& afferuntur plura exempla, num.*134.135. 136.137.138.*&* 139.

*Pater potest operas filij locare,n.*140.*an æq;mater? num.*141.

*Filiusfamilias an teneatur pro pensione domus, num.*142.

Dispositio l.2.C.de rescin.vendit.*procedit in locationibus conductionibus,nu.*143.145.148.*&* 149. *& in omnibus contractibus bonæ fidei, num.*144.

*Læsioni non potest, vel cum iuramento renunciari, num.*146.

*Creditor, qui ex secundo decreto debitori succedit, tenetur stare colono,n.*147.

*Locatio officij ad longum tempus vtrum substineatur, n.*151.*&* 153.

*Conductor ad breue tempus an possit aliquem feudo vacante inuestire?n.*152.

Regens Io: Hieronymus de Philippo *laudatur, num.*154.

*Substitutio, & translatio officij non fit absque certa pecuniarum solutione,n.*155.*&* 156.

*Dominium rei locatæ non arguitur penès locatorem per locationem, num.*157. *sed contra quandoque, num.*158.159.160.161.*&* 162.

Consuetudinis conductor *dispositio traditur, & explicatur, n.*163.164. *&* 165.

*Locator videtur elegisse personam primi conductoris,n.*166.

*Bona primi, & secundi conductoris sunt pariter obligata,n.*167.*&* 168.*& quomodo n.* 169.

*Subconductor non facit fructus suos pensione domino non soluta, n.*170. *nec liberatur soluens primo conductori,num.*171. *& quid si habeat causam ab intruso,n.*172.*et an excusetur per bonam fidem,n.*173.

*Qua actione agitur contra habitantem,qui domum nulla facta locatione ingreditur?num.*174.

1 LOcationis conductionis materia potiùs attingitur hìc,quàm explanatur; conuenit idcircò adhoc, vt eiusdem contractus qualitas, essentia, & effectus aliqualiter innotescant, de eadem latiùs, quàm nostris *Consuetudinibus* traditur, agamus.

2 *In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario,vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel instaurauerit, cum id non conuenisset, Paul.Iuris Cons. lib.*2.*sententiar.*respondit,*Ad recipienda ea, quæ impendit ex conducto cum domino fundi experiri potest*, vt ex *l. dominus horreorum* 58.§.*in conducto,ff.locat.et conduct.*
3 habetur: hinc ista *Consuetudo*, quæ conductori aliquid ædificanti, construenti, siuè restauranti in conducto prædio indulget ità, vt si præcesserit facta domino ad id requisitio, retentionẽ habeat pro rata ex debita pensione,
4 non discrepat à iure communi, at in eo,quod absque præcedenti denunciatione affixum, &
5 constructum, vel vtiliter, ac necessariò, locationis tempore completo tolli nequeat, & à domino siuè locatore impensa non repeta-
6 tur per cõductorem, iuri communi repugnat, non enim sufficit vtiliter reficere, aut necessa-
7 riò ędificare si requisitio pro refectione faciẽda,siuè noua constructione locatori facta non
8 præcedat, cum ius commune data necessitate, aut vtilitate in re cõducta propter nouum, quod construitur, aut vetus prædij membrũ, quod reficitur, nil vltra requirat: vtroque
9 tamen inspecto iure ex conducto actio conductori datur, *Si aut villa non reficitur, vel stabulum,vel vbi greges eius stare oporteat, vel si quid in lege conductionis conuenit,si hoc non præstatur*, vt in *l.ex conducto,ff.locat.* habetur, & ex dispositione iuris consuetudinarij desumitur; necessitas verò,& vtilitas quænam
10 attendatur? habetur in *apost.R.Reuert.* in explicata *consuet.si domus de collat.expens. incip. quid si immittam*, & per *Napod.hic ver.necessaria,n.*3.distinguẽtẽ inter refectionem necessa-
11 riã ratione rei iuxta glo.explicationẽ in *l.*1.*in princ.ver.necessariæ*, ac in *l.necess.,ff.de impẽs.*
& in

& in *l.impensæ,ff.de verb. signif.* ratione con-
ductoris ad *Text.in l.si merces,§.fin.ff.locat.*ac
tandem ratione locatoris, vt in *ead. l. §.si vi-
cinus*, eandemq; *Consuetudinem* explicantem
de refectione, quæ necessariò à locatore fieri
debet.

At vtcumque res ista se habeat, certum est,
12 conductorem non teneri ad pensionis siuè
mercedis solutionem, si re conducta vti frui
impediatur,*l.si quis domum,l.si sibi,et l.ex con-
ducto,§.1.ff.locat.Gomez.variar.resol. to.2. cap.
8.Connan.lib.7. comment. cap.11. Caroc. de lo-
cat.et conduct.par.6. quæst.1. vers. quando com-
petat actio ex conducto, Petr.Gregor.syntag.iur.
3.p.lib.27.cap.1.Mozz.de contract. tit.de locat.
et condu.Christin.decis.117.num.2.to.3.* eidem-
13 que fieri debet mercedis remissio pro parte
temporis, quo re locata liberè, & plenè vti
frui non potuit, *l.qui insulam,§.ædilis, ff.locat.
Castrens.in l.cum in plures, ff.locat. Boer. decis.
149.nu.5.Connan.ibid. num.13. Surd. cons.34.*
imò & damni, ac interesse restauratio à loca-
14 tore, si locatoris culpa impedimentum eue-
nisse probatū fuerit,vt ex *Bursat.cōs.309.n.6.
Altograd.cons.21.n.52.Alex.cons.84.n.2. lib.6.
Soccin.sen.cons.156.n.4.lib.1.Ruin.cons.23. nu.
5.et cons.65.n.3.lib.1.Menoch.cons.55. n.14. et
cons.246.n.1.*ac per *text. l.si merces, §.vis ma-
ior,l.si in lege,§.colonus,ff.locat.et instit. eod.tit.
§.penult.* affert *Capyc.Latr.decis.167. n.4.5. et
6.*locator enim debet conductorem in posses-
15 sione locatæ rei cōseruare, ac eidem successi-
uam patientiam præstare ad *Text. l. quæro, §.
inter locatorem,ff.locat. Paschal.de vir.patr. po-
test.par.4. cap.6. à num.4.* alijq; ab *eod. relati*,
ideoque deficiente locatæ rei traditione,cessat
16 obligatio ex conducto *Surd.cons.400.nu.6. et
seq. Cons.de Rosa consult.39. nu.17.* & contra-
17 ctus potest annullari *Capyc.Latr.dec.162. nu.
20.* nec obstat, promissionem solutionis fuis-
18 se iureiurando conductoris confirmatam,
19 nam locationis conductionis contractus di-
citur vltrò citroque obligatorius,& obligatio
correspectiua, ac ideò non aliter conductor
20 obligatur, quàm si res locata tradatur,& cō-
ductor ea fruatur *Castill. 3. controu.3. num.6.
Surd.decis.326. n. 17.* alijq; & faciunt tradita
per *Reg.de Marin.ad R. Reuert. decis.509.* nec
21 Principis factum excusat locatorem,nam re-
22 missio mercedis semper debetur dato quo-
cumque impedimento fruitionis rei locatæ,
vt ex *Larrea* habetur *alleg.18.et 20.Surd.ibid.
nu.55.et 56.et cons.400.n.5.et 26. et cons. 507.
n.7.Mastrill.decis.299.num.111.et 112.Anton.
Amat. resol. 18. num.22.* sat enim est,excusari
23 locatorem eo casu ab interesse præstatione,
*l.si quis domum 9.§. hîc subiungi, C.locat.cum
concord.* Quare *Episc. Afflict.in supplem.ad ad-
dit.cap.22. controuers.fol.1.* pensionem à con-
24 ductoribus domorum respectiuè ad habita-
25 tionem deberi,eosque propter pestem,vel alio
iusto periculi timore emigrantes pro tempo-
ris rata exonerandos,& remissionem,siuè di-
minutionem mercedis concedendam esse in-
quilinis quamuis mobilia, & famuli domi re-
manserint, vel ipsi etiam conductores habita-
uerint, si tamen principalem habitationis fi-
nem consequi non potuerunt,tenet, ità expli-
26 cando *Afflict. decis.258.* explicatam etiam
à *Capyc.Latr.ibid.num.31. et 32.* qua contra-
rium percipi videtur circa remissionem pen-
27 sionis petitam propter impedimentum ha-
bitandi tempore pestis.Sed an bellum causa
legitima dicatur denegandi pensiones domo-
rum tàm propter non sequutam habitationē,
quàm etiam quia conductores re conducta
28 liberè vti frui non potuerunt, quidnè sit fa-
ciendum, vt remissio possit aliquando eisdem
eo casu competere? habetur latè in *cit. decis.
Capyc.Latr.per tot.*, & quid dicendum, si in
29 domo tetræ imagines videantur? habetur
apud *Cons.Stayban.resol.143.to.2.*

Idem iuris esse non dubitatur, si res, quæ
30 locatur æquales fructus non det semper, sed
modò vberiores, modò vel leuiores, vel par-
cos, & post quam conductor eam retinuit
sterilitatis tempore, impeditur tempore vber-
tatis habere, nam cum *Quæ euenerunt sterili-
tates, vbertate aliorum annorum repensatæ non
probentur* ad *text. l.licet 8. C.locat.* quāti eum
terest perfrui conductione, tantùm locator
consequetur *l.nos videamus 8. ff. eod.* at con-
31 ductor, vel in vno tantùm denario debitor,
non soluens à domino propria authoritate
potest expelli, *l.ædem, C. locat.* ac dixerunt
DD. quos affert *Viu.decis.308.n.11.lib.2.*

De temporibus locationum domorum in
32 nostra Neapolitana Ciuitate aliàs diximus,
nunc ad confirmationem adducimus *Capyc.
Latr.dec.s.39.to.1.in princ. et decis.162. tom.2.
num.1.* vbi *nu.2.* idem, quod ibi, & nunc hîc
confirmamus,apud Romanos olim de eadem
33 re fuisse constitutum, aduertit *Scip. Rouit.*
ac *Ferdin.* eius filio *sup. pragm.1. de locat. et
conduct.*; sciasq; falsum esse, quod omnium
34 ferè per ora fertur, desumptum ex *apost. in-
cip.ratio est in cōsuet. sed si fundum infra expli-
cat.fol.375.* in moribus nempè Neapolitano-
rum esse denunciare conductoribus mense
Februarij, vt domum vacuam relinquat in
mense Maij, nam ex traditis per *Vrsill. decis.
365. Afflict. num.12. Gizz.ad Capyc.Latr.de-
cis.obseru.39.num.13.* ac in *decis.Sanfelic.300.
to.2.* (vbi affertur S.R.C. decisio facta sub die
2.Maij 1640.)contrarium apparet non obscu-
35 rè, ideoque nouus conductor potest antiquum
expellere eo ipso tempore, quo ad conductam
domum intendit accedere, vt iudicatum re-
fert *Ant. Capyc. in ead. consuet. sed si fundum
in apost. incip. fuit iudicatum in fin.*; nec ideò

Bb 2 quia

36 quia facta non fuit denunciatio dicitur recō-
ductio inducta, cum reconductionem absque
scriptura non probari, habeatur *l.ne cui C.lo-
cat. et l.item quæritur,§.qui impleto in fin.ff.eod.*
ibi: *In vrbanis autem prædijs alio iure vtimur,
vt prout quisque habitauerit itá,et obligetur,ni-
si scriptis certum tempus conductionis compre-
hensum est, Afflict. decis.*238. *de Franch. decis.*
278.*Sanfelic.ibid.num.*3.*De Pont.cons.*23.*to.*1.
Thor.in 2.*par.compen. ver.recōductio si nō pos-
sit, Boer.decis.*107.*Mart.vot.*35.*num.*15.*et vo.*
104.*num.*7., & eo tantum casu,testium depo-
sitiones de reconductione attendantur, ad
37 *Text.l.in exercen.ff.de fid.instrumen.*vbi magis
viuæ voci,quàm mortuæ credendum dicitur,
quo ante migrandi tempus reconductio
38 fuerit opposita; ratio enim legis cū videatur
39 tunc cessare propter tempus,quod superest ad
probandum; nam videtur denegata proba-
tio per testes ne interim labatur tēpus in per-
niciem locatoris, nouique conductoris adhuc
eiusdem dispositio nō attēdenda erit ad pla-
citum, *R.Roui.in prag.*1. *de locat. et cond. Pa-
schal.de vir.patr.potest.par.*4.*cap.*6.*n.*7. *Ricc. et
de Luca in addit.ad cit.decis.* 278. *De Franch.
Thor.in compen.par.*1.*ver.reconductio,*meritò-
40 que *glo. in cap.* 1. *de cens. in* 6. enumerando
omnes casus,quibus probatio facti requiritur
per scripturam, de reconductione non dixit;
41 cum aliquando etiam sine scriptura valeat
42 per testes probari;& licet *R.Tap.sup.cit.prag.
in* 4.*to.iur.regn. num.*5. *et* 6. *decisionem afferat
S.R.C.* quo reconductionem,à primo condu-
ctore oppositam mense Decembri,admissam
fuisse constat, idemque à *Battagli.ad Cyn.in
cit.l.ne cui,* confirmatum, dicat, indè tamen
43 inferri non valet,illam penitùs excludi non
apparentem ex scriptura, & quoties eo tem-
pore,vel antea non fuit opposita,semper enim
44 ac in indicium adducitur opportuno tempo-
re, eo nempè,quo ante aduentum diei quartæ
Maij, & probationes fieri valent, ac mota
quæstio decidi, semper admittenda,& de hoc
infinitas adesse decis. M.C.V.ac S.R.C.cōstat.

Cæterum, qui impleto tempore conductionis
45 *remansit in conductione,non solum reconduxisse
videbitur, sed etiam pignorum videtur durare
obligatio,* vt *Vlp.* ait in *cit.§.qui impleto,*idque
46 in prædijs rusticis, ac etiam vbi *Reipublicæ
prædia locata fuerint,* attendi, *ibid.* patet.

Et in prædijs rusticis ius nostrum Consue-
47 tudinarium, quo habetur, non licere Domi-
no terram tollere partiario, vel colono ante
completum mensem Augusti; & è contra nec
laboratori,seù partiario, terram domino assi-
gnare alio tempore, quàm post mensem Au-
gusti, & si quicquid debet,domino soluatur;
cum aliàs reconductio præsumatur, si domi-
nus terræ voluerit, vt in *consuet. non potest è
conuerso,* & *quod si* habetur, iuxta sententiam

Vlp.in l.qui ad certum 15.*ff.locat.*dicentis, *Qui*
47 *ad certum tempus conducit, finito quoque tem-
pore colonus est, intelligitur enim dominus, cum
patitur colonum in fundo esse, ex integro locare,*
48 *nostrarum prag.* dispositione non violatur; il-
ludq; quod diximus,de nō denūciādo cōdu-
49 ctoribus antiquis conductores recentes, in
eisdem rusticis prædijs substinetur, cum in
cit. consuetud. non potest habeatur, *ante exple-
tum mensem Augusti* (tempore, nempè, quo
completur locatio) *potest* (scilicet dominus
prædij) *prohibere, siuè denunciare sibi, quod
nolit terram ipsam laboratori,vel partiario di-
mittere pro tempore futuro;* Et denunciationes
50 tàm ante, quàm postea factas non substineri,
51 instar noui operis nunciationis ad *Text.l.pu-
pillo,§.nunciatione, ff. de oper.no.nun.* dixerit
*Napod.ibid.ver.expletum,n.*13.

His positis videndum, an primus condu-
52 ctor tàm in prædijs vrbanis, quàm rusticis,
ac bonis fiscalibus valeat præferri in locatio-
nibus, idem pretium offerendo?Et responde-
53 mus, *Veteres possessores fundorum publicorum
nouis conductoribus præferantur, si facta nobis
per alios augumenta suscipiant,* in *l.congruit* 4.
*C.de locat.prædior. ciuil. vel fiscal. &c. lib.*11.
haberi; & concordat *text.l.fin.eod.* Quare pri-
54 mum conductorem bonorum fiscalium si
idem, quod à nouissimo offertur, paratus sit
soluere, præferri communiter est receptum à
*Boer.decis.*107.*num.*3. *Viu.decis.*308. *num.*10.
*Sanfelic.cit.decis.*300.*n.*4.*de Franch. decis.*406.
*num.*8. *Afflict.decis.*238.*& in cap.*1. *ver.vecti-
galia,n.*116.*quæ sint regalia,& de iur.prothom.
in rubr.in princ.num.*1.*Mant.de tacit & ambig.
lib.*5.*tit.*3.*num.*27.*De Pont.cons.*23.*num.*9. *Pe-
regr.de iur.fisc.lib.*6.*tit.*5.*num.*5.*Gratian.discep.
forens.cap.*357.*num.*6.*tom.*2.*Castill. decis.Sicil.*
114.*Anna cons.*77. *à num.*2. *Bonadill. in polit.
lib.*3.*cap.*4.*num.*21.*De Marin.resol.quotid.cap.*
147.*Nouar.in collect.ad pragm.*75.*de offic. pro-
cur. Cæsar. Reg.Tap.decis. S.C.*59. *Cizzarell.
decis.* 5. *alijsq;* allegatis ab *eod. num.*8. & *Ca-
pyc.Latr.decis.*159.*à num.*1.*per* 7. *Amat.consil.*
21.*num.*12. *&* 13. afferente rationem *nu.* 14.
55 quam esse constat, quia conductor rei fi-
scalis ius in re conducta dicitur habere, & ad
eam retinendam vtilem actionem, & si con-
duxerit ad modicum tempus, *Glos.in l.1. in
ver.conduxerit,ff.de loc. publ.fruen.Pincl.in l.*1.
*par.*3.*num.*67.*vers.verus igitur intellectus, C.
de bon.mater.alijq; ab eod.* relati, Idemque in
56 locationibus gabellarum dicendum videtur
ex traditis per *Luc.de Penn.in cit. l.fin.circa
fin.Nouar.*iam *cit.nu.*4.*De Marin.cit. cap.*147.
vbi *n.*7. pro prælatione refert decisum, ac per
eund. *Capy.Lat.nu.*14.15.*&* 16.*in fin.*vbi hæc
verba habētur, *Tamen re vera prædictā quan-
titatem primò obtulerat Astutus,ideò die* 2. *Iu-
nij* 1642. *maior pars inclinauit, vt liberaretur*
eidem

eidem Astuto, & sic fuit resolutum; de qua decisione dicentes *Tho.in supplem. compen. ver. prælatio an competat*, & *Sanfelic. in addit. ad*
57 *decis.* 103. vide: at ipse nunc in quibuscumq; bonorum fiscalium venditionibus, locationibusq; contrarium esse puto, nedum ex traditis per *Gizzarell. in cit. decis.*5. *num.*27. ibi: *Sed veritas est, quod hodie Regia Camera plus offerentibus liberat gabellas, & vectigalia, &c.* verùm etiam dispositione *reg. prag.* 71. *de offic.procur.Cæsar.* aliàs 1.*sub tit. de subbalta*
58 *fiscal.* qua non aliter oblatorem admitti post locaionem fiscalium rerum, quàm si ante captam possessionem decima pars extalij vnius anni infra dies quadraginta à die estinctæ candelæ, post verò possessionem infrà tres
59 menses sexta pars ab eo offeratur; cæterum decisio Regij Collateralis Consilij, de qua *cit.Capyc.Latr.* optimo iure fundatur, omnes enim oblatores eandem quantitatem simul obtulerunt tempore extinctionis candelæ, vt idem *Author,* tradidit *num.*16.ideòq; primus oblator debebat præferri; cum potiorem eo casu videretur causam fouere, ad dicta per *Bal.in l.fin.n.*11. *C.de testam. manumiss. Caroc. de loc.& cond.par.*3.*tit.de public.& vectig.q.*3. *n.*12.*Bertach.de Gabel.*2.*par.quæst.*9.*Caual.cōmun.contra commun.quæst.*248. *ex num.*27. nec
60 *Azeued.* sententia in *l.*1.*tit.*13.*lib.*9. *nou.recōpil.Amayæ in l.si tempora, C.de fid.& iur. hast. fiscal.num.*36.*Peregr.de iur.fisc.lib.*6. *tit.*5. *n.*7. *in fin.Muscat.in prax.par.*3.§.*venduntur,nu.*96. *Ant.Nigr.de subhast.cap.*7. §.9. *num.*9. de iterum accendendo candelam substineri valuisset, cum maior oblatio, haud facta fuerit, &
61 ratio desumpta ex *Text.l.*2.*C.de rescind.vendit.& l.etsi sine,§.quæsitum, ff.de minor.* approbata per *glos.in l.siquidem, ver. restitutio, C.de prædi. & aliys reb. minor. ibidemq;* per *Azon. Butrigar. Odoffredd. Io:Fabr. Bar. Bal. Salyc. Castrens.& Alex.in l.non interest, ff.de his,quæ vi met.cau.fiunt,Fulgos.in l.si res,* §.1. *ff.de iur. dot.et Abb.in cap. constitutus de in integr.resti.* ac recepta etiam in alienatione bonorum minorum, quam ad fundandam prælationem affert *De Marin.à num.*5. quasi euidenter probetur competere prælationem conductori, siuè emptori rerum fiscalium, ex quo eidem ius tributum dicitur supplendi iustum pretium rei locatæ, aut venditæ, quoties rem ipsam dimittere renuit, non conuincit, cum postquam *pragm.* dispositio superuenit, non aliter illa procedat, quam si facta venditione, siuè locatione rerum fiscalium sub hasta Fiscus vltra sextam partem iusti pretij læsus peteret contractus rescissionem, non autem eo casu, quo alius oblator superuenit offerendo, isto enim
62 si prælatio concederetur primo emptori, vel conductori, & ius fisci, ac partium, & *cit.prag.* dispositio læderetur; nam licet in venditioni-
63 bus sub hasta læsio, quæ aliàs infra dimidium iusti pretij substinetur, vltra sextam partem
64 reijcitur ex *Bart.* originaria doctrina in *l. societatem,§.arbitrorum,num.*2. *vers.quæ dicatur parua,& magna quantitas, ff.pro soc.* etiam Fisco alienante, vt ex *Vrsill.ad Afflict. decis.*340. *num.*8.*De Franch.decis.*120.*num.*7.& 224. *n.* 2.*Reg.de Pont.in tract.de potest.Proreg.tit.de regal.imposit.*§.5.*n.*6.*cum plur.seqq.Mastrill.decis.*84.*num.*8. *Ant.de Amat.variar.resol.tom.*1. *resol.*38.*num.*21. *Amat.cons.*87.*num.*3. docuit *de Marin.ibid. num.*1. eo fortiùs cum qualibet
65 distractio rerum fiscalium cum pacto adiectionis in diem facta videatur *l. si tempora*, vbi *glo.* & *Bar. C.de fid.instrum.& iur. hast. fiscal.lib.*10.*l.Lucius,* §.*fin. ff.ad municip. Alfar. de offic.fiscal.glos.*34.*in* 9. *special. fol.*290. cum
66 id in gratiam venditoris, & emptoris sit constitutum, vt alter iustum pretium rei, vel rem ipsam habeat, alter vero inuitus re possessa non priuetur iustum pretium offerendo, non debet in odium secundò venientium retorqueri, quibus dispositione *regiæ pragm.* est cō-
67 sultum; fortiùs quia, & *pragmatica* ipsa primo emptori, siuè conductori consuluit, mandans, oblationes non aliter admitti, ac recipi, quàm si excedant decimam, vel sextam, vt superius dictum est.

Hinc fit, vt, quæ scripserunt *Vrsin.in decis.* quam idem *De Marin.* affert *à num.*12.*R.Capyc.Latr.consult.*5.*Nouar.sup.pragmat.*5.*de administr.vniuers.nu.*86.*collect.*5. & *quæst.forens.* 63.*par.*1. *Afflict.decis.*340. *Franc. Marc. decis.* 566.*Maur.allegat.*51. *Anna singul.*445. *Valasc. decis.*109.*Claper.in decis.rer.iudic.caus.*3. *qu.*1. *caus.*4.*quæst.vnic.& caus.*101. *qu.vnic. Masul. ad Capyc.decis.*36.*n.*6. asserentes, re integra
68 quamcumque additionem, siuè augumentum admitti in venditionibus, siuè locationibus sub hasta factis, quicquid aliter dixerint *Guid.Pap.decis.*536.*ex l.si sine dolo, ff.de minor. & l.Rempublic.C.de iur.Reipubl.lib.*10.*ab eod. Nouar.relatus,* ac *Afflict. decis.*340. quem im-
69 pugnat *Parlador.rer.quotidian.lib.*2. *cap.fin.*5. *par.*§.13.*nu.*14. ac dixerit, decretumque retulerit *Amat.variar.resol.lib.*1.*resol.*38. *à nu.*14.
70 *ad fin.*, nequaquā in præsenti seruetur in venditionibus, & locationibus bonorum fiscaliū si non sint incontinenti, sed dispositio *pragm.* inuiolabiliter attendatur, vt ex *cit.Capyc.Lat. in fin.consult.*5. habetur, ibi enim dicitur, *prag.* ad huiusmodi pacandam quæstionem fuisse emanatam, & ad statuenda tempora, intra quę
71 possunt nouæ additiones fieri, cum & de eo adhuc olim controuerti contingisse appareat ex *ead.consult.*5.*Reg.Capyc.Latr.* quod & confirmatur *cons.*44.*Io:Leonar.Rodoer.* vbi *nu.*35. & 36. refertur Regij Collateralis Consilij decisio, qua in casu relato afflictus gabellæ Tabacci oblationem factam non aliter recipiendam

dam esse, quàm si sextam partem extalij contineret, declaratum fuit:cæterum de tempori-
72 bus,quibus meliores, vberioresque fieri valet oblationes, adhoc vt possint recipi secundum dispositionem iuris communis, tam in venditionibus rerum fiscalium,quàm Vniuersitatum, Ecclesiæ, & Minorum agunt idem *Rodoer.* & præcipuè à *num.41.ad fin.*& *Capyc. Latr.c.t.consult.5.* videasq; de re ista latè agétem *Amay.in comment.in lib.10.C.* ad explicationem *l.si tempora.C.de fid.instrum. & iur. ha-*
73 *stæ fiscal.tit.3. à fol.77.* & quòd quæcumque addictio sit recipienda in continenti post cãdelæ extinctionem pluries R. C. decreuit, & nouissimè in venditione iurisdictionis Casalis Planuræ die 12.Sept.1678.seruatũ fuit,admittẽdo plures oblationes in continenti post candelam extinctam super oblatione facta decimæ partis pretij aliàs oblati in altera oblatione, super qua aliàs fuerat licitatum,nam quæ in continenti fiunt censentur inesse.

Non parum tamen dubitandum censeo, an
74 dispositio *regiæ pragm.71.de offic. proc. Caser.* seruari debeat in locationibus vectigalium huius Regni, & Ciuitatis, an vero idem,quod de iure communi tenendum *DD.* affirmauere, attendendum? nam licet vulgus credat,in hisce locationibus idem ius esse, ac à *pragmat.* fuit constitutum,verba tamen eiusdem *pragm.* quæ de venditionibus, locationibusq; rerum fiscalium loquuntur, & dispositio *pragm. 22. sub tit. de vectigal.* qua vectigalia omnia in solutum creditoribus Regiæ Curiæ fuerũt assignata,videntur obstare;dicuntur enim nunc
75 patrimonium creditorum non autem Regij Fisci; ergo ius fiscale in locationibus non attendendum, sed illud, quod in cæteris priuatorum bonorum venditionibus,ac locationibus est constitutum, nisi dicere velis,durare
76 adhuc ius Fisci propter donatiuum Regiæ Curiæ super eisdem vectigalibus constitutum, vel illa verba §. 22. *Che l'affitti dell'arrendamenti, gabelle, & impositioni si debbiabo fare con le sollennita solite, & consuete*,importare vt ius, aliàs constitutum, in locationibus huiusmodi non lædatur.

Dicam vlterius,dispositioni *regiæ prag. 71.*
77 *de offic.proc. Cæsar.* satisfactum censeri si tantùm decima, vel sexta pars extalij vnius anni diuidenda pro rata in omnibus annis, quibus locatio est duratura,superofferatur vt optimè probat, ac determinatum affert *Capyc. Latr. decis.158.tom.2.* quicquid aliàs fuerit controuersum,& dubitatum.

In prædijs vrbanis non dari prælationem
78 antiquo conductori, est receptissimum apud *Afflict., Gizzarell., de Franch.* aliosque supra
79 relatos, idemque dicendum videtur in prædijs rusticis per *cit. decis. 406. De Franch.* ac *cit.decis.Gizzarel.5.*vbi *Adden.num.5.Viu.ead. decis.308.num.8.* Quid in locatione bonorum
80 Ecclesiæ? habetur in *cit.decis.406.De Franch. Mastrill.decis.309.per tot.Castill.dec.111.to.2.* qui *decis.194.* latè sollemnitates, quæ debent
81 in alienatione bonorum Ecclesiæ interuenire, explanat, multaque de eadem re notatu digna congerit *De Marin.resol.quotid. tom.1. cap. 6. & 7.* Quidnè dicendum, si prior con-
82 ductor rem conductam meliorem reddidisset? *Ann.conf.77.Valasc.de emphyt.quæst.21. de Angel.in addit.ad cit. decis.Gizzarell.5. num.6.* nec competere prælationem affirment, aliter verò dicunt *De Franch. decis. 123.* & *Amen. ibid.num.5.*, & an, & quando socius in loca-
83 tione communis domus præferatur? agitur in *dec.39.R.Capy.Lat.to.1.*,& domus,quæ locari solet, si à duobus possideatur, quorũ alter eã
84 locare renuat,alter verò instet pro locatione, debet omninò ad huius instantiam locari, *Gramm.conf.54.num.5.& 6.vbi num.7.* quan-
85 do ex pluribus eiusdẽ domus dominis vnus præferri petit pro vsu proprio, exaudiendus sit? elucidat explicatione.

At multis in casibus huius modi prælatio
86 est concedenda; & primò, si locatio vrbanorum prædiorum facta fuerit ad longum tempus, eo enim cum ius conductori dicatur aliquale constitutum locatione,conductor optimè petit, præferri, vt *De Franch.ead.dec.123.* probat.

Secundo, si Scholari fuerit domus locata
87 *Barb.in l.ne cui, C.locat.* quod in hac Ciuitate vel procedit in Scholaribus Neapolitanis,
88 quibus vbique conceditur habitare,vt *cit.De Angel.*dixit *nu.13.* vel attenditur in locis, vbi habitare exteris Scholaribus non prohibetur, vt *cit.Gizzarell.* sentijt *num.22.& 23.*quidnè
89 dicendum in Scholari de proximè doctorando? apud *Annã sing.338.in fin.* habetur, omniaque à *Castill.decis.193.tom.2.*optimè explicantur, agens item inter diuersarum profes-
90 sionum plures concurrentes, quis tanquam dignior præferendus sit à *n. 18.*

Tertio quando Magistri scientiarum pe-
91 tunt præferri in concursu nouissimorum conductorum, vt ex *Mantuan.conf.48. num.3. lib.1.Gratian.discept. forens. cap.357. num.24.*
92 probat,& an possint à vicinio expelli?pro affirmatiua *Idem Anna* decretum refert.

Quarto in locationibus conductionibus
93 bonorum Vniuersitatis antiqui conductores præferuntur *Nouar.sup. pragmat.5.de Admin. Vniuers. collect.5.numer.98. Carthar. decis.97. Reg. Tap.decis. S.C. 19.* si tamen omnia bona locanda recipere intendant,non autem si partem, vt idem *Nouar. num. 99.* & *quæst.forens. 86.tom.1.*ideoque eosdem conductores cogi
94 posse,vel inuitos ad conducendum, si alij cõductores non adsint, *Idem* probat *num. 100. & 101.*; & dixit *Castill. decis. 114. par. 2.* per *text.*

text. l.item ferro, §.qui maximos, ff. de public.

De subhastatione rerum Vniuersitatum tra-
95 ctant *Capyc.decis.93. Afflict.dec.340. Stayban. resol.forens.20.tom.1.* & latè *Nouar. iam citat.* ad explicationem *pragm.5.de admin. Vniuers.* cum quo ad intellectum *§.6.eiusd.* vbi non li-
96 cere Sindicis, ac Decurionibus participare in cōductione vectigaliū Vniuersitatis sancitur,
97 ad quod obserua, nec id permitti fieri per interpositas personas, vt à *n.48.* fundat per *tex. l.non licet, ff.de contrahen.empt.& in l.2. ff.de Administr.rer.ad Ciuit.pertinen.* & latè *Idem in tract.de grauam. vassall.tom.1. grauam.394.*
98 ideòque filijs non censeri concessum vectigalia accipere eo tempore, quo pater est Decu-
99 rio, proùt nec patri tempore decurionatus filij habetur per *Text.l.pupillus, §.fin.ff.de au-*
100 *thor. minor.* secus tamen quando non cohabitant simul, aùt filius est emancipatus *Nouar.n.52. 53.& 54.* Quod autem ex *cit. §.* di-
101 spositione habetur, tunc demùm procedere scias, cum Sindicus, & Decurio post susceptum officium ceperunt participare, nam si postquam vectigalia conduxerunt superuenit officium, dispositio *pragm.* eis non officit, vt *Rouit. sup. ead. num.11.* ac licitè pro sequenti tempore conductionem, siuè participationem in conductione continuant *Io: Paul. Montanar.in ead.pragm.n.19.*

De requisitis legitimæ subhastationis latè
102 agit *sup. cit. Amaya*, eumque ideò consulas, illud verò non præterire, optimum esse agnosco, rerum venditiones subhasta ad in-
103 stantiam creditorum non aliter, quàm pecunia præsenti admittendus, *Conf.Rocc.in notab.decot.mercat.notab.16.n.55. t.2. Rouit.cons.40.tom.2.num.5.& cons.49.in fin. num.10. Vrsill. ad Afflict. decis.358. num.4.* & communiter omnes, & faciunt scripta per *Thor. in supplement. compen. ver. prælatio concedi, an debeat, fol. 494. col.2.* (affirmantem, nec
104 prælationem, siuè retractum competere, si pretium rei in numerato non offeratur, & de propria pecunia *De Marin.resol.quotid. tom.2. cap.119.in fin.Veral.decis.143.lib.* : non da-
105 tur enim prælatio rei, quæ verisimiliter penès petentem non est permansura, *Guid. Pap. decis.411. Vrsill. ad Afflict. decis. 238. num.6.* alijq; ab eod. *De Marin.nu.47.*) ac *Rot. Rom.* apud *Ludouis.decis.23.& dec.28.* vbi nec suffi-
106 cere oblationem de accollādo debitum, habetur, præcipuè si creditores, quibus pecunia
107 foret soluenda, discrepent, ad tradita per *cit.Thor.fol.499.col.1.cir.med.Guid.Pap. decis. 161.num.3.vers.& hoc verum, Capol. cons. ciuil.46.num.5.in fin.lib.1. Tiraquell. de retract. lignag.§.1.glo.18.nu.32.ad 48. Benedel. in constit.sancimus,§.in primis,num.84.* non enim cō-
108 uenit, rem à debitore auferre, vt creditoribus satisfiat, eamque postea tradere alteri, qui creditoribus non soluat. Item venditiones ipsæ sub hasta factæ, vt perpetuam, quam dicun-
109 tur habere firmitatem in *l. si quis fundum, C.si propt.public.pensitat.vendit.fuer.celebr.* ne
110 fiscalis hastæ fides facilè aliàs conuellatur, *l.si hypothecas, C.de remiss. pignor.* valeant retinere, ac fundi venditi emptor omni æuo sit
111 tutus, nec aliter creditori agere concedatur, quàm si pecuniam solutam auocare intendat, ad tradita per *Fabr.in suo C.lib.7.tit.32.defin. 9.num.5.& 6.* & melius *lib.8.tit.17. de distract. pignor defin.29. Fontanell.de pact.nuptial.claus. 5.glo.8.par.7.num.48.to.2.* primo, ac antiquio-
112 re creditore instante fieri debent, cum ita vendito prædio posteriorum creditorum hypotheca; super prædio ipso censeatur extincta ad *text.l.cum prior, ff.de distract. pignor. l.qui à creditore, C.eod. l.1.& 2. C.si antiq. credit.* & tradita per *Reg.Reuert. decis.20.* vbi *De Marin.* qui etiam *lib.1. resol.cap.219. & cap.336. Mangil.de subhastat. quæst.104. num.1. & seq. Ann. alleg.56. Negus.de pignor. par. 6. mem.1. num.30. 6. limit.* & *Stayban.* qui scribens pro tertijs bonorum possessoribus *cent. 1. resol.5. per tot.& cent.2.resol.115. ead. cent.1. resol.5. num.4.* quod nos tradidimus affirmauit, ac ità omniū in moribus esse testatus est, confirmauitq; *Marcian.disput.11. per tot.* si verò ad
113 instantiam posteriorum creditorum facta fuerit venditio, antiquiores obligatum sibi prædium, vel sub hasta venditum licitè persequuntur, *l. rei creditor, C. de distract. pignor. Montan.controu.55.à num.3.* disparitatis ratio-
114 nem in vtraque venditione assignans eruditè, idemque dicendum respectu augumenti rei venditæ sub hasta probans, *n. 5.* per tradita per *Conar.lib.1.variar.cap.15.n.2. & Annà alleg.56.& sing.443.*

Nec creditorum ius hypothecarium super
115 re vendita sub hasta cēsetur resolutum, quoties creditor quantumuis antiquus emit, cum
116 hic rem potiùs conseruare, quàm eiusdem dominium acquirere emendo præsumatur, *l.cum secundus, §.fin.& l.seq.ff.eod. cit.tit. De Marin.ad cit.decis. Reuert. & cap.219. num.7. resol.lib.1. Carleual.de iudic. tom.2. disput.24. tit.3. num.10. De Franch. decis.69.* qui huius-
117 modi præsumptionem iuris, & de iure esse, affirmat, ac *num.5.* patenter constare, quoties
118 creditor offerendo retentionem crediti ex pretio soluendo paciscitur; Ità nec extingui-
119 tur ius creditoris antiqui si eo inscio vendatur *De Marin.ad cit.decis.20. Reuerter.* nam
120 debitor sine creditoris licentia obligatum prædium vendere nequit, *l.res pignoris, C.cit. tit.de remiss. pignor.* & quamquam, *Si eo tempore, quo prædium distrahebatur programate admoniti creditores, cum præsentes essent, ius suum executi non sunt, possunt videri obligationem pignoris amisisse,* dicatur in *l.6.eod.* quam

ex-

explicat *Anton. de Amat. resol.*11. indèque à
121 creditore, qui fuit præsens in venditione ius hypothecarium ademptum censeri, inferat *Staiban. resol.*180. *cent.*2. *a num.* 9. id non aliter verum esse constat, quàm si creditor citatus fuerit præsens in venditione, & tacens
122 permiserit pignoris alienationem obligati. Quare creditorem specificè citandum esse ad
123 interueniendum in venditione in hac facti specie probant *Marc. cit. disput.*11. *à num.* 30. per *fin. Neguf. membr.*3. *par.*6. *num.*17. *vers. non tamen, & nu.*23. *vers. regula*, & ratio est, quia extinctio iuris hypothecæ non ex præsumpto,
124 tacitoque creditoris consensu redundat, sed ab expresso, *l. sicut*, §. *non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. Guid. Pap. decis.*302. *nu.*7. *Mancil. de subhast. quæst.*62. *Maran. in prax. p.*6. §. *rectè concipiatur citatio.*

Quare si creditor anterior in venditione
125 præsens sit non tamen citatus, & taceat, non ideò suo hypothecario iuri censetur præiudicium irrogasse, illudque remissum *Marcian. ibid. num.*23. imò adhuc saluam habere actio-
126 nem ad pretium, ex re vendita peruentum, vt *num.*33. & 35. per *eund.* habetur *Rot. decis.* 1233. *Gratian.*, *Mangil.* aliosque relatos ab illo, præsumitur, enim tacere, sciens adhuc duraturum ius suum *cit. l. sicut*, §. *non videtur*, & facit *text. l.*1. §. *quod ergo de ventr. inspic.*

Cæterum, quod diximus de extinctione
127 hypothecæ creditorum, pignore sub hasta distracto non aliter, quàm Fisco distrahente procedere posset, vtique probari; *l.* enim *si quis fundum rubricæ*, verba, *Si propter publ. pensit. vendi. fuer. celebr.* & illa *l. si hypothecas*, *Fisco distrahente*, dicunt, & apertissimi iuris
128 ratio suadet; nam hisce in venditionibus omnia in dubio contra Fiscum interpretantur, vtcumque dubitari contingat *l. non puto, ff. de iur. Fisc.* & dixit *Mathesil. relat.* per *Dec. in l. in ambiguis, ff. de reg. iur. num.*2. & per con-
129 sequens contra eum, qui à Fisco dicitur causam habere, ad *Text. l. exceptio* 28. *ff. de except. rei indic.* ideòq; ne per superueniētiam Creditorum, datoris Fisci iure resoluto, acceptoris quoque resolueretur, *l. si vectigali, ff. de pignor.* has condere leges decuit, quibus emptoribus
130 à Fisco perpetuum præsidium aduersus creditores in vēditionis firmitate tribueretur expresse, *l. si qui proscribente* 16. *ff. de iur. & fid. hast. fiscal. lib.*10. dixitque *Reg. Marcian. ead.* sæpè *cit. disput.*11. Ergo ad alium casum superiora iura non videntur extendi posse, cum
131 Fisci iura, & priuilegia non transeant in alium, vel eiusdem cessionarium, vt habetur *decis.*120. *Castill. tom.*2. *num.*4. per *text. l.*1. §. *si is, qui bona, ff. de cession. bono. & l. Paulus, ff. de acquir. hæredit.*

His positis, vt ad rem nostram nunc deueniamus, dicimus, locatorem, & conductorem
132 non iudicari ad imparia, nam sicuti ius cōductoris saluum esse debet, ità & locatoris, *Prospicere* enim *debet conductor, ne in aliquo, vel ius rei, vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur, l. videamus* 12. §. *item prospicere, ff. lo-*
133 *cat.*, cum conductor, qui fuit in culpa, locatori teneatur ad *tex. l. item quæritur* 14. *ff. eod.*
134 vbi in carruchario transire contendente, & seruum quassante, in nauiculario, qui onus,
135 quod nauis subire non possit, vehendum conduxit, in magistro nauis, qui sine guber-
136 natore in flumen nauem immiserit, in eo, qui docendum seruum conduxerit, ac pere-
137 grè illum duxerit, in magistro, qui acriter puerum castigat, in artifice, qui gemmam
138 sculpendam, siuè includendam recepit, eamque imperitia fregerit: aliaque exempla ponuntur vsque ad §. *si in lege*, vbi Iurifcon-
139 sultus hæc ait, *Si in lege operis locandi comprehensum esset, vt si ad diem effectum non esset, alij relocare id liceret, non alias prior conductor ex locato tenebitur, quàm si eadem lege relocatū esset; nec ante relocari id potest, quàm dies efficiendi præterijsset.* Cæterum vide tradita per *Gram. cons.*90. ad explicationem *l. si tibi domum, ff. locat.* aliorumque iurium.

Et non tantùm quilibet sui operis locator
140 esse potest, sed & pater filij sui, quem habet sub potestate *Luc. de Penn. in l. quicumque C. de fugit. colon. patrimonial. & c. tit.*63. *lib.*11. *nu.*1.
141 mater verò an possit filium suum dare alicui ad seruiendum pro certa mercede, & tempore certo? apud eundem habetur *num.* 2. & *Annam singul.* 336. qui licere matri filij seruitia locare ad discendam artem, ac seruatum vidisse dicit. Et an filiusfamilias, & vxor in
142 subsidium teneantur pro pensione domus? habetur apud *Paschal. de vir. patr. potest. par.*1. *cap.*6. *n.*124. & alios.

Item dicimus, in locationibus dispositio-
143 *l.*2. *C. de rescinden. vendit.* adhuc attendi, vt optimè probatur per *Ricc. collect.*81. & 1712 *Gam. decis.*19. *Mastrill. decis.*247. *num.*7. 9. & 10. *lib.*3. *Pinell. in ead. l.*2. *par.*1. *cap.*3. *num.*18. & 20. *Guttier. pract. quæst. lib.*2. *cap.*13. *Vasq. quæst. illust. lib.*3. *cap.*61. *nu.*12. *Cæual. commun. contra commun. quæst.*536. *nu.*28. & 29. aliosq; innumeros, quos affert *Anton. Amat. resol.*67. *tom.*2. *num.*1. & 2. qui hanc sententiam tutio-
144 rem, ac veriorem esse dicit, ac ad omnes bonæ fidei contractus extendendam, firmat *num.*3. ac tandem per *Præs. Amat. cons.*23. qui pro eadem sententia decisionem facta in Regio Collaterali Consilio iunctis Regijs Consiliarijs trium Aularum in causa pro Illustri Comite Villæ Medianæ refert in fine; fructus
145 enim si dimidium pensionis excedant, pensio ad mensuram debet augeri, vt *cons.*21. eius-
146 dem *Amat.* probatur, & læsioni, nec cum iuramento valet renunciari, vt in *cit. dec.*247.

Ma-

Mastrill. probatur. Quare creditor, qui ex se-
147 cundo decreto debitori succedit, & si regulariter colono stare teneatur *l. in venditione, §.1.ff.de bon.author. iudic.possiden.* cum alijs ab *eod. Anton. Amat. relat. num.4.* habet tamen re-
148 medium ex *cit. l.2.* aduersus locationem, vt idem probat *num. 7. ad fin.* aduersus *Pinell.*
149 contrarium sustinentem: probaturq; etiam principalis nostra conclusio ratione æqualitatis inter conductorem, & locatorem seruandę; probauimus enim supra, exceptionem conductori competere aduersus petitam mercedis solutionem si res, vel tradita non fuit, vel eadẽ vti non potuit, & quandoque etiam actionem ad interesse, siuè damni restaurationem, ergo actio ad augendam pensionem locatori ratione fructuum vltra duplum perceptorum per
150 Conductorem, supererit. Quicquid aliter arguant *Dec.cons.583.num.9.aliq; à cit.DD.* re-
151 lati. Et an conductor ad breue tempus
152 possit aliquem, vacante feudo, inuestire? habetur apud *Amat.cons.24.*

Et hic etiam congruit, quæ ex *eod. Amat.*
153 *consil. 22.* habentur, quibus probatur, locationem officij ad longum tempus prohiberi; est enim huiusmodi locatio alienationis species, vt *ibid.* optimè traditur, quæ fieri prohibetur inscio Principe, ad eoq; nõ cõsentiente *l.quicumque 2.C.de fund.Limitrop.lib.11. l.officia 3.C.de offic.quæstor.cap.cum super quibusdã 26.§.præterea de verb.signif. cap. quod translationem 4.de offic.lega.cap.12. de præscript. in 6. cap.1.de feud. Marcb.in vsib. feudor. Constitut. regn.ea, quæ ad speciale, constit.dignum, constit. cum satis, constit.Diuæ memoriæ, constit. scire volumus tit. de iur. rer.regal.*& nouissimè in *cap.128. cum seqq. nouæ reformationis in præsenti in pragm.74.de offic.procur.Cæsar.Loffred. cons.24.ante num.1.Larr.allegat.50.num.87.& 88.lib.1.& 77.num.9.lib.2.Capyc.decis.77.nu. 12.& 13.Reg.Salernit.decis.51.num.29. R.Reuert.decis.449.num.1.lib.2. Reg.Rouit.decis.72. num.38.* innumerique alij, quos longa serie retulit Præstantissimus olim Fisci regalis Patrimonij, indè Regius Consiliarius, à Præsidens R.C.S. ac demum apud Catholicam Maiestatem à latere Consiliarius, & in regali
154 Italiæ Cõsilio Regẽs *Io: Hier.de Philip.dissert.1.n.39.& dissert.21.n.9.* quod militat fortiùs apud nos, cum substitui in officio absque
155 certa pecuniarum solutione, ac Principis permissu regulariter non possit, idem *De Philipp.dissert.4.& 25.*& translatio officij, & am-
156 pliatio absque solutione quartæ partis pretij soluti si in vita officialis de vna ad aliam personam transferri petatur, vt ex *Montan.* habetur *controu.75.n.1.*& tertiæ partis in ampliatione, non fiant.

Dicimus vltrò, dominium rei, quæ locatur
157 ex locatione ipsa nõ argui penès locatorem ad *Text.l.ad probationem, C.locati, cap.inter dilectos de fid.instrum.*, & tradita in *cons. 41. nu. 8. Curt. iunior.* prouti nec possessionis proba-
158 tio ex huiusmodi documentis redundat, *glo.in l.qui vniuersas, §.quod per colonum, ff.de acquir.possess. Mascard.de probat.conclus.1186. num.1.Rodoer.cons.29.num.17.* hoc tamen verum esse dicas, nisi incidenter de dominio, &
159 possessione videri contingat, nam in ista incidenti quęstione dominij, & possessionis per locationem, fructuumque locatæ rei perceptionem dominium rectè probatur, *Gratian.discept.forens.lib.3.cap.526.à nu.27.* prout
160 si plura locationum instrumenta producerentur, & exactio pensionum ostenderetur *Stayban.resol.forens.lib.2.resol.161.à num.1.* vel
161 si cum instrumento locationis, & perceptione fructuum rei locatæ eiusdem descriptio in Codice vniuersitatis, quod Catastũ appellãt,
162 exiberetur, vel alia his similia adminicula concurrerent, *Gratian. ibidem cap.293.numer. 17. & Stayban. resolut. 193. numer. 21. & 22.* quæ omnia per *citat. Rodoeri.* confirmantur.

His positis, dicimus ad explicationem *Cõ-*
163 *suetudinis Conductor, qua Conductor domus, fundi, vel terræ non potest domũ, terram, vel fundumipsum domino alteri locare*, dicitur, contra *Text.l.nemo 6.C.de locat.* vbi ex Imperatore Alexandro habetur, *Nemo prohibetur rem, quam conduxit fruendam alijs locare, si nil aliud conuenit*, quod dispositione *l.si sibi la 2.ff.eod.*
164 comprobatur, siuè sit vera eiusdem *Consuetud.* expositio facta à *Napodan. ver.conductor, num.31.* vt non aliter prohibeatur conductori conductam rem alij relocare, quàm si ęque idoneo non locaret, vel dicere velimus, prohibitam hìc censeri relocationem, si conductor relocando vellet aliter, quàm priori locatione continetur, pacisci cum secundo conductore, siuè neutra prædictarum expositionum sit vera, ac penitus censeatur per ius
165 nostrum *Consuetudinarium* reconductio prohibita ea de ratione, quia locator videtur
166 elegisse personam, nec eidem altera accepta esse, iuxta sensum *Io: Angel. Pisanell. hìc in apost.incip.vbi dubitari in fin.lit.*A. prohibitionem ipsam ad cuiuscumque prædij siuè vrbani, siuè rustici locationem extendi, vt ex verbis consuetudinarijs, domus, fundi, vel terrę, deducitur, prout etiam *Scip. Bocci.* sentijt *in apost.incip.* ista *Consuet. circa med.* vbi in *apotheca, magazeno, laniena, & scholis* dispositionem *Consuetudinariam* vindicare locum, dixit, & de eadem consuetudinaria prohibitione, non aliter quàm à *Napod.* est dictum *ver. inuito'* sentiendum, vt nempè domino inuito fuisse relocatum prædium semper dicatur, si eum consensisse non probetur ad *Text. l. filiusfamilias, §. inuitum, ff. de procur.*

Et ad decisionem illius quæstionis, an se-
167 cundi conductoris bona sint pariter, vt primi fundi domino obligata pro domus pensione? videndum allego *Nouar. quæst. forens.*
168 64. qui probat adeò vtriusque conductoris bona obligari, vt si primus conductor esset paratus contra secundum conductorem locatori cedere iura, adhuc non liberaretur, ac conductorem secundum in subsidium teneri, si
169 prior non sit soluēdo, sed pro ea tantū pensione, quā ipse sub conductor soluere tenetur *Castrens. in l. si in lege, §. 1. ff. locat. Pereir. decis. Lusit.* 127. alijq; penès *cit. Nouar. in fin.* idque
170 adeò verum esse constat, vt sub conductor fructuū dominium non acquirat, nisi domino soluta mercede, *Caroc. de loca. & conduct. par.* 5. *sub 7. grad. acciden. rubr. de furt. num. 9.* nec li-
171 beretur primo conductori soluendo, quinnec obstare, quod ex *Bart. in l. si vrbana, ff. de condict. indebi. Bald., Castren., Fulgos. & Iason. ibid.* ac *Alex. cons.* 103. *num.* 17. *vol.* 2. *cons.* 120. *num.* 7. *ibiq;* Adden. *volum.* 5. *Afflict. decis.* 147. *Caual. de tutor. & curat. num.* 272. *Anna consil.* 49. *num.* 22. *cum seqq.* à quibus, liberari haben-
172 tem causā ab intruso, habetur, dixitq; *Amat. cons.* 25. huiusmodi oppositionem resoluens, ne dum ex traditis per *Dec. cons.* 407. *col.* 1. verùm per *Text. l. filia* 88. *ff. de solut.* aliaque iura,
173 solutiones bona fide factas approbantia, quæ cum non possit haberi in eo, qui scit, vel scire debet, se malè soluere alij, quàm domino fundi, certè dispositio *l. si seruus communis* 63. *§. locaui in* 2. *respon. ff. de furt.* viget contra sub-
174 conductorem. Tandem qua actione agi possit contra habitatorem, qui domum nulla præcedente locatione ingreditur? habetur ex *Nicol. Maric. in apost. incip. sed esto in fin. huius tit.* vbi etiam quanta debeat esse pensio in hoc casu? habetur.

CAPVT SECVNDVM.

Nonnulla de eadem re traduntur.

De reficiendis prædijs per locatorem, ac de legitima causa indè redundante expellendi à conducta domo inquilinum ante expletam locationem, & an, factis refectionibus, eidem sit habitatio restituenda? de repetendo pretio meliorationum, refectionumq; per inquilinū, colonumuè factarum: item de exequendo ad instantiam locatoris cōtra conductorem pro pretio factæ prædij deteriorationis, & an, & quādo exequutiuè super bonis inuectis, & illatis, & contra datum fideiussorem agi valeat, & an defixo eo, quod est in domo affixum, eadem dicatur deteriorationem pati? De Locatore expellente conductorem pro vsu proprio si dignitas superueniat, vel alia iusta causa adsit, & quando eidem id facere prohibeatur? De Cōductore, qui valet à conductione recedere propter sibi, filijs, vel alijs cōiunctis superueniētem dignitatem, vel officium, & alijs quibusdam de causis, propter quas idem conductam domum valet deserere, & an pro domus desertione matrimoniū conductoris legitima causa dicatur, & quando? quiduè dicendum si cameralem, aliamuè, iureiurādo firmatam obligationem, fecerit? Tandem facta obligatione per conductorem denunciandi domino futurum recessum à conducta domo, an ad idem locator censeatur obligatus ante quàm conductorem expellat?

SVMMARIVM.

Refectiones prædiorum à locatore fieri debent, n. 1.
Locator potest expellere inquilinum, vt melioret, & reparet prædium suum, n. 2.
Conductori debet restitui habitatio postquam facta sunt melioramenta, num. 3. sed contra, num. 4. & 10.
Post discessum conductoris videtur resolutus locationis contractus, n. 5.
Inquilinus potest deserere domum, quę reparatur, sibi tamen præiudicat continuando cum incōmoditate, n. 6. & 7. & tantùm potest petere mercedis remissionem, n. 8.
Mercedis remissio non fit quoties inquilino æque com-

commoda habitatio offertur, num.9.

Locator, & conductor, an & quando teneantur reficere prædium? remissiuè n.11.

Inter melioramenta numeratur ianua dilatatio, vt bona introire,& exire cum comoditate possint, num.12.

Iuris Communis, & Consuetudinarij discrepantia traditur circa melioramenta facta per Colonum,& Inquilinum, quæ non sunt separabilia,n.13.14.& 17.

Dominus fundi habet electionem,an pati valeat separationem meliorationum à fundo, an verò soluere pretium,n.15.

Meliorationes, facta per conductorem, non cedunt ædificio,& quare?n.16.

Tollens affixum in domo conducta, videtur illam deteriorem reddere,n.18.

Exequutio, quæ fit exequutiuè pro pensione super bonis inuectis, & illatis ex priuilegio conductionis locationis, etiam ante aduentum diei, quâ solui pensio deberet,cõtra suspectum conductorem quoad ius pignoris tantùm,competit etiam pro deterioratione domus, num.19.20. 21.22.& 23.

Fideiussor pensionis tenetur pro deterioratione domus,n.24.& 25.

Hypothecaria non competit locatori super inuectis, & illatis si fideiussionem recepit,n.26.sed potest super illis fieri exequutio,n.27.

Exequutio bonorum inuectorum non potest fieri à creditore,qui certum pignus recepit, n.28.

Exequutio vigore Consuetudinis *vndè ortum habuerit? n.29. & cur ità videatur dicendum? n.30.*

Anticipata exactio pensionis non dicitur vsuraria, & quænam possit dici anticipata facta solutio?n.31.

Locator potest expellere inquilinum,si domum vult pro se ex causa superuenientis necessitatis,vel dignitatis sibi, filijs,vel alijs coniunctis,n.32. 33.& 34.

Locator quando Inquilinum non possit expellere etiam ad vsum proprium? traditur nu.35.36. & 37. nec cessionarius locatoris potest, n.38. nec particularis successor,n.39.nec etiam vniuersalis,n.40.

Conductor quando possit expelli?remissiuè,num.41. & 42.

Conductor potest recedere à locatione ex causis,nu. 43.si re conducta vti non possit,num.44. si pestis grassetur,nu.44. si imagines tetræ videantur,num.46.

Conductor an, & quando volens domum deserere, teneatur domino denunciare, & claues tradere,?n.47.48.49.& 50.

Conductor propter sui dignitatem superuenientem, vel suorum,potest domum deserere,& venire etiam contra pactum, & quare nu.51.52.53. 56.& 57. & obligationem iuratam, num.58. & 59.contra num.54.& 55. & an, & quando contractum matrimonium sit causa legitima recedendi à locatione? num.60.

Stipulatione intercedente,vt conductor ante discessum denunciet locatori, non censetur locator obligatus conductori denunciare ante tempus expulsionem, n.61.

Visitari non potest carceratus pro censu, pensione domorum, & pro affictu territorij,n.62.

Exequutio an,& quando possit fieri contra Caratarios participantes in affictu redditum fiscalium? 63.

Æ*Dificauerit, construxerit,siuè instituerit, necessariò, vel vtiliter affixerit, &c.* Quod dicebamus *cap.præced.nu.9.*de
1 reficiendis prædijs à locatore,adeò probari in iure proponitur à *Caroc. de locat. & conduct.* agente de causis legitimæ recusationis in locatione conductione *quæst.5. num.2. fol.* 197. *Mozz. tit.quomodo fini loca. num.12. Moli.disput.499. n.11.Azor.in summ.par.3. lib.8. de loc.cap.8.quæst.2.vers.tertia causa est, Barb. in collect.to.1.lib.3.decret.tit.18.de loc.& conduct. ad interpratationẽ c.propter sterilitatẽ,vers. vel reficere poteris,num. 30. per text. in l.ędę, vbi glo. ver.corrigere, C.de loca. l.qui insulam*, vbi *Bar.*& in *l.hæc distinctio,ff.eod.* vt licitè condu-
2 ctor antequam expleatur tempus locationis possit expelli à locatore; illi tamen post factas
3 refectiones,& reparationes debet domus reddi, si conductor velit rehabitare, *Menoch.de retinen.remed.3.nu.*208. *Bonac.de contract.disput.3. quæst.7.pun.2.num.13. Tiraquell.in tract.cessante causa,n.*103. de quo non parum
4 dubitandum censeo; huiusmodi enim causa reparationum, ac incommodi, quod ità pati-
5 tur conductor, videtur resolutiua contractus locationis conductionis si magnum sit incommodum ad tradita in *l.habitatores* 30. *ff.locat.* vbi *Bart.*& *Castren.in princ.Bero.consi.*104. *nu.* 14.& 38. *lib.1. Gratian. discept. forens. tom.3. cap.* 534. *num.25.* cum inquilinus valeat do-
6 mum deserere,& non aliter sibi præiudicet in habitatione necessariò continuanda, quàm si
7 continuet habitationem cũ ipsa incomoditate, & periculo, *Costa dist. 3. aut sciebat, aut ignorabat cent.* 2. ac tantùm valeat pensionis
8 diminutionem petere iuxta ea, quæ per *Castrens.* traduntur in *l.si merces* 28. §.*si vicinio, ff.locat.Rolan.consi.69.num.46.lib.4.& cit.Gratian.n.26.&* 27.ergo si cõtractus dicetur resolutus, frustra conductor potest prætendere continuationem habitationis post facta melioramenta,& reparationes, verumtamen cum per *Connan.lib.7. cap.11.num.17.*aliosq; *DD.* quos affert, & sequitur *Barb.vbi sup. ver. remissa sibi pro residuo temporis pensione,num.32.*
9 dicatur,nec pensionis remissionem faciendam esse quoties conductori domum æq; commodam locator præstiterit,videtur,nec dici posse

conductionis locationis conuentionem reso-
10 lutam;at respondetur,quod huiusmodi *DD.*
assertio partium reciprocam conuentionem
supponit, ideoque non rectè nostræ sententiæ
11 valet opponi: cæterum quando Locator, siuè
Conductor teneantur reficere, vel meliorare,
tractat *Caroc. vbi sup. qui nu.* 4.& haberi per
Text. l. sed ædes, §. si inquilinus arcam, ff. loca.,
12 non posse à domino ædium aditum coangu-
stari inquilino, ità vt eidem facultas tollendi
arcam,aliaque bona non patens supersit,quin
imò & ampliari debere, vt commodè valeant
in domum immitti.

Illud extollere non potest. Ex traditis in
13 hoc *textu* nostri iuris municipalis discordan-
tia à iure communi redundat; nam quæ com-
14 modè separari nequeunt melioramenta si ius
commune attendamus, repetuntur per Colo-
num, qui ea fecit, & dominus in electione ha-
15 bet, velit ne æstimationem soluere,vel pati se-
parationem fieri, *Arct.cons.111.col.penul. in*
fin.vers.ad secundum dubium dico breuiter, n.7.
Menoch.de recuper.possess.remed.15. num.550.
& 554. per l.in rebus,§.possunt,ff.commod.l.Co-
lonus,ff.de vi,& vi arm.glo.in cit.l.sed addes,§.
si dominus in ver.tollere; non enim ædificio, &
16 solo cedere dicuntur propter bonam fidem
inquilini,illa erogantis, nec censentur locato-
ri donata, *Gratian.discept.forens.cap.442.to.3.*
nu.26.27.28.& 31. cum in *textu* nostro,quod
17 est affixum minimè submoueri posse dicatur,
hinc fit,vt si quid prius affixũ, inuito domino
18 tollatur, videatur prædium, ità deterioratio-
nem pati,& sicut aliàs diximus,actionem exe-
19 quutiuam competere locatori ad consequen-
dam pensionem super inuectis,& illatis, quod
etiam *Rebuff.de litter.obligat.art.6.glos.3.n.39.*
*& art.4.glo.2.num.10.*vbi quòd sit ex priuile-
20 gio locationis *Afin.de exequut.c.21.§.1.nu.1.*
21 etiam antequam soluendi statuta dies adue-
niat, si inquilinus sit suspectus, quoad ius pi-
22 gnoris tantùm non autem quoad exactionis
pensionis, *Gratian. tom.5. controuers.cap.953.*
num. 21. ità eidem illam non denegari pro-
pter factam deteriorationem,etiam prædiorũ
23 rusticorum contra primum, ac nouissimum
conductorem, & qui gratuitò conduxit,dixe-
runt *Menoch.de adipiscend. possess. remed.3.qu.*
12.num.102.glo.in l.Pomponius la 2.in ver.non
esse.ff.quib.caus.pign.tac.cõtra. Neguf.de pignor.
2.membr.num.137.& 138. Gratian. discept.fo-
rens.tom.1.cap.117.num.4. & adhuc adhibitus
24 in conductione fideiussor tenetur pro dete-
rioratione, etsi tantùm pro pensione fideius-
25 serit, *l.amissi 53. §. fideiussores, ff.de fideiussor.*
Carpan.ad constit. Mediol. cap.390. num. 100.
Mut.sup.consuet.Panor.cap.34.num.4.Addit.ad
Roman.sing.550.an fideiussor. Marsil.in rubr.de
fideiussor.quæst.8.ad fin.Surd.de alim.tit.9.q.31.
26 *num.75.* sed hypothecariam super inuectis,&
illatis, postquam fideiussio est præstita non
habet locator, & si fieri super eisdem possit
27 exequutio *Gratian.cit.cap.117.numer.8.& 9.*
quæ tamen exequutio cessat quoties creditor
28 certum pignus elegit,vt *nu.10.* vel bona sunt
extra domum,*n.12.*

Et hic non temere affirmari posse censeo,
29 modum exequẽdi vigore *Consuetudinis Nea-*
politanæ pro pensionibus prædiorum quodã-
modo desumptum ex traditis per *Bald. in l.*
cum domini, ff.locat., qui ad hoc, vt dominus
sit cautus super inuectis, & illatis pro pensio-
ne, bona ipsa annotanda esse per Notarium,
cum huiusmodi annotatio videatur facta or-
dine Iudicis contra debitorem suspectum,
quoties contra eum fit exequutio pro pensio-
ne temporis futuri, dum diximus ex *Gratian.*
30 non fieri exequutionem ad finem exigendi
31 anticipatè pensionem futuram, quam vis an-
ticipatã pensionis exactio substineatur, *Gra-*
tian. tom.4.cap.679.num.4. vbi etiam quando
dicatur in alijs contractibus anticipata solu-
tio vsuraria?

His positis, sciendum, non prohiberi loca-
32 tori, ante completum locationis tempus in-
quilinum expellere si necessitas eidem super-
ueniat habitandi in propria domo ad *Text. l.*
æde,C.locat.Gome.to.2.variar.cap.3.n.6. Valasc.
de iur.emphyt. quæst.22.nu.3. Gabriel.commun.
opin.lib.3.tit.de locat.conclus.3. Caroc. de locat.
par.4.tit.de recus.quæst.2.Moli.disput.499. n.5.
alijq; penès *Barbo.*vbi *sup.n.21.§.verum,ver.*
domum inhabitare, idemque dicendum affir-
mant *Valasc.ibid.nu.3. Molin.num.6. Gratian.*
33 *discept.forens.tom.4.cap.534. n.53. Barb.n.22.*
& alij,si domus filio,patri,vel fratri locatoris
deseruire debeat propter superuentam digni-
34 tatem, aliamque necessitatem; idque limitari
primo habes ex *Valasc.num.8.Magon.dec.Luc-*
cen.75.n.2.Caroc.cit.quæst.2.nu.18.Surd.consil.
34.num.29.Ceual.commun.contra commun. qu.
756.num.41.& 42.Gabriel.lib.3.commun.tit.de
locat.conclus.3.à nu. 2. si dominus prædij pro-
miserit pro tempore factæ locationis non ex-
pellere conductorem, huiusmodi enim con-
35 uentio iuuat conductorem in hoc, vt non
possit expelli, non æque locatorem, vt illud
vel inuitum compellat habitare, *Gratian. di-*
scept.forens.to.4.cap.740.n.24.

Secundò,in scholari,qui à domo eidem lo-
36 cata,nec potest pro domini necessaria habita-
tione expelli, *Barbo.vbi sup.nu.27. Rebuff. de*
priuil.schol.priuil.8.Ceual.commun.contra com-
mun.quæst.756.n.43. contra quos tenent *Va-*
lasc.cit.quæst.22.num.5.Barbo.in l.1.par.7.n.52.
ff.sol.matrim. Caroc. de loca.par.4. tit. de recus.
q.2.n.37.& 38. quorum sententia rationi ma-
gis consona videtur.

37 Tertiò, in locatione ad longum tempus
Cabed.dec.92.n.3.par.1.Valasc.cit.quæst.22.in
princ.

princ. Duen. reg.240. limit.2. & alij.
38 Quartò, in cessionario locatoris, cum ius
expellendi inquilinum non transeat ad cessio-
narium, Surd.cons.205. n,22. Gratian.discept.
39 forens.tom.1.cap.117.nu.18. prout nec ad sin-
gularem successorem, Surd.cons.103. num.12.
Gratian.ibid.n.19.& cap.149. n.16. vbi id ad
40 vniuersalem etiam successorem extendi, vide-
tur affirmare cum Barb. loco cit. n.26. contra
Couar.lib.2.variar. cap.15.nu.4.ante med vers.
verum est.

Alij casus, in quibus conductor potest à
41 domo conducta expelli, vel non, habentur
apud Barb. à num.34.ad fin. vbi multa ad cō-
42 firmationem eorum, quæ tit.22.cap.vnic.à nu.
11.per 33.quæ dicebamus, afferuntur.

Nec tantùm locator potest expellere con-
43 ductorem in casibus superius expressis, sed
& conductor potest ex causis iustis recedere à
locatione, & non tantùm in casu, quo re con-
44 ducta vti non potuit, vt dicebamus cap. præ-
cedent.à nu. 12. circa mercedis remissionem,
quod optimè confirmat Gratian.discept. forēs.
45 tom.3.cap.557.à num.63. vel propter pestem,
bellum, aliudque insolitum impedimentum,
vt nu.24.& 25. præceden.capit. vel propter ti-
46 morem malignorum spirituum, vt num.29. &
etiam probatur apud cit. Barb.num. 24.Valas.
de iur.emphyt.quæst.22.nu.6.& 7.Mozz.de ac-
cid.loca.n.5.& 6.tit.quomodo finia.locat. num.3.
Moli.in disput.493.in princ.Cabed.dec.93. par.
1.n.3.cum seq.ad text.l.item quæritur, §.exerci-
tu,ff.loca.& Gratian.discept.forens.cap.750.t.4.
n. 17.& 18. quibus in casibus conductor, di-
47 scedere volens, tenetur domino denunciare,
eiq; claues tradere si commodè potest, Cotta
in memor.ver.conductor, Rebuff.de priuil. schol.
priuil.11.n.5. Valas.ibid.n.1.in princ.vers.adde
tamen, Mascar.de probat.conclus.820. num.12.,
48 & quoties non est notorium impedimentum,
Menoch.cons.120.n.15.& 33.& Barb. nu.25.
50 vel quoties nesciens statum, & conditionem
rei, conduxit, nam si sciens conuenit de loca-
tione conductione sibi præiudicat, Gratian.
to.4.discept.cap.989.num.7.& alij. Verùm etiā
propter superuenientem sibi, vel alicui con-
51 iuncto ex descendentibus, vel ascendentibus
dignitatem putà Præsidatus, Iudicatus, vel si-
milis, propter quam, vel non potest habitare,
quia alibi obligatur residere, vel maiori indi-
get habitatione, & capaciori, vt ex Valas. de
iur.emphyt.sæpè cit.quæst.22.nu.6. Caroc.de re-
cens.quæst.4. Azor. & Cardo. habetur apud cit.
Barb. n.23. & probauit Gratian. to.3. discept.
cap.534.n.53.54.& 55.ac latiùs cap.740.to.4.
per tot. conueniunt Gomes.variar.resol. tom.2.
cap.3.de loca.& conduct.num.6.vers.item quan-
do locator col.7.Thesaur.de iur. emphyt. qu.22.
n.3.col.2.n.6. Marsil.singul.615. post Abb. in
cap.propter sterilitatem, nu.7.& 8.de loca. Ful-
gos.in l.cum in plures, & in l.si in lege, §. si do-
mus, ff.eod.tit., nec posse huic casui renunciari
52 pacto tenent cit, Thesaur.num.8.per text.l.ius
publicum, & l.penul.ff.de pact.& Gratian.n.56.
& 57. cit.cap.534. vbi omnes casus proueniē-
53 tes ex facto Principis excipit à renunciatione
iuxta Aym.cons.233.num.1.& 2.& col.3. ante
med. tertio arguitur, & tradita in l.stipulatio ista
habere, in princ. ff. de verb. obligat. alijsq; vul-
gat.iur.
54 Neq; obstat dicere cum Ripa in tract. de
peste, par.2.nu.20. vers.non obstant contraria,
num.21.Couar.pract.quæst.cap.30. col.fin. vers.
excepta causa, Barbat. in cap. propter sterilita-
tem col.4.de loca. superiùs tradita, etsi vera sint
55 respectu locatoris, quibus in his per l.æde, C.
loca.& cit.cap.propter sterilitatem, indulgetur,
& pinguius ius suppeditatur, non aptari con-
56 ductori, qui non videtur idem ius fouere; nam
contrarium optimè probatur à cit.Grat.in ap-
pend, ad cap.534. in fin. tom.3. & cap. 740. vbi
Barbat.Rip. & Couar. sententiam authoritate
viginti quinque DD. quos allegat nu.14. re-
fellit, alijsq; de rationibus, de quibus inferiùs,
ità vt non videatur amplius legitimè dubitari
posse de hac nostra sententia, quæ ea de ratio-
ne confirmatur, quia quælibet legitima causa
57 habilitat conductorem ad recedendum à lo-
catione non obstante obligatione camerali, vel
58 quauis alia obligatione iurata, Gratian. cit.
cap.534.num.48.49.50.& 51.& Gail. obseru.
23.num.8.& 9. lib.2. nam quælibet promissio
59 censetur sub conditione fieri, si res in eodem
statu permaneant Ancbar.cons.402. Aym.in cōs.
233.nu.3.ad med.vers.idem conductor, & consil.
60 264. num.6. & an legitima migrandi causa
dicatur matrimonium, quod contrahitur? ha-
betur apud Bal.in l.si in l.27. §.si domus, ff.lo-
ca. Gratian.eod.cap.740.num.18. eamque legi-
timam esse si domus, à qua contrahens matri-
monium petit discedere sit propè aliorum
domus, in quibus iuuenes, vel alij, qui possunt
vxoris honestati insidiari, vel notabilem
præbere subiectionem habitantibus, inha-
bitant.

Aduertendum modò pro coronide, stipu-
latione à locatore facta, vt conductor reces-
61 sum à domo ante finitam locationem denun-
ciet locatori aliàs censeatur facta recondu-
ctio, non censeri iniunctum locatori, idem
onus denunciandi expulsionem inquilino, cū
in hoc ius commune attendatur in l.item quæ-
ritur, §.qui impleto, & in l.qui ad certum, ff.loca.
Io:de Petrut.in rubr. C.de reb.credit. Bapt.de
S.Blas.de correlat. num.51. vers.quinquagesimo
sexto fallit tom.18.fol.265. quos refert, & se-
quitur Gratian.discept.tom.3.cap.542.num.32.
& quod aliàs dicebamus cap. tit. num.sint
firma.

Item aduertendum, inter enumeratos ca-
sus,

62 sus, quibus debitoribus carceratis indulgeri non posse dixit *Rouit. in pragm. 3. de visita. à num. 9. per 26.* quintus ponitur in debitore Neapolitani pro censibus, pensione domorũ, & affictu agrorum intra confinia, iuxta dispositionem *pragm. 1. de cessio. bonor. num. 1.* & ea, quæ concludunt *De Franch. dec. f. 179. in fin. Mazz. in addit. ad Franc. Ant. de Iud. Rober. de liquid. instrum. consid. 4. num. 66. in fin. Ann. sing. 101.* & quæ declarat *Maurit. Apicel. in addit. ad Luc. Matthe. Apicel. in tutam. paupe. tit. de moratoria, n. 540.*

Ceterum ad ornatum eorum, quæ de con-
63 ductione locatione vectigalium *praeced. cap.* dicebamus, videas *Carlcual. de iudic. to. 2. lib. 1. tit. 3. disputa. 10.* tractantem, an, & quando possit exequutio fieri aduersus socios, & participes, seu, vt dicimus, caratarios regiorum red-
64 dituum? vbi etiam de exequutione parata Fisco competente, & Vniuersitati contra cõductores vectigalium, aliorumque redditiuum, & caratarios etiam si per publicum instrumẽtum non fuerint obligati, si tamen de subhastatione legitimè constiterit.

TITVLVS VIGESIMVS QVINTVS

QVI

Hæredes in locatione succedant.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, cum terra, explicatio.

De concessione ad laborandinam, in emphyteusim, & ad liuellum, locationeq; ad longum tempus, quiduè inter omnes hos contractus intersit? De pactis emphyteuticis, & an, & quãdo emphyteutica potiùs, quã cẽsualis ex cõuentis pactis cõcessio arguatur. De Laudemio, quando, & à quibus solui debeat, & an venditoris magis, quàm emptoris onus esse dicatur. De caducitate emphyteusis, & causis ex quibus incurratur, & possit dici remissa à domino fundi emphyteutici, ipsaq; legitimè declaranda. De impensis in emphyteusi factis, & quænam veniant emphyteutæ restituendæ, possintque ab eodem suis creditoribus obligari? De emphyteusi etiam ecclesiastica ad extraneos hæredes transitoria, & an possit irrequisito domino alienari: item an, & quando ad emphyteusim fœminæ admittantur, etiam attenta *consuetudinaria* dispositione, per quam fœminæ in cõcursu masculorum excluduntur? De solemnitatibus in concessione emphyteutica, vel ecclesiastica requisitis, & an emphyteuta Ecclesiæ collectas soluere teneatur? & an inter plures emphyteutas ius accrescẽdi, vel nõ decrescẽdi vindicet tibi locũ?

SVM-

SVMMARIVM.

Consuetudinis cum terra, tit. qui hæred.in locat. succedant *dispositio quando habeat locum? explicatur n.1.& 2.*

Concedere non importat idem, ac cedere,num.3. & ideò concessio in perpetuum non importat perennem cessionem cum translatione dominij, n.4.sed contra,n.5.

Contractus locationis ad longum tempus, liuellarius, & emphyteuticus æquiparantur in aliquibus, etsi verè sint distincti,n.6. & 7.

Contractus quilibet factus à feudatario cum agnato proximo successuro, an valeat sine assensu? num.8.

Locatio ad longum tempus quænam dicatur?num.9. quænam liuellaria concessio?nu.10. ac tandem quisnam dicatur contractus emphyteuticus? num.11.& quando dignoscatur ex pactis?traditur,n.12. & 13.

Contractus emphyteuticus in quo differat à censuali? habetur n.14.15.16. & 17.

Contractus in dubio an præsumatur censualis potiùs,quàm emphyteuticus? n.19.20.21.& 25. quid in concessione rei Ecclesiæ?n.22. & quid si non appareat scriptura,num.24.26.& 27.

Bona ecclesiastica solent sub pactis emphyteuticis concedi,n.23.

Emphyteutæ non fit præiudicium per solutiones, si scriptura crediti inueniatur,n.29.

Clausulæ,& pacta emphyteutica quænam dicantur, num.18.30.31.32.33.& 41.

Emphyteutæ conceditur res ad meliorandum, & ideò canonis præstatio debet esse exigua, num.34.

Emphyteuta potest rem, sibi concessam, renunciare, si fructus pro canone non sufficiunt, n.35.sed distingue,vt n.37.& 38.nam aliàs secus,num. 39.& 40.

Contractus si tractu temporis redditur iniquus potest à Iudice reduci ad æquitatem, n.36.

Prælatio competit domino directo pro re censui supposita alienata, nu.42.etiam ad exclusionem vicini petentis congruum,nu.43.& contra respectu census consignatiui,n.44.

Laudemium debetur per transitum rei de vno ad alium emphyteutam,n.45.

Laudemium quantum sit?num.46.& vndè dicatur? num.49.

Quindemium quid sit,& quando soluatur? nu.47. & 48.

Laudemium an debeatur pro concessione ad laborandinam,& quantū sit,& quomodo taxetur? num.50.51.52.& 54.

Qualibet summa quandoque sufficit pro laudemio, num.53.

Laudemium debetur pro alienatione voluntaria, non autem necessaria, n.55.& 56.

Venditio subhasta dicitur voluntaria,n.57.

Laudemium non debetur pro re in dotem data,n.58. & quid in concessione ad laborandinam, & quid in feudo?n.59.& 60.& quid in pignore? num.61.

Laudemium non debetur quoties soluitur pretium vigore præcedentis contractus,& quoties non acquiritur, sed retinetur, nu.62.& 63.item nec pro venditione cum pacto, vt liceat infra certum tempus recedere,nu.64. neq; pro contractu à godere,*n.65.*

Laudemium debetur pro venditione facta cum pacto rehemendi, nu.66.pro donatione num. 67. & 68.

Emphyteusis an,& quando possit absque assensu domini obligari? n.69.70.& 71.

Emphyteusis præsumitur ex pacto caducitatis, numer.72.

Emphyteuta debet laudemia soluere, vel rem dimittere,nu.73.& cessans soluere canonem per biennium,vel per triēnium incidit in commissum,n.74.etiam si defecerit in solo nummo, n. 75. limitatur,vt num.77.

Emphyteuta,non soluens canonem, quando dicatur suis creditoribus præiudicare?n.76.

Dominus,recipiens canonem,remittit caducitatem, num.78.nam potest de consensu domini remitti, nec eum iuuat protestatio, n.79.& 80. & nocet solutio etiam facta ab extraneo, n.81.

Caducitas an incurratur in contractu ad laborandinam?n.82.et 83.

Caducitas declaratur per sententiam in iudicio ordinario,etiam in feudalibus,& præcedentibus præceptis ad soluendum,n.84.85.& 88.quidnè dicendum si emphyteuta consentiat? ac postea eum peniteat? n.86.& 87.& quid respectu concessionis ad laborandinam? n.89.

Caducitas multis in iu casibus excusatur remissiuè, n.90. ac etiam quando dominus directus bona emphyteutica,tenet super quibus potest sibi satisfieri,n.91.

Caducitas non incurritur absque petitione domini fundi, n.92.

Caducitas remittitur tū expressa,tū tacita renūciatione,etiam post litem contestatam, ac etiam per præscriptionem triginta annorum, nu.93. 94.& 95.& quid in alienatione facta quoties emphyteutica qualitas ignoratur,n.96.

Emphyteusis præsumitur ex concessione facta ad meliorandum,n.97.

Quænam impensæ veniant sub nomine meliorationum in emphyteusi?n.98.

Magnæ meliorationes non amittuntur ab emphyteuta, num.99.& 102.sed tantùm illæ, quæ adsunt tempore restitutionis,n.100.sed contra videtur dicendum,n.101.& 103.

Magnæ meliorationes proprio iure possidentur ab emphyteuta, nu.104. & ideò possunt obligari ab eodem,n.105.& quare n.108.licet videatur contra dicendum, n.107.

Meliorationes nonnullis in casibus non amittuntur, n.106.

Cre-

Creditor cum priuilegio l.interdum, ff. qui pot.in pign.& l.licet,C.eod. *præfertur creditori anteriori super meliorationibus,n.*109.

Consuetudinem cum terra hoc tit. *conuenire cum iure communi,traditur circa prælationem concedendam creditori domini fundi in concursu cum creditore coloni eiusdem, n.*110.*&* 111.

*Meliorationes repetuntur resoluta emphyteusi per lineam finitam,n.*112. *etiam si non sit emphyteuticus contractus,sed locationis,n.*113.

*Caducitati quando fiat locus ob finitam lineam etiã respectu concessionis ad laborandinam?n.*114. *&* 115.*& examinantur clausulæ, sub quibus solent fieri concessiones huiusmodi, num.*117. 118.*&* 119.

Fæminæ quando admittantur ad emphyteusim? nu. 120.121.122.*&* 123.

Extranei possunt succedere ad emphyteusim pro hæredibus,& successoribus, *n.*124.

*Emphyteusis quando ad filios transit,si non sint patris hæredes?n.*125. *& quando possit filijs per patrem præiudicari?n.*126.126.129.*&* 151. *& quid in feudis,n.*128.

*Emphyteusis transitoria ad omnes hæredes potest alienari irrequisito domino,n.*130.

*Emphyteusis Ecclesiastica pro se, & hæredibus, & successoribus non est transitoria ad extraneos hæredes,& quare?n.*131.*&* 132. *nec egreditur tertium gradum,n.*133.*&* 136. *& si,finita emphyteusi,debeat iterum concedi agnatis, qui præferuntur extraneis,n.*134. *&* 135. *& extinguitur cum nepotibus primi acquirentis, num.*137.

*Primus acquisitor etiam computatur in numeratione graduum,n.*138.*& ordine successiuo cæteri successores vocantur,n.*139.

Emphyteusis Ecclesiastica potest concedi pro hæredibus,& successoribus quibuscumq; *et trãsit ad omnes hæredes,n.*140.*et* 141.*et videtur contra,n.*142.

*Emphyteuticus contractus potest quandoq; impropriari,n.*143.*et* 144.

Facultas alienandi censetur tributa emphyteusis, vel Ecclesiastica, per clausulam ad habendũ, alienandum,&c.*n.*145.

*Alienatio emphyteusis an, et quando dicatur legitimè facta, irrequisito domino, et quid si retrahatur prædium iure congrui,habetur nu.*146. *et* 147.

*Requisita,et solemnitates emphyteuticæ concessionis bonorum Ecclesiæ traduntur,nu.*148.*è multa de emphyteusi transitoria,n.*149.

*Emphyteuta Ecclesiæ an teneatur soluere collectas? num.*150.

*Diuisio an , et quando fieri possit inter concessionarios ad laborandinam,et emphyteutas, n.*152. *et* 153.

*Annua præstatio pro emphyteusi indiuisim præstari debet,nu.*154.*et* 155. *si aliter non sit cum domino conuentum,n.*156.

*Vniuersa diuisionis inducendę materia traditur remissiuè,n.*157.

*Laudemium ab emptore nè, an verò venditore rei emphyteuticę præstari debeat? num.*158.159. 160.161.162.163.164.*et* 165.

*Multa de laudemij solutione traduntur remissiuè, num.*166.

*Emphyteuta, et superficiarius habent vtile dominium rei,nu.*167. *eisdemq; competit vtilis rei vindicatio,n.*168.

*Inter plures emphyteutas ius accrescendi, et non decrescendi habet locum,n.*170.

*Nouus emphyteuta an canones præteritos soluere teneatur,n.*171.

*Quę tenentur facere colonus, partiarius, et locator ad longum tempus? traduntur remissiuè num.*172.

*Colonus ob deteriorationem non modicam rei potest à re ipsa expelli,n.*173.

1 CONtinuat locationis, & conductionis materiæ tractatum,sed de locatione, ad modicum tẽpus facta,ad eã, qua in perpetuum alicui,& suis hæredibus terra, seù fundus ad laborandum, vt *Colono, Partiario, vel ad pensionem in pecunia, vel victualibus consistentem*, transfertur, fit transitus, dicitur, non tamen de ea locatione ad longum tempus, qua in condu-
2 ctorem dominium transfertur nec de contractu emphyteutico, sed de locatione, etsi in perpetuum facta, qua tantùm ius laborandi in conductorem transit non æque dominium saltim vtile,vt explicat hic *Napod. ver.seù cõceditur, n.3.ver.ad laborandum,n.4. et ver.terram ipsam, nu.6.* dicens, nec contrarium probari verbis consuetudinarijs, *Conceditur in*
3 *perpetuum*,cum concedere,non importet idẽ, ac cedere, *l. fin. ff. de donat.*, & ideo concessio in perpetuum facta, non importat cessionem
4 perennem cum dominij translatione,nec vtilis, nec directi, quod per *Ari.Pinel.in l. 1. nu. 66.et seq. C. de bon. mater. par.3.* & damnatæ memoriæ *Addit.ad Alex.cons.*119.*sub n.7.vol.*
5 3.comprobatur;Habet tamen istorum sententia contradictores, *Bar. Aluar. Valas. Couar.* quos sequitur, & allegat *Montan. controu.* 75. *num.6.* ac etiam *Ludouic. Molin. de iust. et iur. to.2.disput.*445. *n.6.* aduersus illam opponentes *Textum l.1.et 3.vbi glos.ff.si ager vectig.vel emphyt.pet.*ac magis apertum in *l.1.§.quod autem ait prętor,ff.de superficie.* ibi: *Et sanè causa cognita, qui non ad modicum tempus conduxit, superficiem, in rem actio competit,* cui *tex.*congruum respõsum adhiberi non posse,ait idem *Molin.lib.1.de primogen.cap.21.n.5.*& concordat *Clemen.1.de reb.Eccles.non alienan.*, idque etiam ex dispositione nostri *Textus* deduci probat *Idem Montan.n.7.*

His

His positis ad nostri *Textus* explanationem, & intellectum, de locationis ad longum tempus, concessionisuè in emphyteusim contractibus, ac liuellarijs; alijsq; ad rem facientibus videamus, conuenit, vt quod hic à Glossatore *Napodano* tangitur, omnibus pateat
6 exploratum, eò fortius cum eosdem contractus æquiparari quoad effectus iuris ciuilis, & canonici dixerint *cit. Molin.* ac *Valsc. de iur. emphyt. q. 29. num. 19.* penès *Montan. cit. contro.*
7 *75. nu. 7.* qui verè distinctos esse dicit etiam *controu. 13. n. 6.*

Vndè dicimus cum eodem *Montan. cõtrou.*
8 *13.* (in qua & de eo agit, an quilibet contractus cum agnato proximo successuro factus de feudo paterno, absque Domini assensu valeat, quidnè dicendum in donatione inter viuos cum clausula, *Ex nunc pro tunc morte sequuta*, ac tandem vtrum reseruatio iuris super feudo, si non sequatur Domini assensus, operetur, vt assensu non sequuto corruat in totum contractus donationis, an verò valeat in vim refutationis, & pactum in clausula *ex nunc pro tunc* reijciatur?) & *cit. controu. 75. n. 7.*
9 locationem ad longum tempus factam dici, si per decem annos fiat, eã verò quæ ad viginti
10 nouem annos duratura sit locatio, dici liuellariam locationem; emphyteuticum verò cõ-
11 tractum illum dici, per quem res traditur ad meliorandum cum pactis, & clausulis emphyteuticis sub canonis præstatione, reseruato ad beneficium concedentis directo eiusdem rei dominio, & qui definitur à *Cap. Lat. dec. 70. to. 1. num. 1.* esse contractum, quo res immobilis
12 ad vtile dominium conceditur sub reali pensione, statutis temporibus Domino soli ea de causa soluenda, iuxta placitum *Molin. de contract. disput. 445. num. 1.* approbatum à *Couar. lib. 3. variar. cap. 7. num. 1. Amic. de iur. emphyt. in præfat. num. 19.* & alijs, at quomodo digno-
13 scatur ex pactis conuentis potiùs, quàm ex denominatione, habetur penès *Mont. cit. contr. 75. à nu. 18. Soccin. cons. 266. n. 5. cir. med. vol. 2. Iaso. in l. 1. num. 45. C. de iur. emphyt. Aluar. Velasc. quæst. 32. num. 28.* & alios; talisque cõtra-
14 ctus in eo præcipuè differt à censuali, quia per censualem contractum in concessionarium vtile, & directum, & quicquid iuris concedẽs habet, dominiũ trãsfertur, & hic tantũ annuũ cẽsum exigit, & non aliud, vt *Aluar. Velasc. de iur. emphyteut. quæst. 1. n. 8. & quæst. 13. n. 1. ver. rursus, glos.* communiter approbata *in cap. cõstitutus in ver. iuxta ratam, circa medium extr. de relig. domi. Bart. in l. 1. §. hic titulus, ff. de publica. Innoc. & alij in cap. ad Audientiam extra de reb. Eccles. non alien. Riminal. cons. 24. nu. 17. lib. 1.* ea quoque inter vtrunq; contractum censualem, & emphyteuticum differentia in-
15 tercedente, quia emphyteuta canonem soluit pro fructibus in recognitionem directi dominij siuè magna, siuè parua quantitas soluatur,
16 censuarius verò pensionem reseruatã ratione fructuum correspõdet, vt ex *Duar. de cens. §. 4. q. 1. n. 30. alijsq;* tradidit *Cap. Lat. dec. 18. to. 1. num. 10. & 11.* in memoriam prisci dominij, quod omninò tâm vtile, quàm directum cum
17 ciuili, & naturali possessione dicitur in accipientem translatum, *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 106. per tot. Capyc. decis. 103. Minsyn. Iul. Clar. Felicia. Aluar. Velasc. alijq;* relati à *Reg. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 232. nu. 7. & 8.*

Hinc quærendi datur occasio de qualitate
18 contractus emphyteutici, & pactis, & in dubio emphyteuticus ne, an potiùs cẽsualis præsumatur contractus? Et quoad secundam
19 quæstionis partem mihi placet sentire cum *Montan. ead. sup. cit. controu. 75. num. 18. & seqq. Quaran. in summ. bullar. in ver. alienatio sub n. 16. §. & quia valdè Rot. Roman. post Cenc. de cens. decis. 323. & decis. 425. numer. 5. Mastrill. decis. 227. in princ. R. Reuert. decis. 35.* vbi *De Marin. Molfes. ad Consuet. Neap. par. 2. de bon. quæst. 9. numer. 3.* alijsque, quos affert, & sequitur *Altimar. obseru. ad cons. 13. Rouit. tom. 3. num. 1.* affirmantibus, in dubio, si aliter cõtra-
20 ctus verba non suadeant, censualem potiùs, quàm emphyteuticam quamlibet dicendam
21 esse cõcessionem, quicquid voluerint in contrarium, *Afflict. dec. 129. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 1. num. 3.* vbi *Adden.* & alij, quos cumulat *Mascard. de probat. conclus. 281.*; id ta-
22 men recipere renuerem, vbi de concessione rei Ecclesiasticæ tractaretur, ac censu Ecclesiæ debito, quicquid dixerint idem *Mascard. Capyc. Latr. consult. 156. num. 44. Bursat. consil. 26. Milanen. decis. 1. num. 123. Maur. alleg. 14. to. 2.* alijq; ab eodem *Altimar.* recensiti *num. 2.* res enim Ecclesiæ cum soleat sub pactis emphyteuticis concedi, nec eiusdem locatio, aut in
23 censum concessio fieri, dicendum sequitur, vt in dubio emphyteutica censeatur facta cõcessio, vt colligitur ex *eod. Maur. Marcia. cons. 55. num. 3. lib. 2. Minsyn. singul. obser. 65. cent. 3. Thesaur. quæst. forens. 43. lib. 4. Caualc. decis. 27. nu. 45. par. 2. Macerat. variar. resol. nu. 26.* alijsq; non paucis: quod non attendi, dixit *Altimar.*
24 *num. 6.* quando nulla constituti census apparet scriptura, cum in censuali contractu requiratur scriptura, *l. 1. C. de iur. emphyt. R. de Pon. de potest. Proreg. tit. 3. §. 4. num. 18.* post *Capyc. decis. 103. Marcian. eod. cons. 55. num. 3.* ac *R. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 78. num. 14.* & *Felin. in cap. sicut de re iudic.* quod idem *De Ma-*
25 *rin.* falsum esse dixit, quando aliquis diù rem aliquam tanquam emphyteuta possedit canonem soluendo, nam etsi non appareat concessio emphyteutica per scripturam adhuc tamen eo casu præsumitur, citat *glo. magn. in l. 2. C. de iur. emphyteut. Specul. in tit. de emphyteu.*

*§.nunc aliqua,nu.*169. *Bal.in l.cum de in rem verso,ff.de vsur.& in l.si certis annis,C.de pact. num.*8.*& in l.*1.*num.*15.*C.de fideicom.Mascard.* aliosq; ab *eod.*relatos *conclus.*604.*num.*1.*&* 6. *& Menoch. de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.* 108. *Cranet.de antiqu. tempor.in* 1.*part.* 3.*par. prin. nu.*4. dicens adhuc, cursum decem annorum,
26 vel (vt alij volunt) triginta ad præsumendam emphyteusim, & scripturam sufficere in emphyteusi priuata;in Ecclesiastica verò quadra-
27 ginta annorum requiri lapsum, aliaque tradens pro articulo, an, & quando soluens per
28 annos decem continuos possit compelli ad correspondendum eodem modo in futurum ad explicationem *cit. l.cum de in rem verso, ac l.si certis annis*, & si nullum prorsus præiudi-
29 cium emphyteutæ irrogatum fuisse per solutiones vltra debitum factas, postquam instrumento constiterit minus deberi pro canonis, seù pensionis præstatione, tradatur *consultat.* 113.*R.Capyc.Latr.to.*2.*num.*29. cæterum vide *Duard.de cens.in qq.proæmial.quæst.*13.vniuersam hanc rem quinque conclusionibus explanantem, vide etiam *Menoch. lib.*3. *præsumpt.* 105.*Nigr.de Laudemio quæst.*21. *art.*1. *tom.*1. *Hodier.ad Surd.dec.*198. & *Mont. controu.*75. *num.*19.*&* 20.

Ad primam nunc respondemus partem
30 propositæ quæstionis, & dicimus pluribus ex clausulis, siuè pactis inter contrahentes initis. & statutis argui contractum esse emphyteuticũ.Et primò si cõtrahẽtes partes cõtractũ em-
31 phyteuticũ denominauerũt,præsumitur enim eo casu per partes ipsas, quod verè actum est, fuisse verbis expressum, prout ex *Cranet.cons. cons.*20.*num.*4. *Rolan.cons.*96.*num.*14. *& seqq. lib.*2.*Alex.cons.*3.*lib.*1.*vol.*1.*Surd.cons.*146.*nu.* 11. alijsq; adnotat *Altimar.vbi sup.num.*7.dicens insuper ex *Laganar.ad Rouit.sup.pragmat. rubr.de feud.num.*14.idem argui si in pluribus
32 venditionibus sit facta mentio census emphyteutici,super re vendita constituti,cum huiusmodi assertione emphyteusis probetur *Nigr. de laudem.lib.*1.*qu.*21.*art.*1.*nu.*39.*&* 40.*Tonnut.quæst.ciuil.*79.*num.*1.*Rota post Cen. de cens. decis.*425.*Sesse decis.*33. *n.*15. vide tamen de hac re loquentem *Cizz.obseru.*70. *ad dec. Capyc.Latr.tom.*1.*num.*7.8. *&* 9. hanc,quam posuimus,propositionem explicantem, ac sentẽtias plurium *DD.* in eadem inuicem pugnantes conciliantem,quibus etiam conferunt tradita à *De Marin. resol.quotid.lib.*1.*cap.*102.

Secundo, ex quantitate pensionis, quæ sol-
33 uitur,nam si magna præstatur,in dubio locatio potiùs,quàm emphyteutica concessio præsumitur *Thesaur.quæst.forens.*43. *lib.*4. nam in emphyteusi,cum res concedatur ad melioran-
34 dum,canonis præstatio non debet esse excessiua, *Capyc.Latr.decis.*18.*tom.*1.*num.*6. *Anton. Amat.variar.resol.lib.*1.*resol.*14. *n.*13. adeò vt si fructus rei non sufficiant pro solutione canonis,emphyteuta,etiam inuito domino,pos-
35 sit rem sibi cõcessam, renunciare,& competat canonis defalcatio emphyteutæ,vt ex *eod.Capyc.Latr.num.*2.3.*&* 4. habetur, quibus etiam conferunt tradita per *Ioseph. Picam* rescripta per *Paschal.de vir.patr.potest. cap.*6. *par.*4. *fol.*
36 499. & contractus, si tractu temporis redderetur iniquus, potest a Iudice reduci ad æquitatem, prout decisum referunt *Duard. de cens.tom.*2.*§.*5. *quæst.*1. *num.* 19. & adest *decis.* 457.post *tract.de cens.Valasc.de iur.emphyt.qu.* 27.*num.*11.*In fin.Faber in suo C. tit.de iur.emphyt.lib.*4. *diffin.*36. sequuntur *Thesaur. decis.* 226.*Roderic.de annu.reddit. lib.*2.*quæst.*15. *nu.* 95.*Paschal.cit.par.*4.*cap.*6. *num.*86. & habetur *in decis.*188.*Capyc.Latr.tom.*2.*nu.*115.At quæ diximus, non ità indistinctè sunt recipienda,
37 videas idcircò *Giz.in obser.ad cit.dec.*18. *Cap. Latr.*qui cum *eod. n.*14. concludit,canonis remissionem pro emphyteusi constituti nunquã fieri, si damnum intolerabile emphyteuta nõ sentiret, vel quia tota res perijt, vel quia fructus,qui percipiuntur,non sufficiunt ad solutionem medietatis redditus, qui præstatur,
38 ideòque si ex fructibus canonis solutio fuerit promissa, nam illis non natis emphyteuta non tenetur soluere, *Amat.cons.*32.*nu.*5.quam communissimam sententiam esse, dicit *Gizz. num.*22. multosque cumulat ad eandem confirmandam *Authores*, inter quos *Surd. consil.* 34.*num.*9.*& cons.*400.*num.*26.*lib.*3. *Hierony. Leo decis.*184.*num.*5.*lib.*2. *Couar. pract. quæst. cap.*30.*num.*1. *vers. quam ob rem, Thesaur. receptar.senten.lit.C.num.*220.*& lit.G.num.*177. *Gratian.discept.forens.cap.*534.*num.*39. *& cap.* 557. *num.* 8. aliosque innumeros: cæterum nullo iure prætendi posse canonis remissionẽ,
39 vbi eiusdem solutio debetur propter factam soli concessionem, idem *Giz.à num.*27. *ad fin.* probat,ac decretum anno 1650.per S.R.C.refert ad tradita per *Bar. in l.* 2. *ff.de superficie, Valasc.de iur.emphyt.quæst.*27. *num.*2. & *Clar. in §.emphyteusis quæst.*8. *num.*7. præcipuè si in concessione fuerint apposita verba, *Solutio fiat*
40 *absque diminutione, excomputo, & defalcatione*, vel his similia,vt est videre apud eundem *Gizz.num.*31.

Tertiò, arguitur emphyteuticum esse con-
41 tractum,si fuit reseruatum ius prælationis,& laudemij, *Capyc.Latr.cit.decis.*18.*numer.*12.& *DD.ab eod.* relati,& est videre apud *Marcian. consil.*55.*num.*6.*Thesaur.quæst.forens.*43. *lib.*4. *Mantic.de taci.& ambig.lib.*22.*tit.*3.*numer.*15. Diximus enim *sup.tit.*17. *cap.*1.*num.*63. com-
42 petere prælationem domino directo pro re censui supposita alienata, quod confirmant *Capyc.Latr.decis.*168.*tom.*2.*num.*43.*&* 62.qui pluries decisum affert, *Capyc.decis.* 99. *Anton. Amat.variar.resol.*54. *num.*23. *lib.*2. *Ricc. collect.*

*lect.*1395.*Fului.Lanar.in addit. ad Patruum in repet. §.sed etiam res, per quos fiat inuest. n.*12. *Borrel.consil.*26.*num.*97.*Cald.de iur.emphyteu. lib.*4.*cap.*12.*num.*27.*vers.quo etiam argumento fol.*167. quod confirmatur à *De Marin. resol. quotid.lib.*1.*cap.*232.*num.*2. dicente, quod diximus nullā in se continere difficultatem, ac omnes *DD.*conuenire ad illud affirmandum,
43 ac prælationem etiam competere ad exclusionem vicini, petentis congruum pro re, censui supposita, quæ venditur, insuper & hoc idē fauore Domini censu subalterni extendente,
44 etsi à *num.* 6. contrarium dicendum probet, vbi agitur inter vicinum, & dominum census consignatiui, & reseruatiui.

Ità similiter, cum debeatur laudimium do-
45 mino directo per transitum rei, censui suppositæ, de vno emphyteuta ad alterum, ad *text.l. fin.C.de iur.emphyt.*quod est quinquagesima
46 pars pretij rei, quæ transfertur, *Montan.controu.*75.*num.*11.*vers.& quia*, imò si res ad ma-
47 nus mortuas deueniat etiam quindennia debeantur ad tradita per *De Marin.resol.quotid. lib.*1.*cap.*235.*num.*19.*Ricc.decis.*10.*inter omissas post praxim* & *Nouar. in explicatione Bullarum inter prætermissas solutionis quindennij fol.* 633.*num.*16.*cum seqq. Capan.de iur.releuij qu.* 27.*num.*7. *cum seqq. lib.*4. *& alij*, quæ adhuc
48 deberi, si venditio fiat Ecclesiæ pro eius ampliatione, etsi huiusmodi dicatur necessaria alienatio, probatur *à num.*20. *ad fin.* iuxta discussa, & decisa in *Rota Romana* die 27. Februarij 1640. quamquam secus videretur affirmandum esse per tradita ab *eod. num.*13. & *DD.*quos *ibid.* allegat, & *Ann.sing.*579. *Surd. decis.*305. *Thesaur. decis.* 139. *Castil. decis.*21. *Molfes.ad consuet.Neap.par.*3.*quæst.*5.*num.*50. relatos per *Nouar.quæst.forens.*55.*num.*5. *p.*1. meritò ex laudimiorum reseruatione arguitur emphyteutica concessio; debetur enim propter assensum Domini, alienationi datam, & factam approbationem, ideòque laudimium
49 à laudando dici, placuit *cit.Montan.numer.*3. istaq; recognitio per laudimium in dominum directum tanti ponderis dicitur, vt si de ea legitimè constiterit releuetur Dominus ab onere probandi directum dominium in causa caducitatis etiam in præiudicium singularium successorem, & adhuc si inter dominum, & nouum emphyteutam intercesserit, vt probatur per *Anton.Amat.variar.resol.*84.*à num.* 6. *per* 9. *tom.* 2. nec posse laudimiorum præstationem pacto remitti habetur apud *Thor. C. rer.iudic.cas.*49.*num.*21.

Hinc fit, vt facta concessione ad laboran-
50 dinam (de qua agitur in *Textu nostro* iuxtà explicationem *Montan. ibid.*) adhuc deberi laudimium ad rationem à lege præfininitam, carolenorum nempè viginti pro singulis centenis aureis pretij rei, probat idem *Montanus num.*10.allegans *Amade. de Pont. in tract.de laude. quæst.* 34. deberiq; isto casu pro pretio
51 æstimationis rei ad tradita per *Molin.de iust. & iur.quæst.*461.*num.*1.quicquid aliter voluerint *Paris de Puteo in tract. de reintegr. feud. cap.an ex incuria, & negligentia, num.*6. *& seq. fol.*57.& *Specul.tit.de loca.vers.*104.*ab eod.* al-
52 legatus, idq; adeò verum esse dicit, vt cōtra rusticos Turris Octauæ, & Resinæ emphyteutas mensæ Archiepiscopalis Ciuitatis Neapolis, prætendentes in eisdem locis *consuetudinem* legitimè inuectam, ac præscriptam adesse soluendi carolenos quindecim pro laudimio cuiuscumque laborandinæ venditæ (cum suf-
53 ficere quandoq; aliquid solui per emphyteutam in ingressu habeatur per *Anel.Amat.cons.* 70.*num.*9.) integrum laudimium deberi, à iu-
54 re constitutum, decretum fuerit tùm anno 1609.per Reg.Tapiam, tùm etiam anno 1625. per Consiliarium de Georgio.

Cæterum laudimium pro quacumque ven-
55 ditione, & alienatione voluntaria regulariter deberi, dicimus cum *De Marin. cit. cap.* 235. *num.*1.*resol.quotidia.lib.*1.nam quoties est ne-
56 cessaria non debetur, *Amat.cons.*70.*nu.*1.*Mastrill.dec.*149.*n.*8.*Intriglo.singul.*96.*nu.*32. *lib.* 3.*Anna singul.*140.*&* 579.*Amad.de Pon. de laudem. quæst.*25. *in fin.Bar.in L& ideò* 12.*nu.* 4.*ff.de cōdict.furtiua*, & alij, quos sequitur, & allegat idem *De Marin.num.*11. dicens insuper
57 *num.*12.venditionem factam subhasta voluntariam potiùs ad effectum debitæ laudemij præstationis, cum dicatur ex voluntaria olim cōtracta obligatione per debitorem fieri, quā necessariam appellandam esse secundum sententiam *eiusd.cit. Amed.de Pon. quæst.* 27. *in tract.de laudem.De Franch.dec.*277.*& Adden. Thesaur.decis.*139. aliorumque relatorum per *Burrel.in summ.decis.par.*1.*tit.de laudem. n.*38.

Diximus regulariter pro quacumque alienatione deberi laudimium, nam si res, super
58 qua est emphyteusis constituta in dotem, siuè æstimata, siuè inæstimata tradatur, laudimium non deberi, probat, ac decretum fuisse per S.R.C.refert *Gizz.obser.*120.*ad Capy.Lat. tom.*1.*num.*34. *&* 35.confirmant *Valasc. consult.*113.*num.*9.*&* 23.& *Gamma decis.*127. rationem quoque assignans *num.*2. Idem con-
59 firmat *Montan.* respectu contractus perpetuæ concessionis ad laborandinam *contro.* 75. *num.*11.cum *Molin.de iustit.& iur.disput.*461. *num.*9. quiduè dicendum in feudo, & an pos-
60 sit absque Domini assensu in dotem dari, & quid si detur inæstimatum, quiduè si pignoris
61 iure cum fructuum perceptione in sortem non computandorum? examinatur per *Montan.controu.*25. *per tot.* nec deberi laudimium
62 quoties pretium soluitur vigore præcedentis contractus dixit *Amat.cons.*70.*nu.*25. & quoties non acquiritur, sed retinetur emphyten-

sis, *Idem consil.* 14. *numer.* 23.

Item non debetur, si res venditur cum pa-
64 cto, vt liceat emptori recedere à venditione infra certum tempus, nec dum conditio fuit verificata *De Marin.ibid.num.*5.6.*&* 7. *Amed. de Pont.quæst.*36.*num.*5. post *Io: Fabr. in l.fin. C.commun.de legat, Bald.in l.ab emptione, ff. de pact.& Franc. Marc.decis.*570. item nec debe-
65 tur pro contractu facto (vt dicitur *à godere*) *Ricc.resol.*307.*par.*1.*prax.Eccles.* quem refert, & sequitur *cit.de Marin.n.*10.affirmans cum
66 *Anton.Amat.variar.resol.*73.*tom.*2.pro venditione facta cum pacto rehemendi adhuc solui laudimium, etiam si breue statuatur tempus,
67 infra quod possit rehemi res vendita: debe-riq; laudimium adhuc per celebratum donationis contractum, *Capy.Latr.dec.*174. *tom.*2. *n.*42.qui rationē affert *n.*43.*&* 44.vide etiam *Nattam in addit.ad cons.*119. *Alex.vol.*3.*nu.*7. citatum à *Montan.controu.*75.*num.*5. *in princ.*
68 pro resolutione articuli, an laudimium debeatur in donatione, emphyteusis concessione, & legato? & an emphyteusis absque assen-
69 su Domini directi possit obligari? examinat *De Marin.c.*101.*to.*1.*resol.*concludens pro affirmatiua,ac adeò verùm esse,vt si concurrant
70 simul primus creditor, cui emphyteusis primùm fuit absque assensu obligata, ac postremus, cui obligatio cum consensu domini facta est,adhuc ille potior sit,ad tradita per *Cācer.variar.par.*1.*tit.de emphyt.num.*20. vide tamen *Amat.cons.*64.*nu.*43.44.45.*&* 46. & em-
71 phyteuta, & feudatarius an valeant absque assensu constituere vsumfructum? tractat *De Marin.tom.*2.*cap.*30.*num.*9.*&* 15.

Quarto, censetur emphyteutica concessio,
72 quæ sub pacto caducitatis facta fuit *Marcia. cons.*55.*num.*4.*Rodriquez de annuis reddit. lib.* 2.*quæst.*22.*n.*11. *&* 58. emphyteuta enim ca-
73 nones,& laudimia soluere debet, vel rem dimittere *Amat.variar.resolut.*73. *num.*8. *tom.*1.
74 ideòque si cessauerit per biennium pro rebus Ecclesiæ, per triennium verò pro rebus priuatorum,cadit à iure suo *Altimar.obser.*14. *ad cons.Reg.Roui.tom.*3.*n.*14.*De Marin.resol.quotid.lib.*1.*cap.*6.*n.*5.*& cap.*212.*num.*3. & *in addit.ad Reuert. decis.*35. *Felicia.de cens.in proœmio, num.*17. *Borcholt.de feud.cent.*3. *num.*18. *Donel.lib.*9.*comment.cap.*15. *vers. ob reliqua tria,Minsyn.cent.*3.*obseru.*65.aliijq;quos refert, & sequitur *Berlich.concl.*46.*nu.*1. *par.*2. *pract. conclus.iur.* & facit *Textus in cap. potuit de locato*, atq; adeò id verum esse,habetur ex *Præs. Anel.Amat.cons.*73. *num.*14. vt si emphyteuta
75 in solo nummo defecerit à solutione,cadat à iure suo; & an, & quando emphyteuta non
76 soluēs canonem suis dicatur gignere præiudicium creditoribus? habetur apud *Capyc. Latr.consult.*54.*to.*1.*nu.*32. id tamen eo casu
77 limitatur, quo in vnū fructus quolibet biennio, triennio, vel quatriennio percipitur,vt in silua cędua, quæ non potest singulis quibusq; annis cædi, nam tunc non aliter caducitas incurritur,quàm si labatur duplex biennium, triennium, aut quatriennium, vel triplex in bonis priuatorum, vt ex traditis per *Ricc.in* 1.*par.prax.Eccles.resol.*100.*num.*4.*&* 5. ac *cit. De Marin.* percipitur non obscurè.

Cæterum si dominus directus emphyteusis
78 alienationi non consensijt,sed,facta alienatione ab emptore, canonem recepit, videtur caducitatem remisisse, & assensum in canonis receptione præstare, *De Marin. tom.*1. *resolut. cap.*99. *num.* 15. & si cum protestatione recipiat Idem *De Marin.cap.*271.*n.*9. *&* 10.*Mātic.dec.*200.*p tot. Guid.Pap.dec.*171.*&* 172.*&*
79 *ibi Adden.*;caducitas enim cessat domino volente, ergo nil remanet, quod protestatione
80 saluetur, ipsaque protestatio tamquam facto contraria non operatur, *l.si extraneus in prin. ff. de acquir. hæred.* & solutio, adhuc ab ex-
81 traneo quomodocumque facta,prodest *De Marin.cap.*212.*à n.*2.*per* 6.

Et hic antequam vlteriùs pergamus inqui-
82 rendum, sit ne locus caducitati in contractu ad laborandinam,de quo in hoc *textu*,contra Colonum, Partiarium,vel Cōductorem,si vel laudimium,quod deberi diximus,non soluerint,vel pensionē,aut partē fructuum nō præstiterint?& quāquam pro vtraq; parte negantium, & affirmantium in hoc articulo referat *DD.cit.Montan,nu.*10. ac arduam dicat quæstionem *in fin.* tamen ex vi interpretatiua nostræ *municipalis legis* ad *text.l.magis puto, vbi glo. ff. de reb. dub.* idem, quod dicitur de emphyteusi,dicendum esse de huiusmodi conces-
83 sione ad laborandinam, ea fortiùs de ratione, quia sub eisdem feré pactis ambo contractus respectu caducitatis etiam per fraudem, malamque culturam, soleant stipulari, tādem
84 pro affirmatiua concludit,& quoniam caducitatis declaratoria sententia in iudicio ordinario fieri consueuit in nostris tribunalibus, vt habetur apud *Thor. in C.rer. indic. cas.*26.
85 *num.*8.ac etiam in feudalibus, *Ciarlin.contro.* 8.*num.*3. & testatur *Gizz. obseru.* 120. *ad Capyc.Latr. decis. tom.*1. in qua decisione agitur *num.*13. *&* 31. an requiratur sententia Iudi-
86 cis si emphyteuta caducitatis declarationi
87 consentiat, quidnè dicendum si posteà eum pęniteat *num.*14. ? ac eo casu non esse locum pœnitentiæ asseuerat *Gizz.ibid.*decisumque refert *n.*23. *&* 24. imò præcedentibus præce-
88 ptis ad soluendum, si propter non sequutam canonis præstationem caducitas petatur, vt *cit.Montan.*dixit, idem dicendum cum *eodem*
89 *Montan.* respectu concessionarij ad laborandinam, sequitur, & sententiam requiri ad expulsionem emphyteutæ, quidnè sit probandum in iudicio caducitatis? habetur apud

Ma-

Marascot.variar.resolut.lib.1.cap.85.

Quin nonnullis in casibus, de quibus *Ber-*
90 *lich.conclus.46. Cardin. Tusc.lib.3. pract.conclus.lit.E.conclus.192.à num.84.vsque ad 212. & conclus.193.per tot.Trentacinq.resol.4.a nu. 11.per 31. Thesaur.decis.179.* caducitas excusatur, & inter eos dignum obseruatione dicit *Gizz.vbi sup.num.7.* illum esse, quando Do-
91 minus directus emphyteutæ ex alia causa debitor est, cum non possit conqueri Dominus propter non sequutam canonis solutionem, aut laudimij, habens præ manibus, (etsi alia de causa) quod sibi debetur *Hartam. Pistor.obseru.70.num.2. & 3.* qui ità pronunciatum testatur, & *Berlich. conclus.46. nu.17.* Nec caducitati dicitur locus factus, si domi-
92 nus eā non petierit *Capy.Latr. consult.11. t.1.*
93 *n.17.* nam illa potest, vel expresse *Idem n.18.*
94 & in iudicijs etiā post litem contestatam, vt in *dec.120.eiusd.à num.19.* quicquid *ibid.* fuerit dictum *à num.12.* in contrarium, vel tacitè
95 per præscriptionem annorum triginta *Guid. Pap.decis.412.nu.1.cum seq. Tusc.conclus.192. lib.3.pract.conclus.lit.E. nu.99. & Berlich.ead. conclus.46.num.52.* à Domino remitti, & quid
96 dicendum in casu factæ alienationis ab emphyteuta, qui emphyteuticam qualitatem ignorauit, credens potiùs bona esse censualia, præcipuè si hæres sit, qui potest legitimam ideò ignorantiæ causam allegare? habetur apud *Capyc.Latr. consul.156.tom.2. nu.40.46. & 48.*

Quinto, pro emphyteutico contractu præ-
97 sumptio oritur, si res data sit ad meliorādum, nam emphyteusis concessio ea dicitur, qua res traditur ad meliorandum *glos. in §. adeò instit.de locat.* Alex.*consil.117.num.11.lib.4. Hodier. ad Surd. decis.198. numer.7. Capyc.Latr. decis. 120. tom.1. numer. 2. & 6.* dicens, sub
98 nomine meliorationum maximas impensas, quę fortè in re emphyteutica, fierent, non contineri, vt etiam explicatur per *De Marin.resolut.quotid.cap.101. num.5.* Quare
99 quocumq; ex capite fiat locus caducitati magnæ meliorationes, & impensæ ab emphyteuta non amittuntur, *Pinell.in l.2. C. de rescind. vendit.par.2.cap.3.num.9.Valasc.de iur.emphyteu.quæst.25.nu.3.Cald.eod.tract.de iur.emphyteu.lib.4.cap.10.nu.49. Garz. de expens.& meliorat.cap.6.nu.21.& 22. Capyc.Latr.cit.decis. 120.to.1.n.5.& 6. cum DD.ibid.* longa serie recensitis, sed illæ tantùm recuperantur, quæ
100 restitutionis tempore adsunt meliorationes, *De Marin.tom.2.resol.quotid.cap.133.num.13.*
101 nam licet videatur contrarium dici debere per *Text.l.2.C.de iur.emphy.et §.scire autem authen.de non alienando,ibi: Nullam metuentibus meliorationum redditionem,§.si verò quis in authen.de alienat.emphyt.,authen.qui rem, C.de sacrosan.Eccles.& l.2. C.eod. De Franch. decis.* 191.*Mant.de tacit.& ambig.conuen.lib.22. tit. 29.num.9.Amic.de iur. emphyt. quæst.70. Surd. decis.78.& Capyc.Latr.ibid.nu.1.9.& 10.* hoc
102 tamen non intelligitur de hisce magnis meliorationibus, sed de illis, quæ secundum contractus naturam factæ sunt; & si aliter videa-
103 tur dicendum per ea, quæ habentur *decis. 159.& 438.Guid.Pap.per Io: Philipp. Testay alleg.1.num.172.& 174. Corb. de caus. priuat. ob non solut.canon. ampliat.36. & 37. Intrigl. sing.95.lib.3.Costa de facti scien. & ignor. dist. 34.num.4. cent.1. & alios.* Quare & istas ma-
104 gnas meliorationes, quasi proprio iure ab emphyteuta possessas *Garz.ibid.cap.15.num.1.*
105 *& alibi*, obligationi, contractæ per emphyteutam ipsum, subesse, probat *Anton.Amat.resol.14.num.33.*& confirmant *Garz.vbi sup.nu. 21. vers.ex quibus, De Marin.cit.cap.101. nu. 6.& 7.Prat.lib.2.discept.forens.cap.43.num.49. & 50.alijq,* relati à *Gizz.ad citat.decis. Capyc. Latr.à nu.10.* qui etiam nonnullos casus enu-
106 merat, quibus meliorationes, ab emphyteuta factæ, non amittuntur; quicquid aliter vi-
107 deatur dicendum per *text.l.lex vectigali,ff.de pignor.& hypoth.* qui verè non obstat, si dicamus, substantiam rei emphyteuticæ non tangi
108 per obligationem contractam ab emphyteuta super meliorationibus, quæ dicuntur aliquid separatum, & distinctum à fundo;
109 ideòque super eisdem præferendum creditorem habentem priuilegium, *l. interdum, ff. qui potior. in pignor. habean. & l. licet, C.eod.* probauit *Amat.variar.resol.lib.1.resol.3. à nu. 74.* quem sequitur *cit.de Marin.num.10.* quod
110 nec repugnat dispositioni nostri *iuris municipalis*, quo habetur, *Nec potest vxor coloni aliquam indè quartam petere ratione quartæ; in bonis sibi à marito constitutæ,* & si inferri videatur, potiorem esse causam Dñi locatoris, quā
111 creditoris coloni, & partiarij; hìc enim non loquitur de meliorationibus, sed de fructibus rei locatæ, qui tacitè locatori sunt hypothecati, vt in *l.predijs,ff.quib.caus.pign.ac per DD.ab eod.Amat.*relatos *num.30.* Ergo confirmatur potiùs superior sententia *Amat.* etiam vbi res data fuit ad laborandinam super magnis tamen meliorationibus, eò fortiùs cum non dicatur fundus hoc casu datus ad meliorandum, sed ad laborandum, vt fructus red-
112 dat. Ita similiter meliorationes repetuntur resoluta emphyteusi propter lineam finitam, vt pro absoluto traditur *ead.decis.120. Capyc. Latr.num.3.*& habetur apud *De Franch.citat. decis.191.Valasc.quæst.25. de iur. emphyt. Tusc. in 3.tom.lit.E.conclus.192.nu.54. Seraph.decis. 1496.Gizz.ibid.à n.14.per 17.* afferens currere paritatem de feudo, prout etiam si non sit con-
113 tractus emphyteuticus, sed locationis, semper meliorationes debentur emphyteutæ siuè conductori quacumque ex causa, vel culpa fiat

fiat locus caducitati, vt *Capyc.Latr.n.8.Thor. in compen.2.par.ver.melioramenta*,alijq; innumeri,etiam ab *eisd.citati*, adnotarunt.

Post hæc videamus quando ob finitam li-
114 neam fiat locus caducitati? etiam ad explicationem verborum *text.* nostri, *Hæredum appellatio tantùm ad descendentes extenditur, nec possunt ipsi descendentes,qui hæredes sunt,si plures sunt,diuidere inter se terram ipsam, vel fundum sine voluntate domini fundi, vel terræ, &c.* Et dicimus, *Text.* de ea concessione
115 ad laborandinam loquutum, quæ pro se, & suis hæredibus,nempè descendentibus,facta fuit,vt superiora verba declarant.Quare vtrâ-
116 que requiri qualitatem, sanguinis, & hæreditariam in successore,dicendum sequitur per tradita ab *Amato cons.18. num.9. Capy. Latr. consult.75.n.218.& 219.*iuxta *Bal.*doctrinam *in l.1.num.14.C.de iur.emphyt.*quam refert,& sequitur *Alex.in l.quod dicitur 130. nu.17.18. & 21.ante fin. ff.de verb. obligat.* nec ex eis al-
117 tera sufficit, & si facta fuerit concessio *pro se,filijs,& hæredibus,et successoribus quibuscũq;* vt optimè probatur per *eund.Capyc.Latr.à nu. 220. per 223.* operantur enim verba illa, &
118 *successoribus quibuscumq;*, vt pro admissione ad emphyteusim concessam pro *filijs, & descendentibus, hæredibus, & successoribus quibuscumq;* sufficiat ex descendentibus esse nouum emphyteutam, ac simul fideicommissarium, legatarium, particularem hæredem,in re certa institutum, & si non vniuersalem *Iason in l.quædam,§.nihil,num.3. ff.de eden. Alex. ibid.nu.2.& cons.44.num.2.vers.potest etiam,*
119 *lib.1.* aliosq; de virtute huius clausulæ scribentes *DD.*cumulat *Idem Capyc. Lat.nu.223.*
120 quod tamen non procedit ad beneficium fœminæ,in re certa institutæ *Idem Amat. n.8.* videturque etiam confirmari à *Capyc. Latr. à nu.311.per 313.* fortiùs in hac Ciuitate Nea-
121 polis, & vbicumq; masculi in concursu mulierum præferuntur in successione, nam sicuti masculina qualitas in inuestitura, & concessione posita excludit fœminas ab emphyteusi, vt ex *Vela disert.16.num.6.*.habetur,ità etiam si fœminæ per statutum in concursu masculorum à successione repelluntur masculis existẽtibus, affirmandum esse,videtur,prout probari potest ex *decis.126.to.2.eiusd.Capyc.Latr.*in
122 qua habetur nõ aliter fœminas ad emphyteusim admitti, vbi adest statutum eas excludens propter masculos, quàm si masculi deficiant, allegat se ipsum *decis.3.tom.1. à nu. 10. per 15. Bart.* aliosque in *l. vt ius iurandum, §. si liberi,ff.de oper.libert.* nam in quocumq; ca-
123 su, quo de hæredibus fit mensio,de capacibus est intelligendus sermo *Cald. de nominat. emphy. quæst.12. num.9.* Cæterum ad emphy-
124 teusim concessam pro *Hæredibus, & successoribus* etiam extraneos hæredes posse succedere,habetur per *Text.in l.sciendum,§.hæredis appellatione, ff.de verb.signif.l.in annalibus, C. de legat.*apud *Menoch.cons.378.Mantic.de coniect.lib.8.tit.14.nu.18. Brun.à Sole in loc. commun.clauf.23.Molin.de rit.nuptiar. lib.3.qu.14. num.17.& 18.Barbo. de clauf.clauf.112. nu.1.* & emphyteusis,per patrem *sibi, & filijs* quæsi-
125 ta, ad filios, & si non sint patris hæredes transit *Amat.consil.68. num.20.* & pater ipse
126 filijs in emphyteusi, absque hæreditaria qualitate quesita,non potest præiudicare, *Capyc.Latr.cit.decis.70.tom.1.* (vbi etiam ex qui-
127 bus formulis ex pacto, & prouidentia constituatur emphyteusis, agit.) Idq; etiam in
128 successione feudi receptum fuit à *Seraphin. decis.188.num.3.Mar.vo.207.& in tract. de claus.par.1.claus.97. num.1.* cum his verbis in
129 ipso actu constitutionis emphyteusis dici possit tributa emphyteutæ facultas alienandi, nec requisito domino,*cit.Cald.nu.9.Io:Franc. Leo in thes.for.Eccles.par,4.cap.1.num.10.*relati *per Altimar.obseru.53.ad cons. Rouit. tom.3. num.59.* quo casu emphyteusis dicitur transi-
130 toria ad quoscumque hæredes adhuc extraneos *Rot.*apud *Burat.decis.87.num.12. Care.resol.152.num.4.Ciarlin.contro.180. nu.25. & seq.* alijque.

Et quamquam. strictius agatur in emphy-
131 teusi Ecclesiastica,quæ vel concessa *pro se, & hæredibus, & successoribus*, ad extraneos
132 hæredes non est transmisibilis *Gratian. discept.forens.351.nu.17. Mantic.de tacit. lib.22. tit.19.nu.12.& 13.Cęual.quæst.194.* imò sim-
133 pliciter tributa, ac in dubio tertium generationis gradum non egreditur (& si, finita
134 emphyteusi, iterum eam proximis agnatis concedendam esse, tradat *De Marin. resolut. quotid. tom.1.cap.305. num.1.* in quo etiam
135 agit, inter plures concurrentes, quis veniat præferendus? *nu.2.3.4.6.& 9.* de quo adhuc *Marescot. variar. resolut.lib.1.cap.3.*) cum ad
136 tertiam generationem vsque concessa præsumatur, *Amat.consil.64.num.23.& 30.*ideoque
137 cum nepotibus primi acquirentis extinguitur *De Marin.resolut.quotid.lib.1.cap.98. n.2. & 14.* iuxta dispositionem *§. emphyteus. authen.de non alien.& permutat.* & scripta etiam per *Papon.cons.86.num.3.*ac *Simon.de Prat.cõsil.88.num.3. & seqq.* & nam primus ipse ac-
138 quisitor in generationum numero computatur,vt probatur per *eund. de Marin.ibid.à num.1.per 16.*afferentem Rotæ quandam de-
139 cisionem; quin ordine successiuo temporis, sanguinis,& naturæ successores vocantur *Mõtan.controu.3.num.5.* ità vt eo casu, nec videatur ius repræsentationis admittendum inter filios emphyteutæ, ac nepotes filios alterius præmortui filij per ea, quæ ex *eod.* habentur *num.11. vers.at quia*; tamen si concessio em-
140 phyteutica bonorum Ecclesiæ fiat *pro hæredibus,*

dibus , & successoribus quibuscumque in perpe-
141 tuum , proùt concedi posse , non dubitatur
apud De Marin.ibid.num.15. per Text.in §.li-
centia authen.de alien.emphyte.etiam ad extra-
neos hæredes est transmissibilis, Clar.§.emphy-
teusis quæst.28.num.9. & quæst.83. num.1. Af-
flict.decis.386.num.5.vbi Vrsil.n.1. Soccin.cons.
266.lib.2.Rota apud Cardin.Caualer.dec.243.
num.3. De Marin. cap.97. num.20. & si aliter
videretur affirmandum per ea,quæ Dec.consil.
395.num.6.& seq.Peregrin.de fideicom. art.42.
num.5.Fusar.de substit.quæst.339.nu.74. dicen-
tes verba illa, Hæredibus, & successoribus in
perpetuum, & in infinitum, fuisse tantùm pro-
142 nunciata, pro hæredibus quibuscumque ex
sanguine tantùm , quasi non possint contra-
ctus naturam alterare , ideoque eis tantùm
prodesse,ne aliàs dicatur emphyteuticus con-
tractus in propriari, proùt in propriari cõces-
sionẽ emphyteuticã per concessã facultatẽ nõ
143 restrictam inter filios alienãdi, & obligandi
emphyteusim,habetur in dec.Capy.Latr.70.to.
1.nu.15.16.& 29.etenim ista,& si quid aliud
144 simile opponeretur,non obstant, nam suffi-
cit,sub latissima facultate succedendi emphy-
teusim ecclesiasticam posse constitui,nec vidẽ-
dum est,an secũdum propriam,indiuidualẽq;
emphyteutici contractus naturam contraha-
tur,vel ne,cum Idem Capyc.Latr. consult.156.
t.2.n.3.36.& 37. latè probet,adeò id licere,vt
145 si emphyteusis,vel Ecclesiastica concedatur
cum pacto in dispositiuis contractus apposi-
to,Ad vendendum,alienandum,& disponendum
tanquam de re propria; censeatur emphyteutæ
alienandi facultas tributa , irrequisito domi-
no.Cetera de alienatione,irrequisito domino
146 facta,& quando legitimè facta dicatur? con-
gerit De Marin.tom.2.resol.cap.73.& num.14.
147 agit,an requiratur assensus domini quando
emphyteusis iure congrui retrahitur?Verùm
de requisitis solemnitatibus concessionis in
148 emphyteusim bonorum ecclesiasticorum ,
& an deficientibus concessio ipsa nulla dica-
tur? Idem Capyc. Latr. agit num.1.2. & 5. ac
etiam Altimar.obseruat.53.ad consil.Ronit. lib.
3.num.1.qui cumulat Quaran.in summ.bullar.
ver.alienatio rerum Ecclesiæ,num.5.De Marin.
ad Reuert.decis.88.num.2.Danz.in pugn. DD.
to.3. de reb. Eccles.non alien. aliosq; qui apud
eundem possunt haberi : & multa de emphy-
149 teusi , vel ecclesiastica transitoria ad extra-
neos adnotauit Ciarlin. controuers.forens. cap.
180. & examinat De Marin.eod.to.2.cap.189.
num.62.63. & 66. & an emphyteuta Ecclesiæ
150 teneatur soluere collectas , resoluitur apud
eund.De Marin.tom.1.resol.cap.99.à num.1.per
5.et cap.207.num.3. et 12. Et an , & quando
151 possit pater filijs in emphyteusi præiudica-
re? traditur apud eund.cap.89.num.30. et cap.
288.num.1.et 2. & Capyc.Latr.sæpè cit.dec.70.
n.32.

Dicitur in text. Nec possunt ipsi descenden-
152 tes, qui hæredes sunt,si plures sunt, diuidere
inter se terram ipsam, vel fundum sine volunta-
te domini,&c.quod non modo,quo ad domi-
153 nium explicatur,quod diuidi nequit, cum
ad nullum prorsus ex pluribus hæredibus
transferatur , vt Napod. dixit ver. terram ip-
sam , sed consequenter pro ipsa annua quali-
154 bet præstatione,quæ indiuisa ab ipso terræ,
vel fundi possessore debet præstari: ità in em-
155 phyteusi , cuius quamdiù diuisio facta non
est, ius annui canonis est indiuiduum Anton.
Fab.C.de iur.emphyt.lib.4. tit.43. defin.39. &
n.9. in allegatis , & quilibet possessor ad inte-
gram pensionem in solidum obligatur, nisi
156 dominus, cuius interest censum non diuidi,
siuè annuam præstationem, vel consentiat ex-
pressè , vel tacitè exigens pro rata absq; pro-
testatione, Peregr.cons.104.lib.3. Fulgos. cons.
80.Anna alleg.3. ac optimè Anton.Amat.tõ.2.
resol.70.num.13.& 32.omnes ferè ad id pro-
157 bandum DD. allegans , ac vniuersam diui-
sionis inducendæ materiam inter plures in
solidum obligatos propter partis debiti solu-
tionem, vel petitionem explicans per tot.
His positis examinandum sequitur sit ne
158 onus emptoris solutio laudimij , an verò
vendentis rem emphyteuticam? cum scriben-
tium DD. ad fauorem venditoris illũ exclu-
dentiũ ab onere solutionis laudimij , & alio-
rum, dũ tale onus venditori tribuunt, sit ma-
xima authoritas ; Andreas enim de Isern. in l.
imperialem,§.illud quoq; nu.63. de probib.feud.
alien.per Frider.Afflict.ibid.num.14. vers.item
præmitte,quod istud laudemium,Par.de Put.in
tract.de reintegr.feud.cap.quoniam verò,num.5.
159 fol.86.at. afferens rationem , quia venditor
tenetur assensum impetrare, l.fin. C.de iur.em-
160 phyt. contra venditores scripserunt eisque
Montan. adhæret controu.75.num.2.ad 5. idq;
in Hyspanijs seruari, dixit Molin. de contract.
lib.2.disputat.459.num.24. vers.atque hac de
causa .
Alij verò in hoc grauatos emptores rei pos-
161 sessores, siuè nouos emphyteutas,censeri di-
cunt,vt videre est apud Bursat.cons.56.Manct.
dec.50.n.1.Coler.dec.33.n.4. Molfes.de cõtract.
t.2.tract.12.c.9.nu.41.glo.in cad.l.fin.C. de iur.
emphyt.ac ibid.Salyc.& Iason, Gozzadin.cons.
65.Clar.in §.emphyteusim, quæst.23. vers. vlte-
rius quæro,Valasc.de iur.emphyt.quæst.9. num.4.
Amad.de Pont.in tract.de laudem.quæst.9.& cõ-
firmatur cas.49.rer.iudic.Thor.à nu.34.per 37.
162 & per alios multos , pro qua sententia cum
solidiores, ac validiores concurrant rationes ,
de quibus cit. DD. eandem apud omnes ferè
in moribus esse, nõ ambigatur,etiam secundũ
tradita ab eod.Montan.qui in aliquibus parti-
163 bus Consuetudinem adesse soluendi laudi-
mium per emptorem,ab ea recedere non con-
uenit,

uenit,nec argumentum desumptum à *Monta-*
164 *no ex verbis cit.l.fin.Et ne auaritia tanti Do-*
mini magnam molem pecuniarum propter hoc
efflagitent (quod vsq; ad præsens tempus perpe-
tari cognouimus) non amplius ei liceat pro sub-
scriptione sua, vel depositione, nisi quinquagesi-
mam partem pretij, vel æstimationis loci, qui ad
aliam personam transfertur, accipere; obstat,
& si ipsis apertissimè, ac subtiliter fundari
eius intentionem, autumet; quasi optimè di-
catur, non alium dici obligatum ad huiusmo-
di solutionem laudimij, quàm emptorem, qui
quinquagesimam partem integri pretij ad id
obnoxium relinquere tenetur; nam adeò à re-
cta *Textus* interpretatione *Montani* illatio
aberrat, vt potius oppositum eiusdem verbis
deducatur; emptor enim fundi pretium sol-
uere debet; ergo eidem solutionis quinqua-
165 gesimæ partis onus videtur iniungi, & si in
damnum venditoris cedere secundario dica-
tur, cum dici possit, ab emptore ipso fuisse iu-
stum rei pretium consideratum, & minus ven-
ditori oblatum sciente, se laudimium solutu-
166 rum fore. Alia de laudimio, eiusq; debita
solutione habentur apud *cit. Thor. & Anton.*
Amat. resol. forens. tom. 2. resol. 73. & 84. aliosq;
ab ijsdem relatis, quos ideò consulas.

Tandem dicimus, emphyteutæ, vel superfi-
167 ciario, qui rei emphyteuticæ dicuntur vtile
dominium habere, & procuratores in re pro-
pria constituti, *Amat. resol. forens. 79. numer. 8.*
168 *tom. 2.* vtilem rei vendicationem compete-
re, dixit *Capyc. Latr. decis. 101. num. 25. tom. 1.*
169 item inter plures emphyteutas ius accrescē-
di, siuè non decrescendi locum vindicare di-
xit *cit. Amat. resol. 84. a nu. 13. per 35.* vbi multa
170 de hoc iure accrescendi, & an, & quando
171 nouus emphyteuta præteritos canones sol-
uere teneatur domino petenti, cui emphyteu-
sis fuit adiudicata, & alia circa eandem rem
habentur *resolut. 88. eiusd. per tot.* Quæ autem
172 colonus, partiarius, vel quilibet agrorum,
ad longum tempus locator facere teneatur, &
quando, non faciens, possit à domino com-
pelli, omniaque circa eandem rem notabilia
traduntur per *Garf. de expens. & meliorat. cap.*
173 *14. per tot.* in cuius postrema parte, ob dete-
riorationem non modicam, colonum expelli
posse, concludens, citat *Bald. in l. ędem, C. locat.*
Tiraquell. de indic. reb. exig. num. 67. & seipsum
cap. 15. num. 16



CAPVT SECVNDVM.

Nonnulla de feudorum natura, & translatione explicantur.

De varijs feudorum generibus, eorumque differentijs, ac de diuersa succedendi forma ad ea, & de alienandi facultate quãdoq; facta feudatarijs: Item an, & quando pro causa feudali sit in R.C.S. procedendum, vel Fiscus in S.R.C. assistere teneatur? De releuio, quid sit, & quomodo taxetur? De Paradogio. De Adhoa, eiusque taxatione, & præstatione. De interpretanda diuersimodè respectu feudalium, & allodialium disponentis testatoris voluntate, & de nonnullis regulis iuris, quæ in allodialibus procedunt; an, & quando in feudis locum habere non possint? Item quisnam verè dicatur hæres, & an, & quando culpa vnius alteri nocere nequeat? possitque hæres voluntatem obscuram, vel dubiam defuncti declarare, vel etiam impugnare: Tandem de nullitate transactionis, assensus, aliorumque actuum ex erronea causa celebratorum, quiduè sit obreptio?

SVMMARIVM.

Inter feudum, & emphyteusim est maxima connexio, et valet argumentum, n. 1. & 2.

Diuisio feudorum quaenam sit? habetur, n. 3. et 4.

Feudum, et allodium differunt, n. 5. et quęnam signa vtrisque praeualeant? n. 6.

Feudorum origo, et etimologia habentur remissiuè, num. 7.

Feudi ex pacto vocabulum à quonam inuentum fuerit, et quid significet? traditur n. 8. et 9.

Feudi hæreditarij verbum quando inuentum fuerit, et an probetur de iure communi, etiam feudali? habetur n. 10. 11. et 12.

Feu-

Feudum hæreditarium quale sit? habetur n.13.14. 15.16.18. & 20. & quale feudum ex pacto? num.21.22.23.& 24.
Cap.ex præsumptuosè *explicatio habetur remissiuè,num.17.*
Feudum concessum pro filijs legitimis, & naturalibus, & successoribus quibuscumque *an possit legari,n.19.*
Quodlibet feudum in regno præsumitur hæreditarium,num.25. & cur? num.26. sed contra, num.27.
Feudum ex pacto adhuc dicitur hæreditarium in persona primi acquirentis,n.28.& potest in extraneum alienari, si non sint filij in inuestitura nominati, nu. 29. potest vni ex filijs assignari,n.30.sed explicatur,n.31.
Voluntas acquirentis feudum ex pacto est, vt perpetuò sit in familia,n.32.
Quilibet successor ad feudum ex pacto dicitur habere causam à primo acquirente, n.33.
Concedens feudum ex pacto censetur omnes contentos in inuestitura vocare, nu.34. & cuiq; sigillatim donare,n.35.
In feudo ex pacto vnus non potest alteri præiudicare,n.36.& cum persona possidentis extinguitur ius eius,n.37.
Feudum ex pacto post mortem feudatarij censet ur domino redire, & ab eo ad alium successorem transire,nu.38.& 39. quare quilibet proprio iure succedit,nu.40.tanquam ad aliquid separatum,num.41.
Feudum ex pacto defertur ordine successionis vniuersalis,& sanguinis,& inuestituræ,n.42.43. 44.45.& 46.
Feudum hæreditarium defertur cum qualitate hæreditaria, nu.47. etiam si successor non fuerit institutus,num.48. vel defunctus alium fecerit hæredem in allodialibus,n.49. vel ille non fuerit inuestitus,n.50.
Qualitas hæreditaria non mutatur absque consensu domini,n.51.contra n.52.
Successor ad feudum hæreditarium ratum habere tenetur factum defuncti,n.53. & exsoluere onus,n.54.& 55. & contribuere cum hæredibus in allodialibus ad onera, n.56. & quando contra,nu.57. & potest pro toto debito exsoluendo grauari,nu.58. & quid in allodialibus, num.59.& 60.
Inuentarium non prodest in feudo hæreditario, & hæreditas cedit in causam legitimæ,n.61.
Feudum hæreditarium potest ad libitum alienari Principe consentiente,n.62.& successor, si non sit descendens, potest vsque ad integrum feudum grauari,num.63.& ratio habetur, n.64.
Alienatio feudi hæreditarij irritatur vsque ad æstimationem legitimæ primogeniti, n.65.
Secundogenito non competit actio inofficiosæ donationis,n.66.
Feudum integrum est legitima primogeniti,n.67.
Assensus non solet præstari super donatione feudi facta secundo genito,n.68.contra,n.69.
Legitima super feudo est tertia pars pretij feudi; num.70.
Feudum nullo pacto potest obligari absque assensu; n.71.& 72.
Feudum ex pacto,& hæreditarium in quo differant circa facultatem alienandi?n.73.74.& 75.
Feudum ex pacto transit in successorem absque hæreditaria qualitate,qui non tenetur esse hæres, nec soluere debita à primo acquirente cōtracta,num.75.& 76. & iuuat inuentarium, n.77. & 78.
Multa de feudo hæreditario, & ex pacto remissiuè quando Fisco per delictum feudatarij Fisco aperiantur, numer.79.80.81.82.83.84.85. & 86.
Filijs quandoque non fit præiudicium per delictum patris,& quando?n.87.88.89.90.& 91.
Memoria delinquentis quando dicatur damnata? habetur num.92.
Philippus Marescà *laudatur,n.93.*
Causa super declaratione qualitatis feudi an, & quando debeat in R.C.S. exagitari, & quando in S.C.vbi Fiscus assistere tenetur? n. 94.95.& 96.
Ex duobus prædefuncti feudatarij filijs, quisnam admittendus sit,legitimatus ne per subsequens matrimonium maior natu, an verò legitimus, & naturalis minor natu? numer.97.98.99. & 100.
Prælatio an concedenda sit agnato tàm feudi hæreditarij, quàm ex pacto? n.101.102.103.104. 105.106.& 107.
Onus releuij est ne hæredis, an verò feudi, vel creditorum?n.108.109.110.111.112.& 113.
Releuium soluitur pro confirmatione, siuè renouatione inuestituræ,n.114.
Releuium non soluitur vbi non opus inuestitura, num.115.
Diuersimodè præstatur releuium pro feudo hæreditario, ac pro feudo ex pacto,num.116.& cur, num.117.118.& 119.
Anni terminus ad petendum releuium diuersimodè computatur respectu feudi hæreditarij, & ex pacto,n.120.
Releuium quid sit, cur, & quando soluatur? n.121.
Filij an succedant vti hæredes ad feudum donatum contemplatione matrimonij?n.122.
Feudi natura an possit mutari remissiuè,n.123.
Fideicommissum an, & quando possit super feudo ordinari,n.124.
Vniuersa ferè feudalis materiæ tractatio traditur remissiuè,n.125.
Feudum non potest in dotem dari absque assensu; quid de iure regni Neapolis? num. 126. & 127.et quid si mulier aliud nō habeat,n.128.
Refutatarius an teneatur refutantis creditoribus in actione personali? n.129.
Hypotheca an competat pro vita militiæ, & paragio super feudo?n.130.

Feudum donatum contemplatione matrimonij etiam absque assensu obligatur filio, & vxori pro æstimatione,& interesse,n.131.

Varia feudorum genera traduntrr,n.132.& 134.

Feudum mixtum an detur, & quodnam sit? n.133. 135.136.137.& 138.

Feudum antiquum, siuè paternum quodnam sit, & quodnam nouum?n.139.140. & 141.

Feudum planum,& de tabula, siuè rusticum quodnam sit?n.142.& 143.

Feudum planum non facit nobilem, numer. 144. & 146.

Paradogium quid,n.145.

Quaternatum feudum quale?,nu.147. & quid intersit inter feudum planum, & quaternatum, n.148.& an quodlibet à Barone concessum dicatur feudum planum, & concessum à Rege dicatur quaternatum?n.149.

Emphyteusis,& liuellus possunt fieri in feudo, nu. 150. & 153. et an ideò mutetur natura feudalis?n.151.et 152.

Feudum titulatum quid?n.154.

Adhoa *quid sit, vnde originem traxerit, et quomodo, et quãdo præstatur?n.155.159.et 160. et de eiusdem taxa,n.162.et 163.*

C*edularium quid,n.161.*

Adhoa *an debeatur pro iurisdictione portulaniæ, et siclæ,n.164.*

A*dhoæ solutio an minui,vel tolli possit? nu. 165. et an præscribi?n.166.167.168. et 169.*

Releuium, quid sit quomodo taxetur,et quando solui debeat? n.170.per 183.187. 188. et 189.

Feudi dominium an dicatur in emptorem translatum si non sit expeditus assensus, sed sit dictũ, fiat in forma? *nu.184.et 185.et quando creditores cum assensu obtento cum verbo fiat, non autem expedito, cæteris præferatur? numer.186.*

Releuium non debetur ex fructibus industrialibus, n.190.nec ex prouentibus Iurisdictionis,num. 191.& quid si fuerit alicui iurisdictio locata? num.192.

Releuium an debeatur pro niue, quæ fit in territorio feudali?n.193. an pro molendinis, barcherijs,carterijs,& alijs?n.194.

D.Octauius Orsinus *laudatur,n.195.*

Facti quædam species enarratur, n.196.

Voluntas testatoris seruatur vt lex in testamentis, num.197.

Interpretatio voluntatis fit ex proœmio sermonis, num.198.

Extensio, & argumentum à contrario sensu non sumitur in interpretatione voluntatis,n.199. & 200.

Nullus potest sumi intellectus, vel interpretatio vbi viget statutum,vt scriptura debeat ad literam intelligi,n.201.202. & 204. contra 203.& distinctio 205.& 206.

In claris non est locus interpretationi, n.207.

Relatio debet tendere ad proxima eiusdem speciei, num. 208. & ad ea quorum occasione tollitur superfluitas, n.209.

Sermo testatoris debet referri ad ea, quibus aptantur verba,n.210.

Referens censetur approbare, quod est in relato, num.211.

Argumentum de parte ad totum non valet in quãtitate,num.212.

Grauamen potiùs debet arctari, quàm ampliari, num.213.

Generalis sermo non refertur ad ea,quæ speciali indigent expressione,n.214.

Feudalia non comprehenduntur sub generali sermone, num.215. nec veniunt sub obligatione generali,n.216.nec sub generali fideicommisso,nu.217. nec veniunt sub generali appellatione bonorum,n.218.

In feudis non habet locum regula, si non valet, vt ago,valeat,vt valere potest,*nu.219.et 240.*

Dispositio testatoris quando ad feuda extendi possit?num.220.

Hæres in dubio debet præsumi minus grauatus, num.221.

Verba sunt referenda ad ea, quæ sunt in potestate disponentis,n.222.

In quolibet actu voluntas, & potestas debent concurrere,n.223.

Feuda non dicuntur in disponentis facultate esse, num. 224.

Voluntas interpretanda testatoris, vt non videatur voluisse,quod non potuit, n.225.

Feudum non potest diuidi per portiones inter filios diuersarum nuptiarum,n.226.

Testator non præsumitur voluisse frustratoriè disponere,n.227.& 228.

Nemo præsumitur eligere genus testandi, quo proprium iudicium impugnatur,n.229.

Voluntas testatoris interpretanda ità,vt magis valeat,n.230.

Substitutio in feudis fieri nequit,nu.231. proùt nec in actione ad feudum,nu.232.præcipuè dum non sit ad beneficium immediati successoris,n. 233.& 234.

Testatoris voluntas præsumitur iuri communi conformis, si testator non dixit velle vti priuilegio peculiari,sibi concesso,num.235.

Dispositio de corpore feudi etiam quoad æstimationem infirmatur,n.236.

Coniectura sumenda est pro actus validitate, num. 237.& pro eo sensu,cui magis sermo aptatur, num.238.

Ex his, quæ non fiunt non sumitur argumentum, vt aliquid actum fuisse dicatur, n.239.

In feudis non valet argumentum à maioritate rationis,n.241.

Grauamen in feudis debet clarè exprimi,n.242. & debet ideò probari,n.243. nam aliàs non præsumitur,n.247.248. et 249.

Quod debet exprimi, non probatur per coniecturas,n.244. et 245.

Vo-

Voluntas declarata in præfatione sermonis censetur semper in dispositione repetita, n.246.
Casus exceptus firmat regulam in non exceptis, etiam respectu feudalium, n.250.
De expresso grauamine ad non expressum extensio fieri non debet in feudis, n.251. & 252.
Clausula, caso che, *importat conditionem, n.253.*
Clausula, tunc, *restringit dispositionem, ideoq; non fit extensio de vno casu ad alium etiam verisimilem, n.254.*
Dictio etiam *est implicatiua, n.255.*
Hæres debet esse cum effectu, non autem tantùm verbis, num.256. & quisnam propriè dicatur hæres? n.257.
Fructus feudi considerantur vt allodiales res, numer.258.
Culpa vnius non debet alteri nocere, n.259.
Interpretatio illa recipienda est, propter quam verba reducuntur ad concordiam, n.260.
Vocati à testatore per nomen collectiuum minus censentur dilecti, n.261.
In odiosis non fit extensio, neque ex identitate rationis, n.262.
Dispositio testatoris, quæ deducitur in stipulationē, non causat nouationem, n.263.
Destructo fundamento, corruit ædificium, n.264.
Obligatio sine causa non tenet, nu.265. & propter dolum contracta est nulla, n.266.
Falsa causa vitiat contractum, fortius si alter ex contrahentibus aliter non contraxisset, n.267. & 268.
Factum proprium potest impugnari si agatur de damno vitando, & quando est contracta obligotio sine causa, n.270. & 261.
Transactio, & quodlibet pactum ex causa erronea nullum, n.272. & 285.
Errans non consentit, num.273.
Hæres potest reuocare defuncti promissionem, quam ille potuisset reuocare, num.274.275.277.& 278. etiam si fuerit geminata, n.276.
Constituens se debitorem nomine alterius non obligatur plusquam principalis, num.279. & ideò debet illius debitum præcedere, n.280.
Hæres non aliter tenetur, quàm seruata forma testamenti defuncti, n.281.
Hæredis persona non immutatur per ea, quæ à testamenti sui defuncti redundant, n.282.
Præceptum testatoris à fideicommissario seruandum, n.283.
Voluntas testatoris semper custodienda, n.284.
Assensus obreptitius, & subreptitius est nullus, num.286.
Obreptio est expressio falsi, n.287.

1 INter emphyteusim, & feudum maximam adesse similitudinem, & connexionem, tradidere *Molin.de iust.& iur. disput.*479. *num.*4.*Capyc.Latr.decis.*126.*tom.*2.*num.*13. & omnes, & ità vt ferè omnia, quæ dicuntur de
2 emphyteutica concessione, ad feudorum inuestituram soleant applicari, & quæ de feudo traduntur, confundantur cum dispositis pro emphyteusi, valeatq; de feudo ad emphyteusim, & de emphyteusi ad feudum argumentū, *Valasc.de iur.emphyt.quæst.*39.*nu.*19.*Cald.in eod.tract.lib.*1.*tit.de renouat. emphyt. quæst.*13. & *Capyc.Latr.to.*1.*dec.*46.*n.*27. Ideoque postquam diximus de emphyteusi, aliqua dicamus de feudo.

Dicturi itaq; de feudis, quæ traditis præcedenti capite affinia esse videntur, conferamus, nā ità res nostra exposcit, & quod lōgam faceret tractationem omittamus. Quare primū de hæreditario feudo, & de illo, quod vocant ex pacto videamus, (huiusmodi enim est feu-
3 dorum summa diuisio, & si mixta, antiqua,
4 noua plana, & de tabula, quaternata, proprium nomen habentia, & titulata alia sint feuda, vt mox *citan.Gallup. num.*1. tradidit ex *Iacobut. de Franch.in tract.de gener.feudor. Afflict.in* §. *& quia vidimus de his, qui feud. dare poss. Rebuff.in declar.arbor.feud.in consuet.feudor.*)

Et ad intellectum dicimus, feudum, & allo-
5 dium inter se differre, non dubitari, & vtriusq; signa ex *Montan. controu.*29.*n.*9.10.11.*&* 12. *Prat.discept.for.tom.*3.*cap.*34. *à num.*6. *& cap.* 21.*t.*4.*Roui.cons.*26.*lib.*2.*Lanar.in repet.*§.*huius autē generis, n.*146.*in quib.caus.feud.amitt. n.*139.*qui n.*144.examinat, & tradit nū feudi
6 potius signa, vel allodij præualeant simul cōcurrentia, *Hodier.controu.forens.cap.*47. *à nu.* 47.*Capyc.Latr.consult.*41.*tom.*1.*num.*1. *Galeo. controu.*7.*&* 8.*lib.* alijsq; percipi, feudorum
7 verò originem, & etimologiam à *Iul. Cæsar. Gallup.in metho.vniuers.iur.feud.par.*1.*in prælud.à n.*1.*per* 5.*Frec.de subfeud. in princ.* alijsq;
8 tradi, ac *Idem Gallup.* de feudi ex pacto, & prouidentia vocabulo dicit illud minimè fuisse feudorum iuribus expressum, sed à *Bulgaro, & Pileo* antiquis glossatoribus adinuentum, citat *Andr. in cap.imperialem*, §. *præterea ducatus, nu.*38. *vers.*'*& si dicatur de probib.feud.alen.per Frider. & Camer. in eod.* §.*lit.M. car.* 94. dixeruntque *Ardizo. in sua summa, & Capyc.Latr.consult.*23.*tom.*1.'*nu.*22.
9 qui per *numer.* 25. hoc nomen, quod dicit magistrale, in iure optimè fundari, docet, cum ex pacto, siuè consensu duorum feudatarij nempè, & Domini, eiusdemque munificentia feudum dicatur dependere, *Guliel.de Per.cons.*12.adeò vt ex primi acquirentis pacto, & industria, & concedentis prouidentia in descendentes transmittatur, vt post *Petr.de Gregor.*& alios dixit *Intriglio.de feud. cent.*1.*quæst.*51.*n.*197. Idemque de feudo hæ-
10 reditario dixit *Georg.alleg.*19.*nu.*24.eundem *Andr.* allegās *in cap.*1.*an agnat.*& si huiusmo-
11 di feudorum diuisionem, siuè distinctionem in hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia

facillimè probari respectu feudi hæreditarij per iura Romana in l.familiaria,& l.seq.ff.de relig.& sumpt.funer.& in l.ius sepulcri, C.eod. & feudalia in cap.1.qui success.tenean. in cap.1. apud quem,vel quos inuest.recip. respectu verò
11 feudi ex pacto in cap.1.de success.feud., habeatur ex cod.Geor.n.25.& 26.Capy.Latr.consult. 80.tom.2.num.65.& 66. Camer.Guliel.Per.& Ari.Pinel.ab eisdem cit.

Dicitur feudum hæreditarium illud, quod
Hic secundus casus purificatus non fuit, imò resolutus, ideò remanet in viridi primus, pro quo modò erit quæstio, hæc portio ad D. Alphonsum spectans, ad quem tendere debeat?

Nam cum id, quod spectauit ad D. Alphōsum vti vniuersaliter ad feudum institutum ex vna fuit feudum, & ex alia fuit portio siuè medietas in burgensaticis; consequens est, hanc portionem post mortem dicti D. Alphōsi diuidendam inter filias ex secundo matrimonio iuxta sensum naturalem, & ad literam, & de iure magis congruenter ad burgensaticum tendere videtur, quàm ad feudum vbi repugnantiam diceret, quod multipliciter suademus.

Et quidem primò; nam relatio non solum
208 tendere debet ad proxima, quæ sunt eiusdem speciei, *l.* 1.*§.alienatio, ff. quando actio de peculio, l. Plautius, de auro, & argento legato, l. si idem, §.finali, de iurisdiction. omnium iudicū, Clem.* 1.*§.ad hoc, de præbendis, Bellamera consil.* 612.*n.*6.*vol.*4. *Alex.consf.* 204.*nu.*5.*vol.*2. *Merlin.lib.*2.*controu.*48. *num.*8.

Sed etiam debet se referri ad casum, cuius
209 respectu dispositio, & relatio inutilis esse non diceretur, nec pateretur superfluitatem manifestam, *l.* 1. *de administr.tutor l.quod labeo, de Carboniano edicto*, latè *Crauetta cons.* 701. *num.*2.*volum.*4. idem *Merlin. loc.citat. num.*7. 8. & 9.

Hinc cū testator dixerit (*la portione spettāte a D. Alfonso*) esse diuidendam post eius
210 mortem, hæc portio debet se referre ad illa capita, quibus conueniunt, & verba aptantur, *Menoch.cons.*542.*num.*7.

Quapropter cum antecedenter ad literam obseruauerimus, D. Alfonsum in feudis hæredem vniuersalem totum habuisse.

In burgensaticis verò tamquam institutum simul cum D. Hippolita, & D. Ioanna, hanc speciem portionis habuisse, & retinuisse, eandem de nominationem portionis, quę in referente continetur, cum è contra refe-
211 rens censeatur continere, quod est in termino relato, *Soccin.cons.*77. *num.*6. & *consil.* 89. *n.*9. & *cons.*188.*lib.*1. *Barbos.tract.rer.axioma.* 201.*à n.*2. & *seqq.*

Ideò cum in termino relato burgensatica cōtineri videamus, optimo iure colligimus, filias ex secundo matrimonio post mortem D. Alphonsi ad burgensaticam portionem fuisse substitutas. Aliàs si ad feudum portio diuidēda se referre diceretur, secundum literalem sensum repugnaret, dum ibi D. Alphonsus tāquam vniuersaliter institutus, totum habuit: quapropter testator loquendo, dare portionē, non dicitur includere, & totum dare voluisse,
212 ideò argumentum de parte ad totum in quantitate non valet, fundat *Barbos. tract. var.tit. argument.iur.loc.*72. *num.*1. & 2. Imò cum grauamen, siuè substitutio sit odiosa, po-
213 tiùs restringi debet ad portionem expressā, quàm ampliari de portione ad totum, & vniuersum, *Bellon. de iur. accrescen. lib.*7. *quæst.* 15*nu.*6. *Amat. cons.* 19. *nu.* 36. & *sequenti*; eò magis cum hæc ampliatio esset in odium D. Alphonsi instituti, magisque prædilecti, testatorique coniuncti, tanquam germani fratris, quàm eius filiarum substitutarum sub nomine collectiuo vocatarum, ad quem.

Secundo suademus à fortiori: etenim locutio indifferens, & generalis non potest referri
214 ad ea, quę speciali indigent expressione, *l.ita itá apud labeonum, §.hoc edictum, ff.de iniurijs, Afflict.decis.*111.*nu.*9. *Menoch.cons.*250. *num.* 49.*tom.*3.*Merlin.lib.*2.*controu.*48.*numer.*4. Et
215 feudalia non comprahenduntur in generali sermone, & dispositione, nisi exprimantur, *Ann.alleg.*118.*n.*1. & 8. *Marcian.disput.*7.*n.*2. *Mantic.de tacit.lib.*4.*tit.*9.*num.*20. per *cap.*1.*§. in generali, si de feud.def.contr.sit.* ibi: *In generali alienatione vassalli feudum non continetur, nisi nominatim dictum sit*; & est consimilis *Text.in cap.*1.*de Capitan. qui Curt. vend. vbi gl.in ver.contineri*, vt latè fundat *Theodor. alleg.*25.*nu.*13.14. & 15. nec sub generali obli-
216 gatione feudalia continentur, *cap.*1. *de prohib.feud. alienat. per Lothar.* & *cap.* 1. *de prohib.feud. alienat. per Frideric.* nec sub generali
217 fideicommisso latè *Amat. cons.*8.*num.*6. nec etiam appellatione bonorum feudalia veniūt, *Rosent.de feud.conclus.*13.*cap.*9.*membr.*1. *nu.*9. & 10. *Amat.cons.*7. *num.* 18. vbi fuit facta di-
218 spositio in burgensaticis, & postea testator, dixit, *& altri beni, che mi spettano in qualsiuoglia modo*, & concludit, huiusmodi dispositionem ad feudalia non trahi. Imò nec etiam in
219 feudis locum habet regula, *Si non valet, quod ago, vt ago, valeat, vt valere possit*, *Camer.in cap.Imperialem fol.*9.*lit.G. Merlin.lib.*2.*contr.* 56.*nu.*28. Quapropter cum in hac loquutione portionis diuidendæ, nunquam de feudo expressè fuit loquutum; imò nec verba generalia, nec vniuersalia adsunt ad hoc, vt introire possi-

possimus ad illam quæstionem, vtrum vniuersalia verba comprehendant feudalia; sed solum testator per verbum particulare, & restrictiuè dixit, *che la portione si debba diuidere*: quod naturaliter, & de iure patet, sub dictæ portionis nomine feudum non venire. Hinc optimo iure colligimus hanc portionem di-
220 uidendam, ad feudum relationem non dicere non solum ex natura rei, sed etiam quia testatoris voluntas in hoc deficere videtur, fũdat *Amat. conf. 29. sub n. 8. verf. quarto respondetur, & n. 9. 10. 11. & 12.* quem rogo videri.

Ad quod etiam facit illa regula, per quam
221 habemus, in dubio hæredem debere censeri minus grauatum, quàm fit possibile, *l. vnum ex familia, §. si rem, de leg. 2. Galeot. lib. 1. controuerf. 59. nu. 2.*

Ideò dum hæc portio potest, & debet naturaliter tendere ad burgensaticum, non est ampliandа, eò magis per viam grauaminis, & fideicommissariæ substitutionis ad feudale absque vlla feudi expressione, ad cuius corroborationem.

Tertio suademus, nam ad hoc vt dispositio non reddatur inanis, semper verba indiffe-
222 rentia, referri debent ad ea, quæ sunt in disponentis potestatem, *l. Lucius, §. penult. ff. ad municip. cap. à nobis, vbi Abbas, de sentent. excõmunic. Bart. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit.* ità *Castrens. conf. 347. vol. 1. & consil. 389. vol. 2. Decius conf. 217. vol. 1. Peregr. de fideicomm. art. 36. nu. 83. Merl. contr. 48. num. 5. lib. 2.* quia voluntas, & potestas necessariò con-
223 currere debent in quolibet actu, idem *Peregrin. art. 33. post nu. 43.* ibi: *Deficiente potestate non est curandum de voluntate.*

Vndè cum feuda in nostro casu non solum
224 non sint expressè disposita, verum etiam neque in disponentis potestate dicantur *cap. 1. de success. feud.* ibi: *Nulla ordinante defundi in feudo manente, vel volente, Vrsinus de success. feudi p. 1. q. 6. art. 1. nu. 1. Amat. conf. 7. num. 32. Theod. alleg. 25. nu. 14.* vbi enim feuda ità nostra sunt, sicut burgensatica. Igitur hæc portio diuidenda ex omni parte ad feudum relationem dicere, non potest.

Et quod testatoris voluntas interpetrari debeat, vt nõ videatur voluisse, quod non po-
225 tuit disponere, & ideò non referatur ad bona feudalia, sed in eum casum, quo de iure testator facere potuit, in terminis fũdat *Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 14. & 15.*

Quartò nostram thesim ex alio confirmamus, etenim non solum dé feudo non datur dispositio, sed pro secundo repugnat etiam feudum diuidi inter filias secundi matrimo-
226 nij per portionem in Regno, vbi Iure Francorum viuimus, & solus primogenitus in eo dicitur vocatus *Georg. repet. feud. cap. 49. nu. 3. §. 6. & 8.* vbi ità decisum refert ex *Constit. Regni vt de success. Galeota lib. 1. contr. 50. nu. 21. Vndè cum etiam feudum diuidi in portionem, repugnat loquendo testator de portione diuidenda, non debet hæc portio ad feudum referri,* nam esset frustratoria dispositio, & præsumi non
227 debet, testatorem frustratorie disponere voluisse, *l. 1. in fine, ff. de ad municip. l. vnica, C. de thesauris lib. 10. Nouar. super pragm. 10. de officio iudicium, n. 65.* faciẽdo inutilem dispositionem, *l. titia cum testam. §. 1. l. mæuius in princip. ff. de leg. 2.* & vtendo frustratoria potentia,
228 quæ ad actum peruenire non potest, *l. multũ interest, C. si quis alteri, Amatus conf. 8. nu. 3.* Cum non credatur quisquam genus testandi
229 eligisse, quo iudicium suum impugnetur, *l. 3. ff. de milit. testam.* Imò è contra testatoris vo-
230 luntas interpetrari debet, vt magis valeat, quàm pereat *l. vbi est verborum ambiguitas, ff. de rebus dubijs,* hinc pernecesse sequitur, ad burgensaticam hæreditatem portionem diuidendam referri debere, vbi nulla repugnantia in dispositione dicitur inesse.

Imò pro quinto aliam repugnantiam adducimus: nam cum dictæ filiæ ex secundo matrimonio in hac portione dicendæ fint vocatæ post mortem D. Alphonsi per fideicommissariam substitutionem, & hæc portio diceret relationem ad feudum, sequeretur non solum dari diuisionem, sed etiam substitutio-
231 nem in feudis, quæ dari non potest, *de Marinis lib. 2. resol. 218. ex pragm. 4. de feudis in cap. 6. & Conf. Stayban. resolut. 99. num. 31.* vbi
232 fundat nec etiam in actionibus ad feudum, ex *Frãch. dec. 153. n. 25. in fin. verf. substitutio, & n. 26.* eò magis dũ non agimus de cõmodo ad
233 beneficium immediatè successoris, qui erat D. Hyppolita filia primogenita D. Alphonsi ex primo matrimonio, proùt disposuit *pragm.*
234 *36. de feud.* tantò magis dum testator expressè nec etiam loquutus fuit de gratia se
235 velle vti. Vndè cum testatoris voluntas iuris dispositioni vniformis censenda sit, *Bart. Rip. & cæteri in l. hæredes mei, §. cum ità, ff. Trebell. cum similibus, Anna conf. 29. num. 12. Capyc. Latr. consult. 112. num. 43.* per necesse sequitur, testatorem substitutionem in portione faciendo, de burgensatico, in quò substitutio absque vlla iuris repugnantia cadere potest, non verò de feudo, in quo aderat prohibitio, intellexisse.

Sexto dicimus, posito quod dispositio de corpore feudi non valet, nec etiam quoad æstimationem locum vindicare potest: nam præscindendo ab altercationibus iam diù inter *DD.* excitatis, quæstio fuit iunctis Tribunalibus S.C. & Regiæ Cameræ cum interuentu Domini Lopez Gusman olim in hoc Regno Generalis Visitatoris, postea decisa in causa
236 illorum de Soriano, vbi decisum fuit, æsti-

ma-

mationem non deberi, vt referunt,& fundant *Amat.cons.7.num.34. & consil.8.nu.25. & 26. Anna allegat.125.nu.14.& 126.nu.1. & 127. num.16.in fine Stayban.resol.99.num.40. vsque ad 48.cum infinitis, Theod.alleg.80.nu.51.Lanarius in additione ad repetitionem feudalem Lanarij in cap.1.de success.feudi à num.40. vsq. ad 43.* Quapropter dum portio diuidenda ad feudum relationem dicere non potest, non solùm, quia expresse de feudo loquutum non fuit, sed etiam quia si fuisset expressum,de eo dispositio, & diuisio in portionē repugnaret, & nec etiam quoad æstimationem sustineri posset.Hinc ne Testatoris dispositio inanis,&
237 informis reddatur, coniecturâ capienda est,vt actus firmus,& validus remaneat:& vbi potest actus de valido,& inualido intelligi,intelligitur de valido fuisse peractum, *l.si seruus §.1.ff.de fideiuss. Nouar.super pragm.10. de offic.iudic.num.46.*& ideò per necessè secundum literalem, & legalem sensum ad burgensaticum relationem dicere oportet illa portio di-
238 uidēda,ad quod naturaliter portionis sermo magis adaptatur,& applicabilis est per *Text. in l.si tam angusti de seruitutibus, & in l.via de seruitutib.rusticorū,& in l.insul.de præscript. verb.* ibi, *Inanis dispositio dici non potest.*

Et quamuis feudatarius feudum grauare potuisset; tamen nostro in casu huiusmodi grauamen non videmus, dum Testator solum vt supra dixit (*Che la portione spettante à D. Alfonso, si debbia diuidere*) Quapropter ex his,
239 quæ gesta non fuerunt, non potest argui, aliquid factum fuisse, ad *Text.in l.lege, ff.de contrah.empt. Anchar.cons.302. num.9.* cum alijs apud *Peregr.cons.79.num.83.lib.1.*& plenè *Casanat.cons.4.num.33.& 34.Menoch.de præsumpt.lib.1.quæst.23. num.1.* & eò fortiùs
240 cum in feudis nec etiam locū vindicet illa regula,*Si non valet quod ago, vt ago; valeat,vt valere potest, R.Merlin.lib.2.contran.59.n.28.*
241 & nec etiam argumentum à maioritate rationis in feudis procedit,*de Pont.de pot.proreg. tit.de refut.feud.num.5.& 6.*nam in feudis cōsideratur nudum factum.

Imò ex alio suademus: nam grauamen non solum vti odiosum strictè est intelligendum, sed eo magis in feudis in dubio nunquam præsumitur, dum in eo præci-
242 sè requiritur expressa dispositio, *Theodor. alleg.25.nu.13.& sequenti. Gramat. decis.101. num.11.*

Ideò, qui se fundat,esse vocatum in graua-
243 mine, illud expresse adducere debet, *l.2. ff. de probat.l.actor. C.eodem, Amat.consil.7.nu.2.*
244 & quotiescumque lex non est contenta, nisi exprimatur, non est recurrendum ad tacitum per coniecturas, *Iason.in l. Prætor ait, ff. de non. oper.nunc.* vbi licèt conclusionem firmet, quod mens tacita ex coniecturis collecta, pro expressa habetur, tamen limitat *num.6.* cum aliquibus fallentijs, quarum prima est, non procedere dictam conclusionem,cum aliquid
245 requiritur expressum verbis,& pro forma, latè *Lanarius consil.60.num.128.Peregrin.de fideicomm.art.3.num.89.* qui ait, vbi lex requirit, aliquid expresse fieri, specialis requiritur expressio,nec sufficit, id per verba generalia declarari.

Eò magis, dum in hoc viget vnica iuris dispositio cum expressa testatoris voluntate,qui noluit, coniecturas in sua dispositione locum vindicare, vt in proemio Testamenti ex illis verbis, *Ad literam senz'altra interpretatione*, etenim litera illa dicitur, quæ oculo corporali cerni, & legi potest, vt supra fundauimus: quapropter cū,feudum fuisse grauatum,oculo corporali non legamus, hinc tàm ex dispositione iuris, quæ expressam dispositionem re-
246 quirit, quàm ex annexa Testatoris voluntate in præfatione, quæ intelligitur in sequenti repetita, *l.item quia, §.idem Iuliano, ff.de pact.* feudum ex coniecturis grauatum, induci nequit.

Imò si coniecturę locū in nostra Thesi sibi vindicarent, potiùs nostram sententiam confirmant, quàm opinioni aduersæ faueant.

Et quidē primo patet ex illa regula,vbi Testator voluit feudū grauare in alijs casibus,ibi expresse dixit (*grauo D.Alfonso, che debba pagare la metà del feudo à D. Ippolita, & à D. Giouanna*)vnde cū ita expresse non dixerit ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio D.Alphonsi; Clarè colligimus,noluisse ad eo-
247 rum beneficium vllum grauamen in feudo apponere, *l. vnica §.fin autem C. de caducis tollend. Soccin.senior cons.224.num. 4. lib. 2.& cons.69.num.5.lib.3.Gabriel cons.117.n.36. lib. 1. Paris.cons.87.nu.44.lib. 2.* & pulchrè *Amat. cons. 7.num.2.* Eo magis dum Testatori, si voluisset,facilè erat exprimere; Ideò dum non expressit, pro vt fecit in similibus, Censetur hoc in casu voluisse pro dictis filiabus feudū
248 grauare, *l.cum virū, C. de fideicom. Aldouin. cons.20.num.169.Costa de scientia inspex.71. n. 1.* alienumque ab eius intensione fuisse, latè fundat *Palma cons.89. nu. 1.*
249 Et in terminis nobis fauet idem *Amat.cons. 7. à nu.19.vsque ad 21.* quem rogamus videri.

Secundo ponderamus etiam illa verba immediatè à Testatore in eadem oratione apposita, quæ gladium in radice ponunt v3.

E caso,che *la primogenita, del secondo matrimonio si casasse con il figlio del Sign. Duca di Noia,ò suo figlio primogenito*, all'hora voglio, & ordino, *che d. Sign. D.Alfonso debba dare di detta mia heredità à detta figlia primogenita docati 15. m. & alla secondogenita del detto matrimonio doc. 5.m.e per questa quātità grauo d.Sig. D. Alfonso anco sopra detti beni feudali.*

Ca-

Casus iste licet non fuerit verificatus, tamē hinc magis supra dicta nostra sententia explicatur, illaque in tuto constituitur.

Et patet; nam primo dicimus, huiusmodi casum esse à primo exceptum, vbi Testator de portione diuidenda loquutus fuit; & casus exceptus firmat regulam in contrarium in
250 non exceptis, *Camer. cap. 1. de nat. success. feud. lectur. 30. num. 17. l. 1. in fine, ad municip. Theod. alleg. 26. num. 12. in fine, & 13. l. nam quod, l. quidem ff. de pen. legat. Dec. in l. 1. num. 26. de regulis iuris. Couar. variar. resol. lib. 2. c. 5. num. 4.* Ideo cum in casu excepto expresse Testatorē feudum grauare voluisse videamus, consequens est, quod è contra in primo casu non excepto, vbi de portione tantum locutus fuit, grauare noluisse, colligamus: nam dum in indiuiduo dictus vnus casus exceptus est, ab expresso de grauamine feudi, ad non expressū
251 extensio fieri non debet *Ang. in l. 1. §. 1. & in l. pater filium, ff. de vulgar. & pupil. Soccin. iun. cons. 140. colun. fin. volum. 1. & cons. 259. col. 3. vers. aliquando Alex. cons. 84. n. 17.*

Secundo Ex alio hoc confirmamus, reassumendo de nouo regulam, quod vbi primo voluit, non solum in similibus Testator feudū grauare ad beneficium D. Hippolitæ, & D. Ioannæ expresse dixit, sed etiam in specie, vbi grauare ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio voluit in casu conditionato in specie, expresse similiter dixit, quàpropter cum in alio casu puro, & non excepto, loquendo de portione pro ijsdem filiabus ex secundo
252 matrimonio, ità expresse, prout requirebatur non dixit, etiam grauo, clarè patet consultò Testatorem, ibi feudum grauare noluisse *Amat. cons. 7. n. 2.*

Tertio Suademus, ponderando quidditatem verborum in excepto casu, & videmus primo incipere Testatorem. *Et caso che*, quæ clausula
253 facit actum conditionalem *Barbosa tract. var. claus. 15.* Vnde cum in conditionali casu, & restrictiuo feudum fuerit expresse grauatū, in alio casu puro, loquendo de portione, vbi non expressit, non intelligitur testator feudum grauasse: Secundo videmus testatorem dicere: *All'hora uoglio, & ordino*, quæ clausula (tunc) restringit dispositionem ad casum expressum, & vlterius ad aliud etiam ex verisi-
254 mili, & coniecturata mente testatoris non extenditur, fundat *Surdus cons. 448. num. 3. Peregr. de fideicomm. artic. 12. num. 65. Capyc. Lat. decis. 108. & Dom. meus Cons. Hodiern. ad Surdum decis. 37. num. 48.* & prosequendo testator dixit, tunc illo in casu, *che detto D. Alfonso debba dare di detta mia heredità.*

Qua propter, notamus, Testatorem non dixisse de portione spectante ad D. Alphonsum, prout dixerat in primo casu puro, sed dicit, de mea hæreditate soluat duc. 15. m. *à detta figlia primogenita del secondo matrimonio, & alla secondogenita duc. 5. milia* ordinando solutionem tàm ex burgensatico, quàm ex feudali. Imò per priùs considerauit, solutionem de burgensaticis esse faciendam, & casu, quo non sufficerent, patet in hoc Testatorem ad supplendam dictam quantitatem deficientem, adiunxisse grauamen in feudo cum dictione, etiam, dicendo v3. *e per questa quantità grauo d. D. Alfonso anco sopra detti beni feudali.*

255 Quæ dictio, etiam, dum est implicatiua ad *tex. in l. etiam, ff. sol. matrim.* & implicat, & includit maiora, & diuersa ab expressis ad *tex. in cap. tanta, de simon. & in cap. grauis, de sent. excom.* refert *de Ponte cons. 19. num. 5. lib. 1.* quotiescumque hæc dictio, etiam, solum videtur apposita ad augendum in casu conditionato, dicendo Testator, *Anco grauo*, pernecesse ad hoc, vt augeat, & maiora, & diuersa ab antecedentibus includere dicatur in hoc casu conditionato, & excepto, affirmare debemus, quod per prius in antecedenti casu puro, vbi de portione diuidenda fuit locutum, ibi de grauamine feudi per Testatorem penitus fuisse cogitatum, sed ibi libere ad beneficium D. Alponsi fuisse relictum.

Imò ex euidenti mathematica demoustratione colligimus, in omni casu, tàm puro, quàm in illo excepto, & semper, testatoris mentem fuisse aliquid libere, & absque grauamine fuisse relictum ad beneficium D. Alponsi.

Et patet, nam cum in dicto casu conditionato testator voluerit de sua hæreditate solui duc. quindecim mille ad beneficium primogenitæ ex secundo matrimonio, & alios duc. quinque mille ad secundogenitam: euenit quod solutis dictis ducatis 20. m. per D. Alphonsum non remanebat aliud grauamen, & propterea residuum hæreditatis liberum penes D. Alphonsum remanebat, nam vel dicti duc. 20. m. soluebantur ex burgensaticis, & feudum non erat necesse supplere, & remanebat absque grauamine ad beneficium D. Alphonsi. Vel burgensaticum non erat sufficiens, & hoc in casu feudum vti grauatum cum dictione, etiam, tenebatur ad id, quod deficiebat, supplere, & tunc remanebat saltim residuum pretij feudi liberum, dum solum feudum absque burgēsatico poterat soluere duc. 20. m. Igitur vnitum cum burgensatico semper remanebat, vel totum, vel residuum feudi liberum penes D. Alphonsum.

Hinc dum aliquid liberum remanebat penes dictum D. Alphonsum, etiam in casu excepto, expresso grauaminis, qui erat casus magis cogitatus à testatore, vbi incumbebat pro eius familiæ conseruatione; Quid mirū est dicere, in casu non excepto, vbi loquutus fuit de simplici portione, & non fuit expresse grauatum feudum, & minus à testatore prædile-

ctus,

ctus, illo in casu feudnm penes D. Alphonsum absque grauamine, & liberum fuisse relictum? aliàs sequeretur, melioris conditionis esse casum à Testatore minus, quàm magis dilectũ, quoties diceretur, D. Alfonsum grauatum in casu primo de restituendo fuisse tàm burgensaticum, quàm feudale ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio.

Et hoc etiam in dubio secundum ciuilis, & naturalis dispositionem suademus, nam certum est, D. Alfonsum hæredem vniuersalem
256 fuisse in feudis institutum, quod intelligi debet cum effectu, & non verbotenus, vt dixit *Amatus conf. 7. num. 10. ex l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quis. Iur. cap. relatum de cleric. nõ resident. l. penult. §. docere, ff. nequis eum, Decius consf. 176. num. 2. vers. & vlterius*; Et propriè hæres dicitur in eo, quod apud insti-
257 tutum remanet, non autem in eo, quod alteri restituere grauatur, *l. non amplius 26. & l. ciuitatibus 125. §. fin. ff. de legibus*, ibi, *Quoniã nihil ex testamento, videtur capere, quin tantum erogat, quantum percipit, l. 2. §. illud tenendum, ff. de hæreditate, vel act. vendita, & late Iason. in l. non amplius, ff. de legibus, idem Amatus num. 11.*

Quapropter si D. Alfonsum in dubio diceremus fuisse grauatum post mortem non solum in brugensaticis, sed etiam in feudo, sequeretur, solum in fructibus penes cum remanentibus, fuisse institutum; fructus enim feu-
258 di, vti Burgensatici considerantur, vt post *Iserniam* explicat *Camec. in cap. Imperiale fol. 17. columna 4. litt. T.* & a fructibus ad corpus feudi frustra arguitur, vti constat ex traditis per *Andream in cap. si duo Fratres, vers. licet autem, de duobus fratribus de nouo benef. in vers. & per Camerar. loco citato*, ita *Amatus num. 15. & 16. fundat.*

Ideò dicendum, frustra D. Alphonsum fuisse hæredem vniuersalem in feudis institutum, sed solum in Burgensaticis fructibus, & proptereà hæc in dubio relatio ad feudum notoriam repugnantiam etiam diceret institutioni vniuersali feudi, expressè factæ per testatorem ad beneficium D. Alphonsi.

Sed hæc nostra conclusio magis elucescit ex alio Capite Testamenti, *n. 5.* annotatione digno, vbi Testator voluit post quatuor menses à die eius mortis, quod dictus D. Alphonsus deberet soluere, cedere, ac assignare D. Hyppolitæ, & D. Ioannæ Dotes maternas illarum secundum laudum quond. Constantini Casari, & Caroli à Mangrellis, & quod plus est absq; deductione meliorationum, prætensarum per D. Alphonsum: aliàs in casu cõtrario teneretur Don Alphonsus soluere dictis sororibus totum pretium feudi, illud liquidando in ducatis 30 m. vt fol. 166. àt. lit. A. B. C. patet.

Hinc ex naturali, & recta demonstratione colligimus, feudum non fuisse grauatum pro filijs ex secundo matrimonio, sed liberum penès Don Alphonsum fuisse relictum, & patet.

Nam quoties per prius illo in casu puro Testator intellexisset pretium feudi relinquere ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio; Quomodo postea dari poterat rationabiliter casus, quod ex mora, & culpa dicti Alphonsi venirent exclusæ dictæ filiæ ex secundo matrimonio? dum culpa vnius non
259 debet alteri nocere, *l. sancimus, & ibi, Gl. C. de pœnis.*

Imò pro secundo ex alio fuisset etiam irrationabile, per Testatorem dici, D. Alphonsũ, etiam absque detractione propriarum meliorationum, debuisse soluere Dotes prædictas ad finem non soluendi integrum feudi pretiũ D. Hyppolitæ, & D. Ioannæ dum etiam in casu contrarij pretium non remanebat penès Don Alphonsum, sed fuisset soluendum filiabus ex secundo matrimonio?

Vndè admittendo interpretationem, vt verba ad concordiam reducantur, quod in
260 qualibet dispositione est obseruandum, vt dicit *Amat. consil. 20. num. 14.* iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. idem quæsiuit, num. 4. ff. de Condic. Indeb. Dec. consil. 211. num. 4.* & aliorum; per necessè naturaliter, & rationabiliter, prout est de Iure, etiam ad euitandum absurdum, erit credendum, Testatorem, vt homo prudens disponendo, cogitasse, feudum non fuisse grauatum in beneficium filiorum ex secundo matrimonio, sed liberum penès Don Alphonsum fuisse relictum, aliàs absque propria culpa feudo in pœnam veniret priuandus.

Et quod D. Alphonsus extra casum exceptum, grauamen in feudo pro dictis filiabus non habuisset, naturali, & ciuili etiam rationi videtur consentaneum, nam D. Alphonsus erat germanus frater Testatoris, poterat masculos habere, si non in actu, saltim in potentia, fuit expressè per nomen proprium vocatus hæres vniuersalis in feudalibus, & proptereà prædilectus, tanquam magis coniunctus, quàm eius filię ex secundo matrimonio, quæ
261 vix per nomen collectiuum fuerunt à Testatore vocatæ in portione, ideò minus dilectæ, ex *Amat. conf. 36. num. 6.* vbi facit *Textus in l. cum ità 33. §. in fideicomm. ff. de legat. 2.* ideò loquendo Testator de portione, quæ ad Burgensaticum coherenter relationem dicere potest, ad illud restringi debet, & non ad feudale, cum etiam in D. Alphonsi odium extensio in dubio diceretur, quod etiam ex identi-
262 tate rationis in odiosis fieri nequit, vt dixit *Anna consil. 74. num. 16.*

Ex quibus omnibus ex omni parte colligimus

mus, quocumque filiæ ex secundo matrimonio se vertant ex naturali, ciuili, & litterali Testamenti sensu semper malum ius pro eis ex Testamento quond. Ducis D. Federici super feudo assistere.

Exclusis igitur Filiabus super feudo vigore Testamenti quond. Ducis D. Federici, elisum etiam remanet Instrumentum pro cautela Testamenti confectum per D. Alphonsum hæredem ad earum beneficium, assensusque super eo expeditus.

Et patet, nam D. Alphonsi obligationem, siuè Promissionem non legimus figgere pedes de per se ex D. Alphonsi dispositione, vel donatione, sed in executionem dispositionis qu. Ducis D. Federici, ad illius cautelam, vt expressè legimus in *d. Instrum. fol.* 152. *litt.* A. *&* B. imò etiam in dubio quoties dispositio defuncti deducitur in stipulationem non videtur facta nouatio, sed potiùs illa promissio fa-
263 cta ad cautelam dicitur, vt decisum refert *Maresc. ott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 56. *num.* 9. *Capyc. Latr. consult.* 120. *n.* 32. 33. *&* 34.

Et cum D. Alphonsi obligatio expressè tẽdat ad executionem, & cautelam Testamenti, dicendo relationem ad illud, vt ex illis verbis *fol.* 151. *litt.* O. ibi *Sin come si legge dal.* 3. 4. *&* 5. *Capo di detto Testamento*, & in dictis Capitibus v3. *in* 3. *&* 5. *Cap.* non loquitur de dictis filiabus, sed de D. Hyppolita, & D. Ioanna, *& in* 4. *Cap.* Testamenti Ducis D. Federici, præter casum exceptum demonstrauimus nũquam Testatorem voluisse, & intellexisse grauare, & relinquere feudum ad beneficium filiorum secundi matrimonij, per consequens corruit obligatio, & promissio D. Alphonsi;
264 Primo ex illa regula destructo fundamento obligationis corruit ædificium, *Cap. cum Paulus p. quæst.* 1. *l. cum qui ædes, ff. de vsucap. dum obligatio non habet vbi figgere pedes*.

Ad cuius corroborationem secundo cum dilemmate dicimus, remoto Testamento, vel hæc Don Alphonsi obligatio fuit sine causa, vel ex falsa causa, & assertione non vera, & ex errore Inita; quocumque pars se vertat, nullius roboris promissionem esse, dicimus.

Et patet, nam circa primum videmus, obligationem D. Alphonsi non habere causam ab eo per viam donationis, & promissionis tamquã de re sua disponendo, sed in executionem, & ad cautelam Testamenti, vnde dum non aderat grauamen in Testamento, & quid erant cautelandæ dictæ ex secundo matrimonio filiæ super feudo pro executione testamenti Ducis D. Federici, ideò cum promissio D. Alphonsi non potessit assumere causam à D. Alphonso disponente, nec à testamento quond. D. Fede-
265 rici, remanet obligatio sine causa, quæ non tenet *Valenz. consf.* 173. *n.* 18. *&* 19. *& cõs.* 112. *n.* 82. *&* 88.

Circa secundũ, vel causa est falsa, & assertio non est vera, dum promissionis D. Alphonsi causa fuit pro cautela testamenti, credendo, in testamento adesse feudum in omni casu grauatum pro filiabus secundi matrimonij, & cum testamentũ non contineat hanc dispositionem, ideò obligatio D. Alphonsi in-
266 nixa prædictæ falsæ assertioni, & credulitati, ex qua resultat dolus, qui dicitur dedisse causam dictæ obligationi erit ipso iure nulla, & inualida *Consil. Stayban. resolut.* 64. *num.* 28. *l. si quis affirmauerit* 19. vbi *Bart. ff. de dolo Lanarius consf.* 73. *nu.* 20. 21. *&* 24. *Amatus consil.* 58.
267 *num.* 8. *&* 9. nam falsa causa vitiat contractum, *Peregrin. consil.* 8. incipit prosequendo *num.* 5. *Decius consil.* 317. *nu.* 2. eo magis dum
268 D. Alfonsus aliter non contraxisset (dum non dicit, & quatenus opus sit donat, sed solum ad cautelam testamenti) *Bald. & alij in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. oblig. & gl. in l. eleganter, ff. de dote, & ibi Bart. num.* 4. *& D. D. omnes in l. diuortio, ff. de verb. oblig. & Bart. in l. falsa demonstratio in* 4. *quæst. ff. de condit. & demonstr. Gizzar. decis.* 81. *num.* 11. *& latè num.* 16. quapropter cum testamentum hoc non dicat, D. Alphonsus obligationem non fecisset.

Imò circa 3. si ex alio loquimur respectu personæ D. Alfonsi, & dicimus ad hanc promissionem sine causa, & per falsam assertionẽ,
269 & credulitatem D. Alfonsum ex errore fuisse inductum, dum aliter se habet, in testamento Ducis D. Federici, quam assertum est per D. Alfonsum, *l. de ætate*, §. *fin. ff. de interrogat. act. l. si post decisionem, & ibi Iason. num.* 3. *ff. de iuris, & facti Ignorantia. Rossent. de feudis p.* 1. *cap.* 6. *concl.* 68. *in Glos. in litt. S. fol.* 316. *vbi* fundat cum infinitis *Capyc. Latro consult.* 113. *num.* 20. *vbi num.* 21. 22. *&*
270 23. ampliat etiam in facto proprio, quando agitur de damno vitando ex *Surdo consf.* 202.
271 *nu.* 13. *vol.* 3. *& alijs*, & præcipuè promissio sine causa, quod presumatur per errorem facta *Valenz. consf.* 173. *num.* 19. *in fine, DD. in in cap. si cautio de fide Instrum. Cephal. consf.* 108. *num.* 9. *tom.* 1.

Et hinc sequitur transactionem, vel quod
272 libet pactum ex erronea causa initã, seu initum, esse nullã, vel nullũ, *Rolan. a Valle cõs.* 13. *sub num.* 28. *vers.* 3. *& seq. lib.* 1. *Capyc. Latro d.*
273 *consult* 113. *num.* 15. *&* 19. nam errans non consentit, *Surd. d. consf.* 202. *n.* 10. *& seq.*

Imò sicuti D. Alfonsus defunctus poterat
274 allegare errorem, & reuocare suam promissionem, ita eius hæres, textus est expræssus in *l. non id circò, C. de Iuris, & facti Ignorantia, cum adductis per Surdum consf.* 167. *nu.* 18. *vol.* 2. *& l. si quis à filio*, §. 1. *num.* 6. *ff. de leg.* 1. *ibi Iason.* §. 1. *num.* 6. *Berous consf.* 60. *vol.* 2. *& idem Capyc. Latro dicta consult.* 113. *num.* 25. *& Af-*

& Afflictus decis. 233. *& ibi addentes, Carauita, Pisanell. & Vrsillus nu.* 1.

Et pulchrè *Bardell.cons.*94.*lib.*1. *à nu.* 117.
275 *vsque ad vltimum*, quem rogo videri, vbi in specie loquitur de hærede, qui declarauit in publicis documentis, se alienasse bona stabilia hæreditaria, ac supposita fideicommisso, & tamen sub nn. 17. reiectis contrarijs concludit huiusmodi confessionem, constito de non existentia fideicommissi, nihil efficere, vt inducatur fideicommissum, ex eo, quia huiusmodi confessio tanquam erronea facta censetur, pro-
276 indeque, etsi geminata fuisset, confitenti non nocet ex *Alex.in cons.* 202. *num.* 8. *Surdo cons.* 345. *num.* 16. *&* 17. & in puncto, quod confessio ob errorem iuris in fideicosso non offi-
277 ciat, testatur *Preta de interpet. vlt. volunt. fol.* 122. *col.* 3. *num* 6. *Decian. in cons.* 10. *num.* 85. *vol.* 3. *idem Surdus cons.* 403. *num.* 77. *Peregr. de fideicom. art.* 43. *num* 6. *&* 7. Ex quo idem
278 *Bardell. num.* 22. subdit etiam, clarum esse, hæredem posse detegere, & reuocare confessionem erroneam defuncti, prout potuisset defunctus, cum vna, & eadem persona censeatur. Et præcipuè quando talis error ex facie publicarum scripturarum probatur.

Ideò cum nostro in casu clarè videatur ex publicis documentis, vt est testamentum D. Federici, ad beneficium dictorum filiorum ex secundo matrimonio non fuisse fideicommissariam substitutionem appositam super feudo, non est vt ratio habeatur de confessione tanquam erronea facta à D. Alphonso in prætenso instrumento, Et successiuè optimo iure innititur D. Hippolita hodierna Ducissa hæres dum ac reuocat confessionem eius defuncti tanquam erroneam.

Et quod nostro in casu non debet attendi dicta obligatio D. Alphonsi, sed testamenti D. Federici lectura.

Ex alio dicimus; constituens se debitorem
279 nomine alterius non dicitur obligatus in plusquam principalis tenebatur *l. cum qui ephesi,* §. *quod exigimus,* vbi *DD. ff. de constit. pecunia,* & licet possit quis pro alio se debitorem constituere, id tamen locum vindicat, cum
280 præcedit debitum *Mantic. de tacitis, & ambiguis tit.* 2. *lib.* 19. *sub num.* 1 latè *Capyc. Latr. consult.* 120. *a num.* 16. *vsque ad* 20. *& seq. per totum* vbi agit de eo, an hæres, qui aliter, quam testamētū dicebat, se obligauit teneatur, & de-
281 inde cōcludit non teneri, nisi seruata forma testamenti, & *n.* 75. *idem Capyc. Latro ex l.* 1. §. *si sub condit. ff. vt legati nomine caueatur* dicit, hæredem obligatum pure, dum sub conditione erat legatum, non teneri nisi adueniente tempore purificatæ conditionis non obstante, quod purè se obligauit, imò subdit, quod si deficeret conditio, hæres non tenetur illud sol-
282 uere, sed possit opponere omnia, que ex testamento resultant, & ex persona hæredum conditio non inmutatur *Vrsin. de succ. feudali post* 3. *quæst.* 4. *art.* 3, *num.* 9. *fol.* 116. *per l.* 2. §. *ex his, ff. de verb. oblig. & ibi glos. verb. immutatur, Valenz. cons.* 15. *num.* 25. *& cons.* 21. *n.* 84.

Imò dicimus etiam, ordo, à testatore præ-
283 scriptus, est omninò seruandus, nec alterari potest à fideicommissario *Thesaurus quæst.* 34. *num.* 11. *lib.* 1. Ideo cum D. Federicus testator præscripserit ordinem super grauamine feudi, vbi voluit, & dixit expressè, prout requirebatur, non poterat per D. Alphonsum hæredem fideicommessum, & grauamen in alio casu al-
284 terari; sed testatoris voluntas erit ad vnguem custodienda, quę tanquam lex, & regina dominatur, §. *disponat, Auth. de nupt. l. in conditionibus, ff. de condition. & demonstr.* quapropter ex omni iure repugnat, D. Alphōsum hæredem voluisse facere substitutionē, seù fideicommissum nomine D. Federici testatoris, & grauamen in feudo apponere, vbi testator non apposuit, tempore, quo legimus, D. Alphonsum non ex se tanquam de re sua disponentem, voluisse consulere, promittendo, & donando ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio, sed solum credens ex errore ductus, quond. D. Federicum ità disposuisse. Vndè cum ex his omnibus supradictis, clarè demonstrauerimus, Ducem D. Federicum, tàm ex aperta eius voluntate, quàm ex coniecturis, & indubitatis iuris conclusionibus nunquam de feudo fuisse loquutum, & ad illius dispositionem nunquam suam voluntatem accomodasse, pernecesse sequitur, obligationem D. Alphonsi hęredis, factam ad cautelam testamenti super feudo ad beneficium filiarum ex secundo matrimonio, non habentē, vbi figere pedes, vti sine causa factā, vel ex falsa, causa, &
285 assertione non vera, vel vti erronea, nullius roboris esse Iudicandam, prout etiam in terminis *Decian. cons.* 10. *à num.* 80. *vsque ad vlt. tom.* 3. *probat.*

Ex his omnibus denique fundatis clarè colligimus etiam nullitatem assensus super d. Contractū D. Alponsi expediti.

Ad cuius nullitatis demonstrationem, diximus dū patet, assensum fuisset expeditum sub prætextu, quod per Ducem D. Federicum in omni casu feudum grauatum fuisse pro ducatis quindecim mille ad beneficium D. Catarinæ, & D. Ceciliæ Carafa nempe pro duc. 7. m. pro qualibet, vt asseritur in assensu fol. 147. lit. B, & D, propterea cum in testamento quond. Ducis D. Federici hoc non legatur, non solum expresse, prout requirebatur in feudo, sed etiā per coniecturas contrarium demonstrauimus, & alienum fuisse à testatoris voluntate, per necesse sequitur, obligationem D, Alfonsi hæredis, tanquam sine causa, & erronea, vel sine

causa, & assertione non vera inita, nullam fuisse.

Hinc sequitur, assensum, qui in pura, & nuda facti veritate contineri debet, figendo
286 pedes super dicto contractu D. Alphonsi, subreptitium, & obreptitium dicendum esse; & proptereà nullum esse iudicandum, *Staybau.resol 64.num.57.& resol, 1.num.55.56.& 57.* fundans nullitatem locum non vindicare in Regno ex illa clausula (prout in casu nostro *fol.* .) nempè *veris existentibus pranarratis.*

Nam rescriptum gratiosum ipso iure vi-
287 tiatur tàm per subreptionem, quæ est taciturnitas veri, quàm per obreptionem, quæ est expressio falsi, *Menoch.de arbitr.casu* 20.*num.* 2. 9. 10. *&* 16. *Anna consil.* 38. *numer.* 42. *Stayban.senior cons.95.num.28.& 29. Tappia decis.Sac.Cons.3.num.62.de Medic.cons.100.nu.16.& cons.166.num.43.Reg.de Ponte decis.25.num.3.*

Ideò ex his omnibus optimo Iure speramus, absoluendam fore D.Hyppolitam Ducissam Cancellariæ à solutione duc.15.m. super feudo petita per D.Catarinam, filiasque D.Cæciliæ Carafa. Cætera suppleat Minerua tanti Supremi Senatus.

TITVLVS VIGESIMVS SEXTVS

DE Pignoribus.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Si quis aliquam, explicatio.

De diuersis pignorum speciebus, & differentijs, & de probando credito, super pignore constituto, per creditoris iusiurandum, & an quoad hoc iuris consuetudinarij, & communis variet dispositio? De præsumpto pretio pignoris vltra debitum, pro quo creditori traditum est. De Pacto *legis commissoriæ*, quid sit, & an, & quando in pignore fieri valeat? De vsura quandoque recipienda pro mutuo? De debitore, qui vsuras soluit vltra tempus statutum ad restituendam pecuniam mutuatam, & an possit vrgeri ad solutionem sortis, si paratus sit vsuras præstare? De nonnullis bonis pignorari vetitis; item de diuerso pignorandi iure penès nummulariam mensam, ac pignoris restituendi Consuetudine, retentioneq; eiusdem permissa. De Antichresi, & quomodo in pignore permittatur, & an potiùs locationis, & conductionis sapiat naturam, quàm emptionis, & venditionis?

SVM-

SVMMARIVM.

Pignoris vox equiuoca est, num.1. & plura significat, num.5.6.& 7.

Pignus quid sit, & quando propriè constitutum dicatur, habetur, n.2.& 3.

Pignus quatrupliciter est, num.8. & quale sit, dicitur, num.9.10.11.& 12.

Differentia inter pignus iudiciale, & prætorium, ac inter prætorium, & conuentionale, traditur, num.13.& 15.

Exequutionis forma iuxta ius commune traditur remissiuè, n.14.

In Consuetudine, Si quis aliquam, *de conuentionali pignore loquitur, n.16.*

Dispositio Consuetudinis, si quis aliquam, *attenditur, dum deficiunt probationes pro declarando pignore, n.17.*

Creditor si negat, recepisse à debitore pignus, quid sit agendum? remissiuè, n.18.

Ius commune conuenit cum consuetudinario circa probationes crediti per iusiurandum creditoris, n.19.21.& 22. & ratio talis dispositionis affertur, n.20.

Iuramentum suppletorium quando deferri queat? habetur remissiuè n.23.

Ius municipale circa pignorum materiam quodammodo discrepat à communi, & quomodo nu. 24.& 25.

Pignus præsumitur valere vltra debitum, pro quo datur, num.26.

Pactum legis commissorię *nō substinetur in pignore, & quare nu.27.& 28.& quid si fuerit iureiurando firmatum? n.29.*

Consuetudo, si quis aliquam, *non iuuat vsurarium, nu.30.*

Iuramentum suppletorium vsurarijs non defertur, num.31.

Pœnæ, tùm à iure communi, cum municipali vsurarijs indictę, recensentur nu.32.33.& 34.& quid dicendum in vsurario manifesto? habetur n.26.

Priuilegia circa probationes criminis vsuræ, & modum procedendi, n.35.

Vsura definitur, nu.37.& quando committitur, habetur relatiuè, n.38.

Vsura an committatur ab eo, qui mutuat frumentum hyemis tempore, vt alio postea sibi restituatur, & quando? habetur n.39.

Vsura an possit quandoque à fœneratore recipi pro mutuo? examinatur nu.40.41.42.43.44.45. 46.47.51.52.53.55.56.60.& 66.

Interesse solutum sine debitis requisitis debet soluti restitui, n.48.

Instrumentum mutui non habet exequutionem paratam pro interesse, n.49.

Exceptio vsurariæ prauitatis impedit instrumenti exequutionem, n.30. sed contra, n.58.

In Regno Neapolitano sunt paratæ emptiones, num.54.

Interesse excedens decimam debet restitui, n.57.

Instrumentum dicitur probatio probata, n.59.

Veritas opinionis arguitur ab obseruantia, n.61.

Qualibet res potest recipere dubitationem, n.62.

Consuetudo *facit licitam interesse receptionem in mutuo, n.63.64.& 65.*

Decoctus neque in damno, neque in lucro esse potest, num.67.

Cons. Carleual. *quandoque scripsit ad æmulationem, num.68.*

Interesse post contractus rescissionem non debetur ad vnam, eandemque rationem, ad quam antea præstabatur, num.69. sed contra, nu.70.& 71.

Debitor ad certum tempus, qui finita dilatione interesse soluit, an possit posteà vrgeri ad solutionem, an verò molestari nequeat? nu.72.73. 74.75.76.77.80.& 81.

In contractu venditionis annuorum introituum pro substantia requiritur, vt sors sit demortua, num.78. alias contractus est vsurarius, n.79.

Res aliena an possit pignori dari? n.82.

Dispositio nonnullorum iurium municipalium circa oppignorationem bonorum, & animalium non permissam, expenditur nu.83.84.85.86. 87.88.& 89.

Pignoris retentio an quandoque creditori competat? n.9.

Banco *creditori causa mutui competit retentionem rei mobilis pignoratæ, num.91.*

Res aliena potest penès nummulariam mensam pignorari, nec verò domino restitui debet, donec soluatur pecunia mutuata, & chirographum pignoris constituti restituatur, n.92.93.& 94. quod videtur à regulis iuris communis alienum, n.95. sed ratio affertur, n.96.& 97.

Possessorium interdictum competit illis, qui pignori incumbunt, n.98.

Ratio cur Bancum non liberetur à pignoris debita præstatione, donec pignus restituat recipiendo chirographum pignoranti datum, affertur num.99.

Fructus rei pignoratæ domino debentur, & computantur in sortem si à pignoratario percipiantur, n.100.& 101.

Antichresis an validè contrahatur in pignore? habetur n.102.105.106.108.109.& 110.

Antichresis quid est? habetur n.103.104.& 107.

Nonnulli, vt appareant, diuites solent peruenire ad mendicitatem, n.111.

Antichresis sapit naturam locationis, & conductionis, n.112.

Dominium rei transfertur in emptorem per venditionem, n.113.

Periculum rei creditori traditæ, debitoris est tàm in antichresi, quàm in pignore n.114.& 115. & locatione, & conductione, n.116.

Ioseph Canalis *laudatur, n.117.*

Non-

*Nonnulla traduntur de antichresi in officijs constituta,n.*118.122.123.*&* 124.

Consiliarius, & Præsidens R.C. Dominicus Petrone *laudatur,n.*119.

*Restauratio damni,& mercedis remissio fieri debet, si deficiat rei locatæ substantia,n.*120.*etiam si facto Principis cesset,n.*121.

*Contractui vel in totum debet stari,vel ab eo prorsus recedendum est,n.*125.

PIgnoris vox equiuoca est, & modò to-
1 tum id, quod creditori traditur ad securitatem,siuè mobile sit,siuè immobile, *Scard.in thesaur.iur.ver.pignus,Mauson.lib.*1.*de caus.exequut.lim.*3.*num.*1. *Hug. Donel.in tract.de pignor.& hypoth.cap.*2. *Franc.Baldui. in eod.tract.c.*1.*de signif.pign.& hypot.*significat
2 (& si pignus propriè in re mobili constitutum dicatur in *l.* 1.*ff. de pignor. act.& l. plebs,* vbi *Alci.ff.de verb.signif.*cum pignus à pugno cre-
3 ditoris, in quo debitor rem suam ad illius cautelam vult repositam habere, denominetur,vt per *cit.l.plebs,§.pignus ex cit.DD.*ac per *Coler.infra cit.num.*190. & *Gail.obseru.practica.de pignorat. obseruat.*1. *numer.*9. vndè tan-
4 tùm impropriè,& abusiuè in re immobili, vt optimè explicat *Neguf.de pignor.* 1.*par. prin.*
5 *nu.*1.) modò significat hypothecam,quæ cum
6 dicatur rerum suppositio, & obligatio ab ijsdem *Donel.& Neguf.num.*2.contrahitur absq; traditione rei,vt dicunt *Donel. ibid. Francisc. Baldui.& Neguf.ead.par.*1.*princ.nu.*4. vbi huiusmodi differentiam inter pignus, & hypothecam nominis potius,& vocis, quàm rei, & effectus esse concludit authoritate *l. res hypotheca,§.inter pignus,ff.de pignor.* eamq; propo-
7 sitionem per tres fallentias explanat *num.*5. modò etiam arrestum,represalia,sequestrationes,hisque similia denotat, vt est videre apud *cit.Cail.pract.obseru.toto tit.de pignorat. Coler. de process.exequut.par.*1.*cap.*2.*nu.*191. *&* 192. & alios.

Quatrupliciter est, Conuentionale scilicèt,
8 Legale,Prætoriũ, & Iudiciale, vt *Neguf.* dixit *de pignor.*3.*par.princ.*vbi præ cæteris conuen-
9 tionale illud esse, quod ex partium conuentione procedit,iuxta doctrinam *glos.& Bar.in l.*1.*in princ.de pignor.act.*,legale,quod à lege
10 constituitur ad *Text.in l.*1. *certi iuris, C.loca. instit.de act. §.item seruiana*, & iuxta alios casus ab *eod.*annotatos *membr.*4.2.*par.princ.*Pi-
11 gnus prætorium constitui,quando nulla præcedente sententia diffinitiua,proceditur contra debitorem in contumacia,& immissio datur creditori ex primo decreto super bonis debitoris, iuxta *Text.in l.si vnus, ff.de bon.author. iudic. possid.*, ac tandem iudiciale pignus
12 illud dici,quod super bonis debitoris Iudicis decreto constituitur præcedente diffinitiua sententia,vt in *l.à Diuo Pio, & tot. tit. de re iudic.* tradidit, explicans 2. *membr. cit.* 3.*par.*
13 *princ*,quid legitimè intersit inter pignus prætorium,& iudiciale, & si etiam iudiciale prætorium quandoque appellari, quia vtrumque iudiciali ope constituitur,asseueret ad *text. in l.*1. *C.de præt.pign.* vt de vtroq; dixerit *Ioann. Bapt.Cost.in tract.de re integr. dist.*15. *num.*11. 13.*&* 14.& agunt quoque *Rouit. decis.*91.*nu.* 12.28.*&* 29.*Consil.Carleual.de iudic.t.*2.*lib.*1. *tit.*3.*disput.*1. vbi quæ nam sit forma exequu-
14 tionis iuxta ius cõmune, iuxta ius Neapoli-
15 tanũ,& Castellæ, & differentiæ inter conuentionale, & Prætorium pignus affert *Neguf. de pignor.*2.*membr.*3.*par. princ.*

In hoc *textu* nostro de proprio mobilium,
16 & conuentionali tantùm pignore loqui ex verbis, *Si quis aliquem rem mobilem alicui pignori obligauerit pro certa pecuniæ quantitate*, percipitur,& dixit *Camill.Saler.in summario*, cuius verba ad explicationem *textus* prolata ista sunt, *Si dubitatur de quantitate,pro qua pignus mobile detinetur, statur sacramento creditoris vsque ad pignoris valorem*,quod in defe-
17 ctu legitimarum probationum attendi, dixit *Napodan.in* 1.*glos.num.*1.quiduè agendum, si
18 pignus recepisse à suo debitore creditor negauerit? resoluitur ab *apost.margin. incip. adde* iuxta tradita à *Castren.& glo.in l.*2.*§.*1.*ff.si ex noxa.cau.aga.Abb.in cap.ex litteris de iur.patr.* & *Alex.in l.qui bona,§.damni,ff.de damn.infec.* & disposita in *l.cũ eum* 2.*C.de commod.*vbi susceptam fidem in pignore, eum, aduersus quẽ supplicat pignorator, compelli tunc agnoscere, cum adito Præside prouinciæ pignus traditum esse, probatum fuerit,dicitur.

Neque quod hìc traditur de probando,cõ-
19 firmandoque credito per creditoris met ius iurandum,tantùm peculiari nostræ consuetudinariæ huic dispositioni tribuendum voluit *Nouar.quæst.forens.par.*2.*quæst.*43.*num.*2. cum idem à iure communi probetur; pignus enim
20 in *textu* ex causa mutui supponitur creditori traditum, ideòque nec mirum, si vt de mutuata pecunia constet, quoties aliter probari nequit,creditoris iuramento deferatur,nam
21 id à iure communi cõstitutum probant *Bar. in l.admonendi,num.*40.*Ias.num.*202.*Purpur.n.* 263.*ff.de iur.iur.Dec.in l.quæ à Diuo Pio n.*24. *C.de eden.Grat.cons.*66.*nu.*8.*vol.*1.*Capha.cons.* 589.*num.*2.*vol.*4.*Afflict.decis.*337.*n.*1.*Peregr. consil.*71.*num.*11.*Boer.decis.*239. *num.*4. præ-
22 cipuè si probato mutuo in genere, de certa quantitate non liqueat, *Alex.consil.*103.*sub n.* 4.*vol.*1.*Crauett.consil.*189. *num.*9. *Dec.consil.* 536.*num.*4.*Nat.consil.*102.*num.*2.*volum.*1.*Cacher.decis.*96.*num.*3. *Bollen.decis.Gen.*141. *nu.* 3.*&* 208.*nu.*12. quibus addo *Muscat.in prax. S.C.par.*7.*glo.conclusio num.*24.*Vin. decis.*108.
23 & ambo de requisitis necessarijs, adhoc vt

pos-

possit iuramentū suppletorium deferri, agunt, proùt etiam *Hippol. ac Marsil. sing. 322. & singul. 689.* vbi expressè de iuramento in causa mutui præstando.

At ne dicas ex his, Nostrum hoc ius muni-
24 cipale, tanquam nil discrepans à communi, perperā hìc positū facit, quod satis à iure cō-muni isthæc *consuetudinaria* dispositio discrepare noscitur, dū onus probandi intētionem, asserenti impositum in *l. ei, ff. de probat.* tollit, ità creditoris dictum iureiurando firmatum
25 approbans, vt etiam de integro mutuatæ rei pretio attendatur, vt ex nostro *Napod.* habetur *ver. dicto nu. 3.* hoc autem iuri communi, siuè eiusdem præsumptioni certè obstat, & eò fortiùs ex ratione ad mentem eiusdem *Na-*
26 *pod.* suaderi potest, quia pignus adeò vltra creditum, pro quo datur valere præsumitur, *Fontanell. decis. 208. num. 10. & decis. 402. num. 18. & 19. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 20. num. 2.* vt quoties pro integra eiusdem æstimatione traditur, alienatio perennis, & emptio, & venditio potiùs facta præsumatur, quàm pignoratio, vt per *Text. l. qui habeat*, & ibi Bart. *ff. de leg. 3. Text. in l. 1. §. seruum corporaliter, ff. de acquir. possess. Maran. consil. 17. num. 13.* docuit *Criuel. decis. Sen. Dola. 52. num. 35.* atque legitimam indè præsumptionem de rei pignoratæ pretio argui, donec contrarium probetur, idem *Fontanell.* dixit *cit. decis. 208. num. 11.* cum *glo. in l. 2. ver. redigere, C. de pignor. Surd. decis. 44. num. 16.* cum multis alijs; Hinc est, vt pactum *legis commissoriæ* placeat
27 in pignore infirmari, & tamē aliud, vt nēpè, si mutuata pecunia non soluatur, res vt empta sit penès mutuantem pro iusto pretio, substineatur, quasi iniqua dicatur illa pactio, quæ
28 rem creditori tribuit pro minori pretio, quā communiter æstimatur, non autem ista, per quam creditor illam obtinet pro pretio æstimationi iustæ respondente, *Coler. de process. exequut. par. 1. cap. 10. num. 213. & 214. Franc. Baldui. de pignor. & hypoth. cap. 17. de pignor. l. commiss. Peguera decis. 32. num. 17. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 5. num. 44. Barbo. in collect. tom. 1. lib. 3. decret. de pignor. tit. 11. num. 3. & 5. ad Text. l. qui pactus est 1. & l. quoniam 3. C. de pact. pignor. l. quamuis 45. ff. de solut. & l. si fundus 6. §. potest ità fieri, ff. de pignor. & hypoth. & cap. significante extra de pignor.* quic-
29 quid aliter dicendum videatur si post pactū *l. commissariæ*, inter partes iusiurandum de illo non reuocando intercesserit, ad tradita per *cit. Barbo. in cap. significante 7. de pignor. nu. 8.* & *DD.* ab eod. relat.

Cęterum *cit. Nouar. ead. quæst. 43. num. 3. Petra ad Gram. decis. 60. num. 4.* cum *Napodan.*
30 *ibid. num. 6. vers. item an hæc consuetudo*, nil cō-*suetudine* ista censeri ad fauorem vsurariorū dispositum, cum vsurario iuramentum supple-
31 torium non deferatur, vt *Soccin. reg. 204. nu. 44. Menoch. de arbitr. iudic. casu 464. nu. 13. & 14.* dicunt.

Et hic incidenter de pœnis, tùm à communi iure, tùm Regni, ac nostro municipali vsu-
32 rarijs indictis, & de alijs dicere nō erit abs re, ad cuius explicationem dicimus, in *prag. 3. de vsurar.* vsurarios puniendos esse iuxta dispositionē *Capitulorum, & Constitutionum Regni*, habetur, & quænam ista sint? *Nouar. in collect. super eadem pragmat. num. 1.* refert, ac duo in
33 hac re *Capitula Regni* adesse, quorum vnum incipit *Pro publici boni*, alterum verò *Nouiter nostræ, constitutionesque* similiter duas, vnam, quæ incipit, *Vt iusta*, alteram, *Vsurariorum nequitiam*, allegat, talibusuè ideò iuribus, quid cōtra vsurarios statuatur, patet legenti? quid-
34 uè ius commune Romanorum circa idem decernat? habetur apud *Peguer. decis. 31. Floria. consil. 22. in 2. dub. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 3. Campag. in commen. ad pragm. 1. de vsurar. Feder. de sen. consil. 17. Foller. Abb. aliosq; cit. à Roui. sup. cit. prag. 1. de vsurar.*

De priuilegiata huius criminis probatio-
35 ne, & procedendi modo in ijsdem *pragmaticis Constitutionibus*, & *Capitulis* liquet; consulas ideò Commētatores, qui rem explicant; & quoniam non eodem modo punitur manifestus vsurarius, ac non manifestus, quomodo
36 vterque dignoscatur? traditur à *Rouit. ibidem n. 4. & Nouar. in pragm. 4. de vsurar. n. 7.*

Vsura definitur à *Couar. lib. 3. variar. resol.*
37 *cap. 1.* esse voluntatem capiendi vltra sortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui
38 principaliter, & quando, quibusque in casibus committatur? latissimè præ cæteris explanant *Peguer. decis. 30. 31. 32. 33. 34. & 35. Farinac. decis. 30.* ex impressis post *1. vol. consil. Pers. consil. crimin. 40.* vbi etiam de eo agitur arti-
39 culo, an mutuare in hyeme frumentum, vt restituatur mense Maij, vel vendere, vt pretium ad æstimationem currentem eodem mense restituatur, sit vsura? de quo etiam *Rouit. super cit. num. 6. Maran. consil. 113. Peguer. decis. 32. num. 12.* & latè *Molfes. tom. 3. comment. ad consuetud. Neapolitan. de contrahen. empt. par. 19. quæst. 10. per tot. 11. & 12.* & de simili *Lanar. consil. 61. per tot.* alijque casus examinantur à *cit. Nouar. in rubr. de vsurar. collect. 1. à num. 4.* præter illos, quos tradidit, & examinauerunt *sup. cit. Peguer. & Molfes.*

Hinc quæritur, possit ne quandoque à fæ-
40 neratore pro mutuo lucrum recipi absque vsuræ labis timore ratione lucri cessantis, & damni emergentis? & respondendum videtur, nullū vnquā posse interesse pro mutuo recipi attento diuino præcepto, *Diu. Luc. c. 6. & cap.*
41 *consuluit de vsur. Mutuum date nihil indè sperantes*, vel tunc demum recipi posse, cum vn-
42 dequaque exacta, & efficax cessantis lucri, pa-
rati,

rati,& indiuidualis, præcesserit probatio, ac de damno emergenti per tres necessarias conditiones cōstiterit, quòd nempè re ipsa eueniat, vel immineat: vt vltra damnum non exigatur,& tandē, vt reuera, & cum effectu mutuās patiatur damnum, proůt de cessantis lucri probatione, quæ non dicitur in solito negotiari præsumi, dixerunt *Afflict.decis.20. num.2. De Ianuar.in respons. theol.cap.8. Gratian. discept.forens.tom.1.cap.67.num.10.cum seqq. & tom.5.cap.987.numer.22. Merlin.lib.1.cap.75. Peguer.decis.32.num.22.* quasi non valeat illatio, est mercator ergo lucratur; nec quod di-
43 citur de promptis, paratisque omni tempore emptionibus assumptum, conferat, proůt per bellè defendit *Capyc. Latr. decis.97. num.14.* cum nec admittendum, iure licito pro mutuo lucrum, quod aliàs cessare videtur, recipi pos-
44 se, ex quo pecunia possit in emptionibus implicari, defendant *Roderiq.de ann.introit.lib.3. quæst.8.num.20.vers.sed in praxi, Cyriac.lib.3. controu.cap.540.num.31.cum seqq.* & de damno emergenti dicunt *DD.* apud *Bonac.tom.2. de contract.disput.3.quæst.3.pun.4.num.3.* debet enim lucrum, quod cessauit,& damnum emer-
45 gens specificè probari, proůt præ cæteris defendunt *Hodiern. controu.lib.1. cap.17.* ex innumeris ferè *DD.* quos allegat, alijque adducti per *Consil.Carleual.de iudic.tom.2.lib.1.tit. 3.disput.8. num.98.* cum nec ipsa partis asser-
46 tione, quæ præsumitur hoc casu,& in quocūque contractu de vsura suspecto extorta, ità vt
47 interim dicatur illiquidus contractus, dici valeat legitima inducta probatio, si stare velimus traditis à *Merlin.eod.cap.75.n.18. DDq;* ab eodem relatis, ac *Carleual. eod. tom. 2. disput.8.sect.6.a num.71. & 79.* ad id quinquaginta nouem *DD.* allegante, cum quibus sentire videntur *Cons. Rocc. respons.41. num. 15. Consil.Stayban.tom.1.resol.forens.cap.93.num. 21.Ciriac.controu.lib.2.cap.157.* Quare si fue-
48 rit huiusmodi interesse absque debitis requisitis solutum, cum debeat omninò soluenti restitui, *cap.cum tu, & cap. cum Michael de vsur.* illud in extinctionem sortis principalis cessisse, ad *text.l.creditor, §.fin. ff.de solut. cum alijs concord.* videtur affirmandum esse iuxta ea, quæ *De Pont.cons.70.num.25.lib.1. Milan.decis.2.num.62. & 64.* quin & instrumento mu-
49 tui cum interesse taxatione non dandam esse exequutionem propter conuentam in eo vsuram, cum ex pluribus probet *Merlin.lib.1.cōtrou. cap.76.* exceptionem vsurariæ prauitatis
50 exequutionem instrumenti vigore pacti, & absque termino impedire, prout vsurarium instrumentum minimè liquidari posse, habetur apud *Capyc. decis.175. Vin.decis.304. Vrsil.ad decis.31. Afflict.num.4.& 5. Sese de inhibit.cap.4.§.num.7.& 8.*& alios.

At præualet in contrarium sententia *DD.*
51 qui tenent, licitè recipi interesse mutuatæ pecuniæ pro lucro cessante, & emergente damno, posseque ideò & pacisci, ac statui in ipso mutui origine,& constitutione, vt est videre apud *Reg.Rouit.in pragmat.1.num.45. de vsura.Giurb.decis.85.Theod.alleg.40.num.30.Galeot.controu.56.num.26.Marcia.consil.50.nu.6. cum seqq.Merlin.contro.iur.tom.1.cap.43.& to. 2.cap.50.num.26.& 27. Gait.in tract.de credit. cap.2.tit.7.quæst.2.num.1679. Surd. decis.259. & 260. Reg.de Pont.de potest.proreg.tit. de regal.impos.4.§.5. per tot.* posseque etiam antici-
52 patè interesse recipi, si tamen decimam non excedit, infertur ex *eod.Gait.cap.2.tit.2.quæst. 2.num.1719. Medin.de vsur.quæst.3. §.septima conditio,* quem refert,& sequitur *Less.de iust.& iur.lib.2.cap.20.dub.11.num.99. & 100.* inte-
53 resse enim validè recipi semper, ac decimam non excedit *Surd. decis.259.& 260. num.23. Alber. Dec. Bellon.* & alij relat. per *Carleual. lib.1.tom.2.tit.3. sess.6. num.85.dub.5.* (quicquid aliter idem sentiat)& *Roderic.de ann.reddit.lib.1.quæst.7.in princ.nu.8.& 9.* dicunt, fortiùs in hoc Regno, vbi sunt paratæ emptiones,
54 idem *Merlin.* cōtra *Thor.in compen.decis.par. 1.ver.interesse,* ac etiam si nil de interesse præ-
55 statione sit conuentum, idem *Merlin. cit.cap. 50.num.27.* cui se opponit *cit.Carleual.nu.21. cum seqq.* nec inquirendum, an verè lucrum
56 cessauerit, vel damnum mutuans senserit, cum vtrumque præsumatur, dixere, *Cagnol. in l. vnic.C.de senten.quæ pro eo, quod interest num. 51.& in l.curabit, C.de act.empt.num.56. Dec. consil.111.& consil.322.Surd.consil.327.& decis.248. Scac. Grat. Gail.Honded.& alij relat.* per *Gait.de credit.cap.2.tit.7.quæst.2. nu.1691. & 1698.* subdens *num. 1699.* id tàm veritati consonum videri, vt si interesse decimam ex-
57 cedens exigatur, tantùm, quod excessit, valeat soluens repetere, ac reliquum pecuniæ remaneat penès mutuantem legitimè solutum ad *Text.l.pecuniæ,& l.placuit,ff.de vsur.*

Ideoque exceptione vsurariæ prauitatis, quę
58 non valet in promptu probari exequutionem instrumenti vigore pacti, & pręsentationem, siue (vt dicimus) liquidationem non impediri, dicunt *Rouit.in rubr. de instrum.liquid. num. 40. Surd.cons.327. a num. 15.vol.3. Scac. de commer. & camb. §.7.glos.5.num.66. & 69.Farin.decis.Rot.490.Gait.in cit.tract.de credit.cap. 3.tit. 1. a num. 1043. & meliùs 1046.* dicens,
59 instrumenti, quod dicitur apud omnes probatio probata, robur, non aliter, quàm æque validis probationibus, vt claris infirmari.

Cęterum aduersantium huic sententiæ authoramentis Doctorum nostra opinio confirmatur, nam *Roderic. de ann. reddit.lib. 3.quæst.*
60 *8.sub num. 20.Hodier.num. 30. cap. 17. Capyc. Latr.* omnesq; alij de praxi, & obseruantia eiusdem testantur, & satis est pro veritate opi-

opinionum obseruantiam allegare , vt docuit
61 Fran. de Petr. festiuar. lect. lib. 1. cap. 6. a nu. 4. cum nil sit inter homines (vt dixit Iustitianus in authen. de tabellion. §. & non fingant)
62 quod aliquam sollicitam dubbitationem recipere non possit, & quòd Consuetudo, & mo-
63 res licitam faciant interesse conuentionem,& exactionem in ipsa mutui constitutione de iu-
64 re ciuili,habetur per decis. Rot. Genuen. 194. Corn.cons. 145.vol.2.& cons.154.vol. 4.Paris. cons. 60.col. fin.vol. 1. & de iure canonico per
65 Bald. in l. 2. C.de vsur. multosque per Canonistas apud R.de Ponte vbi supr. num.73. quin Idem Hodier. in fin. sibi contrariam sequutam fuisse determinationem articuli, refert. Capyc.
66 Latr. num. 15. & in fin. in hac Ciuitate eius sententiam non posse sustineri, sed tantùm in paruis Oppidis procedere,fatetur, etiam stante dispositione Consuet. incip. viro mortuo
67 tit. de Iur.dot.Cons. Roc. loquitur in decocto, qui neque in damno potest esse,neque in lucro post decoctionem propter eidem interdictam administrationem ; quibus conferunt tradita a Capy.Latr. decis.133.tom.2. vbi etiam vtrum per aduētū diei,in qua aliquid fieri est promissū,promittēs ipsecōstituatur in mora?ergo per ipsū scripta nō sunt nostrę speciei applicanda: nec tandem deferendum Cons. Carleual. qui (vt nonnulli volunt)de hac re scripsit ad emulationem , traditaque per eum in hac materia exorbitantia fuerunt æstimata , prout etiam valet argui ex scriptis tom.2.lib.1. tit.3. disput. 8. sect.6. post num.104.vers. dixi vel paulò mi-
69 nus,vbi rescisso contractu interesse non deberi ad vnam eandemque rationem tertiarum, dixit, sed paulò minus, ad rationem nempe ducatorum duorum minus pro centenario, quod licet videatur posse cōfirmari S.R.C. decisione relata per Staiban.resol.forens.to.1.resol. 81.n. 23. ab omnibus ferè DD. reijcitur,qui
70 dicunt,quod post rescissionem cōtractus,quocumque modo sequatur , interesse ad eandem rationem tertiarum debetur , cum nil aliud operetur rescissio contractus , quàm quod
71 olim ratione tertiarum soluebatur , soluatur postea vt interesse , quod aliud non parit interesse,vt dicunt Rouit. super prag. 1. de cen.num. 38. & 39. Thor.in compen. par. vers. creditor qui pecuniam, & omnes.

Huic affinis est quæstio illa, in qua inuicem pugnant Merlin.contro.forens lib. 1.cap. 31. a num. 8. & Illustr. Afflict. cauensis Episcopus controuers.iur. resol.cap. 13. a num. 15. ad 29.
72 vtrum nempe debitor ad certum tempus , a quo finita dilatione per aliquod temporis spatium creditor interesse recepit , possit postea vrgeri ad solutionē, an verò, quasi ex hoc cōtractus natura sit mutata , amplius molestari
73 nequeat pro sorte ? Et pro debitore scripsit Merlin. dicens,post termini prorogationem ad soluēdum cum vsurarum receptione à creditore non inquietandum debitorē pro sorte , cum videatur idem argui posse mutatio contractus de vna ad alteram naturam ex vsurarum receptione,ac ex partium expressa conuentione , allegans text.in l.fin. ff. de eo, quod certo loco l. post diem, ff. de l. commiss.l.commissoria C. de pact. inter empt. & vendit.Thesaur. quæst. forens.cap. 54.in fin lib.2.Ruin.cons.155. n. 5.lib. 5. Lup. in l. 2. §. 3.n. 63. C.cit.tit. de pact. inter empt. & vendit. Menoch. præsumpt. 112.lib.3. Surd. cons.403.num.6.& 7. quasi incompatibile sit vsuras percipere ex consisten-
74 te contractu,ac eiusdem destructionem in sortis repetitione prætēdere,cumulando Rot. Roman. decis. 805. par. 4. in nouiss. Gratian. discept. forens. cap.301.num.36. Canalc.decis.16. num. 38. par. 2. Cost. de rat. ratæ quæst. 83. n. 7. Cutel. de donat. decis.1.orat.1.nu. 119. quibus conferunt olim scripta per D. Petrum Carauitam,quæ recenset Thor.in supplem.compen.fol.370.col.2.vers.liquidari an possit instrumentum.

Contra verò scripsit Afflic. ac veriorem
75 eiusdem sententiam esse,constat, ne dum quia peritissimis Iure Consultis placuit, vt testatur num.21.& pręcipuè R.Rouito in prag.1.de cens. num. 50. vbi creditorem ex causa mutui ad
76 libitum sortem principalem petere posse, quamuis plures solutiones tertiarum nomine receperit , affirmat ; & quia apertissimè probatur in l.2. §.item quæritur vers. non male.ff. de dol. mal. & met. except. vbi hæc verba habentur,Non male dictum est,si creditor vsuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat antequàm id tempus prætereat , cuius temporis vsuras accepit , an doli exceptione repellatur? & potest dici dolo eum facere;accipiendo enim vsuras distulisse videtur petitionem in id tempus, quod est post diem usurarum præstitarum, & tacitè conuenisse interim se non petiturum;verùm etiam quia proprij iuris nunquam est præsumenda remissio, & renunciatio ; quin consensus, qui ex aliquo actu elicitur vltra non extenditur , quàm eiusdem limites patiatur, nec ad aliud porrigitur , quàm quod ex actu omnino necessario inferatur,neque actus facultatiui ius, aut possessionem aduersario tribuunt; iuuant,quę latè scripserunt Surd. decis.317. a num. 18. & seq. vsque ad fin. & ex Castren. Alex. & aliis notauit Gratian.discept.forens.cap.302.num.12. aliasque rationes attulit,ac Merlin.& Thesaur. super cit. satisfacit idem Afflict.

Neque ex eo , quod contractus venditionis
77 annuorum introituum ad formam bullæ per pactum, inter contrahentes initum, restitutionis sortis infra certum tempus in mutui contractum resoluatur iuxta tradita ab eod. Afflict. num.9.argumentum opportunum deduci valet pro contraria sententia , quasi dici valeat,

Hh non

non abs re esse, vt vnus contractus in alium
mutetur ex causa, nam disparitas patet, quia
in contractu venditionis annuorum introituũ,
78 pro substantia requiritur, vt semper sit sors
demortua penes debitorem *extrauag.1.de em-
pt. vendit. Couar. variar. resol.lib. 3. cap.9.nu.
4. Roderiq.de ann. reddit.lib.1.quest.4.vsque ad
num,14.lib.2. quest. 1. nu.3.& eod.lib.2.quest.
13.nu.19.& 24.* ita vt huiusmodi pacto red-
79 datur contractus vsurarius, etiam si fiat per
indirectum, vt ijdem *DD.* dixerunt, & *Cenc.
de cens. cap. 1.quest.3. art.8.num.34. Carleual.
de iudic. tom.2.disput. 8.sect.6.lib.1.tit. 3. num.
84. Gratian.discept. forens.cap.717.vsque ad n.
15. aliqque* apud *cit. Afflict. a num. 6.* Ideoque
nec mirum si contractus, qui vno modo non
80 potest existere, aliam naturam assumat, quod
non valet dici in contractu mutui, qui etiam
81 post nouam dilationem, debitori datam, po-
test vt mutuum valere, & consistere, vt supe-
rius fundatum extitit.

Post hæc ad notitiam rei, de qua agimus,
pleniorem de pluribus perquirendum, & pri-
mò, quænam bona pignori dari possint, & cõ-
82 sequenter an, & quãdo aliena res possit in pi-
gnus tradi? & vt vtrumque vnico verbo resol-
uam, fas est allegare *tit. C. qua res pign. oblig.
possint Hugon. Donel. in tract. de pignor. hy-
pot. cap. 7.* & *Fran. Baldui. in eod.tract.cap.12.*
qui vniuersam rem latissimè explanant; dicam
83 solum ad intellectum *prag. 1.tit. de animal.
vaccin. & 47.tit. de offic. S. R.C.cap. regn. pri-
dem, & cap. regni constitutioni, & cap. Boues,*
quibus animalia vaccina pignorari prohiben-
tur, prout instrumẽta aratoria, vt affert *Rouit.in
prag.1. tit.de bestiis vaccin. seu bobus non ma-
84 itan.num.1. & 2.* in defectum aliorum bono-
rum eadem exequi, & pignorari nemini pro-
hiberi, vt dixit *Anna sing.66.* cum quo sentit
Nouar. collect.2. super ead.prag. quod optimè
85 explicat *Rouit.num. 4.* dicens, exequutionem
nõ fuisse olim prohibitam Boum aratoriorũ,
quando nil aliud erat in bonis debitorum, ad
text. in cit. l. exequutores, ac per *cap. regni pri-
dem* fuisse genericè talium animalium dene-
gatam exequutionem, quoties pro debito fi-
scali non fieret; per *cap.* verò *Constitutioni*
exequutionem, & pignorationem illorum sem-
per fieri posse, statutum fuisse, quando sunt in
86 specie obligati: at per *cit. prag. 47. de offic. S.
R.C.* constitutum extitisse, vt quoties exequu-
tio pro quocumque credito, etiam Regiæ
Curiæ fieri contingisset, dispositio *cap. Pridem*
87 seruaretur, quidue olim antiquo iure cõstitu-
tum fuerit, habetur ex *Cuiac.lib.4.obser. c. 20.
Coler.de proces. exequut. par. 2. cap.3. nu. 179.*
omniaq; *Gait. de credit.cap.4. quest. 7. num.
569. Nouar. de grauam.vassal.tom. 1. grauam.
339.* & *Manson. de caus. exequut. lib. 1. ampl.
15. a num. 10.per seqq.* etiam explanant. Porrò
87 citatorum iurium dispositionem ad animalia,
quæ non sunt apta gignere, non extendi *ex cit.
Rouit.* habetur *num.2. & 3.* Item militum ve-
88 stes, & arma nec pignorari, nec exequi posse,
tradit Idem *Rouit. pup.prag.11. de milit. num.
42.* vbi quomodo id intelligatur, habetur, &
89 circa exequutionem in lecto, vestibus, tegulis,
trabibus, fenestris, aratris, vomeribus, alijsque
instrumentis ad vsum culturæ, an & quando
fieri licitè possit? consulas *cit. Nouar.336.337.
& 338. & Gait. cap. 4. quest. 5. num. 89. &
seq.*

An, & quando pignoris retentio creditori
90 competat? agit *Fran. Baldui. in tract. de pi-
gnor. cap. 13. de iure reten.* ad explicationem
l. cum vitiosè 25. ff. de pignor. & hypot. vbi
Modestini Iuris Consulti hæc verba notantur,
*Cum vitiosè, vel inutiliter contractus pignoris
intercedat, retentioni locus non est, nec si bona
creditoris ad fiscum pertineant;* at nobis hìc ad-
notare placet, Banco creditori ex causa mutui
91 super re mobili, in pignus tradita, omnino
cõpetere eiusdẽ retentionẽ donec mutuata pe-
cunia restituatur, idque attendi etiã si a non
92 domino pignus constitutum fuisse propona-
tur, quod absque controuersia in hac Neapo-
litana Ciuitate in moribus omnium esse, pra-
xis quotidiana approbauit; nam siue pigno-
rantis verè sit res, quæ pignoratur, siue sit al-
terius, soluenti mutuum, ac exibenti chirogra-
93 phum, quod ab Officialibus nummulariæ mẽ-
sæ traditũ fuit, pignoranti pignus restituitur,
nec aliter illud petenti absque restitutione chi-
rographi traditur, quàm si probatum sit, pe-
tentem pignus illum eundem esse, sub cuius
nomine pignus constitutum fuisse ex libris
Banci constat, & cautio præstetur de restituẽ-
94 da re pignorata vero domino postea forsitan
venturo cum chirographo; quod, & si a gene-
95 ralibus iuris communis regulis aberrare di-
gnoscatur, cum res ad dominum suum semper
clamet, nec a Doctore aliquo hucusque ap-
probatum inuenerim, plublicæ tamen vtilita-
96 tis, & commercij ratione inter Nostros recep-
tum puto, aliaque etiam ex ratione, quia Bã-
97 cum, pignus recipiens pro pecunia mutuata,
pignus tantùm videtur prospicere, ac eidem
incumbere velle propter contractus fidem,
ac restituendæ pecuniæ vinculũ, & ius peculia-
re super eò constituere, quod in pignoribus li-
citè fieri posse, non prohibetur ad *text. in l. li-
cet, C. qui potior. in pign. habeant. l. interdum,
& l. huius, ff. eod. cum concord.* quin, & illis,
98 qui pignori incumbunt, competere interdi-
ctum possessoriũ, habetur apud *Fontanel. decis.
186.tom. 1. num.10. & de pact.nuptial. clau. 7.
glos.3.par.3. ex n. 18. & apud Giur. decis. 12.
& Gratian. discept.forens. 174. ex num. 18. ab
eod.relat.* Ceterum ratio, cur Bancum non libe-
99 retur a debita pignoris restitutione donec
chi-

chirographum, pignoranti datum, non fuerit
restitutum, & cur non teneatur amplius post
receptum chirographum, & si non domino
fuerit pignus consignatum, fundari potest in
traditis a Nobis *sup. tit. 16. cap. 3. a num. 102.*
vsque ad 106. ex Rouit. decis. 13. Roc. resp. 15.
num. 6. de Franch. decis. 304. & alijs.

Rursus cum pignoratæ rei fructus eiusdem
100 domino, non autem creditori, cui pignus da-
tum est, debeantur, ideoque ab isto percepti,
101 vel qui percipi potuerunt, computantur in
sortem *l. si dominum*, & ibi *DD. C. de pignor.*
& l. 2. in fin. C. de pignor. act. si tamen sint
consumpti, vt per *text. in l. 1. C. de distract. pign.*
obseruauit *Neguf. de pignor. memb. 5. par. 5. nu.*
11. sex limitationes superioris regulæ afferens,
etiam pro ampliationibus eiusdē antea factis;
videndum sequitur, an Antichresis in pignore
102 validè constituatur. Antichresis enim, cuius
exempla habentur ex *Papin. in l. 1. §. pacto, ff.*
103 *de pignor. Modestino in l. Caius Seius* 39.
ff. de pignor. act. ex Paulo in l. legata 9. §. sup-
pellectile, ff. de suppellect. legata, & alibi) sine, vt
Itali dicunt, contractus a Godere *Coler. de*
proc. disp. 8. sect. 5. num. 51. Capyc. Latr. decis.
104 159. *num. 16.* & Hispani de gozare a gozare,
Leotar. de vsur. quæst. 15. num. 30. & Franciosi
in suo vocabulario vers. Gozar. est quędam
partium conuentio, qua statuitur, vt fundi, aut
ædium debitoris eo vsque creditor possessio-
nem retineat, & in vsuras fructus percipiat, aut
locando, aut ipse percipiendo, & habitando,
donec pecunia illi soluatur, vt ex *text. in l. si is*
qui bona 11. §. si antichresis, ff. de pignor. & hy-
pot. edocemur. in pignore antichresim iure
105 licito constitui posse non videtur, quasi
propter vtilitatis accessionem pignus esse de-
sinat; *sit tamen* (sunt verba *Fran. Baldui. cap.*
106 16. *de antichresi in tract. de pignor. in prin.*)
aliquando, vt maior vtilitas pignoris sit, & cre-
ditor rem obligatam non solum teneat, sed & pro-
prie, vt vsurarius possideat, hoc est, ea vtatur
fruatur, nempe cum conuenit, vt pecunia debitor
vtatur fruatur, & creditor loco vsurarum perci-
piat fructus pignoris, eoque interea similiter
vtatur fruatur. quod & *Alciat. disput. lib. 2. c.*
3. dicens *Antiocresis pignus est, quod ita datur,*
vt eius usum, & fructum pro usuris sibi creditor
cōputet, cōfirmat & *Cuiac. obs. lib. 3. c. 35. de an-*
tichresi ità loquutus *est, species pignoris ita da-*
107 *ti, vt donec pecunia soluatur, pignore creditor*
vtatur fruatur in vicem vsurarum ad text. *in l.*
si seruus, C. quod cum eo subdens *lib. 18. cap. 17.*
etiam tacitè de antichresi posse conueniri, al-
legando *text. l. cum debitor, ff. in quib. caus. pign.*
taci. contraha. Ideoque pignus constitui per hu-
108 iusmodi contractum, qui a iure non impro-
batur, dignoscitur, quod confirmauere *Ant.*
Fab. de error. prag. decad. 9. cap. 1. & *Leotard. de*
vsur. qu. 11. a nu. 15. existimantes, antichresim
pignus esse, sed non vsurarium, & si stulta an-
109 tichesis dicatur, si fructus prædiorum multò
110 maiores esse soleant fœnore debito, nec ta-
men iniqua, vt idem *Bald.* dixit, qui *Ciceronis*
num. 2. orat. in Catilinam verba refert, quibus
Catalinarios quosdam, qui cum in magno ære
alieno essent, sed maiores possessiones haberēt,
nil ex his vendere volebant, quo se liberarēt,
potius certare cum vsuris eligentes, reprehen-
dit (vtilis sane animaduersio, quæ nostris his
111 temporibus fieri multis deberet, qui vt ap-
pareant aliquando diuites ad mendicitatem,
vsque peruenire solent,) vide tamen *Aria. de*
Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 46. & 47. vniuer-
sam conuentionis antichresticæ materiam ex-
planantem.

Hinc fit, vt locationis conductionis potius
contractus naturam sapiat antichresis, quàm
112 emptionis, venditionis, vt dixit *cit. Leotard.*
& expressius *Rodriq. de annu. reddit. lib. 2. quæst.*
11. *num. 35.* his verbis: *Aduertendum tamen*
est, quod licet Antichresis non multum distet ab
emptione ipsius fundi sub eodem pacto redimen-
di; tamen non tam parum abest, quin sit notabilis
distantia, quia in venditione, & traditione fundi
venditor statim omne dominium, & possessionem
amittit, quæ transfertur in emptorem, sed in hac
simplici antichresi venditor remanet dominus, &
possessor dicitur possidere ad commodum vendi-
toris l. serui nomine, ff. de vsu capion. & sciendum
§. creditorum, ff. qui satis dar. cogan. ideoque
Labeonis sententia in *l. cum manu lata, §. fin. ff.*
de contrahen. empt. consonat, dicentis, *Nemo*
potest videri eam rem vendidisse, de cuius domi-
nio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc,
aut locatio est, aut aliud genus contractus; per
113 venditionem enim in emptorem dominium
transfertur *l. clauibus, ff. de contrahen. empt. &*
§. venditæ instit. de rerum diuis. Quamobrem
periculum rei traditæ debitoris esse, nisi aliud
114 actum sit, consequens est affirmare cum *cit.*
Leotard. ad text. l. 5. ff. de naut. foenore, & *l. 11.*
C. si cert. petat. cum rei pignoratæ interitum
115 ad debitorem non autem ad creditorem,
qui pignus recepit, spectare habeatur ex *Mer-*
lin. de pignor. quæst. 105. iuxta dispositionem
l. 1. §. is quoque, ff. de act. & *obligat. l. quæ for-*
tuitis, & *l. nulla culpa, ff. de pignorat. act.* & *l.*
pignus C. eod. quod in locatione conductione
116 æque procedit *l. item quæritur, §. exercitu, l.*
ex conducto, §. si vis, ff. locat. l. 1. C. de loca, et
conducto.

Meritò igitur Doctissimus omni virtutum
117 genere, omnigenaque eruditione præditus
Ioseph Canalis V. I. D. verè strenus, & (vt de
eodem testatur *Rodoer. cons. 44. nu. 36.*) vnicus
in R.C.S. causarum patronus in controuersia
inter Donatum de Auossa, ex vna & Regium
Fiscum regalis patrimonij ex altera agitata
de eo, an deberetur eidem Donato regio Fer-

ceptori prouinciæ Terræ laboris damni passi restauratio ob defectum fructuum, & emolumentorum officij, post sequutas cessiones,seu venditiones functionum fiscalium? istis alijsq; adductis ab eo iuribus, & lepide allegatis defendit, vel creditori restituẽdam esse pecuniã,
118 Fisco solutam, vel certam statui interim debere prouisionem,fructibus , emolumentisque cessatis respondentem , & ità in eadem R. C. obtinuit referente integerrimo viro eiusdem
119 R.C. Præsidente Dominico Petrone, nam pro articulo,de quo nos dicebamus *tit.24.cap. 1. a num.12.cum seqq.* confirmando,vt nempe
120 rei locatæ substantia deficiente damni restauratio , mercedisque remissio fieri debeat, adduxit præter alios à nobis allegatos *Attolin. resol.43. Buccafer. cons.80. Boss. de remiss.merced. num.* 104. *&* 107. *Castil.contro.lib.3.cap. 3.& seq. num.914, & 915.Cresp.obseru.94.n. 46.& obser.104.num. 21.Cabed. decis. 80. par. 2. num. 9. & 11. Menoch. & alios post Augus. Barbo.lib.2.vot.62.nu.32.*& alios,quibus nunc addo omnino videndum *Pascal. de vir. patr. potest. par.4.cap.6. per tot.* vbi adhuc multa ad explicationem,confirmationemque eorum, quæ supra *tit.24.de locat.& conduct.cap.2.a nu.* 32.dicebamus afferuntur , & faciunt etiam, quæ *in alleg.Mutij Recchi*, quam idem *Pascal.* rescripsit a *fol.*494.habentur,idque etiam dum facto Principis, vel suorum Ministrorum ces-
121 sat rei conductæ fruitio,attendi , probauit cum *Eman.Aluar.Pegas resol.forens.cap.3.num. 924.& 925.Fran.Marc.decis.62.num.2.par. 1. Bero.cons.64.num.6. & 12.tom.1. ad text.l.cotem ferro, §.maximos,ff. de publica. & vectigal.* fundans insuper ex *Merlin.de pignor. lib. 4. tit. 3. quæst. 105.num. 15.* ac *Leotard. vbi super n. 30.vers.neque ex eo* , licere huic Donato de Auolla creditori,offerendo pignus,ad creditũ agere, solutamque pecuniam repetere , cum
122 in hac agendi formula actio petendi credi-
123 tum, quin & pignus vendendi ad libitum creditoris,nisi alter sit conuentum , contineatur *l. 1. C.de distract.pignor.l.1.C. debitor.vendit.pignor. imped. non posse* , concludens ideo, Fiscum alterum ex duobus , pecuniam nempe petenti creditori,qui pignus obtulit,restituere
124 vel ipsam fructuum antiquam perceptionem sumministrare oportere , cum ex *Ann. Rober. rer.indic. lib.2.cap. 8.vers. pecunia fol.* 400. iustissimam esse in omni contentione petitionẽ,
125 vt *aut contractui inito stetur,aut ab eo in totũ recedatur l. Iulianus,§.si quis colludente , ff. de act.empt.* habeatur.



CAPVT SECVNDVM.

Consuetudinis,Si Creditor, eod.tit. explicatio.

De statuendo pretio amissi pignoris per confessionem creditoris , iure iurando firmatam, ac de periculo,siue commodo rei pignoratæ Domino competente , & an, & quando propter creditoris culpam eiusdem esse dicatur? De antiqua pignorandi arrestandique cadauera Hominum mortuorum *Consuetudine* a Romanorum legibus sublata . De priuilegiata nonnullorum creditorum hypoteca , & quis eorum in concursu potior esse dicatur? ac tandem de ea quæ cræditori in priuata Scriptura constituitur, & an, & quãdo à confectionis die potiùs, quàm eiusdem verificationis oriri dicatur?

SVMMARIVM.

Dispositio consuet. si creditor , *traditur num. 1.& quando discrepet a iure communi num. 2. 3. 4. & 5.*

Pignoris traditione non arguitur mutuatæ pecuniæ numeratio, num. 6.

Creditoris iureiurando an, & quando legitima probatio pignoris amissi habeatur?n.7.

Æstimatio rerum pignoratarum quando fiat?nu. 8.

Creditor præstare debet æstimationem amissi pignoris, num.9. & damna tenetur sentire n.10.

Fænerator, qui res pignoratas non excussit a tineis tenetur pignoranti ad damni æstimationem, num.11.

Actione pignoratitia venit dolus, lata culpa , & leuis, n.12. contra num. 13. & quid in pignore conuentionali,num.14.& secus si res casu perierit, num.15.vel aliter sit inter partes conuentum, num.16. & limitatur n.17.

Casus fortuitus quisnam dicatur, & quomodo probetur?nu.18.

Creditor an , & quod pro casu fortuitu excusetur remissiuè,nu.19.

Parentes olim valebant filios vendere , num. 20.secus

cus hodie,num.21.& punitur n.22.
Liber homo an possit se in pignus creditori suo tradere,num.23.
Ægyptij solebant tradere pignori cadauera parentum,n.24.& 25.
Angeli *sententia de arrestandis cadaueribus debitorum affertur,num.26.sed improbatur n.27.*
Qualibet Consuetudo, quæ aliquid circa arrestum cadauerorum etiam vsurariorum disponit, est iniqua,nec seruanda,n.28.& 29.
Pignoris titulus non est habilis ad inducendam præscriptionem,n.30.& quare num.31. secus dationis in solutum,n.32.
Cautius est pignori incumbere,quàm in personam agere,num.33.& cur num.34.
Creditor,qui pignori incumbit,non potest capturam personæ obtinere,n.35.
Exequutio an vno, eodemque tempore possit fieri in bonis,& contra personam?n.36.
Creditores simul concurrentes quando cæteris præferantur, & quid dicendum in creditore pro salario, & pro causa mutui ad refectionem in concursu creditoris ex causa dotis? explicatur remissiuè n.37.38.39.40.& 41.
Creditor,qui ruuida serica colorauit,an prò expensis, suisq, laboribus cæteris creditoribus præferatur,n.42.& 43.
Textus in l.interdum, ff. qui potior.in pign.habean.*explicatur num.44. & 45.*
Natura praualet accidenti, n.46. & accessorium sequitur naturam principalis, n.47.& 48.
Impensæ facta in re meliorata minuunt rem ipsam, & quomodo n.49.
In re propria non semper aliquis præfertur,n.50.
Actionem hypothecariam ad beneficium creditoris oriri ad beneficium creditoris apodissarŭ a die factæ recognitionis, non autem confectæ scripturæ, an sit veràm? explicatur num. 51. 52.& 53.
Verificatio scripturæ priuatæ debet fieri citato eo, cuius interesse potest,non fuisse verificatam, n.54.& 55.
Hypotheca multifariè constitui potest,n.56.
Quilibet potest sibi præiudicare,n.57.
Alteri per alterum non potest fieri præiudicium in hypotheca constituenda,n.58.
Prior in tempore potior est in iure, n.59.

1 ALiud quid speciale ad fauorē creditoris,cui pignus à debitore traditū est, statui videtur in *Consuetudina* ista; Nam ad probandum rei pignoratæ pretium, si de eo inter creditorem, & debitorem sit quæstio in defectum legitimarum probationum,confessionem eiusdem creditoris iureiurando firmatam admittit, nec aliter debitori succurritur aduersus factam confessionem, quàm' si pignus reperiatur, cum pignoris eo casu habeat persecutionem,& si receperit æstimationem, vt ex *Camill. Saler. in summar. & Napod.ver.si creditor num.7.hoc tit.*explicatur. Ista tamen indigent explanatione;nam credi-
2 toris dicto de pignoris obligati amissione, legitimis deficientibus probationibus, non statur; & creditor ipse debitori ideò tenetur ad interesse per *text.in l.si creditor* 5. *C.de pignor. act.*, quem in hoc incorrectum dicit *Napodan.hic ver.dicat n.*8. cumque in eodem,qui
3 culpæ reus deprehensus, & manifestis rationibus pignus perditum esse non probans æqui-
4 parentur, quod restat inuiolatum à *consuetudinario* iure, cum circa pretij æstimationem
5 rei pignoratæ tantùm creditori indulgeatur, vt ex nostro *Textu* percipitur,& *Napod.* insinuat *ibid. & ver. dicto creditoris, numer.*11. vtriusque consonat dispositio, & pignoris
6 traditione numerationem mutuatæ pecuniæ non argui, habetur ex *Text. in l.* 1. & 2. *C.si pignor.conuent.numer.pecun.secu. non fuer. Manen.consil.*122.*num.*3.& 4. & *DD. ab cod. relat.*sed an ex creditoris iureiurādo quādoq; pignoris amissi probatio legitima habeatur, si de amissione præsumptiones concurrant? tradidit *Marin. Frecc.hic in apost. incip. ista probatio*; cæterum in ista re, de qua agimus,
7 an corrigatur dispositio *Constit. quæstiones iurisperitorum de fide nobil.*? ex traditis *ab eod. Napod.in consuetnd.si qu is,ver.dicto n.*4.& *hic ver.dicto creditoris, n.*11. habetur, & de æstimatione rerum pignoratarum existentium,
8 sed deterioratarum, ac non existentium,tàm per testes,quàm iudicio peritorum,ac etiam pignoratitij creditoris iureiurando secundum regulas iuris communis,vide disertè agentem *Gail.pract.obser.de pign.lib.singu.obs.*18.*per tot.*

Hinc iure optimo decerni in eadem *Con-*
9 *suetudine*, patet, creditorem præstare debere debitori suo ammissi pignoris æstimationem, *Quam debitor plenè probat, vel iuxta æstimationem factam per creditorem iureiurando, nisi tali modo probàuerit creditor pignus se amisisse, quod de iure communi damnum amissi pignoris respiciat debitorem*, nam pignorum penès se
10 sistentium damna creditor præstare tenetur, *l.quemadmodum,§.penult.ff.ad l.Aquil.Hyppol. de Marsil.in tract.de fideiussor.num.*298.ideòq;
11 fœnerator,qui res pignoratas minus diligenter excussit à tineis, pignoranti tenetur ad damnum per regulam, *l.si vt certo, §.nunc videdum,ff.commodati,Marsil.ibid.n.*299.& *Bald. in l.quæ fortuitis in* 8.*col. C. de pignor. act.* pi-
12 gnoratitia enim actione nedum dolus, & lata culpa vindicatur in pignore conuentionali, sed etiam leuis *Neguśan. de pignor.* 3.*membro* 7.*par.princip.n.*4.*fol.*168.& *membro* 2. 3.*par. n.*34.(vbi creditorem in pignore prætorio pro dolo, & lata culpa teneri dicit,non autem pro leui ad *text.in l.Prætor, §.est præterea,ff.de bon. author.iudic.possid.*& tradità per *glo.in l.*1.*ff.de pignor.*

pignor.act. inferens cum Bar. in l.si finita, §.si
14 quis damni,ff.de dam.infec. necessariò reficiendum conuentionale pignus à possessore; prætorium verò non aliter reficiendum, quàm si refectio sine dolo, vel lata culpa non possit omitti, cit.l.prætor, §.his verbis,& §.præterea) & si ea, quæ fortuitis casibus accidunt bonæ
15 fidei iudicio non præstentur, ideoq; creditor pignora,quæ huiusmodi casu interierint præstare non compellitur,nec à petitione debiti summouetur,l.quæ fortuitis, C.de pignor.act., quod ita
16 accipiendum esse constat, Nisi inter contrahentes placuerit, vt amisso pignore liberetur debitor, vel nisi forte creditor rem sibi obliga-
17 tam propria authoritate, sine aliqua licentia debitoris occupauerit ad Text. l.qui ratio, & ibi Bar.Salic.& Castren.ff.eod.Neguf.ibid.n.5. Et casus fortuitus quis dicatur, quomodo
18 probetur, & quomodo differat ab improuiso? tractat Afflict.decis.101. vbi etiam,an quã-
19 doque debitor propter casum fortuitum excusetur?

His positis nonnulla ad pleniorem rei,de qua agimus,notitiam, superest tradamus hic,
20 & primò olim permissum fuisse parentibus filios vendere, & pignori obligare, sed nunc prohiberi in l.qui filios,C.quæ res pign.ac acri-
21 ter puniendum creditorem, qui huiusmodi pignus recipit, statuitur in l.vlt.eod.tit.ac etiã
22 in crediti integri amissione in nouel.constitut. 134. & an liber homo possit se pignori tra-
23 dere creditori suo?habetur apud Frã.Baldui. in tract. de pignor. cap.12. quæ res pign. oblig. poss.Narrant quoque Ægyptios,cum mutuum
24 acciperent, parentum cadauera pignori tradere consueuisse,vt idem Baldui.refert,& Asi-
25 chis Regis Ægyptiorum legem prolatam,quã nõ licere mortuum debitorem sepelire,nisi cõcurrente creditorum voluntate, refert Mauson.de caus.execut.lib.1.limit.2.fol.325.num.1. ex Connan.commen.iur.ciuil.lib.10.tit.de hæred. qualit.& differ.cap.5.sub nu.8. vers. nam & ob causam, & Angeli sententiam affert in authent. vt defunct.seu funer.eor.§.1.coll.5.de eo,vt pos-
26 sit debitoris mortui cadauer Iudicis authoritate detineri, ne ecclesiasticæ sepulturæ tradatur,donec creditori satisfiat, vbi viget statutum,vt instrumenta confessionata possint exequutioni demandari ad voluntatem creditoris, ea producentis; At cum nulla supersit,debitore mortuo,eiusdem corporis persecutoria
27 actio, Ægyptiorum ideò moribus in hoc sãctissimis Romanorum legibus abrogatum supra cit.Autho. dicunt cum Coler. de process. exequut.par.1.cap.6.n.105.vers. Angelus tamẽ, Decia.tract.crimin.to.2.lib.7. cap.10. de priua. car.num.20.Guttier.de iuram.par.2.cap.4.num. 17.vers.vlterius, & aliis, Angeli placitum impugnantibus,quod adeò falsum esse dignosci-
28 tur,vt pro eo substinendo quælibet Consuetudo tanquam impia nõ attendatur, vt cit.Mauson.dixit num.13. & nunquam possit hominis
29 cadauer arrestari,& si fuerit tanquam vsurarius condemnatus, Mauson.ibid.n.15.

Secundò, pignoris titulum non esse habi-
30 lem ad inducendam præscriptionem,dicimus cum Criuel.decis.77.nu.6.Fontanell.decis.445. tom.2.cum non dicatur, creditor rem pigno-
31 ratam vti dominus possidere Criuel. ibid.n.7. & Fontanell.dec.208.n.1.tom.1.potest tamen penès creditorem ex tacita in solutum datio-
32 ne propter temporis lapsum sufficientem ad præscribendum pignus remanere, idem Fontanell.decis.444.n.11.to.2.

Tertiò obseruamus cum Coler. de process.
33 exequut.par.3.cap.5.n.46. longè cautius æstimari in pignus agere,quam in personam propter plus securitatis, quod in pignore habetur,nam fragile remedium est creditoris age-
34 re in personam,l.cautionis 25.& l.minus 154. ff.de reg.iur.l.si fundus 16.§.in vindicatione, ff. de pignor.& §.furti instit.de obligat.,quæ ex delic.nasc. ideoq; creditorem pignori inhærẽtem
35 nõ posse implorare à Iudice capturam personæ,habetur ex cit.Coler. & Bar. in l. creditor. n.2.ff.si cert.petat. At vtrum vno, eodemque tempore ad creditoris instantiam exequi pos-
36 sit in bonis, & contra personam debitoris, & quando? habetur apud Mauson. de caus. exequut. ampl.15. per tot.fol.170.& 171. qui & examinat articulum,& DD.omnes,de eo scribentes, recenset.

Cæterum multa, & de pignoris distractio-
37 ne,& de creditorum hypotheca,& quisnam ex eis præferatur? tradidit,examinauit, enucleauit Doctissimus Consil. Arias de Mesa variar.resol.lib.1.per mult.cap. eum ideò consulas, ac Molfes.to.3.comment.hoc tit.Carleual.in eleganti tract. de indic.to.2.lib.3. Salg. in eius labir.credit. & Rodriq. de concurs. & priuileg. credit.apud quos vniuersa hypothecarũ materia habetur,ac in sollemni dec.28.Kopp.Senat. Germ.& apud Luc. Matth. Apicel.in suo tutam. pauper.tit.4.de cessio.bonor.à n.84. per seqq. De Franch.decis.506. Ricc.collect.dec.1910. Guid. Pap.dec.67.Boer.dec.181.Alia explanantur de
38 salario Famulorum,Rationalium,Scholastico-
39 rum,Iudicum,Litteratorum, aliorumuè apud Capyc.Latr.consult.17.per tot.(vbi à n.37.inci-
40 denter de articulo an,& quando creditor pro dote mutuanti ad refectionem præferatur? de quo nos alias) Sanfelic.decis.113.tom.2.Thor. in compen. ver. salarium, & nouissimè Rodoer.
41 cons.42. videndique sunt Magon.decis.Lucẽs. 1.& Roman. sing. 575. agentes de prælatione concedenda ratione certę mercedis; maximè
42 tamen dubitarem de eo, quod principaliter idem Rodoer.assumit,nimirum prælationem in concursu cuiuscumque creditoris tribuendam creditori,qui rumida,seu virgina serica

colo-

colorauit pro expensis, suisq; laboribus; nam
& si cum nonnullis velimus affirmare pro hu-
iusmodi laboribus, & expensis tacitam com-
petere hypothecariam eroganti, eam tantùm
43 inter creditores in actione personali, vel inter
eos creditores, quibus tacita fuit constituta
hypotheca, operari, habetur *dec.85.n.5. & 6.
Larre.par.2.* nec quod ex *Text. in l. interdum,
ff.qui potior.in pign. habeant.* infertur, conuin-
cit; potior enim creditor est priore quoties in
44 rem conseruandam aliquid impendit; nam
(vt *Vlp.lib.23.ad edict.* dixit) *huius pecunia
saluam fecit totius pignoris causam,l.huius 6. ff.
eod.*, non æq, is, qui superficialiter aliquid rei
45 alias non periturae, adiungit, vel aliquid ac-
cidentale extrinsecum, cum nil huiusmodi ac-
cidens rei conseruationi, siuè custodiæ, aut re-
cuperationi conferat, ac ideò tradita ab
*Amat.variar.resol.3.lib.1.nu.19.Decian.consil.
108.Ruger.cons.54.n.22.Caual.commun.contra
commun. quæst.744. Mantic. de tacit. & ambig.
conuent.lib.11.tit.23.num.19. vol.1.* quæ pos-
46 sent opponi, non obstant; natura enim præ-
ualet accidenti, *l.qui habet,ff.de tittel.* & quod
47 alteri accedit, censetur eiusdem rei, cui acce-
dit pars, *Aret. in l.si conuenerit la 2.ff.de pignor.
act.* facit *text.in l.domo,ff.eod.* ac in *l.etiã,ff.qui
pot.in pign. habean.* & sub generali rei princi-
48 palis obligatione, obligatur, cum accessorium
principalis naturam assumat, sicut ædificium
solo cedit, *§.cum in suo solo instit. de rer. diuis.*
nec quod ex *Bar.in l.quod dicitur, ff.de impens.
in re dot.fact Rip.in l.priuilegia, n.23. ff.de pri-
uil.credit. Afflict.dec.359.n.1. & 2. Gratian.di-
scept.forens.lib.2.cap.257.n.27.* aliisque relatis
à *Capyc.Latr.ibid.num.12. & Rodoer.cons.42.
n.9.* habetur, vt in ipsa re minus esse videatur
49 propter impensas erogatas, obstat, nam in re
propria non semper quilibet præfertur, præ-
cipuè si ità eam alteri dederit, vt censeatur ius
50 sibi competens ad vendicandam rem remis-
sum precipuè si fides habita sit de pretio, *l.qui-
dam fundum,ff.de in rem vers.De Marin. resol.
quotid.lib.1.cap.260.Mantic.de tacit. & ambig.
conuent.lib.11.tit.12.n.7.Caualc.dec.27. Thor.
in compen.to.1.ver.creditor, Merlin.controuers.
forens.cent.2.cap.38.n.30.* quicquid in contra-
rium fuerit decisum in terminis *decis.59.Giz-
zarell.* quæ *eiusd.dec.40.* videtur opponi, ac idē
Rodoer. probauerit *cons.41.* cumque eo animo
præsumatur sericis color datus, vt à domino
solita merces soluatur, non verò vt sint specia-
liter obligata serica ipsa, corruit argumētum.

Nouerint quoque omnes, non accipiendum
indistinctè, quod *Cons.Rocc.respon.40.num.8.
51 lib.2.* habet de ortu, siuè natiuitate hypo-
thecæ ad beneficium creditoris chirographa-
rij à die factæ recognitionis, & approbationis
chirographi, in quo apparet constituta hypo-
theca; nam etsi non dubitetur, id verum esse
quoties recognitio, & approbatio fuerit à cre-
ditore ipso facta, ne aliàs sua fraudulenti for-
52 tè declaratione ius alterius minuatur, trahē-
do obligationem, & hypothecam nunc con-
tractam ad aliud tempus confectæ scripturæ
inter partes, ac vno per alterum conditio ini-
qua inferatur, quasi antea non constiterit de
veritate crediti chirographarij absque fraudis
præsumptione, attamen si Iudex, postquam
noueri adesse requisita ad probandam hypo-
53 thecam anteriorem, ac validam ex priuata
scriptura, de quibus *Gait.de credit.cap.2.tit.8.
n.2098.per 3123.Genua de script. priua. lib.7.
fol.65.Mantic.de tacit. & ambig.lib.11. tit.29.
per tot.Tepat.lib.2.recept.sent.fol.238.col.2.&
3.tit.qui potior.in pign.habean.* aliique infra ci-
54 tandi, hypothecam adesse in scriptura, eamq;
fuisse legitimè verificatā, præcipuè audito eo,
55 cuius interesse potest, hypothecam non fore
constitutatam in scriptura *Rocc.vbi sup.n.7.* &
alij, pronunciauerit, hypotheca non à die fa-
ctæ verificationis, sed confectæ scripturæ erit
attendenda, & ità loquuntur *Amat.Rodriq. de
priuileg.credit.par.2.art.1.n.15.De Franch.de-
cis.95.in fin.vbi Viscon. & Amen.nu.6. Conar.
pract.quæst.lib.vnico,cap.22.à nu.5.Rebuff.in
constit.Franc.in tract.de chirographor. recognit.
in præfat.n.26.81.82.& 83. & in art.1.nu.22.*
corruptè ab *Illo* allegati, & malè intellecti, &
confirmant *Guttier.pract.quæst.lib.1.qu.125. à
n.3.Perez in ordin.Castell.lib.3.tit.8.lib.4.Paz
in praxi 3.tom.part.4.cap.1. num.31. Vrsill.ad
Afflict.decis.272.num.3. Caualcan.decis.27.nu.
17.par.2.Gail.pract.obseru.25.lib.2.de concurs.
creditor.& priuileg.eor.num.10.* & optimè *Co-
sta de ratio.rata quæst.121.num.6.* item *in tract.
re integra quid liceat, vel non? dist. 12. per tot.*
ac iterum *de retrotract.cap.7. num.19. Mantic.
vbi sup.tit.24. num.15.* & omnes: ratio patet,
56 nam hypothecam quoquo modo siuè in scri-
ptos, siuè sine scripto, & multifariè constitui
posse, habetur ex *Molfes.vbi supra q. 3. per tot.*
57 nec dubitatur, cuique licere sibimet præiudi-
care, nil remanet, quod à constituente alteri
hypothecam in re sua, obijci valeat, at quo-
58 ties de interesse tertij agitur, diuersa iuris ra-
tio procedit, & non tantùm habens hypothe-
cam non habenti præfertur, *l.eos,C.qui potior.
in pign.habean.* vt *DD.* relati à *cit.Molfes.q.18.
num.1.* aiunt, verùm inter hypothecarios cre-
59 ditores potiorem esse causam eorum, qui sūt
in tempore priores, *l.si prior,§.vltim. ff.cit.tit.
cap. qui prior de reg.iur.in 6.* cū alijs innumeris
penès *Mantic.de tacit.& ambig. lib.11. tit.22.
num.1.& 2.Tusc.in ver.hypothecarius creditor
conclus.129.per tot.* Nec sequuta decisione, de
qua in *fin.cit.respons.40.Rocc.* aliud, quā quod
supra dictum est, suadetur, nam meritò fuit li-
beratio facta suspensa; cum verificatio apocæ
fuerit facta debitore tantùm citato, ac eodem
recognoscente, & approbante scripturam.

T I-

TITVLVS VIGESIMVS SEPTIMVS

DE

Noui operis nunciatione.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Si quis impediat, explicatio.

De noui operis nunciatione, varijsque nunciandi causis, & an, & quando facta nunciatione ædificium impediri, vel potiùs sub cautione demoliendi valeat fabricari? De tempore probationis deducendæ ad fundandam iustam impediendi causam, & an quandoque valeat à Iudice breuiari, ac tãdem de Operarijs, nouum opus construentibus, & an valeant puniri si iussu alieno fabricent?

SVMMARIVM.

Dispositio consuetudinis, Si quis impediat, *traditur n.1.& dicitur desumpta ex* textu in l.diffamari, ff.de ingen.& manumis.*n.2.*

Triplex nunciandi nouum opus species affertur, num.3.

Interdictum noui operis nunciandi dicitur fauorabile, num.4.

Iustè ædificanti potest ab iniusto nunciante impediri ædificium, n.5. & debet interim desistere, n.6. nam aliàs demolitur ædificium, n.7. idemque est in notorio ante declarationem, numer.8. & 9.

Nunciator succumbens in lite non resarcit damnum, num.10.

Iudex in iudicio noui operis nunciationis potest ab inhibitione incipere, num.11. etiam sub mandato pœnali, num.12. quod resoluitur in simplicem citationem, numer. 13.

Nunciatus potest quandoque nouum opus construere, sed non ante trimestre tempus à die factæ nunciationis, etiam si cautio demoliendi offeratur, num.14.15. & 16. & limitatur n.17. 18. & 19.

Nunciatio noui operis licitè fit per procuratorem etiam absque mandato speciali, n.20.

Ius consuetudinarium an deroget communi circa temporis præfinitionem ad causas impedimenti deducendas? n.21.22.& 23.

Iudex potest tollere impedimentum fabricandi si ex testibus productis ius nunciantis non validetur, num.24.

Ius commune conuenit cum Consuetudinario in materia noui operis nunciationis circa plura, num.25.& 26.

Interdictum noui operis nunciandi perpetuò durat, sed propositum, infra certa tempora expirat, n.27.& 28.

Nunciatio quibus ex causis fiat? habetur num. 29. & 30.

Vicinus etiam antequam petat rem iure congrui potest opus nouum nunciare, n.31. quod explicatur num.32.

Antiqui ædificij impediri nequit restauratio, n.33.

Noui operis nunciatio pro seruitutibus rusticis fieri non potest, n.34.

Interdictum, quod vi, aut clam differt ab illo noui operis nunciationis, nu.35. & quando procedat? traditur num.36.

Conseruandus est in possessione ille, contra quem agitur interdicto, quod vi, aut clam, n.37.

Fabricatores, & alij operarij, an, & quando ratione noui operis nunciati si illud contendant, valeant puniri? numer.38.

Si

SI nuncians nouum opus iustam causam prohibitionis non probauerit in termino, ad id à Iudice statuto, ædificium
1 cæptū nō impediri, hic haberi dixit *Camil.Saler.in summar.* idq; ex nostri *textus* verbis procedere percipitur in nunciante à nunciato in iudicium vocato, iustam, si quam habet impediēdi causam, allegaturo, & probaturo in ter-
2 mino, ei dato: quare ex ratione, & mente, *l.diffamari, C. de ingen.& manum.* dispositionem istam consuetudinariam desumptam fuisse, *Napod.* hic arbitratur *n.1.*

Hoc posito ad generalem *textus* intelligentiam; de nonnullis nunc peculiariter videamus, & primò quomodo nouum opus debeat
3 nunciari? ad cuius rei explanationem, dicimus, triplicem à *Gail.obseru.16.lib.1.num.11.* nunciandi formam, verbalem nempè, per iactum lapilli, ac per Prætorem, tradi, & explicari, hinc interdictum nunciādi nouum opus
4 adeò fauorabile esse dignoscitur ex dispositione, *l.1.& l.Prætor ait, §.interdictum,* & *§.ait Prætor.ff.de oper.non.nunc.*, vt etiam iustè ædi-
5 ficanti ad instantiam vel iniusti nunciantis noceat facta nunciatio, & construi ædificium impediat, *Gail.ibid.& Capyc.Latr. consult.64. num. 7. tom.1.* debetque ideò nunciatus desi-
6 stere, quamuis nuncians ius, sibi competens, non ostendat patēter, *Fachin.controu.iur.lib.8.*
7 *cap.44.*& contra faciens, demoliri debet, quod ædificatū est *l.1.in princ.& to.tit.ff.quod vi, aut clam, l.Prætor, §.ait Prætor,* vbi *glo.& DD. ff.de nou.oper.nuncia.l.pupillo, §.meminisse, ff.eodem, Aret.consil.94. Tusc.pract. conclus.lib.5. lit.N. conclus.124.num.2.& 3.relat.à Ciarli. controu. forens.cap.30.num.5.& 6.cum seqq. Napod. hic ver.nisi num.4.* adeò vt vel notoria illegitima
8 nunciatio obstet, donec Prætor de notorio cōstare pronunciauerit, vt ex *Pannoch.in tractat. de nou.oper.nuncia.lib.7.quæst.1. num.99. vers. neque ac num.106.112.113.& 114.* refert *cit. Ciarl.num.11.12.& 13.* cum semper præsumatur pro nunciante, proprijsque ædificantis expensis demoliri, quod ædificatum est, etsi in
9 proprio ædificio fuerit super ædificatum, *Magon. decis. Lucen. 29. Gail.ibid.* quin & ipse nunciator, si succumbuerit, nequaquā damnū
10 nunciato reficere debebit, *De Franch. decis. 331.*& *Magon.ibid.* qui rationem assignat.

Fit ex hoc, vt nullo examine facto de iusti-
11 tia, siuè iniustitia nunciantis, *Surd. consil. 154. num. 1.* possit Iudex ab inhibitione, & prohibitorio ædificandi præcepto incipere iuxta practicam à *citat. Gail.* traditam *numer. 12. Borg. nu. Caualc. decis. 25. de contract. par.2. num.6. Capyc.Latr.ead.consult.64. num.2.*& *DD.in l.de pupillo, §.meminisse, ff.de nou.oper.nunc.& l.4.in princ. ff. de fiduc. liber.*
12 traditam, ac etiam sub mādato pœnali, *Gram. consil.73 num.1.* qui *nu5.* post comparitionem
13 nunciati, illud in simplicem citationem resolui, voluit.

Secundo, an, & quando à Nunciato possit
14 ædificari post nouum opus sibi nunciatum, receptamque inhibitionem, præstita tamen cautione demoliendi in casu succumbentiæ, iuxta ea, quæ *in l.1.l.de pupillo, §.si is, cui renunciatum, l.& satisdationem, § sciendum,* & in *l.stipulatio 21. §.si quis autem, ff. de nou. oper. nunc.* habentur, & apud *Capyc.Latr.decis.50. tom.1.num.7.*& alios? & dicimus cum *Castrēsi consil.412.in fin.Gratian.discep.forens.cap.384. num.34.& 35.Put.decis.129.lib.2.Crescen.decis.1.aliàs 266.tit.de oper.nou. nunciat. Gomez Leo in decis.diuers.tom.2.decis.7.Fachin.contro. iur.lib.8.cap.48. Capyc.Latr.consult.64. tom.1. num.13.14.& 32.ac consult.116.num.28. tom.2.Viu.commun.opin.554.num.4. lib.2. Ciarlin. cit.cap.30.num.16.& 17.* qui multos idem affirmantes *Authores* cumulat, licere nuncianti
14 infra trimestre tempus ius suum producere, ac ideò non exaudiri interim nunciatum petentem, decerni eidem licitum esse fabricare
16 sub cautione demoliendi, quod fortè iure nō permittente construeretur, quod probatur in *Text.cap.fin.de oper.nou.nunciat.& in l.vnica, C.eod.*, ac limitari dixit *Capyc.Latr.cit.consult.64.à num.33.cum Thes.decis.204. Gail.cit. obseruat. 16. numer. 19.* & ibi *Bernar. Graue.Franc.Marc.decis.106.Caualc.decis.25. de contract.par.2.Crescen.decis.vnic.aliàs 20.de nou.oper.nunciat. Comez. Leo. decis.7.* quoties
17 nunciato huiusmodi dilatio damnum afferret, & quando periculum esset in mora, quam
18 limitationem *Fach.* non approbat *vers. sexta oppositio.* Alia habentur apud *Prat. discept. forens.to.2.cap.45.* vbi ædificium post noui ope-
19 ris nunciationem prorsus demoliendum vti attentatum, etiam si cautio demoliendi offeratur, ac licitè per procuratorem sine
20 speciali mandato nunciationem ipsam fieri, & ritè procedere, si dominus ratam habuerit, rationibus comprobatur.

Neque à iure *consuetudinario* nostro per illa
21 verba, *Libello inferatur iusta causa prohibitionis, seu impedimenti, quam probet infra terminum, quem iudices competentem æstimauerint, nō attentō tempore à lege statuto, per Iudices danda est licentia ædificare volenti, quod ædificet,* iuris cōmunis dispositioni in hoc, quod mox tradidimus dici potest derogatum, nam ex ijs nil aliud statutum dici potest cum *Napod. hic ver.tempore num.5.* quàm quod interdictum
22 hoc possit cessare, non obstante dispositione *l.prætor, §.hoc interdictū, ff.de nou.oper.nūc.* qua habetur durare perpetuò, ad triginta nempè annos vsq; vt *Fragos.* explicat *de regim. reipublic.Christia. par.1.lib.7. de partic.regim. oppid. disput. 21. de ædili. num. 18. vers. differunt tamen;* postquam Iudex cognouerit, causam

Ii ad

ad impediendum allegatam non sufficere, ac per consequens dederit ædificanti licentiam
23 ædificandi, quod etiam per ius commune probari, patet, si *Bart.in l.1.num.23. ff.de nou. oper. nunciat.* asserenti, licere Iudici mã-
24 datum tollere si ex productis testibus ad instantiam nunciantis, eidem nunciandi ius nõ superesse, constiterit, credamus, & sanè nil à
25 commune iure traditum municipali nostra lege tollitur, neque propter demandatam descriptionem causæ prohibitionis, & impe-
26 dimenti in libello, neque per facultatem Iudici factam breuiandi terminum iuris communis in causa noui operis nunciationis; nam vix fieri potest petitio, & libellus, qui petendi causam non habeat, & interdictum hoc per-
27 petuò dari, etiam hæredibus, cæterisque successoribus, & contra hæredes in id, quod ad eos peruenit, non aliter, traditur in *cit.* §.*hoc interdictum,* quàm vt possit quandocumque
28 proponi, non autem vt propositum perenniter vigeat.

Cæterum quibus ex causis nunciatio fiat?
29 habetur in *l.1.* §. *nunciatio fit, ff.de oper. nou. nuncia.* & *alibi,* & fieri, *aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia*, constat; ideòque ad tres
30 causas nunciandi facultatem reduci, dixit *cit.Ciarli. num.14.* nec immeritò traditur in *decis.24. Reg.Rouit.num.38.* vicino, etiam an-
31 tequam rem iure congrui petat, hoc ædictum competere, ne possessor in re empta fabricet; quod non aliter intelligendum esse puto, quã per *Reg.de Marin.resolut.quotid.lib.2.cap.214.*
32 *num.4. & 5.* traditur, posse nempè impediri nouum opus ne construatur, vel penitus destructum, & collapsum reædificetur, non autem impediri, ne antiquum ædificium repa-
33 retur, cum isto casu nouum opus nunciari nequeat, *Bar., Castren., & Alex.in l.1. §.si quis ædificium, ff. de oper. nou. nuncia. Bologn. in l. qui viam, num.69.cum seqq.ff.ead. Capyc. Latr. cit.consul.116.num.4. & 5. Reg.de Pont. de potest.Proreg. tit.de abund. Ciuit.§.2.num.19.* & cæteri; prout non posse noui operis nuncia-
34 tionem fieri pro seruitutibus rusticis, receptissimum dicit *cit. Fragos.num.17. & cit. nu. 16.*
35 differentiam inter interdictum, *quod vi, aut clam,* ac istud, *operis noui nunciationis*, constitutam in tempore, quo vtrumque durat, ad *text.l.semper, §.hoc interdictum, ff. quod vi, aut clam,* & *l.Prætor ait, §.hoc interdictum, ff. de oper.nou.nunc.* affert, talique discrimini non
36 vereor, & illud cumulare cum *Napodan. cit. ver.nisi, num.4.in fin..* ædificatum nempè ante nunciationem factam iudicio interdicti, *quod vi, aut clam*, postea verò interdicti *noui operis nunciationis*, venire, ac vt summoueatur, peti posse. Quare eum, contra quem interdi-
37 cto, *vndè vi* agitur, conseruandum interim in possessione, habetur ex *Innoc.in cap. cum venissent de restit.in integr.num.6.& alijs* penès *Sanfelic.decis.8.n.1.& seqq.*

Quærimus tandem, an quandoque Fabri-
38 catores, alijque operarij ratione noui operis nunciati valeant puniri, si de mandato alicuius opus construunt? & dicimus cum *Molfes.tom.3.comment.ad consuet.Neap.par.16. de oper.nou.nunc.quæst.6.num.1. Brunor. à Sole in compen.propos.iur.ver.operarius, De Pont.de potest.proreg.tit.de abund.Ciuit.§.4. num.20.* & *alijs* ab illo *relat.* neque ad pœnam, neque ad damnum teneri; dicuntur enim in bona fide, quæ eos excusat, *l.in rem,§.signum,ff.de rei vẽdic.* at si in mala fide constituantur, vel nunciatione eis etiam facta, vel alio ex modis relatis à *cit.Molfes.num.5.* & *De Pont.ibid.* tenentur, & ad pœnam, sub qua forte eis prohibitio facta fuit, ac etiam ad damnum, quod eorum culpa fit nuncianti.

CAPVT SECVNDVM.

Consuetudinis, Idem est, eod. tit. explicatio.

De imponẽdis defensis, & de penis pro animalibus in alieno agro depascentibus impositis; De centenaria in pascuorum materia probanda; De Communione inter plures vniuersitates inita, ac de alijs circa ius pascendi, aquandi, & lignandi, eiusque præscriptione, & in quibusnam locis competere dicatur: De pascuis, nemoribus, & fontibus Baronum, & Vniuersitatum, & cuiusnam potius in dubio præsumantur?



SVM-

SVMMARIVM.

Consuetudinis, idem est, *dispositio affertur, numer.* 1.

Defensa quid sit? tradiiur nu.2.& 3. & potest verbo, & factis imponi,n.4.

Pœna imposita pro animalibus in alieno agro depascentibus, traditur num.5.

Fida, & diffida quid sit? explicatur n.7.& 8.

Centenaria quomodo probetur in materia iuris pascendi? traditur n.9.

Ex causa communionis competit ius pascendi? num.10.

Communio inter plures vniuersitates non permittitur absque assensu, n.11. & quando dissolui potest per numerum auctum ciuium? demonstratur n.12.& 29.

Ius pascendi, aquandi, & lignandi quid sibi velit? examinatur num. 15.16.& 17. an dicatur reale,& præscribi possit?n.13.& 14.et quibus competat? n.18. & in quibusnam locis, n.21. 22.23.& 24.

Ius municipium non potest facto aliquorum mutari, & deterius fieri, n.19.et 20.

Pascua,nemora, & fontes, an præsumantur Baronis potiùs,quàm vniuersitatis?num.25. et eorum cuinam potiùs fida, et diffida solui debeat? nu.26.et 30.

Ciues non sunt testes idonei pro causa fidæ, et diffidæ Vniuersitatis,n.27.

Testes die feriata an recipi debeant? n.28.

1 IDem, quod præcedenti *Consuetudine* constitutum fuit respectu impedientis cuiusuis ædificij constructionem, hic ad quamcumque prohibitionem, datumque impedimentum extenditur, nec dissimilis procedendi in iudicio forma statuitur,vtrobique.Quare cum nil præter tradita ibi, hic haberi, pateat, quæ supra diximus, pro explicatione etiam presentis *Consuetudinis* sint satis.

2 Pro explanatione tamen verborum, *defensam imponant*, aliqua subnectemus,tradentes, quid sit defensam imponere, quomodo & quando imponi liceat? nonnulla etiam circa ius pascendi, aquandi,lignandiq;, practicabilia subnectentes, Et quoad primum dicimus, defensam in hac nostra specie nil aliud esse,
3 quàm obstaculum, siuè impedimentum, quo vsus rei, in qua ponitur, cuilibet impeditur, ità vt absque impedientis consensu ea vti frui nequeat impeditus, & differe à mezanis,alijsque huiusmodi clausuris,quæ fieri debent pro necessitatis modo, & arbitrio boni viri *Vasq. contro. illustr.c.*47.dixitq; *Nouar. de grauam. vassall.tom.1.grauam.*34.*num.*5.& non tantùm
4 facto,sed & verbis imponi posse præcipuè in hoc Regno, habetur ex dispositione *Constit. Regni, cum per partes Apuliæ*, & in *pragm. . . de offic. Baiul.* vt explicat præ cæteris *Sanfelic. decis.*8.*to.*1.dicens *num.*9. *Diffidæ* verbo,quod omnium in ore esse, ait *Afflict. in cit. constit.*
5 *cum per partes, 7.notab. num.* 13. *vers. nescio*, pœnam impositam pro animalibus depascentibus in alienis agris, denotari, ac fundari in banno, quo fit prohibitio pascendi, *Nouar.in tractat.de grauam. vassall.* 42. *tom.*1. Quando
6 verò sit fida, & diffida soluenda,& quænam sit pœna fidę, & diffidæ, tàm in agris bannitis, quàm non bannitis, traditur apud *eundem Sanfelic.Ann.singul.*138. *Afflict.decis.*290. *Capyc.decis.*45.*cit.Nouar.& alios.*

7 Quando valeat imponi defensa? habetur apud *Auendan.de exequen.mandat.cap.*12. *lib.* 1.&*Capiblanc.de Baron.tom.*2.*cap.*74.*num.*11. ad explicationem *pragm.*11.*de baron.&* 1 .*de salar.eor.qui mitt.* §. 9. in materia pascuorum, at nos,vt regulam generalem statuamus,dici-
8 mus, semper licere,quoties ius nòn resistit [in materia enim pascendi iuris sufficit,legem nō resistere, & si non assistat expresse, vt asseritur in *disput.*24.*Marcia.tom.*1. *num.*4. (vbi de
9 probanda in eadem re centenaria, & immemorabili circa communionem, & alijs) & *Garzi.de expens.cap.*9.*num.*11.]Quare etiam
10 ex causa communionis, inter plures Vniuersitates initæ, ius pascendi competere, non dubitatur apud *DD.* communionem verò absq; assensu non permitti, dixit *Capiblanc. de Ba-*
11 *ron.pragm.*11.*num.*118.apud quem *num.*119. quando dissolui debeat si ex terris, inter quas
12 est communio, altera sit aucta ciuibus? habetur.

De iure pascendi,aquandi, & lignandi horum occasione nunc videamus; & pretermisso
13 examine an reale dicatur,an verò personale,
14 & de eo tempore,quo valeat præscribi, cum apud *Capiblanc.de Baron.tom.*2.*cap.*76.*num.*5. *&* 11. expletum habeatur, dicimus, pascendi
15 ius ab illo aquandi,& lignandi differre ita, vt vno acquisito, non item aliud habeatur, *Capiblanc.ibid.cap.*8.*num.*3.4. *&* 5. quin & il-
16 lud in herbarum consistere perceptione, nec ad glandes extendi, vt idem *Capiblanc.tom.*1. *de baron.pragm.*11. *num.*122. dixit,& si habē-
17 ti ius pascendi in aliquo loco, adhuc aquandi competere facultatem, substinuerit *Nouar. quæst. forens.*23. *tom.*1. *& de grauam. vassall. grauam.*35.*tom.*1.*num.*5.cum *Tasson.in obseru. ad pragmat.de antepha.fol.*279. *col.*1. *circ.med. Ricc.in collect.decis.*2882.*par.*7.*circa med.Staybau.iun.ad consil.*91.*Staybau.sen.ad text.l.*1. *C. de Mancip.& Colon.lib.*11. contra *Reg.Rouit. in comment. ad pragmat.regn.rubr. de pascui. à num.*9. *cum seqq.* Competere verò in demo-
18 nialibus Vniuersitatis à primæua destinatio-

rati,& indiuidualis, præcesserit probatio, ac de damno emergenti per tres necessarias conditiones cōstiterit, quòd nempè re ipsa eueniat, vel immineat: vt vltra damnum non exigatur,& tandē, vt reuera, & cum effectu mutuās patiatur damnum, proùt de cessantis lucri probatione, quæ non dicitur in solito negotiari presumi, dixerunt *Afflict.decis.20. num.2. De Ianuar.in respons. theol.cap.8. Gratian. discept.forens.tom.1.cap.67.num.10.cum seqq. & tom.5.cap.987.numer.22. Merlin.lib.1.cap.75. Peguer.decis.32.num.22.* quasi non valeat illatio, est mercator ergo lucratur; nec quod di-
43 citur de promptis, paratisque omni tempore emptionibus assumptum, conferat, proùt per bellè defendit *Capyc. Latr. decis.97. num.14.* cum nec admittendum, iure licito pro mutuo lucrum, quod aliàs cessare videtur, recipi pos-
44 se, ex quo pecunia possit in emptionibus implicari, defendant *Roderiq.de ann.introit.lib.3. quæst.8.num.20.vers.sed in praxi, Cyriac.lib.3. controu.cap.540.num.31.cum seqq.* & de damno emergenti dicunt *DD.* apud *Bonac.tom.2. de contract.disput.3.quæst.3.pun.4.num.3.* debet enim lucrum, quod cessauit, & damnum emer-
45 gens specificè probari, proùt præ cæteris defendunt *Hodiern. controu.lib.1.cap.17.* ex innumeris ferè *DD.* quos allegat, alijque adducti per *Consil.Carleual.de iudic.tom.2.lib.1.tit. 3.disput.8. num.98.* cum nec ipsa partis asser-
46 tione, quæ præsumitur hoc casu, & in quocūque contractu de vsura suspecto extorta, ità vt
47 interim dicatur illiquidus contractus, dici valeat legitima inducta probatio, si stare velimus traditis à *Merlin.eod.cap.75.n.18. DDq;* ab eodem relatis, ac *Carleual. eod. tom. 2. disput.8.sect.6.a num.71. & 79.* ad id quinquaginta nouem *DD.* allegante, cum quibus sentire videntur *Cons. Rocc. respons.41. num. 15. Consil.Stayban.tom.1.resol.forens.cap.93.num. 21.Ciriac.controu.lib.2.cap.157.* Quare si fue-
48 rit huiusmodi interesse absque debitis requisitis solutum, cum debeat omninò soluenti restitui, *cap.cum tu, & cap. cum Michael de vsur.* illud in extinctionem sortis principalis cessisse, ad *text.l.creditor, §.fin.ff.de solut. cum alijs concord.* videtur affirmandum esse iuxta ea, quæ *De Pont.cons.70.num.25.lib.1. Milan.decis.2.num.62. & 64.* quin & instrumento mu-
49 tui cum interesse taxatione non dandam esse exequutionem propter conuentam in eo vsuram, cum ex pluribus probet *Merlin.lib.1.cōtrou. cap.76.* exceptionem vsurariæ prauitatis
50 exequutionem instrumenti vigore pacti, & absque termino impedire, prout vsurarium instrumentum minimè liquidari posse, habetur apud *Capyc. decis.175. Viu.decis.304. Vrsil.ad decis.31. Afflict.num.4.& 5. Sese de inhibit.cap.4.§.num.7.&* 8.& alios.

At præualet in contrarium sententia *DD.*
51 qui tenent, licitè recipi interesse mutuatæ pecuniæ pro lucro cessante, & emergente damno, posseque ideò & pacisci, ac statui in ipso mutui origine, & constitutione, vt est videre apud *Reg.Rouit.in pragmat.1.num.45. de vsura.Giurb.decis.85.Theod.alleg.40.num.30.Galeot.controu.56.num.26.Marcia.consil.50.nu.6. cum seqq.Merlin.contro.iur.tom.1.cap.43.& to. 2.cap.50.num.26.& 27. Gait.in tract.de credit. cap.2.tit.7.quæst.2.num.1679. Surd. decis.259. & 260. Reg.de Pont.de potest.proreg.tit. de regal.impos.4.§.5. per tot.* posseque etiam antici-
52 patè interesse recipi, si tamen decimam non excedit, infertur ex *eod.Gait.cap.2.tit.2.quæst. 2.num.1719. Medin.de vsur.quæst.3. §.septima conditio,* quem refert, & sequitur *Less.de iust.& iur.lib.2.cap.20.dub.11.num.99.& 100.* inte-
53 resse enim validè recipi semper, ac decimam non excedit *Surd. decis.259.& 260. num.23. Alber. Dec. Bellon.* & alij relat. per *Carleual. lib.1.tom.2.tit.3. sess.6. num.85.dub.5.* (quicquid aliter idem sentiat) & *Roderic.de ann.reddit.lib.1.quæst.7.in princ.nu.8.& 9.* dicunt, fortiùs in hoc Regno, vbi sunt paratæ emptiones,
54 idem *Merlin.*cōtra *Thor.in compen.decis.par. 1.ver.interesse,* ac etiam si nil de interesse pre-
55 statione sit conuentum, idem *Merlin. cit.cap. 50.num.27.* cui se opponit *cit.Carleual.nu.21. cum seqq.* nec inquirendum, an verè lucrum
56 cessauerit, vel damnum mutuans senserit, cum vtrumque præsumatur, dixere, *Cagnol. in l. vnic.C.de senten.quæ pro eo, quod interest num. 51.& in l.curabit, C.de act.empt.num.56. Dec. consil.111.& consil.322.Surd.consil.327.& decis.248. Scac. Grat. Gail.Honded.& alij relat.* per *Gait.de credit.cap.2.tit.7.quæst.2. nu.1691. & 1698.* subdens *num. 1699.* id tàm veritati consonum videri, vt si interesse decimam ex-
57 cedens exigatur, tantùm, quod excessit, valeat soluens repetere, ac reliquum pecuniæ remaneat penès mutuantem legitimè solutum ad *Text.l.pecunia,& l.placuit,ff.de vsur.*

Ideoque exceptione vsurariæ prauitatis, quę
58 non valet in promptu probari exequutionem instrumenti vigore pacti, & pręsentationem, siue (vt dicimus) liquidationem non impediri, dicunt *Rouit.in rubr. de instrum.liquid. num. 40. Surd.cons.327. a num. 15.vol.3. Scac. de commer. & camb. §.7.glos.5.num.66. & 69.Farin.decis.Rot.490.Gait.in cit.tract.de credit.cap. 3.tit. 1.a num. 1043. & meliùs 1046.* dicens,
59 instrumenti, quod dicitur apud omnes probatio probata, robur, non aliter, quàm æque validis probationibus, vt claris infirmari.

Cęterum aduersantium huic sententiæ authoramentis Doctorum nostra opinio confirmatur, nam *Roderic. de ann. reddit.lib. 3.quæst.*
60 *8. sub num. 20.Hodier.num. 30. cap. 17. Capyc. Latr.* omnesq; alij de praxi, & obseruantia eiusdem testantur, & satis est pro veritate opi-

opinionum obseruantiam allegare, vt docuit
61 *Fran. de Petr. festiuar. lect. lib. 1. cap. 6. a nu.* 4. cum nil sit inter homines (vt dixit *Iustitianus in authen. de tabellion. §. & non fingant*)
62 quod aliquam sollicitam dubbitationem recipere non possit, & quòd *Consuetudo*, & mo-
63 res licitam faciant interesse conuentionem, & exactionem in ipsa mutui constitutione de iu-
64 re ciuili, habetur per *decis. Rot. Genuen.* 194. *Corn. cons.* 145. *vol. 2. & cons.* 154. *vol.* 4. *Paris. cons.* 60. *col. fin. vol.* 1. & de iure canonico per
65 *Bald. in l. 2. C. de vsur.* multosque per *Canonistas apud R. de Ponte vbi supr. num.* 73. quin Idem *Hodier. in fin.* sibi contrariam sequutam fuisse determinationem articuli, refert. *Capyc.*
66 *Latr. num.* 15. *& in fin.* in hac Ciuitate eius sententiam non posse substineri, sed tantùm in paruis Oppidis procedere, fatetur, etiam stante dispositione *Consuet. incip. viro mortuo*
67 *tit. de Iur. dot. Cons. Roc.* loquitur in decocto, qui neque in damno potest esse, neque in lucro post decoctionem propter eidem interdictam administrationem; quibus conferunt tradita *a Capy. Latr. decis.* 133. *tom.* 2. vbi etiam verum per aduẽtũ diei, in qua aliquid fieri est promissũ, promittẽs ipse cõstituatur in mora? ergo per ipsũ scripta nõ sunt nostrę speciei applicanda: nec tandem deferendum *Cons. Carleual.* qui (vt nonnulli volunt) de hac re scripsit ad emulationem, traditaque per eum in hac materia exorbitantia fuerunt æstimata, prout etiam valet argui ex scriptis *tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput.* 8. *sect. 6. post num.* 104. *vers. dixi vel paulò mi-*
69 *nus*, vbi rescisso contractu interesse non deberi ad vnam eandemque rationem tertiarum, dixit, sed paulò minus, ad rationem nempe ducatorum duorum minus pro centenario, quod licet videatur posse cõfirmari S. R. C. decisione relata per *Staiban. resol. forens. to. 1. resol.* 81. *n.* 23. ab omnibus ferè DD. reijcitur, qui
70 dicunt, quod post rescissionem cõtractus, quocumque modo sequatur, interesse ad eandem rationem tertiarum debetur, cum nil aliud operetur rescissio contractus, quàm quod
71 olim ratione tertiarum soluebatur, soluatur postea vt interesse, quod aliud non parit interesse, vt dicunt *Rouit. super prag. 1. de cen. num.* 38. *& 39. Thor. in compen. par. vers. creditor qui pecuniam*, & omnes.

Huic affinis est quæstio illa, in qua inuicem pugnant *Merlin. contro. forens lib. 1. cap. 31. a num.* 8. *& Illustr. Afflict. cauensis Episcopus controuers. iur. resol. cap.* 13. *a num.* 15. *ad* 29.
72 vtrum nempe debitor ad certum tempus, a quo finita dilatione per aliquod temporis spatium creditor interesse recepit, possit postea vrgeri ad solutionẽ, an verò, quasi ex hoc cõtractus natura sit mutata, amplius molestari
73 nequeat pro sorte? Et pro debitore scripsit *Merlin.* dicens, post termini prorogationem ad soluẽdum cum vsurarum receptione à creditore non inquietandum debitorẽ pro sorte, cum videatur idem argui posse mutatio contractus de vna ad alteram naturam ex vsurarum receptione, ac ex partium expressa conuentione, allegans *text.* in *l. fin. ff. de eo, quod certo loco l. post diem, ff. de l. commiss. l. commissoria C. de pact. inter empt. & vendit. Thesaur. quæst. forens. cap.* 54. *in fin lib. 2. Ruin. cons.* 155. *n.* 5. *lib.* 5. *Lup. in l.* 2. *§.* 3. *n.* 63. *C. cit. tit. de pact. inter empt. & vendit. Menoch. præsumpt.* 112. *lib.* 3. *Surd. cons.* 403. *num.* 6. *&* 7. quasi incompatibile sit vsuras percipere ex consisten-
74 te contractu, ac eiusdem destructionem in sortis repetitione prætẽdere, cumulando *Rot. Roman. decis.* 805. *par.* 4. *in nouis. Gratian. discept. forens. cap.* 301. *num.* 36. *Canalc. decis.* 16. *num.* 38. *par.* 2. *Cost. de rat. ratæ quæst.* 83. *n.* 7. *Cutel. de donat. decis.* 1. *orat.* 1. *nu.* 119. quibus conferunt olim scripta per *D. Petrum Carauitam*, quæ recenset *Thor. in supplem. compen. fol.* 370. *col. 2. vers. liquidari an possit instrumentum.*

Contra verò scripsit *Afflic.* ac veriorem
75 eiusdem sententiam esse, constat, ne dum quia peritissimis Iure Consultis placuit, vt testatur *num.* 21. & precipuè *R. Rouito in prag. 1. de cens. num.* 50. vbi creditorem ex causa mutui ad
76 libitum sortem principalem petere posse, quamuis plures solutiones tertiarum nomine receperit, affirmat; & quia apertissimè probatur in *l. 2. §. item quæritur vers. non male. ff. de dol. mal. & met. except.* vbi hæc verba habentur, *Non male dictum est, si creditor vsuras in futurum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat antequàm id tempus prætereat, cuius temporis vsuras accepit, an doli exceptione repellatur? & potest dici dolo eum facere; accipiendo enim vsuras distulisse videtur petitionem in id tempus, quod est post diem usurarum præstitarum, & tacitè conuenisse interim se non petiturum*; verùm etiam quia proprij iuris nunquam est præsumenda remissio, & renunciatio; quin *consensus, qui ex aliquo actu elicitur vltra non extenditur, quàm eiusdem limites patiatur, nec ad aliud porrigitur, quàm quod ex actu omnino necessario inferatur, neque actus facultatum ius, aut possessionem aduersario tribuunt*; iuuant, quę latè scripserunt *Surd. decis.* 317. *a num.* 18. *& seq. vsque ad fin. & ex Castren. Alex. & aliis* notauit *Gratian. discept. forens. cap.* 302. *num.* 12. aliasque rationes attulit, ac *Merlin.* & *Thesaur. super cit.* satisfacit idem *Afflict.*

Neque ex eo, quod contractus venditionis
77 annuorum introituum ad formam bullæ per pactum, inter contrahentes initum, restitutionis sortis infra certum tempus in mutui contractum resoluatur iuxta tradita *ab eod. Afflict. num.* 9. argumentum opportunum deduci valet pro contraria sententia, quasi dici valeat,

Hh non

non abs re esse, vt vnus contractus in alium
mutetur ex causa, nam disparitas patet, quia
in contractu venditionis annuorum introituũ,
78 pro substantia requiritur, vt semper sit fors
demortua penes debitorem *extrauag.1.de em-
pt. vendit. Couar. variar. resol.lib. 3. cap.9.nu.
4. Roderiq.de ann. reddit.lib.1.quest.4.vsque ad
num.14.lib.2. quest. 1. nu.3.& eod.lib.2.quaest.
13.nu. 19.& 24.* ita vt huiusmodi pacto red-
79 datur contractus vsurarius, etiam si fiat per
indirectum, vt ijdem *DD.* dixerunt, & *Cenc.
de cens. cap. 1.quaest.3. art.8.num.34. Carleual.
de iudic. tom.2.disput. 8 sect.6.lib.1.tit. 3. num.
84. Gratian.discept. forens.cap.717.vsque ad n.
15. aliique* apud *cit. Afflict. a num. 6.* Ideoque
nec mirum si contractus, qui vno modo non
80 potest existere, aliam naturam assumat, quod
non valet dici in contractu mutui, qui etiam
81 post nouam dilationem, debitori datam, po-
test vt mutuum valere, & consistere, vt supe-
rius fundatum extitit.

Post hæc ad notitiam rei, de qua agimus,
pleniorem de pluribus perquirendum, & pri-
mò, quænam bona pignori dari possint, & cõ-
82 sequenter an, & quãdo aliena res possit in pi-
gnus tradi? & vt vtrumque vnico verbo resol-
uam, fas est allegare *tit. C. quæ res pign. oblig.
possint Hugon. Donel. in tract. de pignor. hy-
pot. cap. 7.& Fran. Baldui. in eod.tract.cap.12.*
qui vniuersam rem latissimè explanant; dicam
83 solum ad intellectum *prag. 1.tit. de animal.
vaccin. & 47.tit. de offic. S. R.C.cap. regn. pri-
dem, & cap. regni constitutioni, & cap. Boues,*
quibus animalia vaccina pignorari prohiben-
tur, prout instrumẽta aratoria, vt affert *Rouit.in
prag.1. tit.de bestijs vaccin. seu bobus non ma-
84 stan.num.1. & 2.* in defectum aliorum bono-
rum eadem exequi, & pignorari nemini pro-
hiberi, vt dixit *Anna sing.66.* cum quo sentit
Nouar. collect.2. super ead.prag. quod optimè
85 explicat *Rouit.num. 4.* dicens, exequutionem
nõ fuisse olim prohibitam Boum aratoriorũ,
quando nil aliud erat in bonis debitorum, ad
text. in cit. l. exequutores, ac per *cap. regni pri-
dem* fuisse genericè talium animalium dene-
gatam exequutionem, quoties pro debito fi-
scali non fieret; per *cap.* verò *Constitutioni*
exequutionem, & pignorationem illorum sem-
per fieri posse, statutum fuisse, quando sunt in
86 specie obligati: at per *cit. prag. 47. de offic. S.
R.C.* constitutum extitisse, vt quoties exequu-
tio pro quocumque credito, etiam Regiæ
Curiæ fieri contingisset, dispositio *cap. Pridem*
87 seruaretur, quidue olim antiquo iure cõstitu-
tum fuerit, habetur ex *Cuiac.lib.4.obser. c. 20.
Coler.de proces. exequut. par. 2. cap.3. nu. 179.*
omniaq; *Gait. de credit. cap. 4. quaest. 7. num.
569. Nouar. de grauam.vassal.tom. 1. grauam.
339.* & *Manson. de caus. exequut. lib. 1. ampl.
15. a num. 10.per seqq.* etiam explanant. Porrò
87 citatorum iurium dispositionem ad animalia,
quæ non sunt apta gignere, non extendi *ex cit.
Rouit.* habetur *num. 2. & 3.* Item militum ve-
88 stes, & arma nec pignorari, nec exequi posse,
tradit Idem *Rouit. pup.prag.11. de milit. num.
42.* vbi quomodo id intelligatur, habetur, &
89 circa exequutionem in lecto, vestibus, tegulis,
trabibus, fenestris, aratris, vomeribus, alijsque
instrumentis ad vsum culturæ, an & quando
fieri licitè possit? consulas *cit. Nouar.336.337.
& 338. & Gait. cap. 4. quaest. 5. num. 89. &
seq.*

An, & quando pignoris retentio creditori
90 competat? agit *Fran. Baldui. in tract. de pi-
gnor. cap. 13. de iure reten.* ad explicationem
l. cum vitiosè 25. ff. de pignor. & hypot. vbi
Modestini Iuris Consulti hæc verba notantur,
*Cum vitiosè, vel inutiliter contractus pignoris
intercedat, retentioni locus non est, nec si bona
creditoris ad fiscum pertineant;* at nobis hic ad-
notare placet, Banco creditori ex causa mutui
91 super re mobili, in pignus tradita, omnino
cõpetere eiusdẽ retentionẽ donec mutuata pe-
cunia restituatur, idque attendi etiã si a non
92 domino pignus constitutum fuisse propona-
tur, quod absque controuersia in hac Neapo-
litana Ciuitate in moribus omnium esse, pra-
xis quotidiana approbauit; nam siue pigno-
rantis verè sit res, quæ pignoratur, siue sit al-
terius, soluenti mutuum, ac exibenti chirogra-
93 phum, quod ab Officialibus nummulariæ mẽ-
sæ traditũ fuit, pignoranti pignus restituitur,
nec aliter illud petenti absque restitutione chi-
rographi traditur, quàm si probatum sit, pe-
tentem pignus illum eundem esse, sub cuius
nomine pignus constitutum fuisse ex libris
Banci constat, & cautio præstetur de restituẽ-
94 da re pignorata vero domino postea forsitan
venturo cum chirographo; quod, & si a gene-
95 ralibus iuris communis regulis aberrare di-
gnoscatur, cum res ad dominum suum semper
clamet, nec a Doctore aliquo hucusque ap-
probatum inuenerim, plublicæ tamen vtilita-
96 tis, & commercij ratione inter Nostros recep-
tum puto, aliaque etiam ex ratione, quia Bã-
97 cum, pignus recipiens pro pecunia mutuata,
pignus tantùm videtur prospicere, ac eidem
incumbere velle propter contractus fidem,
ac restituendæ pecuniæ vinculũ, & ius peculia-
re super eò constituere, quod in pignoribus li-
citè fieri posse, non prohibetur ad *text. in l. li-
cet, C. qui potior. in pign. habeant. l. interdum,
& l. huius, ff. eod. cum concord.* quin, & illis,
98 qui pignori incumbunt, competere interdi-
ctum possessoriũ, habetur apud *Fontanel. decis.
186.tom. 1. num.10. & de pact.nuptial. clau. 7.
glos.3.par.3. ex n. 18. & apud Giur. decis. 12.
& Gratian. discept.forens. 174. ex num. 18. ab
eod.relat.* Ceterum ratio, cur Bancum non libe-
99 retur a debita pignoris restitutione donec
chi-

chirographum, pignoranti datum, non fuerit
restitutum, & cur non teneatur amplius post
receptum chirographum, & si non domino
fuerit pignus consignatum, fundari potest in
traditis a Nobis *sup.tit.16. cap. 3. a num. 102.
vsque ad 106. ex Rouit. decis. 13. Roc. resp. 15.
num. 6. de Franch. decis.* 304. & alijs.

Rursus cum pignoratæ rei fructus eiusdem
100 domino, non autem creditori, cui pignus da-
tum est, debeantur, ideoque ab isto percepti,
101 vel qui percipi potuerunt, computantur in
sortem *l. si dominum*, & ibi *DD. C. de pignor.
& l. 2. in fin. C. de pignor. act.* si tamen sint
consumpti, vt per *text. in l. 1. C. de distract. pign.*
obseruauit *Neguf. de pignor. memb. 5. par. 5. nu.
11.* sex limitationes superioris regulæ afferens,
etiam pro ampliationibus eiusdẽ antea factis;
videndum sequitur, an Antichresis in pignore
102 validè constituatur. Antichresis enim, cuius
exempla habentur ex *Papin. in l. 1. §. pacto, ff.
103 de pignor. Modestino in l. Caius Seius 39.
ff. de pignor. act. ex Paulo in l. legata 9. §. sup-
pellectile, ff. de suppellect. legata, & alibi*) siuè, vt
Itali dicunt, contractus a Godere *Coler. de
proc. disp. 8. sect. 5. num. 51. Capyc. Latr. decis.
104 159. num. 16.* & Hispani de gozare a gozare,
*Leotar. de vsur. quæst. 15. num. 30. & Franciosi
in suo vocabulario vers. Gozar.* est quędam
partium conuentio, qua statuitur, vt fundi, aut
ædium debitoris eo vsque creditor possessio-
nem retineat, & in vsuras fructus percipiat, aut
locando, aut ipse percipiendo, & habitando,
donec pecunia illi soluatur, vt ex *text. in l. si is
qui bona 11. §. si antichresis, ff. de pignor. & hy-
pot.* edocemur. in pignore antichresim iure
105 licito constitui posse non videtur, quasi
propter vtilitatis accessionem pignus esse de-
finat; *sit tamen* (sunt verba *Fran. Baldui. cap.
106 16. de antichresi in tract. de pignor. in prin.*)
*aliquando, vt maior vtilitas pignoris sit, & cre-
ditor rem obligatam non solum teneat, sed & pro-
prie, vt vsurarius possideat, hoc est, ea vtatur
fruatur, nempe cum conuenit, vt pecunia debitor
vtatur fruatur, & creditor loco vsurarum perci-
piat fructus pignoris, eoque interea similiter
vtatur fruatur.* quod & *Alciat. disput. lib. 2. c.
3.* dicens *Antiocresis pignus est, quod ita datur,
vt eius usum, & fructum pro usuris sibi creditor
cõputet,* cõfirmat & *Cuiac. obs. lib. 3. c. 35. de an-
tichresi* ità loquutus *est, species pignoris ita da-
107 ti, vt donec pecunia soluatur, pignore creditor
vtatur fruatur in vicem vsurarum* ad text. *in l.
si seruus, C. quod cum* eo subdens *lib. 18. cap. 17.*
etiam tacitè de antichresi posse conueniri, al-
legando *text. l. cum debitor, ff. in quib. caus. pign.
taci. contraha.* Ideoque pignus constitui per hu-
108 iusmodi contractum, qui a iure non impro-
batur, dignoscitur, quod confirmauere *Ant.
Fab. de error. prag. decad. 9. cap. 1.* & *Leotard. de
vsur. qu. 11. a nu. 15.* existimantes, antichresim
pignus esse, sed non vsurarium, & si stulta an-
109 tichesis dicatur, si fructus prædiorum multò
110 maiores esse soleant fœnore debito, nec ta-
men iniqua, vt idem *Bald.* dixit, qui *Ciceronis
num. 2. orat. in Catilinam* verba refert, quibus
Catalinarios quosdam, qui cum in magno ęre
alieno essent, sed maiores possessiones haberẽt,
nil ex his vendere volebant, quo se liberarẽt,
potius certare cum vsuris eligentes, reprehen-
dit (vtilis sane animaduersio, quæ nostris his
111 temporibus fieri multis deberet, qui vt ap-
pareant aliquando diuites ad mendicitatem,
vsque peruenire solent,) vide tamen *Aria. de
Mesa variar. resol. lib. 3. cap. 46. & 47.* vniuer-
sam conuentionis antichresticæ materiam ex-
planantem.

Hinc fit, vt locationis conductionis potius
contractus naturam sapiat antichresis, quàm
112 emptionis, venditionis, vt dixit *cit. Leotard.*
& expressius *Rodriq. de annu. reddit. lib. 2. quæst.
11. num. 35.* his verbis: *Aduertendum tamen
est, quod licet Antichresis non multum distet ab
emptione ipsius fundi sub eodem pacto redimen-
di; tamen non tam parum abest, quin sit notabilis
distantia, quia in venditione, & traditione fundi
venditor statim omne dominium, & possessionem
amittit, quæ transfertur in emptorem, sed in hac
simplici antichresi venditor remanet dominus, &
possessor dicitur possidere ad commodum vendi-
toris l. serui nomine, ff. de vsu capion. & sciendum
§. creditorum, ff. qui satis dar. cogan.* ideoque
Labeonis sententia in *l. cum manu lata, §. fin. ff.
de contrahen. empt.* consonat, dicentis, *Nemo
potest videri eam rem vendidisse, de cuius domi-
nio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc,
aut locatio est, aut aliud genus contractus*; per
113 venditionem enim in emptorem dominium
transfertur *l. clauibus, ff. de contrahen. empt. &
§. vendita instit. de rerum diuis.* Quamobrem
periculum rei traditæ debitoris esse, nisi aliud
114 actum sit, consequens est affirmare cum *cit.
Leotard. ad text. l. 5. ff. de naut. foenore*, & *l. 11.
C. si cert. petat.* cum rei pignoratæ interitum
115 ad debitorem non autem ad creditorem,
qui pignus recepit, spectare habeatur ex *Mer-
lin. de pignor. quæst. 105.* iuxta dispositionem
*l. 1. §. is quoque, ff. de act. & obligat. l. quæ for-
tuitis, & l. nulla culpa, ff. de pignorat. act. & l.
pignus C. eod.* quod in locatione conductione
116 æque procedit *l. item quæritur, §. exercitu, l.
ex conducto, §. si vis, ff. locat. l. 1. C. de loca, et
conducto.*

Meritò igitur Doctissimus omni virtutum
117 genere, omnigenaque eruditione præditus
Ioseph Canalis V. I. D. verè strenus, & (vt de
eodem testatur *Rodoer. cons. 44. nu. 36.*) vnicus
in R. C. S. causarum patronus in controuersia
inter Donatum de Auossa, ex vna & Regium
Fiscum regalis patrimonij ex altera agitata
de eo, an deberetur eidem Donato regio Fer-

ceptori prouinciæ Terræ laboris damni passi restauratio ob defectum fructuum, & emolumentorum officij, post sequutas cessiones, seu venditiones functionum fiscalium? istis alijsq; adductis ab eo iuribus, & lepide allegatis defendit, vel creditori restituẽdam esse pecuniã,
118 Fisco solutam, vel certam statui interim debere prouisionem, fructibus, emolumentisque cessatis respondentem, & ità in eadem R. C. obtinuit referente integerrimo viro eiusdem
119 R.C. Præsidente Dominico Petrone, nam pro articulo, de quo nos dicebamus *tit.24.cap. 1. a num.12.cum seqq.* confirmando, vt nempe
120 rei locatæ substantia deficiente damni restauratio, mercedisque remissio fieri debeat, adduxit preter alios à nobis allegatos *Attolin. resol.43. Buccafer. cons.80. Boss. de remiss.merced. num. 104. & 107. Castil.contro.lib. 3. cap. 3. & seq. num.914. & 915.Cresp.obseru.94.n. 46. & obser.104.num. 21.Cabed. decis. 80. par. 2. num. 9. & 11. Menoch. & alios post Augus. Barbo.lib.2.vot.62.nu.32.*& alios, quibus nunc addo omnino videndum *Pascal. de vir. patr. potest. par. 4. cap.6. per tot.* vbi adhuc multa ad explicationem, confirmationemque eorum, quæ supra *tit.24 de locat.& coaduct.cap.2.a nu. 32.*dicebamus afferuntur, & faciunt etiam, quæ *in alleg.Mutij Recchi*, quam idem *Pascal.* rescripsit a *fol.494.*habentur, idque etiam dum facto Principis, vel suorum Ministrorum ces-
121 sat rei conductæ fruitio, attendi, probauit cum *Eman.Aluar.Pegas resol.forens.cap.3.num. 924.& 925.Fran.Marc.decis.62.num.2.par. 1. Bero.cons.64.num.6. & 12.tom.1. ad text.in l.cotem ferro, §.maximos ff. de publica. & vectigal.* fundans insuper ex *Merlin.de pignor. lib. 4. tit. 3. quæst. 105.num. 15.* ac *Leotard. vbi super n. 30.vers.neque ex eo*, licere huic Donato de Auossa creditori, offerendo pignus, ad creditũ agere, solutamque pecuniam repetere, cum
122 in hac agendi formula actio petendi credi-
123 tum, quin & pignus vendendi ad libitum creditoris, nisi alter sit conuentum, contineatur *l. 1. C.de distract.pignor.l.1.C. debitor.vendit.pignor. imped. non posse*, concludens ideo, Fiscum alterum ex duobus, pecuniam nempe petenti creditori, qui pignus obtulit, restituere
124 vel ipsam fructuum antiquam perceptionem sumministrare oportere, cum ex *Ann. Rober. rer.iudic. lib.2.cap. 8.vers. pecunia fol.* 400. iustissimam esse in omni contentione petitionẽ,
125 vt *aut contractui inito stetur, aut ab eo in totũ recedatur l. Iulianus, §. si quis colludente, ff. de act.empt.* habeatur.



CAPVT SECVNDVM.

Consuetudinis, Si Creditor, eod. tit. explicatio.

De statuendo pretio amissi pignoris per confessionem creditoris, iure iurando firmatam, ac de periculo, siue commodo rei pignoratæ Domino competente, & an, & quando propter creditoris culpam eiusdem esse dicatur? De antiqua pignorandi arrestandique cadauera Hominum mortuorum *Consuetudine* a Romanorum legibus sublata. De priuilegiata nonnullorum creditorum hypoteca, & quis eorum in concursu potior esse dicatur? ac tandem de ea quæ crœditori in priuata Scriptura constituitur, & an, & quãdo à confectionis die potiùs, quàm eiusdem verificationis oriri dicatur?

SVMMARIVM.

Dispositio consuet. si creditor, *traditur num. 1.& quando discrepet a iure communi num. 2. 3. 4. & 5.*

Pignoris traditione non arguitur mutuatæ pecuniæ numeratio, num. 6.

Creditoris iureiurando an, & quando legitima probatio pignoris amissi habeatur? n.7.

Æstimatio rerum pignoratarum quando fiat? nu. 8.

Creditor præstare debet æstimationem amissi pignoris, num.9. & damna tenetur sentire n.10.

Fænerator, qui res pignoratas non excussit a tineis tenetur pignoranti ad damni æstimationem, num.11.

Actione pignoratitia venit dolus, lata culpa, & leuis, n.12. contra num. 13. & quid in pignore conuentionali, num.14.& secus si res casu perierit, num.15.vel aliter sit inter partes conuentum, num.16. & limitatur n.17.

Casus fortuitus quisnam dicatur, & quomodo probetur? nu.18.

Creditor an, & quod pro casu fortuitu excusetur remissiuè, nu.19.

Parentes olim valebant filios vendere, num. 20.secus

cus hodie, num.21. & punitur n.22.
Liber homo an possit se in pignus creditori suo tradere, num.23.
Ægyptij solebant tradere pignori cadauera parentum, n.24. & 25.
Angeli *sententia de arrestandis cadaueribus debitorum affertur, num.26. sed improbatur n.27.*
Qualibet Consuetudo, quæ aliquid circa arrestum cadauerorum etiam vsurariorum disponit, est iniqua, nec seruanda, n.28. & 29.
Pignoris titulus non est habilis ad inducendam præscriptionem, n.30. & quare num.31. secus dationis in solutum, n.32.
Cautius est pignori incumbere, quàm in personam agere, num.33. & cur num.34.
Creditor, qui pignori incumbit, non potest capturam personæ obtinere, n.35.
Exequutio an vno, eodemque tempore possit fieri in bonis, & contra personam? n.36.
Creditores simul concurrentes quando cæteris præferantur, & quid dicendum in creditore pro salario, & pro causa mutui ad refectionem in concursu creditoris ex causa dotis? explicatur remissiuè n.37.38.39.40. & 41.
Creditor, qui rnuida serica colorauit, an pro expensis, suisq; laboribus cæteris creditoribus præferatur, n.42. & 43.
Textus in l.interdum, ff. qui potior.in pign.habean.*explicatur num.44. & 45.*
Natura præualet accidenti, n.46. & accessorium sequitur naturam principalis, n.47. & 48.
Impensæ facta in re meliorata minuunt rem ipsam, & quomodo n.49.
In re propria non semper aliquis præfertur, n.50.
Actionem hypothecariam ad beneficium creditoris oriri ad beneficium creditoris apodissarij à die factæ recognitionis, non autem confectæ scripturæ, an sit verùm? explicatur num. 51. 52. & 53.
Verificatio scripturæ priuatæ debet fieri citato eo, cuius interesse potest, non fuisse verificatam, n.54. & 55.
Hypotheca multifariè constitui potest, n.56.
Quilibet potest sibi præiudicare, n.57.
Alteri per alterum non potest fieri præiudicium in hypotheca constituenda, n.58.
Prior in tempore potior est in iure, n.59.

1 ALiud quid speciale ad fauorē creditoris, cui pignus à debitore traditū est, statui videtur in *Consuetudina* ista; Nam ad probandum rei pignoratæ pretium, si de eo inter creditorem, & debitorem fit quæstio in defectum legitimarum probationum, confessionem eiusdem creditoris iureiurando firmatam admittit, nec aliter debitori succurritur aduersus factam confessionem, quàm si pignus reperiatur, cum pignoris eo casu habeat persecutionem, & si receperit æstimationem, vt ex *Camill. Saler. in summar. & Napod. ver. si creditor num.7. hoc tit.* explicatur. Ista tamen indigeut explanatione; nam credi-
2 toris dicto de pignoris obligati amissione, legitimis deficientibus probationibus, non statur, & creditor ipse debitori ideò tenetur ad interesse per *text. in l. si creditor 5. C. de pignor. act.*, quem in hoc incorrectum dicit *Napodan. hic ver. dicat n.8.* cumque in eodem, qui
3 culpæ reus deprehensus, & manifestis rationibus pignus perditum esse non probans æqui-
4 paretur, quod restat inuiolatum à *consuetudinario* iure, cum circa pretij æstimationem
5 rei pignoratæ tantùm creditori indulgeatur, vt ex nostro *Textu* percipitur, & *Napod.* insinuat *ibid. & ver. dicto creditoris, numer. 11.* vtriusque consonat dispositio, & pignoris
6 traditione numerationem mutuatæ pecuniæ non argui, habetur ex *Text. in l. 1. & 2. C. si pignor. conuent. numer. pecun. secu. non fuer. Manen. consil. 122. num.3. & 4. & DD. ab eod. relat.* sed an ex creditoris iureiurādo quādoq; pignoris amissi probatio legitima habeatur, si de amissione præsumptiones concurrant? tradidit *Marin. Frecc. hic in apost. incip. ista probatio*; cæterum in ista re, de qua agimus,
7 an corrigatur dispositio *Constit. quæstiones iurisperitorum de fide nobil.* ? ex traditis *ab eod. Napod. in consuetud. si qu is, ver. dicto n.4. & hic ver. dicto creditoris, n.11.* habetur, & de æstimatione rerum pignoratarum existentium,
8 sed deterioratarum, ac non existentium, tàm per testes, quàm iudicio peritorum, ac etiam pignoratitij creditoris iureiurando secundum regulas iuris communis, vide disertè agentem *Gail. pract. obser. de pign. lib. singu. obs. 18. per tot.*

Hinc iure optimo decerni in eadem *Consuetudine*, patet, creditorem præstare debere
9 debitori suo ammissi pignoris æstimationem, *Quam debitor plenè probat, vel iuxta æstimationem factam per creditorem iureiurando, nisi tali modo probauerit creditor pignus se amisisse, quod de iure communi damnum amissi pignoris respiciat debitorem*, nam pignorum penès se
10 sistentium damna creditor præstare tenetur, *l. quemadmodum, §. penult. ff. ad l. Aquil. Hyppol. de Marsil. in tract. de fideiussor. num.298.* ideòq;
11 fœnerator, qui res pignoratas minus diligenter excussit à tineis, pignoranti tenetur ad damnum per regulam, *l. si vt certo, §. nunc videndum, ff. commodati, Marsil. ibid. n.299.* & *Bald. in l. quæ fortuitis in 8. col. C. de pignor. act.* pi-
12 gnoratitia enim actione nedum dolus, & lata culpa vindicatur in pignore conuentionali, sed etiam leuis *Negusan. de pignor. 3. membro 7. par. princip. n.4. fol.168. & membro 2. 3. par. n.34.* (vbi creditorem in pignore prætorio pro dolo, & lata culpa teneri dicit, non autem pro leui ad *text. in l. Prætor, §. est præterea, ff. de bon. author. indic. possid.* & tradita per *glo. in l. 1. ff. de pignor.*

pignor.act. inferens cum Bar. in l.si finita, §.si
14 quis damni,ff.de dam.infec. necessariò reficien-
dum conuentionale pignus à possessore; præ-
torium verò non aliter reficiendum, quàm si
refectio sine dolo, vel lata culpa non possit
omitti, cit.l.prætor, §.his verbis,& §.præterea)
& si ea, quæ fortuitis casibus accidunt bonæ
15 fidei iudicio non præstentur, ideoq; creditor
pignora,quæ huiusmodi casu interierint præstare
non compellitur,nec à petitione debiti summoue-
tur,l.quæ fortuitis, C.de pignor.act., quod ita
16 accipiendum esse constat, Nisi inter contra-
hentes placuerit, vt amisso pignore liberetur de-
bitor, vel nisi fortè creditor rem sibi obliga-
17 tam propria authoritate, sine aliqua licentia
debitoris occupauerit ad Text. l.qui ratio, &
ibi Bar.Salic.& Castren.ff.eod.Negus.ibid.n.5.
Et casus fortuitus quis dicatur, quomodo
18 probetur, & quomodo differat ab improui-
so? tractat Afflict.decis.101. vbi etiam,an quã-
19 doque debitor propter casum fortuitum ex-
cusetur?

His positis nonnulla ad pleniorem rei,de
qua agimus,notitiam, superest tradamus hìc,
20 & primò olim permissum fuisse parentibus
filios vendere, & pignori obligare, sed nunc
prohiberi in l.qui filios,C.quæ res pign.ac acri-
21 ter puniendum creditorem, qui huiusmodi
pignus recipit, statuitur in l.vlt.eod.tit.ac etiã
22 in crediti integri amissione in nouel.constitut.
134. & an liber homo possit se pignori tra-
23 dere creditori suo?habetur apud Frã.Baldui.
in tract. de pignor. cap.12. quæ res pign. oblig.
poss.Narrant quoque Ægyptios,cum mutuum
24 acciperent, parentum cadauera pignori tra-
dere consueuisse,vt idem Balduì.refert,& Asi-
25 chis Regis Ægyptiorum legem prolatam,quâ
nõ licere mortuum debitorem sepelire,nisi cõ-
currente creditorum voluntate, refert Mau-
son.de caus.execut.lib.1.limit.2.fol.325. num.1.
ex Connan.commen.iur.ciuil.lib.10.tit.de hæred.
qualit.& differ.cap.5.sub nu.8. vers. nam & ob
causam, & Angeli sententiam affert in authent.
vt defunct.seù funer.eor.§.1.coll.5.de eo,vt pos-
26 sit debitoris mortui cadauer Iudicis authori-
tate detineri, ne ecclesiasticæ sepulturæ trada-
tur,donec creditori satisfiat, vbi viget statu-
tum,vt instrumenta confessionata possint exe-
quutioni demandari ad voluntatem credito-
ris, ea producentis; At cum nulla supersit,de-
bitore mortuo,eiusdem corporis persecutoria
27 actio, Ægyptiorum ideò moribus in hoc sã-
ctissimis Romanorum legibus abrogatum
supra cit.Autho. dicunt cum Coler. de process.
exequut.par.1.cap.6.n.105.vers.Angelus tamẽ,
Decia.tract.crimin.to.2.lib.7. cap.10. de priua.
car.num.20.Guttier.de iuram.par.2.cap.4.num.
17.vers.vlterius, & aliis,Angeli placitum im-
pugnantibus,quod adeò falsum esse dignosci-
28 tur,vt pro eo sustinendo quælibet Consuetu-
do tanquam impia nõ attendatur, vt cit.Mau-
son.dixit num.13. & nunquam possit hominis
29 cadauer arrestari,& si fuerit tanquam vsura-
rius condemnatus, Mauson.ibid.n.15.

Secundò, pignoris titulum non esse habi-
30 lem ad inducendam præscriptionem,dicimus
cum Criuel.decis.77.nu.6.Fontanell.decis.445.
tom.2.cum non dicatur, creditor rem pigno-
31 ratam vti dominus possidere Criuel. ibid.n.7.
& Fontanell.dec.208.n.1.tom.1.potest tamen
penès creditorem ex tacita in solutum datio-
32 ne propter temporis lapsum sufficientem ad
præscribendum pignus remanere, idem Fon-
tanell.decis.444.n.11.to.2.

Tertiò obseruamus cum Coler. de process.
33 exequut.par.3.cap.5.n.46. longè cautius æsti-
mari in pignus agere,quam in personam pro-
pter plus securitatis, quod in pignore habe-
tur,nam fragile remedium est creditoris age-
34 re in personam,l.cautionis 25.& l.minus 154.
ff.de reg.iur.l.si fundus 16.§.in vindicatione, ff.
de pignor.& §.furti instit.de obligat.,quæ ex de-
lic.nasc. ideoq; creditorem pignori inhærẽtem
35 nõ posse implorare à Iudice capturam perso-
næ,habetur ex cit.Coler. & Bar. in l. creditor.
n.2.ff.si cert.petat. At vtrum vno, eodemque
tempore ad creditoris instantiam exequi pos-
36 sit in bonis, & contra personam debitoris, &
quando? habetur apud Mauson. de caus. exe-
quut. ampl.15. per tot.fol.170. & 171. qui &
examinat articulum,& DD.omnes,de eo scri-
bentes, recenset.

Cæterum multa, & de pignoris distractio-
37 ne,& de creditorum hypotheca,& quisnam
ex eis præferatur? tradidit,examinauit, enu-
cleauit Doctissimus Consil. Arias de Mesa va-
riar.resol.lib.1. per mult.cap. eum ideò consu-
las, ac Molfes.to.3.comment.hoc tit.Carleual.in
eleganti tract. de iudic.to.2.lib.3. Salg. in eius
labir.credit. & Rodriq. de concurs. & priuileg.
credit.apud quos vniuersa hypothecarũ mate-
ria habetur,ac in sollemni dec.28.Kopp.Senat.
Germ.& apud Luc. Matth. Apicel.in suo tutam.
pauper.tit.4.de cessio.bonor.à n.84. per seqq. De
Franch.decis.506. Ricc.collect.dec.1910. Guid.
Pap.dec.67.Boer.dec.181.Alia explanantur de
38 salario Famulorum,Rationalium,Scholastico-
39 rum,Iudicum,Litteratorum, aliorumuè apud
Capyc.Latr.consult.17.per tot.(vbi à n.37.inci-
40 denter de articulo an,& quando creditor pro
dote mutuanti ad refectionem præferatur? de
quo nos alias) Sanfelic.decis.113.tom.2.Thor.
in compen. ver. salarium, & nouissimè Rodoer.
41 cons.42. videndique sunt Magon.decis.Lucẽs.
1.& Roman. sing. 575. agentes de prælatione
concedenda ratione certę mercedis; maximè
42 tamen dubitarem de eo, quod principaliter
idem Rodoer.assumit,nimirum prælationem
in concursu cuiuscumque creditoris tribuen-
dam creditori,qui ruuida,seù virgina serica
colo-

coloraut pro expensis, suisq; laboribus; nam & si cum nonnullis velimus affirmare pro huiusmodi laboribus, & expensis tacitam competere hypothecariam eroganti, eam tantùm
43 inter creditores in actione personali, vel inter eos creditores, quibus tacita fuit constituta hypotheca, operari, habetur *dec.85.n.5.& 6. Larre.par.2.* nec quod ex *Text. in l. interdum, ff.qui potior.in pign. habeant.* infertur, conuincit; potior enim creditor est priore quoties in
44 rem conseruandam aliquid impendit; nam (vt *Vlp.lib.23.ad edict.* dixit) *huius pecunia saluam fecit totius pignoris causam,l.huius 6. ff. eod.*, non æq, is, qui superficialiter aliquid rei
45 alias non perituræ, adiungit, vel aliquid accidentale extrinsecum, cum nil huiusmodi accidens rei conseruationi, siuè custodiæ, aut recuperationi conferat, ac ideò tradita ab *Amat.variar.resol.3.lib.1.nu.19.Decian.consil. 108.Ruger.cons.54.n.22.Gaual.commun.contra commun. quæst.744. Mantic. de tacit. & ambig. conuent.lib.11.tit.23.num.19. vol.1.* quæ possent opponi, non obstant; natura enim præ
46 ualet accidenti, *l.qui habet,ff.de tintel.* & quod
47 alteri accedit, censetur eiusdem rei, cui accedit pars, *Aret. in l.si conuenerit la 2.ff.de pignor. act.*facit *text.in l.domo,ff.eod.* ac in *l.etiã,ff.qui pot.in pign. habean.* & sub generali rei princi-
48 palis obligatione, obligatur, cum accessorium principalis naturam assumat, sicut ædificium solo cedit, *§.cum in suo solo instit. de rer. diuis.* nec quod ex *Bar.in l.quod dicitur, ff.de impens. in re dot.fact. Rip.in l.priuilegia, n.23. ff.de priuil.credit. Afflict.dec.359.n.1. & 2. Gratian.discept.forens.lib.2.cap.257.n.27.* alijsque relatis à *Capyc.Latr.ibid.num.12. & Rodoer.cons.42. n.9.* habetur, vt in ipsa re minus esse videatur
49 propter impensas erogatas, obstat, nam in re propria non semper quilibet præfertur, præcipuè si ità eam alteri dederit, vt censeatur ius
50 sibi competens ad vendicandam rem remissum precipuè si fides habita sit de pretio, *l.quidam fundum,ff.de in rem vers. De Marin. resol. quotid.lib.1.cap.260.Mantic.de tacit. & ambig. conuent.lib.11.tit.12.n.7.Caualc.dec.27. Thor. in compen.to.1.ver.creditor, Merlin.controuers. forens.cent.2.cap.78.n.30.* quicquid in contrarium fuerit decisum in terminis *decis.59.Cizzarell.* quæ einsd.dec.40. videtur opponi, ac idẽ *Rodoer.* probauerit *cons.41.* cumque eo animo præsumatur sericis color datus, vt à domino solita merces soluatur, non verò vt sint specialiter obligata serica ipsa, corruit argumẽtum.

Nouerint quoque omnes, non accipiendum indistinctè, quod *Cons.Rocc.respon.40.num.8.*
51 *lib.2.* habet de ortu, siuè natiuitate hypothecæ ad beneficium creditoris chirographarij à die factæ recognitionis, & approbationis chirographi, in quo apparet constituta hypotheca; nam etsi non dubitetur, id verum esse quoties recognitio, & approbatio fuerit à creditore ipso facta, ne aliàs sua fraudulenti for-
52 tè declaratione ius alterius minuatur, trahẽdo obligationem, & hypothecam nunc contractam ad aliud tempus confectæ scripturæ inter partes, ac vno per alterum conditio iniqua inferatur, quasi antea non constiterit de veritate crediti chirographarij absque fraudis præsumptione, attamen si Iudex, postquam nouerit adesse requisita ad probandam hypo-
53 thecam anteriorem, ac validam ex priuata scriptura, de quibus *Gait.de credit.cap.2.tit.8. n.3098.per 3123.Genua de script. priua. lib.7. fol.65.Mantic.de tacit. & ambig.lib.11. tit.29. per tot.Tepat.lib.2.recept.sent.fol.238.col.2.& 3.tit.qui potior.in pign.habean.* alijque infra ci-
54 tandi, hypothecam adesse in scriptura, eamq; fuisse legitimè verificatã, præcipuè audito eo,
55 cuius interesse potest, hypothecam non forè constitutatam in scriptura *Rocc.vbi sup.n.7.* & alij, pronunciauerit, hypotheca non à die factæ verificationis, sed confectæ scripturæ erit attendenda, & ità loquuntur *Amat.Rodriq. de priuileg.credit.par.2.art.1.n.15.De Franch.decis.95.in fin.vbi Viscon. & Amen.nu.6. Couar. pract.quæst.lib.vnico,cap.22.à nu.5.Rebuff.in constit.Franc.in tract.de chirographor. recognit. in præfat.n.26.81.82.& 83. & in art.1.nu.22.* corruptè ab *Illo* allegati, & malè intellecti, & confirmant *Guttier.pract.quæst.lib.1.qu.125.à n.3.Perez in ordin.Castell.lib.3.tit.8.lib.4.Paz in praxi 3.tom.part.4.cap.1. num.31. Vrsill.ad Afflict.decis.272.num.3. Caualcan.decis.27.nu. 17.par.2.Gail.pract.obseru.25.lib.2.de concurs. creditor.& priuileg.cor.num.10.* & optimè *Costa de ratio.rata quæst.121.num.6.* item *in tract. re integra quid liceat, vel non ? dist. 12. per tot.* ac iterum *de retrotract.cap.7. num.19. Mantic. vbi sup.tit.24. num.15.* & omnes: ratio patet;
56 nam hypothecam quoquo modo siuè in scriptos, siuè sine scripto, & multifariè constitui posse, habetur ex *Molfes.vbi supra q. 3. per tot.*
57 nec dubitatur, cuique licere sibimet præiudicare, nil remanet, quod à constituente alteri hypothecam in re sua, obijci valeat, at quo-
58 ties de interesse tertij agitur, diuersa iuris ratio procedit, & non tantùm habens hypothecam non habenti præfertur, *l.eos,C.qui potior. in pign.habean.* vt *DD.* relati à *cit.Molfes.q.18. num.1.* aiunt, verùm inter hypothecarios cre-
59 ditores potiorem esse causam eorum, qui sũt in tempore priores, *l.si prior,§.vltim. ff.cit.tit. cap. qui prior de reg.iur.in 6.* cũ alijs innumeris penès *Mantic.de tacit.& ambig. lib.11. tit.22. num.1.& 2.Tusc.in ver.hypothecarius creditor conclus.129.per tot.* Nec sequuta decisione, de qua in *fin.cit.respons.40.Rocc.* aliud, quã quod supra dictum est, suadetur, nam meritò fuit liberatio facta suspensa; cum verificatio apocæ fuerit facta debitore tantùm citato, ac eodem recognoscente, & approbante scripturam.

T I-

TITVLVS VIGESIMVS SEPTIMVS

DE

Noui operis nunciatione.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Si quis impediat, explicatio.

De noui operis nunciatione, varijsque nunciandi causis, & an, & quando facta nunciatione ædificium impediri, vel potiùs sub cautione demoliendi valeat fabricari? De tempore probationis deducendæ ad fundandam iustam impediendi causam, & an quandoque valeat à Iudice breuiari, ac tãdem de Operarijs, nouum opus construentibus, & an valeant puniri si iussu alieno fabricent?

SVMMARIVM.

Dispositio consuetudinis, Si quis impediat, *traditur n.1.& dicitur desumpta ex* textu in l.diffamari,ff.de ingen.& manumis.*n.2.*

Triplex nunciandi nouum opus species affertur, num.3.

Interdictum noui operis nunciandi dicitur fauorabile,num.4.

Iustè ędificanti potest ab iniusto nunciante impediri ædificium,n.5. & debet interim desistere, n.6. nam aliàs demolitur ædificium,n.7.idemque est in notorio ante declarationem, numer.8. & 9.

Nunciator succumbens in lite non resarcit damnum, num.10.

Iudex in iudicio noui operis nunciationis potest ab inhibitione incipere, num.11. etiam sub mandato pœnali, num.12. quod resoluitur in simplicem citationem, numer. 13.

Nunciatus potest quandoque nouum opus construere, sed non ante trimestre tempus à die factæ nunciationis, etiam si cautio demoliendi offeratur, num.14.15. & 16. & limitatur n.17. 18. & 19.

Nunciatio noui operis licitè fit per procuratorem, etiam absque mandato speciali,n.20.

Ius consuetudinarium an deroget communi circa temporis præfinitionem ad causas impedimenti deducendas?n.21.22.& 23.

Iudex potest tollere impedimentum fabricandi si ex testibus productis ius nunciantis non validetur,num.24.

Ius commune conuenit cum Consuetudinario in materia noui operis nunciationis circa plura, num.25.& 26.

Interdictum noui operis nunciandi perpetuò durat,sed propositum, infra certa tempora expirat,n.27.& 28.

Nunciatio quibus ex causis fiat? habetur num. 29. & 30.

Vicinus etiam antequam petat rem iure congrui potest opus nouum nunciare,n.31.quod explicatur num.32.

Antiqui ædificij impediri nequit restauratio,n.33.

Noui operis nunciatio pro seruitutibus rusticis fieri non potest,n.34.

Interdictum, quod vi, aut clam differt ab illo noui operis nunciationis, nu.35. & quando procedat? traditur num.36.

Conseruandus est in possessione ille, contra quem agitur interdicto,quod vi,aut clam,n.37.

Fabricatores,& alij operarij, an, & quando ratione noui operis nunciati si illud contendant, valeant puniri?numer.38.

Si

SI nuncians nouum opus iustam causam prohibitionis non probauerit in termino, ad id à Iudice statuto, ædificium
1 cæptũ nõ impediri, hic haberi dixit *Camil.Saler.in summar.* idq; ex nostri *textus* verbis procedere percipitur in nunciante à nunciato in iudicium vocato, iustam, si quam habet impediẽdi causam, allegaturo, & probaturo in ter-
2 mino, ei dato: quare ex ratione, & mente, *l.diffamari, C. de ingen.& manum.* dispositionem istam consuetudinariam desumptam fuisse, *Napod.* hìc arbitratur *n.1.*

Hoc posito ad generalem *textus* intelligentiam; de nonnullis nunc peculiariter videamus, & primò quomodo nouum opus debeat
3 nunciari? ad cuius rei explanationem dicimus, triplicem à *Gail.obseru.16.lib.1.num.11.* nunciandi formam, verbalem nempè, per iactum lapilli, ac per Prætorem, tradi, & explicari, hinc interdictum nunciãdi nouum opus
4 adeò fauorabile esse dignoscitur ex dispositione, *l.1.& l.Prætor ait, §.interdictum, & §.ait Prætor.ff.de oper.nou.nunc.*, vt etiam iustè ędi-
5 ficanti ad instantiam vel iniusti nunciantis noceat facta nunciatio, & construi ædificium impediat, *Gail.ibid.& Capyc.Latr. consult.64. num. 7. tom.1.* debetque ideò nunciatus desi-
6 stere, quamuis nuncians ius, sibi competens, non ostendat patẽter, *Fachin.controu.iur.lib.8.*
7 *cap.44.* & contra faciens, demoliri debet, quod ædificatũ est *l.1.in princ.& to.tit.ff.quod vi, aut clam, l.Prætor, §.ait Prætor,* vbi *glo.& DD. ff.de nou.oper.nuncia.l.pupillo, §.meminisse, ff.eodem, Aret.consil.94. Tusc.pract. conclus.lib.5. lit.N. conclus.124.num.2.& 3.relat.à Ciarli. controu. forens.cap.30.num.5.& 6.cum seqq. Napod. hic ver.nisi num.4.* adeò vt vel notoria illegitima
8 nunciatio obstet, donec Prętor de notorio cõstare pronunciauerit, vt ex *Pannoch.in tractat. de nou.oper.nuncia.lib.7.quæst.1. num.99. vers. neque ac num.106.112.113.& 114.* refert *cit. Ciarl.num.11.12.& 13.* cum semper præsumatur pro nunciante, proprijsque ædificantis expensis demoliri, quod ædificatum est, etsi in
9 proprio ædificio fuerit super ædificatum, *Magon. decis. Lucen. 29. Gail.ibid.* quin & ipse nunciator, si succumbuerit, nequaquã damnũ
10 nunciato reficere debebit, *De Franch. decis. 331.* & *Magon.ibid.* qui rationem assignat.

Fit ex hoc, vt nullo examine facto de iusti-
11 tia, siuè iniustitia nunciantis, *Surd. consil. 154. num. 1.* possit Iudex ab inhibitione, & prohibitorio ædificandi præcepto incipere iuxta practicam à *citat. Gail.* traditam *numer. 12. Borg. nu. Caualc. decis. 25. de contract. par.2. num.6. Capyc.Latr.ead.consult.64. num.2.* & *DD.in l.de pupillo, §.meminisse, ff.de nou.oper.nunc.& l.4.in princ. ff. de fiduc. liber.*
12 traditam, ac etiam sub mãdato pœnali, *Gram. consil.73.num.1.* qui *nu5.* post comparitionem
13 nunciati, illud in simplicem citationem resolui, voluit.

Secundo, an, & quando à Nunciato possit
14 ædificari post nouum opus sibi nunciatum, receptamque inhibitionem, præstita tamen cautione demoliendi in casu succumbentiæ, iuxta ea, quæ *in l.1.l.de pupillo, §.si is, cui renunciatum, l.& satisdationem, § sciendum,* & in *l.stipulatio 21. §.si quis autem, ff. de nou. oper. nunc.* habentur, & apud *Capyc.Latr.decis.50. tom.1.num.7.* & alios? & dicimus cum *Castrẽsi consil.412.in fin.Gratian.discep.forens.cap.384. num.34.& 35.Put.decis.129.lib.2.Crescen.decis.1.aliàs 266.tit.de oper.nou.nunciat. Gomez Leo in decis.diuers.tom.2.decis.7.Fachin.controu. iur.lib.8.cap.48. Capyc.Latr.consult.64. tom.1. num.13.14.& 32.ac consult.116.num.28. tom.2.Viu.commun.opin.554.num.4. lib.2. Ciarlin. cit.cap.30.num.16.& 17.* qui multos idem affirmantes *Authores* cumulat, licere nuncianti
15 infra trimestre tempus ius suum producere, ac ideò non exaudiri interim nunciatum petentem, decerni eidem licitum esse fabricare
16 sub cautione demoliendi, quod fortè iure nõ permittente construeretur, quod probatur in *Text.cap.fin.de oper.nou.nunciat.& in l.vnica, C.eod.*, ac limitari dixit *Capyc.Latr.cit.consult.64.à num.33.cum Thes.decis.204. Gail.cit. obseruat. 16. numer. 19.* & ibi *Bernar. Graue.Franc.Marc.decis.106.Caualc.decis.25. de contract.par.2.Crescen.decis.vnic.alias 20.de nou.oper.nunciat. Comez. Leo. decis.7.* quoties
17 nunciato huiusmodi dilatio damnum afferret, & quando periculum esset in mora, quam
18 limitationem *Fach.* non approbat *vers. sexta oppositio.* Alia habentur apud *Prat. discept. forens.to.2.cap.45.* vbi ædificium post noui ope-
19 ris nunciationem prorsus demoliendum vti attentatum, etiam si cautio demoliendi offeratur, ac licitè per procuratorem sine
20 speciali mandato nunciationem ipsam fieri, & ritè procedere, si dominus ratam habuerit, rationibus comprobatur.

Neque à iure *consuetudinario* nostro per illa
21 verba, *Libello inferatur iusta causa prohibitionis, seu impedimenti, quam probet infra terminum, quem iudices competentem æstimauerint, nõ attento tempore à lege statuto, per Iudices danda est licentia ædificare volenti, quod ædificet,* iuris cõmunis dispositioni in hoc, quod mox tradidimus dici potest derogatum, nam ex ijs nil aliud statutum dici potest cum *Napod. hic ver.tempore num.5.* quàm quod interdictum
22 hoc possit cessare, non obstante dispositione *l.prætor, §.hoc interdictũ, ff.de nou.oper.nũc.* qua habetur durare perpetuò, ad triginta nempè annos vsq; vt *Fragos.* explicat *de regim. reipublic.Christia. par.1.lib.7. de partic.regim. oppid. disput. 21. de ædili. num. 18. vers. differunt tamen*; postquam Iudex cognouerit, causam

SVMMARIVM.

Consuetudinis, idem est, *dispositio affertur*, *numer.* 1.
Defensa quid sit? traditur nu.2.& 3. & potest verbo, & factis imponi,n.4.
Pœna imposita pro animalibus in alieno agro depascentibus, traditur num.5.
Fida, & diffida quid sit? explicatur n.7.& 8.
Centenaria quomodo probetur in materia iuris pascendi? traditur n.9.
Ex causa communionis competit ius pascendi? num.10.
Communio inter plures vniuersitates non permittitur absque assensu, n.11. & quando dissolui potest per numerum auctum ciuium? demonstratur n.12.& 29.
Ius pascendi, aquandi, & lignandi quid sibi velit? examinatur num. 15.16.& 17. an dicatur reale,& præscribi possit?n.13.& 14.et quibus competat? n.18. & in quibusnam locis, n.21. 22.23.& 24.
Ius municipium non potest facto aliquorum mutari, & deterius fieri, n.19.et 20.
Pascua,nemora, & fontes, an præsumantur Baronis potiùs,quàm vniuersitatis?num.25. et eorum cuinam potiùs fida, et diffida solui debeat? nu.26.et 30.
Ciues non sunt testes idonei pro causa fidæ, et diffidæ Vniuersitatis,n.27.
Testes die feriata an recipi debeant? n.28.


IDem, quod præcedenti *Consuetudine* constitutum fuit respectu impedientis cuiuscuis ædificij constructionem, hic ad quamcumque prohibitionem, datumque impedimentum extenditur, nec dissimilis procedendi in iudicio forma statuitur, vtrobique. Quare cum nil præter tradita ibi, hìc haberi, pateat, quæ supra diximus, pro explicatione etiam præsentis *Consuetudinis* sint satis.
1

Pro explanatione tamen verborum, *defen-*
2 *sam imponant*, aliqua subnectemus, tradentes, quid sit defensam imponere, quomodo & quando imponi liceat? nonnulla etiam circa ius pascendi, aquandi, lignandiq;, practicabilia subnectentes, Et quoad primum dicimus, defensam in hac nostra specie nil aliud esse,
3 quàm obstaculum, siuè impedimentum, quo vsus rei, in qua ponitur, cuilibet impeditur, ità vt absque impedientis consensu ea vti frui nequeat impeditus, & differe à mezanis, alijsque huiusmodi clausuris, quæ fieri debent pro necessitatis modo, & arbitrio boni viri *Vasq. controu.illustr.c.*47.dixitq; *Nouar. de grauam. vassall.tom.1.grauam.*34.*num.*5.& non tantùm
4 facto, sed & verbis imponi posse præcipuè in hoc Regno, habetur ex dispositione *Constit. Regni, cum per partes Apuliæ*, & in *pragm. . . de offic. Baiul.* vt explicat præ cæteris *Sanfelic. decis.*8.*to.*1.dicens *num.9. Diffidæ* verbo, quod omnium in ore esse, ait *Afflict. in cit. constit.*
5 *cum per partes, 7.notab. num.* 13. *vers. nescio*, pœnam impositam pro animalibus depascentibus in alienis agris, denotari, ac fundari in banno, quo fit prohibitio pascendi, *Nouar.in tractat.de grauam. vassall.* 42. *tom.*1. Quando
6 verò sit fida, & diffida soluenda, & quænam sit pœna fidę, & diffidæ, tàm in agris bannitis, quàm non bannitis, traditur apud *eundem Sanfelic.Ann.singul.*138. *Afflict.decis.*290. *Capyc.decis.*45.*cit.Nouar.& alios.*

Quando valeat imponi defensa? habetur
7 apud *Auendan.de exequen.mandat.cap.*12. *lib.* 1.&*Capiblanc.de Baron.tom.*2.*cap.*74.*num.*11. ad explicationem *pragm.*11.*de baron.&* 1.*de salar.eor.qui mitt.* §. 9. in materia pascuorum, at nos, vt regulam generalem statuamus, dici-
8 mus, semper licere, quoties ius nòn resistit [in materia enim pascendi iuris sufficit, legem nō resistere, & si non assistat expressè, vt asseritur in *disput.*24.*Marcia.tom.*1. *num.*4. (vbi de
9 probanda in eadem re centenaria, & immemorabili circa communionem, & alijs) & *Garzi.de expens.cap.*9.*num.*11.] Quare etiam
10 ex causa communionis, inter plures Vniuersitates initæ, ius pascendi competere, non dubitatur apud *DD.* communionem verò absq; assensu non permitti, dixit *Capiblanc. de Ba-*
11 *ron.pragm.*11.*num.*118.apud quem *num.*119. quando dissolui debeat si ex terris, inter quas
12 est communio, altera sit aucta ciuibus? habetur.

De iure pascendi, aquandi, & lignandi horum occasione nunc videamus; & prętermisso
13 examine an reale dicatur, an verò personale,
14 & de eo tempore, quo valeat præscribi, cum apud *Capiblanc.de Baron.tom.*2.*cap.*76.*num.*5. & 11. expletum habeatur, dicimus, pascendi
15 ius ab illo aquandi, & lignandi differre ita, vt vno acquisito, non item aliud habeatur, *Capiblanc.ibid.cap.*8.*num.*3.4. & 5. quin & il-
16 lud in herbarum consistere perceptione, nec ad glandes extendi, vt idem *Capiblanc.tom.*1. *de baron.pragm.*11. *num.*122. dixit, & si habē-
17 ti ius pascendi in aliquo loco, adhuc aquandi competere facultatem, substinuerit *Nouar. quæst. forens.*23. *tom.*1. & *de grauam. vassall. grauam.*35.*tom.*1.*num.*5.cum *Tasson.in obseru. ad pragmat.de antepha.fol.*279. *col.*1. *circ.med. Ricc.in collect.decis.*2882.*par.*7.*circa med.Staybàn.iun.ad consil.*91.*Staybàn.sen.ad text.l.*1. *C. de Mancip.& Colon.lib.*11. contra *Reg.Rouit. in comment. ad pragmat.regn.rubr. de pascui. à num.*9. *cum seqq.* Competere verò in demo-
18 nialibus Vniuersitatis à primæua destinatio-

ne pro comoditate, & vita ciuium, habetur
apud *cit.Capiblanc.de Baron.tom.2.cap.5. n.9.*
& cap. 73. vbi id ciuibus vti singulis tale ius
19 indultum, non autem vti vniuersis, ideoque
municipium facto ius cæterorum deterius nō
fieri, probat si ad ea, quæ illi receperunt, hi
concurrere renuant; & latè *Cancer. variar.*
resolut. cap.4. de seruitut. par.3. a numer. 100.
cum sequentibus; nec mutari valet in præ-
20 iudicium illud habentis, idem *Capiblanc.ibi-*
dem cap.79. num.8. Item in demanialibus Ba-
ronum non clausis, *Idem cap.74. num.7.* nam
21 in locis heremis, & campestribus, non autem
22 clausis, & qui sunt certi domini pascendi, li-
gnandi, aquandiue facultas datur, idem
Capiblanc.eod.cap.74. num.7.8. & 10. & cap.
79. num.2. præcipuè si velit dominus herbas
23 vendere: prout neque in vineis, vel segetibus
Thor.in supplem.compen.ver.fida animalium.
Cęterum id, quod de pascendo, lignando, &
aquando diximus, esse recipiendum aduer-
24 tas, quoties cunctis pascua, nemora, & fontes
sufficiunt, nam si secus, licitè, pascendi, aquan-
di, & lignandi facultas interdicitur *Idem Ca-*
piblanc.cit.cap.79.nu.15. & omnes, ac illorum
qualitas, & quantitas Iudicis arbitrio æstima-
tur, *Idem tom.1. de baron. pragm.12. num.29.*
25 Pascua verò, nemora, ac fontes an Baronis
potiùs, quàm Vniuersitatum præsumantur?
habetur apud *Capyc.Latr.decis.93.num.8. De*
Franch.decis.183.Capiblanc.in ead.to.2. de ba-
ron.cap.41.num.13.Capyc.in inuest.feudal. ver.
& cum planis, Luc.de Pen.in l.quicumque, C.de
fun.limotroph.lib.11. & alios, & per tradita à
*cit.DD.*ac etiam *ab eod. Capyc.ver.fida, Anna*
alleg.108.Capiblanc.de baron.pragm.11.nu.13.
Reg.Lanar.in repet.cap.1.de his, qui feud.dare
possunt, num. 183. decidi potest quæstio, cui
26 nam potius ex eisdem fida, & diffida solui
debeat? at in huiusmodi quæstione deciden-
27 da, testes idoneos, non esse ciues, dixerunt
cit.Capyc.Latr.num.9.Loffred.consil.25. num.7.
Capyc.decis.152. De Franch.decis.301. num.3.
& Marcian.sup.cit.disput.24.tom.1.num.15. &
16. qui & multa de testibus die feriata rece-
28 ptis cumulat, ac *disput. 25.* an, & quando
communio inter plures Vniuersitates consi-
29 stens, possit resolui ad explicationem *cap.Re-*
gni pondus aquum? examinat, sicut nōnulla etiā
habentur *consil.100.tom.1.Reg.Valans.& Epi-*
scopi Salmaticensis, & consult.22. Capyc. Latr.
tom.1. Alia possem afferre, quæ à *cit.DD.* tra-
duntur, sed breuitati consulens ea omitto, vi-
deas ideò eosdem *cit.DD.*ac *Carenam variar.*
resol.par.3.cap.4. de seruit. à num.54. per seqq.
30 qui alios allegat, & multa de eadem re agen-
do resoluit, ac lepidè distinguit in eadem
quæstione, an dominium terrarum, pascuo-
rumque Vniuersitatis ne, an Baronis præsu-
matur, de qua quæstione etiam *Monach. in*
addit.ad decis.32. Minad.à n.31. vbi etiam alia
de hac re nostra, ac penès *cit.Cancer.*



TITVLVS VIGESIMVS OCTAVVS

DE

Communi diuidundo.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Si fratres, explicatio.

De re familiari inter plures diuidenda, ac varijs diuidendi formis à iure commune, Doctoribusq; adinuentis, & de custodia, conseruationeque librorum vni potiùs, quàm cæteris commendanda. De societate, quando dicatur continuata, etiam post mortem vnius ex socijs, vel resoluta? De socio volente consocium obligare, & alienare bona communia, & quando id facere, ac contra communem debitorem agere eidem permittatur. De diuisione quandoque inducenda propter factam partis crediti exactionem, & non inducenda. De remedio *l. diffamari, C. de ingen. & manumis.* & quis dicatur in tali iudicio actor, vel reus? De authore laudato, & an coram Iudice laudantis comparere teneatur?



SVMMARIVM.

Consuetudo, Si fratres, *disponit respectu plurium, qui volunt communionem diuidere, num.*1. *quiduè statuat? dicitur n.*2.

*Diuisio quomodo fieri debeat iure communi attento? dicitur num.*3. *& variæ* DD. *recensentur opiniones, num.*4.5.6.7.8.9.10.11.12. 13. 14. 15. 16. 17.18.19.20.21.22.23.26. 29.30.31.*&* 33.

*A iudicio fortunæ non valet appellari, nec restitutio peti, n.*24.*&* 25.*& contra n.*27.

*Modus diuidendi per sortes Ciuilistarum peculiaris dicitur, n.*28.

*Restitutio læso in diuisione quandoque competit, num.*32.

*Dubia, quæ in causa diuisionis oriuntur, dirimuntur Iudicis determinatione, n.*34.

*Ius eligendi partem rei diuidendæ transfertur ad heredes, sed non ad cessionarium, n.*35.

*Creditores, & legatarij an possint hæredes ad diuisionem vrgere? n.*36.

*Diuisio an fieri debeat inter hæredes pendente termino ad deliberandum? n.*37.

*Terminus ad deliberandū à quo tempore currat, & an valeat à Iudice breuiari? n.*38.*&* 39. *& quid in materia iuris congrui dicendum? num.*40.

*Custodia librorum cuinam ex hæredibus siuè masculi, siuè fœminæ sint, commendanda sit? explanatur n.*41.42.43.44.45. *&* 46.

Dispositio Consuetudinis, Si fratres, *dirigitur ad quamcumque diuisionem, n.*47.48.*&* 49.

Bo-

Bonorum societas quando tacitè contrahatur? n.50.

Æs alienum, ab vno ex socys contractum, an ex communibus bonis exsolui debeat? n.51.

Dationi in solutum ad instantiam debitoris, bona offerentis, an sit locus, & quando? n.52.

Societas post mortem vnius socij an dicatur continuare? & quid inter pupillum, & tutorem? num.53. & 54.

Societas regulariter morte etiam ciuili extinguitur, nec transit ad hæreds, n.55.56. & 57. & ratio affertur num.58. & 59. limitatur inter socios vectigalium conductores, n.60.

Socius quandoque potest contra communem debitorem agere, & alienare rem communem, & quando? n.61.

Socius an in re societatis dicatur pro indiuiso dominium, & possessionem habere? n.62.

Socius, qui non fuit institor societatis, an obliget legitimè consocij bona? n.63.

Obligatio contracta super bonis socialibus durat etiam post diuisam societatem, n.64.

Societas non præsumitur inducta ex multis, nu.65.

Debitum non censetur diuisum per sententiam, quæ in solidum debitores non condemnauit, n.66.

Diuisio inducta dicitur postquam est inducta præscriptio circa exactionem diuisè, num.67. & quid in debitore censûs? n.68.

Agens remedio, l.diffamari, C.de ingen. & manumis. *an actor dicatur potiùs, vel reus? nu.79. 80.83.82.83. & 84.*

Casus omnes, in quibus actor sequi debet forum rei, enumerantur n.85.

Sententia lata à Iudice alieni domicilij, an sit nulla? n.86.

Author *laudatus in foro laudantis comparere debet, num.87. et quid in clerico? num.88. quidue in negotiorum gestore? n.89.*

DE diuisione inter plures, volentes cõ-
1 munionem, in qua fuerunt, dissolue-
re, hic agitur, ac modus diuidendæ
rei traditur, & vni diuidendi facultatem com-
2 petere, alteri verò eligendi superesse, ac ita, vt
plus offerenti licitando semper detur prælatio, hac *consuetudinaria* dispositione sancitur,
prout *Napod.* explicat *hic in princ. num.1.* at
Nos, vt ostendamus, quid noui in ista *Consuetudine* statuatur contra diuisionum formam, à
3 iure cõmuni demandatam, quomodo, eodem
iure commune attento, diuisio fieri debeat,
primùm videamus.

Et hanc rem adeò inter *DD.* controuersam
4 fuisse, ex traditis in *decis.28. Reg.Capyc.Latr.
tom.1.* per *Gizz. in obseru. num.14.* ac *Michalor.de fratr.par.3. cap.38. Thor. in C.rer.iudic.
cas.44.* & *Calà de restitut.in integr.minor.quando; denegan.qu.41. per tot.* constat, vt certa, &
determinata veritas statui non posse videatur; nam de eadem tresdecim inter se discor-
5 dantes sententiæ *DD.* referuntur; majorem
enim natu ex fratribus diuidere debere, ac
6 minorem eligere nonnulli voluere, inter quos
præter multos relatos à *cit. Capyc.Latr. nu.1.*
qui ex *Diuo Augustino de Ciuit. Dei lib. 16.
cap.20.* de huiusmodi diuidendi familiaris rei
7 forma *Consuetudinem* adesse in toto orbe
vniuersalem, eãq; percipi ex *canon.de libell.20.
dist.et cap.placuit 36.quæst.2.* fuisseque demandatam in *cap. 1. extr. de paroch.* sunt *Ferret.respons.1.per tot.Gail.lib.2. obseru.116. nu.
14. Minsyng.cent.4.obseru.37.num.2.* qui etiam
8 de huiusmodi diuisione facienda *Consuetudinem* inuectam in Germania, & Camera Imperiali testantur, idemque seruandum de Iure
saxonico, affirmat *Coler.decis.54.num.2.* iuxtà
decis. Lipsens. 715. vol.2. & attendi in Senatu
Sebusiano secundum idem ius dixit *Koppen.
quæst.31.num.6.* ac apud Papienses receptam
asseuerat *Menoch.de arbitr. lib.2. centur.2. cas.
123.n.4.* eamq; commendant *Scappa de iur.nõ
scripto lib.4.cap.28. Muta decis.53.num.15. Fõtanell.de pact.nupt.claus.4.glo.9.num.35. et 36.*
qui etiam decisiones pro ea affert *num. 45.* &
ex nostris *Thor.in C.rer.iudic.cas.44.numer.3.
Napodan.hic in princ. Viui.commun.opin.339.
num.1. & decis.437. num.2.* quod si nos rece-
9 perimus non aliàs locum vindicare, conuenit
affirmare, quàm si partes, inter quas diuisio
fieri debet, non discrepent, ac neutra velit
plus offerendo licitare, nam si secus, verba
10 *consuetudinaria* obstarent, quod nequit affirmari, cum de hac re inuectæ *Consuetudini* pe-
11 nitùs sit standum, vt voluere *IdemCapy.Latr.
num.4. et 21. Gizz.in obseru. nu.15. Borgnin.
decis. Finizan.11.num.33.par.2.Michalor.sup.
cit.num.17. Fachin. contron.iur.lib.6. cap.37.in
fin.Caroc.decis.135.num.9.Bonacos.de æquit.canon.conclus.99.et alij,* (nisi velis dicere, diuisio-
12 nem per licitationem in rebus indiuiduis tantùm permitti ad *Text.in l.arbor, §.index, ff.cõmun.diuid.l.1. & l.ad officium 3.C.eod.* & tradita per *eund. Capyc. Latr. num.9. Petr. Gregor.
syntag.iur.lib.5.cap.4.num.11. Fabr. in C. de
commun.diuidun.lib.3.tit.26.diff.3.Coler.cit.decis. 54. num.4.* dicentem insuper *num. 5. & 6.*
13 de hac sententia adhuc à nonnullis dubitari,
imò ab alijs eam penitùs negari, & affert *decis.763.to.2. & 11.tom.3. Lips.* ac ità disposi-
14 tionem *consuetudinariam* accipiendam, quod
à *textus* nostri recta interpretatione mihi vi-
15 detur multum distare, & si de prælatione
concedenda maiorem partem rei diuidendæ
16 comperẽti, si æquale pretium offerat, sentiam
cum *eod. Fabro* iuxta *decis. Capyc.36. Mogon.
46.* & *Sanfelic. decis. 110. num.5.* ac tradita
*in l.sancimus. §.sin autem, vbi glo. C. de donat.
Petr. de Vbal. de duob. fratr. par.12.quæst.12.
Gasp.Gaball.mille loq.817.* vbi decisum refert)

cæte-

17 cæterum ius licitandi nunquam competere extraneo, dixit *Napodan. ver.licitationi, nu.9.* & confert *citat. decis.* 100. *Sanfelic. tom.*1. ac
18 neque cessionario ante factam diuisionem, cum potior videatur causa fratris, qui non cessit portionem suam, in concursu cessionarij; ipsamque licitationem semel fieri posse,
19 putat, ac detrectãti licitare terminum viginti dierum, vel triginta præfiniri ad *text. in l.*1. *C.de ven.re.ciui.lib.*10.

Alij optionẽ partis, quæ sibi deberi potest,
20 & diuidendi facultatẽ tribuunt maiori natu, quasi in hoc ità, vt in dãdis cõsilijs, in quibus
21 senioris vox primùm spectatur, vt *Roman.singul.*81. habet, sit senioribus tanquam dignioribus indulgẽdũ, vt voluit *Guglielm.de Bened. in cap.Raimutius in ver. eodem testamento il* 1. *sub num.*211.*de testam. ex text. cap.*1. *de contr. feud.apud par.termin.* vbi etiam *Bal.*11. *notab.*
22 sed iste diuidendi modus improbatur à *Fontanel.de pact.nupt.clauf.4.glo.9.par.2. nu.39.* vt idem *Capyc.Latr.* testatur *n.7.*

Alij, per sortes diuidendam esse familiarem
23 rem, credunt, & huiusmodi sententiæ multi numerantur *Authores*, inter quos *Iason in l.* 1.*num.39.ff.si cert.petat. Eman.Suar.in thesaur. receptar.senten.in ver.diuisio n.91.Caroc.decis.* 135.*num.8.Afflict.in constit.sancimus sub n.45.* & alij, quos longa serie affert *cit. Capyc.Latr. num.2.* probarique eam, patet, ex *text.in l.2. C. quando,& quib.quar.pars lib.10.* & per tradita per *Bald.ibid.num.3.* & *in l.1. C.de his, qui se defer.num.3.lib.10.* & *in l.1. nu.2. C.de pact.& in l.penult.num.1.C.commun.diuidun.*, & à indi-
24 cio sortis, & fortunæ non licere appellare ad *text.in l. si causa cognita*, & ibi *DD.* dixerunt *cit.Coler.num.8.* & *Bar.in l.fin.C.de legat.*, nec aduersus illud restitutionẽ petere, *Bal.in l.ait*
25 *Prætor, ff.de minor.Idem Coler.n.9.* qui etiam *num.10.* subdit, sortis iudicium non recipien-
26 dum, quando vni ex hæredibus plures debẽtur partes diuidendæ rei: Sed appellationem
27 fuisse admissam à iudicio sortis, appellationique deferendum, si in ipsa rei diuisione læsio consideretur ex *decis.57. Gizzarell.* habetur. Cæterum hanc *DD.* sententiam adeò à
28 Ciuilistis receptam fuisse, constat, vt eorum specialis soleat appellari, eamque tutantur *Bernar. Graueti in addit.ad Gail. pract. conclus. lib.2.obseru.116.consid.1. Mandos.ad cons.Lud. Roman.* 482. *in fin. Ioan. Licier. in tract. de primog.lib.2.Bero.in cap.qualiter, & quando il 2.Scap.de iur.non scripto, lib.4. cap.28. num.7. Fontanel. de pact.clauf.4.glo.9. par.2. num.34. Petr.Gregor.synt.iur.lib.34.cap.5.nu.2.& Gail. obseruat.*116. & pro ea decisum refert *Thor.in compen. tom.2. ver. diuisio hæreditatis*; quod quando seruetur *Napod.* tradidit *n.8.*

Alias nõ opus est, vt repetã *DD.* sentẽtias de
29 diuisione faciẽda, vel iudicis arbitrio ad *text. §.si familiæ cum §. sequẽte instit.de offic.iudic.* vel ex coniunctione, siuè proximitate loci in re-
30 bus, quæ commodam non patiuntur diuisionem ad *text.in l.quicumque la 2. C.de omn.agr. desert. lib.*10. per adiudicationem prædij, vel
31 æstimationem in rebus indiuisibilibus iuxta dispositionem *l.si pluribus, ff. de leg.* 1. cum omnes istas, aliasque idem *cit.Capyc.Latr.* afferat, concludens à *num.19.* quid sit in hac re seruandum, quod etiam habetur apud *Gizz. in obseru.à num.14. per 18.* & apud *cit. Cala*, qui & de eo agit, an, & quando pro læsione,
32 quæ intercessisse in diuisione dicitur, competat restitutio? Dicam tamen cum *eod.num.13. Capyc.Latr.*ac *Mari. Frecc.in apost.incip.scias, Caroc.decis.135.num.5.Masul ad Capyc. decis. 36.num.2.Peregr.de iur.fisc.lib.6.tit.4.num.24.*
33 in diuisione rerum communium inter Fiscũ, & priuatum optionem priuato competere post diuisionem factam à Fisco ad *text. in l. edicto in princ.l.Seius,§.Senatus*, vbi *Bar.ff.de iur.Fisc.l.1.C.de his qui se defer.lib.*10. ac in
34 omni dubio, qualitercumque fieri debeat diuisio, ad Iudicis officium reccurrendum, *Napod.cit.num.8.* iuxta ea, quæ *in l.1.in fin. ff.de iur. deliber.* ac *l.arbitrium, ff. famil. hercif.* ha-
35 bentur; cæterum ius eligendi, quamuis ad hæredes sit transmissibile, non posse tamen cedi, fundat *cit. Coler.ead decis.54. num.21.* per ea, quæ *Ias.in l. si stipulatus fuerim 76. num.3. ff.de verb.oblig.& l.illud de opt.lega.& instit.de lega.§.optionis*, ac *l.fin.C.commun.de leg.* & an
36 creditor, & legatarius possint hæredes ad diuisionem bonorum hæreditariorum, vt expeditam valeant consequi satisfactionem? examinat *Thor.in C.rer. indic. cas.46.* vbi pro affirmatiua refert decisum in anno 1625. & an diuisio pendente termino ad deliberan-
37 dum, à iure decreto, fieri debeat vel ne, darique debeat interim curator? habetur in *decis.* 80.*Capyc.Latr.tom.*1. vbi de termino isto, ad *text.l.1.§.largius,ff.de success.edic.l.1.§.ait Prætor,ff.de iur.delib.& l.si quis instituatur,§.1.ff.de hæred.instit.*& *l.diu cum l.seq.ff.ex quib. caus. in poss.eat.* & à quo tempore currat ad interpre-
38 tationem *l.cum in antiquioribus, C.de iur.delib.& l.licet, C. eod.* & an hic terminus, prouè
39 quilibet alius à lege, siuè statuto dependens valeat breuiari? disertissimè agitur, & similiter apud *Sanfelic. decis.111.tom.1. Gizz. ad eand. dec.Capy.Lat.n.5.* qui citat *Crass. de success. lib. 2.quæst.3.num.6. & 7.* & in materia iuris con-
40 grui, *De Framb.decis.588.* ac prælationis cõcurrente iusta causa *Sanfelic. decis.268. nu.10. & 11.lib.2.*

De custodia, & conseruatione librorum,
41 instrumentorum, ac scripturarum post factam inter hæredes diuisionem, idem *cit. obseruat. ad decis.28.Capyc.Latr.à num.20.per 25.* sentit cum *Andreo lib.2.controu.152* ac *Reg.Valenz.*

cons.

*conf.*139. *num.6.* nunquam concedendam fœminis,si masculi quoque superfint hæredes, ac inter masculos, aut illum præferendum, cui
42 maior pars contingit, sub cautione tamen exibendi,si exibitionem necessitas exegerit ad *Text. in l. si quæ sunt cautiones, ff. famil. ercis.*
43 aut maiorem natu, si omnes pro equis portionibus succeslere, *l.fin.ff.de fid.instrum. l.cum pater,§.pater pluribus,ff.de leg.2.l.maiorem,ff.de pact.* eandemque prerogatiuam ad eiusdem
44 heredem transferri *Criuel.decis.*146. *num.*12. *& seq.*,aut illum,qui forsitan adest in dignita-
45 te constitutus, aut tandem in aliquo communi loco reponi debere,si inter hæredes maligni animi sit suspicio. Alia habentur apud
46 *Molfes.tom.3. comment.par.17.quæst.5. à n.11.*

His positis, dicimus dispositionem istam *consuetudinariam* non modo ad fratres dirigi,
47 sed ad quoscumque,communionem destruere volentes,& non tantùm pro familiari diuidē-
48 da re, sed pro quacumque constitutam fuisse,quare etiam in diuisione societatis seruan-
49 dam esse, non dubito ex generalitate sermonis *Consuetudinis*; Quando verò adsit tacita
50 bonorum societas præsertim inter fratres, & ex quibus arguatur,& an æs alienum, ab vno
51 ex socijs contractum, de communibus bonis sit exsoluendum? explanat eruditissimè *Cons. de Rosa* semper recolendę memorię *consult.* 8. *per tot.* & si aliqua etiam habeātur apud *Cons. Stayban.resol.forens.93.tom.1.*& *Amat.var.resol.tom.1. resol.13. & 31.* ac etiam apud *Reg. Capyc.Latr.consult.*105.*tom.2.*(qui etiam *consult.* 104.explicat cum *Sanfelic.decis.*111.*to.1.*
52 an,& quādo fiat locus dationi in solutum ad instantiam debitoris bona sua offerentis creditori in satisfactionem debiti contracti ad explanationem *auth.hoc nisi, C.de solut.* respectu mercatorum, dicens *num.* 17. mercatores vrgendos esse ad soluendum in pecunia, quia verisimiliter habent pecunias ad manus) ad quod iuuāt tradita per *Thes.dec.*136.& alios
53 sparsim, & an societas post mortem socij dici possit quandoque continauta,vel renouata,
54 & quando,quidue dicendum inter pupillum, & tutorem? habetur *controu.*22. *Cons.Hodier. per tot.& controu.*49. *a nu.*12.& si per dispo-
55 sitionem *l.verum,§.fin.*& *l. actione, §.morte, & l.si fratris,§.idem respondit,ff.pro socio* cum *concord.*qua, morte extingui societatem, dicitur, ad hæredes societatem ipsam nunquam
56 transire, vel sub speciali pacto testatoris,ita vt transeat in hæredes,per *tex.in l.nemo potest, & l.adeò,ff.eod.*dixerint *Theod. alleg.*14. *à nu.* 14.*Capyc.decis.*174.*num.*5. *Thesaur.decis.*242. *Gomez.de contract.cap.5.num.6. Fab.in C. lib. 4.tit.27.de societ.diffin.4.n.2. Reg.de Pon.consil. 90.tom.2.Valasc.decis.Lusit.63.num.2.& 3.* qui *num.*4. etiam per mortem ciuilem alterius so-
57 cij extingui societatem fundat; videtur enim
58 socij persona,& industria electa, *l.vnica, §.ne autem, C.de caduc. tollen.* ideoque deficiente
59 persona electa, inita societas non potest amplius consistere: id tamen limitatur inter so-
60 cios vectigalium conductores ex *Text. in l. viam veritatis, C. loc.* si requisita, de quibus *Bar.in cit.l.nemo,& l.adeo, Ruin.cons.41.nu.7. vol.2.Surd.cons.20.nu.5.& Gratian.discept.forens.cap.276.à n.24.to.2.*concurrant, & societas sit incohata, *l.hæres socij* 40.*ff.pro soc.*Porrò vnus ex pluribus socijs an, & quando con-
61 tra communem debitorem agat pro integro credito, possitq; communem rem alienare, ac ipsa alienatio valeat?habetur apud *Aluar. Valasc.consult.iur.& decis.tom.2. consult.*143. qui etiam *consult.*185.tradit quando societas vno ex socijs dissentiente solui queat? Et an socius
62 in re societatis dicatur pro indiuiso dominium,& possessionem habere? tractatur apud *Caualcan.decis.13.n.64.p.2.& decis.23. n.115. par.2. Granut. teorem. 2. ad fin.* & alios penès *Amat.resol.variar.to.2.resol.*54. *nu.*14. concludentes pro affirmatiua; conferunt his omnibus tradita per *Molfes.tom.3.comment. ad consuet.par.15.tit.de pignor.& hypoth.qu.47.à nu. 1.per 11.* latè examinantem articulum, an, &
63 quando socius, qui non fuit societatis institor, æs alienum contraxit,quod in vtilitatem societatis versum esse non fuit probatum, cōsocij dicatur portionem legitimè obligauisse ad explicationem, *l.consensit,§.illud tenendum, ff.quib. mod. pign.vel hypoth. sol.* & eorum, quæ à *De Franch.* traduntur *decis.77. Surd. dec. 213. Gratian.controu. cap.279.* ac etiam *Rip.in l.1.n.16.ff.de pignor.& hypoth.Anu.Rober.lib.3. rer.iudic. cap.19.* qui per *text. in l. si probatum, C.commun.diuid.*& *l.vnic. C. si commun.res pign. data sit*, quæ iura videntur superius traditis aduersari, contra sensiunt.

Videas quoque tradita à magni nominis Aduocato *Io:Leonar.Rodoer.1.vol.consil.*pro-
64 bante *cons.*8. hypothecam bonorum debitoris acquisitam super bonis pro communi,& indiuisim per socios possessis, adhuc sequuta diuisione,super integro patrimonio durare, & si diutius annuos introitus ab eo tantùm exegerit,cui debiti solutio diuisionis tempore contingit, quod binis S. C. decisionibus determinatum ostenditur, de quo etiam *Afflict. decis.*42.vbi *Vrsill.*& *cons.*14. debiti diuisionē ex pluribus non præsumi inductam, etiam si
65 creditor ab insolidum obligatis exegerit creditum pro rata, & vnum, aut plures liberauerit, affirmante ad interpretationem *l. si creditores,C.de pact.*, nec censeri debitum plurium
66 insolidum obligatorum diuisum vigore sententiæ,vel decreti in solidum non condemnātis insinuante contra *decis. Afflict.*215. quæ latè discutitur,& impugnatur,ac impugnatio ipsa sequuta S.R.C.determinatione confirmatur:

tur: alia habentur de eadem re apud *Amat. varia.resol.cap.71.n.28.Ricc.collect.1053. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.5.n.40.* qui nō prius
67 quam præscriptio sit inducta circa exactionē pro diuiso, eam censeri inductam dicunt: sed videtur obstare *text. in l. qui semisses, ff.de vsur.* quem contra sententiam citatorum *Author.*affert *Capy.Latr.decis.112.tom.1.num.25.*
68 & idem in debitore census attendi, vult *Anna alleg.* 3. Inter fratres verò in communione
69 viuentes peculiare quodam ius constitutum esse,non dubitatur, nam cum quilibet dicatur in qualibet gleba,vel cespite partem suam habere *Paris.cons.69.nu.3.lib.1. Cornaz.dec.4.n. 19.* ac *Amat.cit.resol.94.n.13.* suam tantùm quisque valet portionem obligare,non autem alteram fratris sui, cum quo in communione viuit,*l.2.C.commun.diuid. Stayb.in.resol. forens. tom.2.resolut.103.num.197.*ideoque quicquid
70 alienat alter in portionem sibi tangentem cedit, *l.Marcellus 3.§.res quæ,ff.ad trebel. l.hæredes 26.§.si testator,ff.famil.ercis.*videtur enim
71 alienans in partem suam,quod alienauit, elegisse, vt optimè *Valasc. in pract. portio. & collat.inter hæred.cap.2.nu.30.& 31.* & consonat dispositio *l.si fratres 7.C.commun.vtriusq.iudic.* ibi: *Euictis partibus, quæ ante diuisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantùm constitit,*quem *textum* explanat *Idem Stayban.*tàm *resol.100.tom.1.n.24.*quàm *resolut.184. tom.2. n.24.*Alia cumulat *Molfes.cit.quæst.47.p.15.d num.11.* Cæterum in quo differat iudicium
72 communi diuidundi ab illo familiæ erciscūdæ,habetur apud *eund. Molfes.eod.tom.3.p.17. qu.1.*& apud *Calà* vbi *sup.q.45. in princ.*

Quæritur nunc coram quo Iudice sit
73 iudicium super lite de diuisione orta exagitandum, cum in tribus istis iudicijs familiæ erciscundæ,communi diuidundo, & finium regundorum par causa omnium videatur? at ex *Caio lib.7.ad edic. prouin.* habetur in *l. in*
74 *tribus 13.ff.de indic.* eum videri actorem, qui ad iudicium prouocauit; hinc dicendum se-
75 quitur,esse agendam litem in foro prouocati, cum actor rei forum sequi teneatur,prout per
76 *cit.l.in tribus,& cap.forus, §.accusator extra de verb.signif.* tenet *Capy.Latr.controu.22.num.1.*
77 *tom. 1.* (vbi quæ nam sit actrix in iudicio finium regundorum inter duas Vniuersitates) contra *Larre.decis.6.to.1.n.20.& 21.* affirmā-
78 tem in iudicio familiæ erciscundæ, communi diuidundo, ac finium regundorum fori declinatoriam legitimè non peti, ex quo quilibet litigantium dicitur actor, porrò agens reme-
79 dio *l.diffamari, C.de ingen. & manumis.* actor ne,an verò reus dicatur? exquirit *Prat. pract. obseru.98.*& relata *Afflict.*sententia *decis.268.*
80 *num.3.*dicentis actorem esse(quam ipse etiam approbauit *in annot. ad Muscat. in prax. S. C. par.1.glo.reus pag.20. col.2. vers.ad quæstionem verò*, & sequuti fuere *De Franch. decis.385. Regens de Pont. decis.13.collat. Carraui.sup.rit. 190.in 3.notab.vsque ad fin.*)aliorum *DD.*pla-
81 citum de eo,vt attenta primordiali,& originali causa, qua agens ad iudicium properat, reus potius quàm actor diudicari debeat, affert, & eiusdem multos recenset asseclas, *Capy.*nempè *decis.18.0sasc.151. Mastril.decis.14. n.19.per tot.& dec.239.num.14.Cost.de remed. subsid.remed.50.Boer.decis.255.n.7. Couar.variar.resol.lib.1.cap.18.Guttier.cons.51. num.16. Ludoui.dec.32.n.6.& 9. Grati.discept.forens.to. 1.cap.85.n.9.Vrsil.ad cit.decis.268. Afflict.in fin.Gail.obser.9.lib.1.Capy.Latr.dec.89.n.5. & seq.Fontanel.dec.328.n.12.Thor.in 1.par. compen.ver. Clericus, siuè Prælatus, Giur.decis.25. ex n.10.aliosq;*& tandem vacillans remansit,ac materiam altius exorditurus, & ex professo tractaturus,pollicetur:Difficilis sanè quæstio, & propter maximam hinc indè pugnantium authoritatem *DD.*ac vim rationum pro vtraque parte concurrentium,sed nouissimorum
82 potiùs sententia me mouet, quæ rerum pluries iudicatarum authoritas roborauit, vt apud eosdem videre est;Agens enim remedio, *l.diffamari*, semper reus dicendus est, & si li-
83 tem,quam aliàs sibi dari timet, properet, & vt reus in iudicium venit responsurus actori,
84 quem ideò citat ad proponendum iura, & & ideò in foro eiusdem agentis est lis tractāda, quam sententiam fuisse quoque à *Muscat.* pro suę opinionis confirmatione allegato approbatam patet per ea, quæ in *prax.S.C.par. 2.glo.competentes nu.68.* habentur, vbi citat *in fi.Specul.in tit.de compet.iud. adit.§.2.* qui om-
85 nes casus, in quibus regula generalis de conueniendis reis in eorum foro per actorem, iuxta dispositionem *cap. cum sit generale de de for.compet.l.fin.C.vbi in rem act. l.qui accusare,C.de eden.& reg.pragm.2.tit.,vbi de delict. quis conuen.debeat,& dec.517.n.7.* ac *dec.541. n.1.de Franch.* non habeat locum, enumerat,
86 & an dicatur nulla sententia, lata ab alio Iudice, quàm proprij domicilij? examinant *Andr.in l.imperialem,§.præterea si inter duos,n.79.* & ibi *Afflict.n.29.Rouit.sup.cit.prag.2.vbi de delic. quis conuen. possit, Anna sing. 56.& alij.*
87 Tandem pro indubitato recipiendum esse, aduertas, authorem laudatum in foro laudātis comparere debere ad *Text. l. venditor 49. ff.de indic.*& *l.1.C.vbi in rem act., Afflict.decis. 227.et in constit.si quis in posterum,n.55.Boer. decis.69.n.27.Soccin.cons.91.col.9.vol.1. Anna sing.45.ac cit.Muscat. ibid.* sed quid dicendum
88 si laudatus author sit clericus,vel aliter priuilegiatus? habetur apud *Capyc. decis. 197.* vbi *Adden.Andr.de Iser.vbi sup.col.3.Angel.in cit. l.venditor, Soccin.iun.cōs.40.n.1.vol.1.cit.Ann.* ac *Fab.Ann.in addit.Gram.dec.21. Vrsil.ad decis.380.Afflict.n.7. De Franch.decis.416. Cap-*

Kk pel.

pel. Tholos. & addit. decis. 361. Conar. practic. quæst. cap. 8. qui in disparem sententiam iuere, & quid dicendum in negotiorum gestore Neapolitano? habetur *sing. 401. Annæ*, & apud *Masul. in addit. ad cit. decis. 197. Capyc. num. 6. in fin.*

CAPVT SECVNDVM.

Consuetudinis, Si tamen contingat, explicatio.

De communione dissoluenda, & an inuitus quandoque cogatur aliquis in communione manere; de hæreditate mulieris, quæ extraneum sibi fecit hæredem, antephato inter filios diuersarum nuptiarum, bonis filij præmortui ad matrem peruentis, & de hæreditate Neapolitani testati morientis diuidendis, quisuè admittendus sit, si Clericus, ac laicus remotior concurrant ad successionem bonorum intra confinia? Et an, & quando fœmina ab hæreditate morientis fratris Clerici concurrente laico remotiore excludatur? De cessionario hæreditatis delatæ, & deferendæ, & an idem ius foueat, ac principalis cedens circa bona, *Consuetudinum* Neapolitanarum censuræ supposita. *Consuetudines* quãdo principaliter bona respiciant, & secundariò personas, & è contra? Domicilium quomodo cõtrahatur, & quotupliciter aliquis efficiatur Neapolitanus. De Portione tãgente mulieri masculiatæ, & qua actione petatur? Ac tandem de bonis, quæ debent inter plures fratres, & socios inuicem communicari.

SVMMARIVM.

Consuetudinis, Si tamen contingat, *dispositio affertur, n. 1. & quo in casu disponat, n. 2.*
De diuisione bonorum, super quibus debetur quarta, agitur num. 3. & 4. & de præstatione fructuum, n. 5.
Diuisio an, & quando valeat impediri? nu. 6. 7. 11. 12. 13. 14. & 15.
Communio mater discordiæ est, n. 8.
Diuisio de consensu facta commendatur, n. 9.
Ius non diuidendi non præscribitur, n. 10.
Hæreditas mulieris, quæ extraneum instituit hæredem, quomodo diuidenda? n. 16.
Mulier sui iuris effecta, an habeat testamenti factionem? n. 17.
Filiisfamilias testamentaria dispositio an valeat? num. 10.
Antephatum quomodo sit diuidendum inter filios plurium nuptiarum, n. 19.
Solutio antephati an ex toto patrimonio debitoris facienda? n. 20. & 21.
Imputationi quando sit locus pro antephato, et parte pretij? n. 22.
Successionis forma ad antephatum affertur, n. 23.
Filia an excludatur ab antephato, ad quod vti filij, non vt hæredes successores admittuntur? num. 24. & 25.
Mulieribus debetur paragium in antephato, n. 26.
Antephatum constitutum pro dote constituta in vectigalium capitale, an debeatur in pecunia? num. 27.
Bona materna peruenta ex hæreditate præmortui filij, quomodo sint diuidenda inter successores? n. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 42. 43. 44. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 57. 58. 59. & 60.
De Franchis *authoritas quanta sit in materia consuetudinaria? n. 38. 39. 40. & 41.*
Correctio legum vitanda, n. 45.
Consuetudines *cur introductæ? num. 46. & obstant iuri communi, n. 47.*
Matrimonia replent hominibus liberis Ciuitates? num. 48.
Dispositio l. fœminæ, C. de secun. nupt. *an fuerit expressè à* Consuetudinibus Neapolitanis *emendata? n. 49. & 56.*
Vterini fratres non censentur exclusi in terminis vsus nobilium Nidi, & Capuanæ, n. 61.
Frater vterinus an teneatur sorori dotem constituere super feudis? n. 62.
Hæreditas Neapolitani, qui sibi extraneum fecit hæredem, quomodo diuidenda præteritis coniunctis tàm laicis, quàm Clericis? n. 63.
Dominicus Martinus *laudatur, n. 64.*
R. Consil. Scipio Martinus *laudatur n. 65.*
Nonnulla de admissione Clerici, & laici remissiuè traduntur, n. 66.

Laico

Laico remotiori competit actio aduersus testamentum, in quo est extraneus institutus, propter Clericum proximiorem, nu.67.69.& 70.sed contra n.68.74.75.76.& 77.
Ecclesiastici quando subsint dispositioni consuetudinariæ actiuè, & passiuè?n.71.
Fœmina quando excludatur à successione fratris Clerici?n.72.
Regius Consil. Vincentius Raetanus *laudatur, num.73.*
Regula l.de accessionibus, ff.de diuers.& tempor. præscript. *quandoque limitatur, n.78.*
Cessionario hæreditatis an idem ius competat pro bonis intra confinia Neapolitana positis, ac ipsi cedenti?n.79.81.82.& 83.
Nonnulla de renunciatione deuolutæ, ac deuoluendæ hæreditatis afferuntur, n.80.
Qui cedit quasi à iure suo discedit, n.84. etiam si nō fiat nouatio, n.86.
Mulier extera an valeat in bonis intra confinia Neapolis virum licitè instituere, & hic valeat ea retinere?n.87. 88.89.114.& 115.
Consuetudines Neapolitanæ *an, & quando respiciant principaliter bona, n.90. & 102. ideòq; omnes ligent pro bonis intra confinia, nu.91. 92. 103. 104. 105. 106. 207. 112. 116. & 117.*
Exteri quandoque pro bonis ligantur Neapolitanis Consuetudinibus, *nu.93. 94.96.97.98. & 100. & quid respectu sollemnitatum in testamentis requisitarum?n.95.*
Consuetudines *dicuntur pacta ciuium, n.99.*
Clerici sunt exempti à iurisdictione laicali, etiam pro iure consuetudinario, n.101.
Domicilium contrahitur animo permanendi, num. 108.& animus arguitur per habitationem per decennium, n.109.
Neapolitanus quotupliciter quis esse possit? num. 110. & 111.
Dispositio pragm.1.de Senat.Cōns. Maced. *affertur, n.118.*
Filiusfamilias forensis, an, et quando disponere valeat?n.119. & Neapolitanus quando extra confinia, n.120.
Filiafamilias viro Neapolitano nuptui tradita, an dicatur in patria potestate constituta, n.121.
Dotes nequeunt alienari propter qualitatem antiquam bonorum, nu.122.& non propter qualitatem dotalem, n.123.127.128.& 129.
Dos, quæ non habet qualitatem antiquam, dicitur propriè mulieris patrimonium, n.124.
Dispositio consuetudinaria variat respectu bonorum antiquorum, & dotalium, & quomodo? n.125.126.131.& 132.
Dotis verbum demonstratiuè quandoque ponitur ad significandum patrimonium mulieris, numer.130.
Lege non distinguente nobis, non conuenit distinguere, num.133.
Bona materna, & materna quomodo sint diuidenda inter filios diuersi sexus, ac diuersarum nuptiarum, traditur n.134.& 135.
Mulier in concursu masculorum excluditur ab intestato, non autem ex testamento à bonis antiquis, n.136.& 137.
Exclusa mulier, semper censetur exclusa ab intestato tantùm, n.138.139.& 140.
Descendentes ex fœminis masculiatis non censentur exclusi, n.141. & cur n.142.
Nonnulla de masculiatione afferuntur remissiuè, num.143.
Portio tangens mulieri masculiatæ, qua actione petatur à tertijs bonorum possessoribus? num. 144.147.148.& 149.
Mulier conditionaliter excluditur in specie statuti Neapolitani, n.145.
Fructus sunt restituendi ob non adimpletam conditionem, n.146.
Moræ purgatio quando admittatur in materia masculiationis?n.150.151.152.153.& 154.
Quænam bona debeant inuicem communicari inter plures fratres, vel socios, num.155.156.157. 158.159.160.161.162.163.164.164. 166. 167.168.& 169.

1 ISTam *Consuetudinem* in diuisione dispariter inter plures faciēda, attēdendā esse, nō dubitatur; percipitur enim ex verbis eiusdē, & habetur ex *Napod. in præceden. consuet. n.1.& hic in princ.*, hinc fieri duas diuisiones,
2 statuitur, ac ità, vt ab *eod. Napod.* traditur *ver. similis, num.13.* idque etiam fauore mulierum,
3 cui quarta in bonis defuncti viri potest deberi, dispositum; quoniam verò mulieribus fru-
4 ctus quartæ, non autem proprietatem, diximus deberi, ità diuisio fieri debet, vt hæredibus fundus, seù rei proprietas, mulieri verò vsusfructus adiudicetur ad *text.l.si quis putās, §.officio iudicis, ff.commun.diuid.* vt insinuat *Na-*
5 *pod. ver. liberi num. 11.* & quomodo fructus debitæ portionis valeant præstari, habetur in *l.communi 7.§.cum de vsufructu, ff.comm.diuid.*

Videndum post hæc de multis, & primò an diuisio quandoque valeat impediri, vel prohi-
6 beri, & pro responsione dicimus, generalem fuisse regulam constitutam in *l.1.& fin.C.commun.diuid.l.& si, ff.eod. l.si non sortem, §.si centum, ff.de condic. indeb.cū concord.* approbatam à *Balbo.disquis.23.nu.1.& 2.cum seq.* vbi idem ex *Genes. cap.13.* haberi ostendit, & commu-
7 niter omnibus, de non cogendo aliquam ma-
8 nere in communione, cum mater discordiæ soleat ista appellari, vt per *glo.in can.illud dist. 71.& in l.2.C.de iur.domi.impetr.* ad *text. in l. cum pater, §.dul cissimis, ff.de leg.2. & cap.ex tenore de sent. excom.* habeturque apud *Capyc. Latr.decis.168.n.10.lib.2.* post *Merlin.cap.57. nu.1. cen. 1.controuer.forens. Hippol.Maya.obseru.10.num.123.cit.Balb.num.13.& alios,* &

9 diuisio de consensu facta commendatur in
l.fin. ff. fam. ercis. ideòque nec triginta anno-
rum lapsu præscribi posse ius non diuidendi
apud *Balbo.ibid.num.6.& 7.*ac ipsam diuisio-
10 nem haud posse prohiberi filijs per patrem
habetur in *l.in hoc iudicium,§.si conueniat,ff.cō-
mun.diuid.* quod pro perpetua communione
11 fuisse dispositum, non autem ad tempus, ex-
plicant *Fontanel. decis.32. num.32. lib. 1. Iul.
Clar. in §. testamentum, quæst. 67. & alij* post
*Gizz.in obseruat. aliàs cit.decis.28.Capy.Latr.
num.3.& 4.* Quare diuisionem posse quando-
12 que prohiberi non dubitatur, præcipuè si par-
tes inuicem promiserint sub pœna in commu-
nione manere: Referam tandem de hac ea-
dem re verba, *Diui Bernardi*, quæ *Fab. de
Giocch. in auth. nouissimè in fin. C.de inoffic.te-
stam.*ac *cit.Gizz.num.9.* recensent, vt omnibus
cordi sint,& præbeant documentum, quicquid
13 enim sit agendum mellifluè ità edocuit,
*Si sunt nobiles, melior quandoque aliorum filio-
rum dispersio, quam hæreditatis diuisio: si sunt
laborantes, faciant vt velint; si sunt mercatores,
tutior est diuisio, quàm communio, ne vnius in-
fortunium alteri imputetur.* Hisque adde, quæ
scripsit *Molfes. tom.3. comment. ad Consuetud.
Neap.hoc tit.quæst.1.à num.16.& quæst.2.*qua-
tuor præcipuè asserens ex causis dici prohi-
14 bitam diuisionem, materiæ nempè, dignitatis-
que, vt monstruositas vitetur, & ne res redda-
15 tur infructuosa, easque optimè explanans, &
alia habentur *quæst.3.à nu.6.*vbi multa exem-
pla afferuntur, ex quibus diuisionē quandoq;
inutilem fuisse, noscitur, & quid agendum
quando diuisioni non est locus, traditur.

Secundò, quemadmodum morientis mu-
16 lieris more Magnatum nuptæ, quæ ex testa-
mento sibi extraneum fecit hæredem, sit hære-
ditas diuidenda inter institutum, ac instituen-
tis parentes super existentes? at quoniam de-
cisio dependet ex quæstione illa, vtrum mu-
17 lier nupta more Magnatum liberam, tāquam
sui iuris effecta propter contractas nuptias,
habeat testamenti factionem? quam latè ac
partes enucleat *Reg. Rouit.cons.4.lib.2.* multa
ad idem cōferens,& ad ostendendum quādo
18 filiæfamilias dispositio testamentaria valeat,
ità vt parentibus tantùm legitima debeatur,
& quando non possit valere, ideò pro resolu-
tione propositæ quæstionis *Eundem* consulas.

Tertiò, an antephatum, mulieri constitutum,
19 inter omnes filios diuersarum nuptiarum di-
uidi debeat, an verò illi tantùm, qui ex matri-
monio, pro quo antephati constitutio facta
est, succedant ad illud? Hanc quæstionem
examinant *Marin. Frec. in consuet. si qua mo-
riens in apost.incip.cogita an in fin. Capy. Latr.
consult.25. tom.1.*vbi etiam de solutione eius-
20 dem,& an fieri debeat ex integro patrimonio
debitoris viri, an verò ex portione, debita fi-
lijs, susceptis ex matrimonio, pro quo debetur
21 antephatum,& an,& quando imputationi sit
locus inter filios diuersarum nuptiarum? ac
22 etiam interesse partis pretij debiti secundo-
genitis super nouo feudo taxatione, de qua
etiam *De Marin.quotid.resol.cap.128.tom.1.&
Thor.in 3.par.compen. ver. interesse pretij, fol.
593.* ideòque ad illos me remitto, & de tali
quæstione alia scribere non curo, fortius cum
tit.9.de iur.quar.cap.1.à num.98. ad eam deci-
dendam fuerint tradita nonnulla; videas ta-
men *Bottiglier. de success. ab intest. cap.1. theo-
rem.14.* vbi postquam multa de modo succe-
23 dendi ad antephatum iuxta tradita à nobis
supra cit.tit.9.cap.1.n.74.& 79. latè illam exa-
24 minat quæstionem, de qua etiam Nos alibi,
an pacto inito in matrimonialibus contracti-
bus, vt filij, non vt hæredes patris, sed tanquā
filij admittantur ad antephatum filia dicatur
in concursu masculorum exclusa, ità vt por-
25 tionem sibi tangentem eiusdem prætendere
nequeat? opportunis cōprobās medijs nouissi-
mam S.R.C.sententiam, de qua *Caput. ad con-
suet.si moriatur par.2.§.5. nu.36.* qua fœminas
excludi debere, ac eis tantùm paragium pin-
26 guius dādum, fuit decretum, prout etiam *De
Marin.*testatur *resol.quotid.cap.68.tom.2.*citat
*Capyc.Latr. decis.3.in 1.dub. Fontanel.de pact.
nuptial.claus.4.glo.9. par.3. à num.28. cum seq.
Castil.Sotomaior. tom.5. controuers. cap.66.* &
alios quam plurimos; & an antephatum con-
27 stitutum vxori à viro suo pro dotibus consi-
stentibus in tot capitalibus super vectigali-
bus debeatur in pecunia numerata habito re-
spectu ad quantitatem corporum assignato-
rum, an verò ad eorumdem æstimationem?
examinat *Prat.discept.forens.tom.2.cap.36.* cō-
cludens pro effectiui,& realis pretij solutione,
etsi aliter decisum referat.

Quartò, de diuisione bonorum matris, ei-
28 dem ex filio præmortuo peruentorum,& om-
nes filij ne, vel ex diuersis nuptijs suscepti, suc-
cedere debeant, an verò illi, tantùm, qui cum
filio præmortuo, ex vno, eodemque matrimo-
nio procreati fuere? esset exquirendum, at
quoniam de ea re optimè scripsit, ac sentijt
insignis ille vir *D. Hieronymus Borgia* in se-
quenti Epistola, quam mihi scripsit, meam pro
eadem postulans sententiam, illam hìc, vt tan-
ti Iurisconsulti placitum cæteris omnibus in-
notescat, integram, & prout ad me venit,
transcribi curaui.

EPISTOLA.

*VINCENTIO BRILLA IVR.CONSVLTO
D. HIERONYMVS BORGIA*
S.

CVM Ego nudiustertius de nobilis mulie-
ris intestatò mortuæ diuidenda inter li-
beros

beros successione cum quibusdam è primis causarum Patronis differerem (oportet enim, vt id faciam frequentius, quàm occupationes meæ, & à foro, forensibusque iurgijs hucusq; inuicta abalienatio patiantur; si pietas, aut amicitia exposcant) intellexi in quæstionem reuocatum, an matri Neapolitanæ intestatò defunctæ filij ex secundo matrimonio suscepti succedant insimul cum susceptis ex primo, etiam in illis bonis, quæ eidem matri à successione prædefunctorum filiorum, iuxta tra-
29 dita in vulgatissima *Authentica defuncto, C. ad Tertul.* obuenere.

Et cum apertis verbis, vt soleo, scilicet, *sine ira, & studio, quorum causas à me procul habeo*, in sententiam affirmatiuam inclinassem; quidam ex his, qui aderant, vel etiam tacendo se dissentire ostendebant: quidam vero regulis, & cauillis, insuper clamoribus, & longè ab ouo repetita oratione, oppositam meæ defendere conabantur opinionem. Omnes denique *iure quodam potestatis, quo, vt scis, hoc hominum genus intumescit*, cedere indignabantur. Itaque translato in aliam diem congressu, atq; postmodum electo arbitro familiæ ercisc. viro doctissimo, cui ex integro causa remissa; visum est interim Tibi in nostrarum *Consuetudinum* materia versatissimo (vt tua ostendunt luculentissima commentaria) rationum momenta, quibus mouebar, exponere; vt an probanda sint, an verò reijcienda diudices. Quod tamen nolim pro nostra amicitia, sed pro tua doctrina facias, atque, vt est in adagio apud Græcos, *vt exuas personam amici, dum iudicis induis*.

Mouebar itaque primo ad admittendos filios, è secundis nuptijs susceptos, ad bona quoque matri binubæ ex successione filiorum
30 primi matrimonij prædefunctorum peruenta ab aperto nostrarum *Consuetudinum textu*, qui positus sub *rubric. de muliere habente filios*, ità se habet: *Si qua mulier habens filios, vel liberos ex diuersis maritis, moriatur intestata, filij, & filiæ absque discretione sexus succedunt eidem in virilem, &c.*

Ità namque *Consuetudo* pares in succeden-
31 do matri filios omnes reddit, eandemque omnium vult esse conditionem. Et quidem non ignorabant Ciues, qui *Consuetudinem* inducebant, quod etsi diuersam in muliere
32 habuisset acquisitio bonorum originem, illius tamen patrimonium vnicum æqualeque penes eandem effectum fuerat, Quippè etsi à viro suo, patreque respectiuè ad filios, & ab his deindè ad ipsam successio delata foret; attamen vi aditionis hæreditatis bona, quæ paterna primùm, deindè filiorum fuerant, ipsius
33 matris propria, & ideò materna efficiebantur ex inconcussa regula, *l. per procuratorem*, & similibus *ff. de acquiren. hæredit.* Vndè vulgò apud nos receptum, bonorum originem immediatam, non mediatam, esse attendendam,
34 cùm de matri succedendo agitur: circa quod appositè ratiocinatur ad rem, *Reg. Capy. Latr. consult. 19. n. 17.* & passim.

Quod autem ità lex nostra *consuetudinaria* firmauerit, locupletissimus testis est *Napoda-*
35 *nus* Glossator, qui ad illã scripsit: *Non distinguit de bonis. Vnde si mulier habens filios ex primo matrimonio, & secundo successit alicui filio primi matrimonij, vel secundi, si postea moritur intestata, filij vtriusque matrimonij sibi succedunt in viriles, vt hic. Et ratio est, quia illa bona non possunt dici paterna, sed materna, ff. de acquir. hæredit. l. Paulus, & quia omnes isti fratres sunt coniuncti æqualiter eidem matri*. Atque huic
36 *Napodani* maximi interpretis definitioni acquieuere cæteri Commentatores, vt *Pisanellus, de Bottis*, & similes, qui rebus iudicatis ità definitum testantur penès *Afflictum*, & *Vrsillum*, quos *Molfesius* (meliùs certè rem examinatus) sequitur. *tom. 1. par. 4. de successionib. ab intestato, quæst. 39. num. 11. & secundo tom. in addit. & consil. 50.* & passim; quibus in locis hoc ipsum decisum apud *Franchum decis. 25.* contendit.

Mouebar secundò, quoniam etsi mox citatus *Franchus in dec. 666.* hanc eandem (de qua nos) quæstionem denuò agitare ad partes voluerit, quinimmò in oppositam nobis senten-
37 tiam inclinare, adeoque filios secundi à bonis fratrum vterinorum primi matrimonij excludere visus sit; id quod plerisq; Recentioribus imposuit, qui vel nequaquam mutari lineam, cum bona à patre ad filium, deindè à filio ad matrem perueniendo ascendunt, affirmarunt, vel nonnullas esse adhibendas distinctiones (vtinam consistentes, & discriminis allata ratione fulcitas) inter bona paterna, & bona propria filij prædefuncti suadere conati sunt; attamen nec *Franch.* autho-
38 ritas, nec ratio ab eo allata tanti est, vt à vera sententia recedere debeamus. Siquidem
39 quoad authoritatem attinet, & si venerabilis illa, & venerata; scio tamen centies à sequentibus scriptoribus, præsertim in hac *Consuetu-*
40 *dinum* materia à *Prouenzalio, Montano*, & similibus conculcatam, neglectamque. Scio etiã *Franchum* ipsum, quoties *Napodano* in exponendis *Consuetudinibus* obuiam factum, illi,
41 communi nostrorum iudicio, cedere locum, fascesque submittere iussum. Planè vel ipsius *Franchi* Asseclæ præcipui, vt sunt *Amendola*
42 *n. 4. & Visconte n. 43. in dec. 435. Napodanum, & de Bottis* sequuntur, filiosque omnes in successione matris binubæ æquales esse volunt.

Quò verò ad rationem qua *Franchus*, eiusque Sequaces mouentur, scilicèt, quod admissioni filiorum secundi matrimonij in bonis, de

43 de quibus agimus, se opponat constitutio *l.*
fœminæ,§.illud.etiam,C.de secund.nupt. quam
nõ esse correctam à *Consuetudine* dicunt cum
Hodierna in comm. ad l. hac edictali quæst. 21.
atque alijs in locis. Quo, inquam, ad ratio-
44 nem istam,insulsè eam adduci, atque ad rem
nequaquam facere videbatur, quippè, omissa
pro nunc disputatione, an abrogata à *Cõsue-*
tudine Neapolitana imperatoria sanctio in di-
cto §. *illud, l.fœminæ* fuerit, & an in præsenti
vulgare axioma, quod correctio legum sit vi-
45 tanda,posit habere locum?Siquidem cum de
Consuetudinibus agitur,vel Lippis,& Tonsori-
bus patet,Eas non ad alium finem introduci,
46 quàm ad iuris communis regulas, vel in to-
tum abrogandas,& antiquandas, vel limitan-
das in partem. Cur enim Ciues si iure com-
muni contenti,aliud moribus vsurpassent,vtq;
in posterum pro lege valeret, cauissent? & per
modum, generalis regulæ, vt alibi *Montanus*
explicat. An nouum, præsertim in materia
47 successionis,nostras *Consuetudines* à Romanę
Iurisprudentiæ regulis exorbitasse? Et quis
credat tantæ vtilitatis esse constitutionem
l.fœminæ introductam aduersus nuptiarum
libertatem, & fauorem, & in diminutionem
Reipublicę,cuius interest per frequentata ma-
trimonia liberis hominibus repleri; vt non
48 abrogari à lege contraria mereretur, aut pos-
set?Cęterum debilis est ingenij velle, vt fuerit
constitutio *l. fœminæ* apertis, & rotundis ver-
49 bis emendata, quando nunquam ità vel cir-
ca nobiliora iuris capita seruatum à nostris
Consuetudinibus legimus. Sed de his omissa
pro nunc disputatione;vt dicebamus, allata
50 ratio in oppositum non mouebat. Siquidem
dicebam Ego, cum negari non possit,impera-
torias iussiones,tùm in sæpius citata *l.fœminę*,
tùm *in l.hac edictali*, & *in Nouellis* (à quibus
authenticę adiunctę *Codici*) odiosas esse, &
pœnales, vt ipsimet Principes legislatores
apertè fatentur aduersus binubos stomacha-
ti; sequitur nullum Iuris rigorem, nullamque
51 ęquitatis rationem pati posse, vt prędictę *le-*
ges trahantur ad consequentias, & porrigan-
tur ad alios casus vltrà expressos; & cum
de dispositione matris,vel in mortis articulo,
52 vel in actu inter viuos facta loquantur, in-
ciuiliter ad legitimam successionem, ea
intestata mortua, producuntur,vel extendun-
tur. Teneant quæso casus suos leges,si non
53 iniquæ,exorbitantes tamen,& nouę,earumq;
asperitas, & prohibitio contineatur intra cã-
cellos illorum verborum: *Nec super istiusmodi*
facultatibus testandi in quamlibet extraneam
personam, vel quicquam alienandi habeat facul-
tatem. Atque ità,vetitum quidem sit matri bi-
nubę de bonis, à marito per filiorum succes-
sionem ei peruentis,contrahere,aut testari,ni-
54 si illa vt iusserant Imperatores *filijs relin-*
quat; At nõ etiam si pareat mater pręceptis;Si
intestata decedat, à beneficio iuris communis
excludatur,parentumque omnium voto frau-
55 detur, & successores ab intestato illos, quos
æque dilexit filios haud obtineat;hoc enim
foret non tantum mater binuba,sed Natura
ipsa, quę filios pares facit, & si à repetitis nu-
ptijs susceptos, sed Lex quoque, dum sine di-
scrimine, eos ad matris successionem vocat,
à Legislatore puniri.
In summa concludebam ego *textũ in* §. *il-*
lud etiam,l.fœminæ,& in similibus locis effice-
56 re matrem vsufructuariam in bonis,de qui-
bus agitur; sed ideo nè contrahat, nè testetur
iubere,at non etiam si intestata moriatur, to-
tius iuris ordinem, atque successionem sub-
uertere, & cum inuidia, quosdam ex liberis
admittere,quosdam excludere. Hoc autem
ita fieri neque inauditum, neque insolens est
apud *DD.* Siquidem,vt eosdem quis in certis
bonis habeat ab intestato successores, in qui-
57 bus bona ipsa per contractum, vel per testa-
mentum transferre nequibat,receptũ est; hinc
qui extra familiam fundum alienare prohibe-
tur, potest eos in eodem fundo successores ab
58 intestato habere,in quos alienare illum inter
viuos, aut in morte per testamentum non po-
tuisset, *l.cum Patre 79.§.cum inter,ff.de legatis*
2. vt & ex dicto *textu* sentiunt innumeri In-
terpertes apud *Martam cons.*43. *& Fusarium*
*de substitutione fideicommissaria quæst.*711.dat-
que perspicuam rationem vir grauissimus *Pe-*
*regrinus de fideicommissis art.*14.*num.*26. quod
59 cum successio ab intestato regulam à lege
accipiat, & directionem,*l.obuenire, ff.de verb.*
sign.l.3.ff.pro socio,§.1. inst.de hæred. qualit. &
differ.,& lex sẽper prudẽter agat,& iste opere-
tur;non opus est,vt ab hominis prouisione,
aut à penali constitutione à fraudando arcea-
tur;Homo verò, quia de facili potest, vel per
59 contractum,vel per testamentum in fraudes,
aut errores labi, opus fuit, vt à lege dirigere-
tur, vel à testatore pœna imposita continere-
tur in obsequium. Sed iam discursus Epistolę
modũ excedit:Tu an rectè ratiocinabar diju-
dica,& finem ità controuersiæ impone, quod
vt rectè valeas Vale.
Istam grauissimi viri in hac re sententiam,
60 sicuti non parum commendandam esse, tan-
quam maximi ingenij specimen præferens,
ac iuris solidum fundamentum, cuique le-
genti, constare potest, ità quoque meo
voto censui approbare, ac illis, quę aliàs
cap.4.tit.1.de success.ab intestat. à num. 11. de
proxima potiùs causa attendenda, quam
remota, comprobari, non vereor affirmare:
accedit ratio desumpta è traditis per *Geor.al-*
*leg.23.num.*31. *&* 32. qui probat in terminis
61 vsus nobilium Capuanę,& Nidi(siuè *Consue-*
tudo dicatur,siuè non)matris exclusione non
cen-

censeri vterinos fratres exclusos, cum illius exclusio istis nocere non possit: ergo fortiùs, dum successit mater, omnes pariter debent admitti. Quidnè dicendum in terminis iuris communis: habetur ex *Nouar.quæst.forens.p.2. resolut.5.* ex *resol. Fran. Rocca.* Cæterum an
62 frater vterinus teneatur super feudis dotem vterinę sorori constituere, & quomodo? explanat *D.Hierony.Calà in tract.de restit. in integr.denegan.quæst.10.*

Viderem hic perlibenter de diuisione hæreditatis morientis Neapolitani, qui in testa-
63 mento, per eum confecto, extraneum sibi fecit hæredem, proximis tàm laicis, quam Ecclesiasticis præteritis, verùm quia pro vera determinatione optimum potest dogma inferri è traditis à Nobis supra *tit. 3. de success. morien.sine fil.ex testam.cap.1.nu.36.* ac ex ijs, quę rescripsit *de Luca in tract.de lin.lega.à num.25. art.3.de lin.in consuet. & stat.* scripta à peritis-
64 simo V.I.D.Dominico Martino, integerrimi, ac nunquam sufficienter laudati Domini Sci-
65 pionis Martini Regij Consiliarij meritissimi, præcipui domini mei, filio, me à tali onere scribendi excuso; & tantùm, quæ de Monaci,
66 & Clerici admissione ab intestato ad successionem prædefuncti agnati, cognatiuè ad formam statutariam, inueniuntur apud infra citandum *Bottiglier. num.7.8.9. & 10.* censui
67 indicare; dicam tamen quod ex illo habetur, & à me aliàs prætermissum est, laico nempè remotiori actionem legitimè competere aduersus testamentum, à defuncto ordinatum, in quo extraneum sibi fecit hæredem etiam in bonis intra confinia Ciuitatis Neapolitanæ positis, ad vindicandam portionem illam, coniunctis à *Consuetudine* reseruatam, idque ibidem comprobari, ac à *Mont.controuer.11. num.2.ad med.vers.est tamen, Caput.ad consuet. si moriatur par.3.§.7.& fol.316 à num.6. De Luca in decis.667. De Franch.num.24.* vbi conformem refert decisionem, ac etiam per tradita à *De Marin.resol.tom.2.cap.191. num.7. & to.3.alleg.128.num.19.* ac penès eum *De Pon. alleg.114. per tot.* quicquid idem *De Marin.*
68 attentauerit in contrarium *eod.tom.2. resolut. cap.56.à num.2.vsq; ad 10.* & conferunt etiam tradita à *Menoch. lib. 4. præsumpt. 86. in fin. Molfes.par.2.de bon.quæst.19. num.20.* & alios iuxta explicationem *cit.Dom.Mart.* penès eũdem *De Luca*; fit enim locus cæteris coniun-
69 ctis in hoc, & quod Clerico si solus coniunctus superesset, prohiberetur iuxta *cit.dec.667. de Franch.* cuius meminerunt *Montan. contro. 11.n.2.& Hodier.in addit.ad decis.20.Surd.nu. 10.*& tradita per *Molfes.par.2.de person.quæst. 7.Caput.in prælud.ad consuet.Neap.§.3.de person.* cæteris non potest agnatis, cognatisuè denegari; discrimen siquidem probatur, nam non æque laicus, & clericus excluduntur à
70 consuetudinaria portione bonorum, cum consuetudinaria dispositio in *consuet. & si testator* pro laicis semper assistat, pro Clericis verò non item, sed ius commune attendatur, *De Franch.dec.411.n.1.Bellot.d.§.iuris.clerical. par.1.§.4.de exempt.Cleric.à stat.secul. num.44. contra Mar.in tract.de iurisdic. par.4. centur.1. cas.5.* mox pro generali articulo, quando Ec-
71 clesiasticæ personæ statutis laicorum de successione disponentibus subijciantur actiuè, & passiuè? videndi sunt, *Thesaur. lib.2. quæst. forens.2.Surd.decis.20.* & alij penès *Doctissimum Bottiglier.de success. ab intest. cap.1. theoremat. 12.* vbi optimè examinans articulum, an fœ-
72 mina in terminis statuti, eam excludentis per existentiam masculorum, æque per fratrem excludatur à successione præmortui fratris laici, & clerici, ex multis concludit pro affirmatiua.

Insuper *De Marin.* sententiam, ab erudito quond. Aduocato Landulpho de Aquino receptam *alleg.101.tom.3. resol. eiusd. de Marin.* adeò à recto iuris tramite aberrare patet ex allegatis per optimum olim causarum patronum, nunc Regium Consiliarium semper lau-
73 dandum *D.Vincentium Raetanũ* in causa pro Excellẽtissimo, ac olim maximo militũ Imperatore D. Aloysio Poderico Nobilitatis Neapolitanæ splendore, & decore, & Illustri Mõtis Falcionis Marchione contra hæredes qu. Octauij Brancacij quond. Io: Baptistæ anno 1669. vt si aliquis nostram opinionem pro admissione Clerici insimul cum Laico ad por-
74 tionem consuetudinariam accipere renuerit, laicum tantùm admittendum, non autem venientes ab intestato, debeat vel inuitus affirmare; hic enim ex dispositione *cit.consuet.et si*
75 *testator* inferri probat, vt primo non rumpente testamentariam dispositionem, alius sequẽs in gradu admittatur ad *text. l.1. §.proximus*, vbi *glos.ff.vnd.cogn.l.cum ità 33. §.in fideicommisso*, vbi *Bar.Cuman.& alij, ff.de leg.2. l.si liberatus 23.§.si libertus,ff.de bon.libert. Peregr. de fideicomm.art.21.n.2. Fusar.de substit. quæst. 480.481.& 483.& quæst.356.num.3.& 358.* probariq; verbis consuetudinarijs, *Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, proùt in capitulis de successionibus ab intestato dictum est*, iuxta explicationem *Napod.in consuet.siquis,vel siqua, num.262.* & sensum *Monta.à De Marin.* impugnati; cum
76 existentia proximi agnati, non valentis succedere, non dicatur cæteris impedimento esse, vt ex *l.2.§.sed si sint sui, ff.ad S.C.Tertul.* obseruauit *Tiraquel.de iur.primog.quæst.53.n.36.* etsi impugnare testamentum attentent *Bar. in in l.1.§.qui habebat,n.3.ff.de bon.posses.contr.tabul.Bald.in l.si quis filium in fin.C.inoff. testam. Alex.Dec.& alij in l.illam, C.de collat.Soc.cõs. 150.vol.1.Molfes.ad consuet.par.4. de succes.ab* in-

inteſt.quæſt.46. nu.27. Fulu.Coſtan.in alleg.14. tom.3.Reg.de Marin., in illa ſiquidem ſpecie caſus volentiæ, impotentiæ, & non exiſtentiæ æquiparantur ad *text.l.1.§.vſus,ff.de procur. l. Gallus,§.& quid ſi,ff.de lib.& poſth. l. cum proponas,C.de hæred.inſtit. Bar.& alij in l.1.nu.13. & 14.ff.de vulg.& pupil.Salyc.in l.fin.C.de inſtit.& ſubſtit. Fuſar. de ſubſtit.q.30.& 34.*quibus cumulãtur *tex.l.ſi is,qui admittitur 31.*vbi *Bar.l.pater filium 14.*& *l.qui repudiantis, ff. de inoff.teſtam.l.3.§.ſi emancipatus,* vbi *Bar.& §.ſi quis filium,C.de inoff.teſtam.Bar.in l.ſi quis poſthumos,§.ſi filium,ff.de lib.& poſth. Bal.in l.qui ſe patris,C.vnde liberi, & omnes in tit. C. de ſucceſſ.edicto*, & ad partes omnia fundamenta ſententiæ *De Marin.* & *de Aquino* diluuntur,
77 quin & noſtræ ſuperius traditæ ſententiæ obijcitur *text.l.ſi poſt mortem,§.liberi, ff.de contratab.* cui tamen reſpondetur per *cit. Domin. Mart.vbi ſup.*

Cætera de hac re ingenioſè ab *Illo* ſcripta non vereor reticere,cum,vel in eiuſdem reſpõſo haberi poſſint, vel percipi ex allegatis per eundem *Domin.Mart.*qui ſingulis argumentis ſatisfacit, ac etiã ex reſcriptis per *cit.De Luc. ad Franch. deciſ.667. num.24.* vbi nonnulla in
78 compendium adduxit; dicam tantùm, argumento à *Conſil.Raetano* ex regula *l.de acceſſionibus,ff.de diuerſ.& tempor.præſcript.*vbi *DD. l.Claudius Felix*, vbi *Cuiac.ff.de pignor.& cap. Martini de conceſ. præben. in 6.* deſumpto, ad ſuam comprobandam ſententiam facto, vt in allegatis per ipſum videre eſt, adhuc à me quandoque fuiſſe ſatisfactum, in illa tamen ſpecie, *§.his conſequens,authen. de æqual.dot.* in cauſa pro Venerabili Monaſterio S. Mariæ de vita, & Catherina bianco, vt eſt videre apud *Conſil.Stayban.in obſeru.ad reſolut.196.* à me aliàs *relat.* eundem ideo conſulas quando oportuerit.

Dubitaui aliquando, quid iuris eſſet pro ceſſionario hæreditatis integræ,vel portionis,
79 à *conſuetudinario* iure conſtitutum in diuiſione bonorum tùm antiquorum, tùm etiam per defunctum comparatorum, etiam ad intellectum eorum,quæ triplici *capite,16.*nempè,17. & 18.*controuerſ.iur.Epiſc.Afflict.* explicantur
80 de renunciatione deuolutæ, ac deuoluendæ hæreditatis, vbi præſertim *cap. 16.* plura ad praxim vtilia de aditione hęreditatis aduertuntur, & alia periucundè, nam videbatur affirmandum, non idem ius competere pro bonis antiquis ceſſionario, in quo ſanguinis iura eſſe non poſſunt,nec in eundem dici translata, itã vt in cedente eſſe,non dubitatur; vi-
81 detur enim ius ſtatutarium tanquam cedentis perſonę adhęrens ad alios non poſſe per ceſſionem transferri ex ijs, quę habentur *cap. 20.num.13.& 21.lib.1.num.17.variar.reſolut. Conſ.de Meſa.*At maturius re examinata,idem
82 prorſus,quod cedenti competit, ad ceſſionarium ſpectare,dignoſcitur;nam eſt iuris traditio in *l.ſi ager in fin.*vbi *DD.ff.de rei vendicat.*,
83 ceſſionarium propter ceſſionem omnia cedẽtis iura conſequi, quin & eiuſdem perſonam induere,*l.ſi donatæ 36.§.1.ff.de donat.inter vir. & vxor.Surd.deciſ.308.n.1.* & inſtar cedentis haberi,*Bero.conſil.187.num.29.Barz.deciſ.70.*
84 *num.28.*, nam qui cedit quaſi à iure ceſſo diſcedit, & alium in ſui locum ſubſtituit, *Bald. in l.ex legato,num.2.C.de leg.Menoch. de retin. remed.3.num.258.& alij*, quos affert *cit. De Meſa cap. 19. num.5.* fortiuſque eo caſu, quo
85 ceſsio ſub illis verbis, *ponendo, & ſubſtituendo eum in locum ſuum*,facta fuit, vt idem *De Meſa* demonſtrat *num. 6.* vbi & illud probat cum *Caret. de obligat.2.par.quæſt.14. à num.3. Carthar.dec.63.n.2.Theſ.dec.201.n.7.* debitorem nẽpè nõ liberari ſoluẽdo creditori prin-
86 cipali poſt ceſſionẽ,etſi nullũ ex tribus requiſitis,de quibus in *l.3.C.de nouat.* interuenerit.

Pertinet quoque ad hunc titulum quęſtio, vtrum vir exterus, à muliere ſua item extera
87 in toto hęreditatis aſſe inſtitutus, valeat iure optimo hęreditaria bona in Neapolitano agro ſiſtentia in perniciem coniunctorum mulieris ſimiliter exterorum retinere? dependet
88 enim ex determinatione alterius queſtionis, an, & quando exteri actiuè,& paſſiuè ſtatutarię legis cenſuræ ſubſint ad finem videndi de legitima! bonorum inter eoſdem diuiſione facienda? at quoniam inter Noſtrates ſententia affirmantium, pro bonis intra confinia ius à *Conſuetudine* ſtatutum indiſtinctè inter Ciues,& Exteros attendendum,eſt firmiſsima, prout ad explicationem *Conſuet.ſiquis, vel ſiqua,tit.1.de ſucceſſ.ab inteſt.cap.5.num.33.*dicebamus, concordanteque tradita *in deciſ. 24. in princ.& deciſ.546. De Franch.numer.1.* & per *Molfeſ.ad Conſuet. Neap. par.2. tit. de perſon. quæſt.1.per tot.*& precipuè *nu.4.& 9.* ac etiam per *Reg.Marci.diſput.45.num.6.*conſtanter re-
89 ſpondendum eſſe videtur, diſpoſitionem iſtius mulieris teſtamentariam ad ſui viri fauorem tantùm pro bonis extra confinia locũ vindicare,cũ pro illis,quę intra deſtrictũ ſunt, coniunctis ex ea parte, à qua obuenere, *conſuetudinarium* ius aſsiſtat, ac per conſequens illi non competere iſtorum retentionem: ſiuè id ea de ratiooe dicatur euenire,quia *Conſue-*
90 *tudo* noſtra principaliter reſpicit bona,ac per conſequens etiam exteri ratione bonorum ligantur, iuxta *Bar.* diſtinctionem in *l. cunctos populos, nu.33. C.de Sum.Trin.& Fid.Cathol.* cuius meminit *Rodoer.conſil.2.num. 43.*quam etiam ſequuntur *Caual. pract. quæſt. commun. contra commun.quæſt.724.in princ.*alijq;*ab eod.* relati; ſiuè illa, quia qui in vno ſentit incom-
91 modum, etiam commodum indè emanans debet ſentire, & ſentientes incommodum exte-

exteri pro bonis intra confinia in præscripta à *Consuetudine* disponendi forma liberam quodammodò testandi facultatem restringēte, commodum pro eisdem debent sentire in eo, vt nec in eorum præiudicium pro voluntatis arbitrio disponatur per vltimos viuentis actus, *Castrens.cons.*32.*n.*1.*lib.*2. *Alex. cons.*44. *per tot.*

Quoniam verò in contrarium esse videntur
92 scripta à *cit.Rodoer.à nu.*36. *per* 46. *Marcian. cons.*1.*vol.*1.*n.*10.*cum seqq.* & quæ in responso cuiusdam maximi nominis Iurisconsulti legi, idcircò, quæ pertunctoriè sub vno etsi magno Doctoris nomine tradidimus aliàs, hic discutere placet, nam fusiùs, quod certum est, & retineri debet, vt trademus, conuenit.

Dicunt itaq; isti, exteros Neapolitanæ *Con-*
93 *suetudinis* nullatenus subijci dispositioni, vel pro bonis intra confinia, cum statutum, quod
94 dicitur ad Ciues dirigi, non valeat ad exteros extēdi, vulgatis iuribus relatis *à Bottigli.de succes.ab intest.c.*1.*theorem.*13. *à nu.*1. *& DD. ab eod.relat.* etsi de testamentarijs dispositionibus
95 loquatur, si tamen sollemnitatibus, requisitis à iure in testamentis, non abroget (isto enim casu peculiaris lex municipium exreros quoque in eodem loco testamentum facientes iuuat) ad *tex.in l.nummis, vers.Si neque ex Consuetudine, ff.de leg.*3.*& in l.*2.*C.quēadm.testam. aper. in vers.Testamenti tabulas,* & dicta per *Bar. in cit.l.cunctos populos, n.*32. *vers.At statuta, C.de summ.Trin.& fid.Cathol.Oldrad. cons.*246.*Baiard.ad Clar.in §.testamentum, quæst.*56.*n.*18.*&* 19.*Surd.decis.*329.*cit.Marcian.* & alios. Quare pro bonis exteros non ligari statuto illius lo-
96 ci, in quo bona ipsa sunt posita, scripsere *Crot.in l.omnes populi, n.*244.*in fin.ff.de iust.& iur. Bald. cons.*460.*lib.*1. *Maccrat.var.resol.lib.*2.*resol.*60. *cons.*28. *Thesaur. quæst.forens. lib.*2. *cap.*4.*nu.*20.*Ciarlin.controu.forens.lib.*2. *c.*205. *n.*17, alijq; multi post *cit.Rodoer.n.*38. qui *n.*39. *Ant. de Alex. in Consuet. Siquis, vel siqua in apost.incipiente, Vidi dubitari, in fin tit.de success. ab intest. Ant. Capyc. in proœm. Consuet. §.per quod, in apost. incipiente, Ad quæstionem,* idem
97 in terminis nostri *statuti* Neapolitani affirmātes, allegat, & cumulat *Alex.cons.*44.*n.*15.*vers. Nec prædictis, vol.*5.*Iason.cons.*80.*n.*3.*vers.Cōfirmo, n.*3.*Corn.cons.*94.*num.*7. *cum seq.* & alios; quasi statuentes de exteris non cogitauerint, *l.* 1. *C.de summ.Trin. & fid.Cathol.§.sciendum, instit.de hæred.qual.& differ. cap.gaudemus de diuor.Marcian.cit.cōs.*1.*sub n.*203. *vers.Ex quo,*
98 & *Consuetudines* Neapolitanæ bona indicent, sed Ciues tantùm obligent, ad tradita per *cit. Thesaur.de Franch.decis.*411. *nu.*1. *in fin. vers. Tamen pro nunc, Epis. Afflict. controuers. iur.c.* 32.*n.*29.*&* 30.*Vrsill.ad Afflict.decis.*226. *nu.*8. *Bald.in l.si quis, n.*3.*ff.de iurisdict.omn.iudic.Iason.in l.si familia, n.*4.*ff.eod.Alex.cons.*44. *nu.*14. ac decisa apud *Peregr. decis.*56. *& Surd. decis.* 197.*n.*6.

99 Accedit; *Consuetudines* Ciuium pacta dicūtur, ergo non exterorum, *l. si vnus, §.ante omnia, ff.de pact.* fortius, quia statuere est iurisdictionis actus, *cap.fin.de constitut. l fin.ff.eod.& l. fin.C.de iurisdict.omn.iudic.* qui ad exteros non protenditur, *cap.*2. *in fin.de constit.in* 6. *Caren.*
100 *resol.*116.*n.*5. Quare videtur necessariò affirmandum esse, non alios, quàm Ciues nostris *Consuetudinibus* ligari pro bonis intra confinia agri Neapolitani, ac exteros, tamquam de aliena ditione illis non subijci, instar Clerico-
101 rum, quos exemptos à censura consuetudinaria, vti Ecclesiasticæ iurisdictioni subditos, dixerunt *Molfes.par.*2.*quæst.*7. *tit.de person. nu.* 34.*Capyc.decis.*98. *De Franch. decis.*411. *num.* 5.*& decis.*667.

Et hinc percipi argumentum non modò
102 pro eo, quod traditum est, sed & pro eo, vt affirmari nequeat, *Consuetudines* nostras ad bona dirigi, non ad personam, videtur, namq; laicorum legibus parendum, etiam ab Ecclesiasticis, quoties ad bona dirigūtur, vt docent etiā *Theologi, & Canonistæ*, prout ex *Castropal.to.* 1.*tract.*3.*disp.*1.*par.*4.*§.*6.*nu.*6.*Meroll.de leg.to.* 2.*disp.*4.*cap.*3.*n.*611. *Couar.reg.possessor* 2.*par.* §.*n.*8. fortius, quia bona veniunt in consequentiam personæ, non autem è contra *Geor.Natta inter tract.tom.*2.*quæst.*4.*de statutis, n.*58.

Ex quibus sic habitis, alienigenas, nec pro
103 bonis intra confinia nostris *Consuetudinibus* alligatos esse, sequitur inferendum, ac in specie proposita bonorum, etiam intra confinia sistentium competere viro, ab vxore instituto, retentionem, vel renuentibus agnatis, cognatisue eiusdem.

At nos in plures partes rem, de qua hìc, diuidendam esse putamus; quare primò dici-
104 mus, propositionem à nobis traditam *n.*33. *cap.*5.*tit.*1. de bonorum qualitate attendenda inter alienigenas, & Ciues, vt quilibet proximus ex ea parte, à qua obuenerunt bona, admittatur ad exclusionem propinquioris, qui ex alio latere coniungitur, non obtenebrari
105 per superius tradita; nàm in æqualitate inter succedentes attendenda (vt ex *Andr.in cap.naturales in fin. si de feud. defunct. milit.fuer. controuer.& Alex.cōs.*44.*vol.*5. *& cons.*111.*vol.*2. alijsq; habetur) præcipuè aduertitur, quod per iniquum esset admittere Neapolitanos ad successionem ratione bonorum, exteros verò, etsi proximos ab ea parte, à qua obuenerunt bona, penitus excludere, atque id non modò inter dispari gradu coniunctos, verùm & illos, qui in eodē sunt positi procedere, non dubitatur per ea, quæ aliàs dicebamus, & habentur apud *Molfes.vbi sup.nu.*9.*Doctoresq; ab eod.*relatos, ac *De Franch.decis.*546.

Secundò, alienigenas Neapoli domicilium

 ha-

106 habentes, *Consuetudinum* dispositione liga-
ri affirmamus, quilibet enim subijcitur statuto
loci, in quo inhabitat, *Napod. in Consuet. pu-
pillus,tit.de in integr.restit.minor. verb.Habita-
toribus*(vbi quod tradidimus *sup.tit.*17. *cap.*3.
*à n.*1. confirmatur) *Afflict. in Constit. quisquis
de burgens.*2.*col.vers.Et scias*, *& Salas tract.de
legib.*14.*disput.*19.*sect.*16.*& disput.*14. *sect.*4.*à
Molfes. vbi sup. relat.* illiq;debet ideò semper
107 parere pro bonis intra confinia, quod eo ca-
su procedere affirmauit *Bottiglier. de success.ab
108 intest.c.*1. *de exclus. parag. & masculiat. theo-
rem,*13.*n.*2. quo domicilium animo permanē-
di contrahitur, ad *tex. in l. nihil* 23. *ff.de capt.
& postlim. reuers.l.eius qui* 27.*l.domicilium, &
l.fin.ff.ad munic.*citando *Menoch.lib.*6.*præsump.*
42.*& de arbitr. iudic.cas.*86. *Sanchez de matri.
lib.*3.*disp.*23. *Gratian. tom.*1. *discept.forens.cap.*
181.*& tom.*3.*cap.*569.*nu.*6. Ideòque habitans
Neapoli pro maiori parte anni, etsi ibidem
perpetuò habitandi animum non habeat,vt cę-
teri Neapolitani, trahit, nec ad aliam Curiam
trahitur, *Thor. in compend. par.*1. *ver. Habi-
tans,Gramm.decis.*87.*Carauit.in rit.*301.*nu.*28.
*& seq.Muscatell.in praxi S.C. lib.*1. *par.*2.*glos.
competens,n.*76.*Ricc.collect. decis.*38. & confir-
matur *Bertaz.* placito *in tract. clausular. claus.*
109 3.*glos.*1.*nu.*12. Et si habilitandi animum ad
cōtrahendum domicilium tunc potissimum
arguatur, dum per decennium in aliquo loco
aliquis moratur, *l.*1.*C.de incol.lib.*10.*l.*2. *C.de
seruit.& aqua,Tusch.lib.*2.*litt.D. conclus.* 592.
*Oter.de pasc.cap.*4.*n.*11.*Narbo.in l.*2.*glo.* 2. *lib.*
4.*nou.recompi.n.*68.*Amaya in l.Ciues,n.*104.*C.
de incol. lib.* 10. Et quotupliciter dicatur quis
110 Neapolitanus? affert *Luc. Matth. Apicell. de
111 dilat.quinquenn.tit.*1.*nu.*170. videasq;*prag.*1.
& tot.tit.de immun.Neapol. & tradita *ibid. per
commentatores.*

Tertiò (vt propositam quæstionem princi-
palem resoluamus) mulieres alienigenas, cum
112 tantùm pro bonis extra confinia,quæ censu-
ræ *Consuetudinum* submisere, dicantur earun-
dem dispositioni subesse,vt *tit.*6.*cap.*1.*à nu.*34.
*& cap.*3.*n.*23.tradidimus,pro cęteris huiusmo-
di bonis non ligari à *Consuetudine*, affirma-
mus, ideòq; eo casu, quo bonorum dispositio
113 non dicitur à *Consuetudine* impedita, com-
petere viro instituto retentionem;idq;pro bo-
nis Neapolitanæ mulieris, quæ extra agrum
sunt,si tamen non sunt dotalia, attendendum
esse,liquet ex eo,quia omnia bona extra confi-
nia sunt libera,præter dotalia,quæ ex rationi-
114 bus,de quibus *De Franch.decis.*472.*nu.*6. *&
115 seq.Molfes.cons.*5.& *Nos vbi sup. Ann. consil.*
123.*n.*11.*vol.*2.*Gait.de cred.cap.*4.*quæst.*11. *nu.*
1450.*Merlin. cap.* 92. *centur.*1. sub vna dotali
qualitate subijciuntur *Consuetudinibus* Nea-
politanis,vt etiam ex *Baraptut.* habetur *in Cō-
suet.siqua moriens,ver. Grande caso, & ver.Vl-
terius*, *Capyc. Latr.consult.*91.*num.*4.*tom.*2. *&
116 Geor.alleg.*23.*n.*10. *&* 11. Cæterum *Bartoli*
distinctionem, de qua supra,*cit.Bottiglier.* op-
timè defendit,explicans similiter,quando per-
sonalis, & quando realis *Consuetudo* dijudica-
ri debeat, & ex quibusnam circumstantijs, &
verbis, multosq; at idem probandum allegans
Authores,quibus adhærent *Surd.cons.*91.*nu.*8.
*& seq.vol.*1.*& cons.*257.*nu.*15.*vol.*2. *Caput.in
Consuet.si moriatur in prælud.* §.5.*n.*5. *Montan.
controu.forens.cap.*1.*à n.*54.*cum seqq. Rouit.cōs.*
68.*per tot.tom.*2. & faciunt tradita per *Cioffum
cons.*132.*n.*6.*Minad.cons.*2.*n.*8. *Thesaur. lib.*2.
*quæst.forens.quæst.*4.*n.*4.*& seq.Camill.Saler.in
proœm.Consuet.n.*335.*in apost.incip. quid in no-
minibus debitorum, Capyc.Latr. consult.*155. *n.*
22. *tom.* 2. ex quibus duobus *Authoribus* no-
uissimo loco relatis, adhuc illud infertur, non
compræhendi forenses pro bonis intra confi-
117 nia sub dispositione statuti, quod dirigitur
ad personas.Ideòq;*prag.*1.*de sen. Cons.Maced.*
118 non attendi dispositionem in filio familias,
vel Neapolitano contrahente cum extero ex-
tra Regnum,iuxtà *decis. De Franch.*72. & sen-
tentiam *Rouit. sup.ead.prag. n.*9.*Pascal.de patr.
potest.par.*1.*cap.*6.*n.*34.*Marilia.decis.* 72. *nu.*7.
*Cancer.par.*2.*variar.cap.*1. *nu.*17. *Abruz.in* §.
*nunc admonendi,n.*80. *sua lect. practicab.* nec fi-
119 liofamilias forensi factam facultatem testā-
di de quibuscumq; bonis, vel intra confinia
positis per *Consuetudinem* nostram dici, iuxtà
placitum *Gomez. in l.*5.*taur. n.*2. optimè affir-
mauit *cit.Bottiglier. n.*6. *&* 7. *subdens,n.*20. ad
confirmationem cum *Geor. allegat.* 27. *&* 28.
*Marta cap.*1.*controuers.forens. n.* 29. filiofami-
120 lias Neapolitano censeri prohibitum con-
tra formam nostri consuetudinarij iuris testa-
ri, etsi extra Ciuitatis ambitum disponat; si-
cuti enim bona exterorum intra confinia po-
sita subiacent censuræ *Consuetudinis*, quæ de
bonis disposuit,ita personæ, si dixerit de per-
121 sonis,eademque de ratione exteram filiam
familias viro Neapolitano nuptui traditam,
non dici à patria potestate solutam vigore
nostri iuris municipalis,asseuerant *De Franch.
decis.*546.*Molfes.in nostr.Consuetud. tit. de bon.
par.*3.*quæst.*24 *n.*28.*Galeot.controu.*3. *nu.*44.*to.*
2.*Capyc.Latr,cit.consult.*155.*n.*54.*tom.*2. & alij
prout & Nos dicebamus *tit.*5.*cap.vnic. n.*8.

Istis ita declaratis,non malè factum puto si
nonnulla hic afferam ad cōfirmationem eorū,
quæ *sup.cit.cap.*1.*n.*34.*& cap.*3.*n.*23. *tit.*6. di-
cebamus de prohibitione alienandi, mulieri-
bus facta dotium propter antiquam bonorum
122 qualitatem in ijsdem consideratam; huius-
modi enim propositio haud comprobari pos-
se veritate, & ratione videtur, cum nonnulli
123 credant ex dotali tantùm qualitate depen-
dere prohibitionem disponendi consuetudi-
nariam; ideòq; eandem semper vigere, nam à

Mol-

124 *Molfes.conf.*11.*n.*27.proprium patrimonium mulieris dicitur dos, in quo qualitas antiqua non potest considerari, & adeo verum esse, vt nō eadem statutaria dispositio pro dote, ac
125 pro bonis antiquis dicatur cōstituta; hinc *Iacob. Anel. de Bottis sup. Consuet.siqua mulier,in apost. incip. adde quod dic*, quem aliquandò se-
126 quutus fuit *Molfes.*non ità dotes, vt bona antiqua inter filios, ex pluribus nuptijs susceptos, diuidi debere, ac ista pro filiorum numero in capita, illas verò bipartitè inter filios primi, & secundi matrimonij, affirmauit.
127 Superior itaque nostra sententia maximis *Doctorum* authoramentis communitur, nam ea *Camill. Salern.* placito defenditur *in Consuet.siqua moriens,de mulier.haben.fil. qual.disp.*
128 *in apost. incip. ex hac Consuet. in prin.*vbi expresse habetur, prohibitionem disponendi vltra decimam dotium, mulieribus factam, dum adsunt filij, non intelligi pro dotibus suis, non prouenientibus ab agnatis, cognatisue, cum
129 istæ possint ad libitum alienari, salua filijs legitima; sed tantùm de antiquis, quod & *Barthol.Mart.*confirmauit *ibid.in apost.incip.in tex.* in illis verbis: *Quod dotes, & alia prouenerunt ab agnatis*, & dotis verbum, etiam in *Consuet. siqua moriens*, expressum *à Bottiglier. in tract. de success.ab intest.c.*1.*de exclus.parag.& mascul. theorem.*7.*n.*21.dicitur demonstratiuè positum
130 ad significanda quælibet mulieris bona, & patrimonium vniuersum: cæterum *De Bottis*, illationem etiam *Molfes.* falsam redarguit ali-
131 bi, relatæque ab *eod.*decisiones recentioribus nostri S.R.C.declarationibus, & sententijs cōtradicunt, at quicquid contra obijceretur, apertissimis Doctorum contra sentientium rationibus diluitur, vt ostendimus *tit.* 6. *cap.* 3.*à num.*6. quibus, & illa accedat generalitatis
132 sermonis *Consuetudinis siqua mulier*, quæ nil distinguit inter dotes, ac bona aliqua, decernens maternarum bonorum diuisionem inter filios plurium nuptiarum in capita, *De Frāch. decis.*566.*Molfes.par.*3.*quæst.*22.*nu.*14. *& seqq. ac par.* 4. *quæst.* 17. *num.*32.*tom.*1.sanè non di-
133 stinguente lege, nobis distinguere non licet, *l.de prætio,ff.de publ.in rem act.*

Hìc videndum esset de diuisione bonorum
134 maternorum, & paternorum inter filios diuersi sexus, diuersarumue nuptiarum facienda, quoniam verò id ex aliàs traditis de successione Descendentium,& Collateralium dependet, ea scripsisse sufficiat; videas tamen *cit. Bottiglier.*qui cum multa *cit.cap.*1. *per tot.* in pluribus *theoremat.* de exclusione, siuè admissione mulierum,& paragio afferat,& explanet,
135 quæ maximè conducunt, non parum in hoc iuuabit, prout *cap.* 2. nonnullas quæstiones celeberrimas de mulierum renūciationibus pertractans; verùm pro hac re, de qua hìc cum *ad.Bottiglier.cit,cap.*1.*theorem.*40.*n.*15.*&* 16.
136 dicam, mulierum exclusionem in concursu masculorum statutam à consuetudinario nostro iure, & Regni, vel ab intestato locum habere, vel etiam ex testamento super bonis anti-
137 quis; cum ex nouiter paratis, possit etiam virilem,& vltra, si masculorum legitima non minuatur, pater fœminis tradere, nil vtroque iure repugnante, vt docent *Andr. in Constit. in aliquibus, ver. Quintum decimum, Afflict.ibid. num.*15.*Loffred.conf.*26.*n.*29.*Caput.in Consuet. si moriatur,par.*1.*§.*10.*num.*36.*cum seq.De Pōt. conf.*65.*nu.*13. *Minad.in cit. Constitut.in aliquibus* 2.*notab.num.*47.60.*&* 66. *vers.Præterea, Reg.Tapp.in scol.ad eand. Constitut. lib.*6. *vers. Sextus casus, Reg.Rouit.decis.*99. *num.*12. & de simili statuto scripserunt *Tiraquell. in l. si vnquam, ver. Susceperit liberos, num.*123. *& seq. Ludouic.decis.*358.*num.*3.*Rota Rom. decis.*449. *num.*2.*par.*4.*diuers. Mart.de success.legal.par.*1. *quæst.*13.*art.*1.*&* 7. *in princ. Canal. quæst.*141. qui testatur de communi *Alber. Brun. in conf. impr. post tract. de statutis, num.*9.*&* 13.*Pistor. lib.*4.*controu.quæst.*4. *num.*5. *per tex. in l. Papinianus,§.Sed nec improbari,ff.de inof.testam.*Nec obstat *tex. in l. obuenire, ff. de verb. signif.* quo
138 habetur, exclusam fœminam per statutum hæreditatis acquisitionem nunquam habere, prout nec *tex.l.delata,ff.eod.* quo hisce mulieri-
139 bus, neque ius deferendi hæreditatem concedi, traditur, nam vtraque iura de penitus exclusa in omni casu, non autem de exclusa ab
140 intestato tantùm loquuntur, *Faber de error. pragm.decad.*27.*error.*8.*n.*18.*& seq.*

Ideò neque aliquem latere debet, quod per *De Franch.decis.*412.colligitur ex *Napod.* descendentes nempè ex fœminis per masculos
141 exclusos non censeri, si fœminæ fuerint ma-
142 sculiatæ, quod secus esse, si fœmina per fratrem non in pœnam non factæ dotationis, sed spontè sua fuerit admissa, dicunt *cit.Bottiglier. num.*17. *& Napod. in Consuet. si moriatur, sub num.*111.*&* 112. de requisitis verò ad mascu-
143 liationem vltra ea, quæ aliàs attulimus, agit *Capyc.Latr.decis.*57.*per tot.tom.*1.

Et hìc postquam aliàs examinauimus, qua actione paragium à mulieribus repetatur? videndum superest, an mulieribus masculiatis
144 pro repetitione bonorum portionis virilis sibi tangentis in tertios possessores alienatorū hypothecaria concedatur, an verò contra fratres, qui alienauerunt personalis pro repetitione prætij tantum supersit? & in hac re *Bottigl. cit.theorem.*40.*à num.* 19. *ad fin.* dari hypothecariam, seu potius rei vindicationem, eiusque sententiam placito *Caputi in Consuet. si moriatur,par.*1.*§.*10.*num.*64.comprobari, ait, idque ex eo euenire, quia conditionaliter mulier per
145 masculos excluditur in specie nostri statuti, si nempè dotetur, *Napod.in Consuet.siqua mulier,num.*13.*Andr.in cap.* 1. *num.* 16. *de nat.*

succeff. feud. Galeot. controu. tom. 2. cap. 15. *per tot. Prouenf. in Confuet. fi moriatur, obfer.* 7. *à nu.* 16. *cum feq.* & Nos *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 11. & 12. ac per confequens quoties conditio non adimpletur, cum res ad fuum ftatum redire debeat, fi nil factum dici valet, nec demandatum, *l. neceffariò, ff. de peric. & commo. rei ven. l. fi quis fundum, ff. de contrahen. empt. l. pecuniam, ff. fi cer. petat. l.* 1. *ff. de reg. canon. l. r, iqui ità, ff. de condit. inftit. l. qui hæredi ff. de acquir. poffeff. cum cõcord. Tiraquell. in l. fi vnquam ver. reuertatur, num.*
146 276. ita ut ob defectum conditionis etiam fructus fint reftituendi cum proprietate rei, *l. neceffariò, §. quod fi pendente, l. omnia,* §. 1. *ff. de leg.* 2. mulieri debet fua portio bonorum à quocumque poffeffore reftitui: paritas affertur
147 in matre, quæ filio fuo fucceffit, nam tranfiés ad fecundas nuptias fit tantùm vfufructuaria, & poft eius mortem filij proprietatem, in tertios poffeffores ab illa alienatam, auocant, vt ex *Gomez. in l.* 15. *Taur. num.* 5. *verf. Item adde, ex §. cum igitur, authent. de non elig.* 2. *nub. Caftill. de vfufruct. cap.* 3. *num.* 23. alijfque habetur apud *cit. Bottiglier.* fed quicquid fit de hoc, me-
148 miniffe tamen oportet diftinctionis, traditæ à Nobis fupra *tit.* 1. *de fucceff. ab inteft. cap.* 1. *nu.* 10. circa mulierum exclufionem *à Cõftit. Regn. in aliquibus, & Confuet. fi moriatur, §. eas autem,* diuerfimodè ftatutam, nam cum dixerimus, mulieres penitus exclufas per ius Regni, ac tãtùm eifdem ius petendi paragiũ referuatũ, id, tamen *Bottiglier.* tenet rectè affirmari nõ poffe refpectu mulieris exclufæ per *Conftit. in aliquibus*, vnde fequitur effe concludendum, non
149 competere femper eandem actionem, fed diuerfam; fi enim mulier ad rem non habet actionem, ea à mafculo fucceffore poffeffa, minus eidẽ competere contra tertios poffeffores, affirmandum videtur; confonat, &
150 illud de purgatione moræ contractæ ob nõ traditum mulieribus paragium, nam fiuè noftra fit vera fententia, quæ purgationem non
151 admittit, ea legitimè contracta in terminis iuris confuetudinarij, fœminas non dotatas vocantis ad virilẽ, fiuè citati *Bottiglier.* præualeat placitũ affirmantis *theorem.* 31. *c.* 1. femper admittendã morę purgationẽ, quoufq; mulier, cui dos nondum conftituta eft, non fuerit mafculiata declarata, quafi non aliter, ac per fententiam Iudicis ius purgandi moram fit à mafculo ablatum, femper tamen purgatio moræ
153 debet admitti, fecundum ius Regni, cui nil vltra dotationem præcipienti, femper dicitur dotatione fatisfactum, ac per confequens nunquam mulieri dici poteft tributa actio ad rem vindicandam, quæ ei nunquam poteft deberi, videas tamen ad pleniorem purgationis moræ
154 notitiam, & quando competere poffit, vel ne? *Marefcott. variar. refol. lib.* 2. *cap.* 124. & 125.

Quænam bona fint inuicem communican-
155 da inter plures fratres, vel focios in diuifione facienda? tradit *Molfef. in hoc tit. par.* 17. *quæft.* 5. & 7. At Nos generalem de hoc regulam ftatuentes dicimus cum *Molfef. cit. quæft.*
156 5. *num.* 1. non effe locum diuifioni, fiue participationi quoties bona peculiari iure alicui deberi poffunt, exemplum habetur in prælegato, quod neque hæreditario iure, & proinde
157 nec fubditũ iudicio familiæ ercifcundæ, fed alio deberi, dicitur in *l.* 1. *C. fi cert. petat. l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act. & in l. Marcellus, §. quidam liberis,* vbi *DD. ff. ad trebell.* cum neque appellatione hæreditatis veniat *l. fi Titius in fin. ff. de leg.* 2. & proindè non venit in refti-
158 tutione fideicommiffi, *Thef. quæft. forenf.* 17. *num.* 3. & 15. *Marcian. conf.* 10. *num.* 1. (quicquid ibid. habeatur de contributione ad one-
159 ra hæreditaria) item in legatario certæ rei, in
160 qua eft legatarius inftitutus, ifte enim adeò fpecialiter dicitur rem legatam confequi, vt nec hæreditarijs actionibus vti poffit, nec à creditoribus hæreditatis conueniri, *l. quoties*
161 *certi* 13. *C. de hæred. inftit.* idemque dicendum de legatario fpeciei, in quem, vt dicebamus aliàs, recta via tranfit legatum, etiam abfque
162 hæredis traditione; idque etiam de legato, etfi quantitatis in fatisfactionem tamen legitimæ facto filijs, affirmandum effe fuademur, ea de ratione, quia adeò peculiari quodam iure debetur legatarijs, vt ad differentiam aliorum
163 legatorum, quorum intereffe nonnifi à die litis conteftatæ debetur, *De Franch. decif.* 583.
164 *Thor. in compend. ver. Intereffe*, qui inferius quid dicendum fi bis lis fuerit conteftata? à die mortis teftatoris folui debeat intereffe, dixerunt *cit. De Franch. decif.* 575. *Ricc. in collect. decif.* 589. *Giurb. decif. Sicil.* 65. *num.* 6. & alij.

Rurfus in diuifione facienda non veniunt
165 ea, quæ alicui poffunt cenferi donata, vt de donatione facta filio ad clericatum fufcipiendum, & ad titulum patrimonij, fentijt *Molfef. cit. quæft.* 5. *nu.* 1. *cum Guttier. lib.* 2. *pract. quæft. ciuil. cap.* 65. *num.* 13. & alijs penès *Tufc. in ver. Collatio bonorum quando fieri debeat, conclus.*
166 416. quibus videntur obftare tradita per *R. de Marin. quotid. refol. tom.* 1. *cap.* 85. defendentẽ, effe locum imputationi, tàm in donatione cõtemplatione matrimonij facta, quàm ad fufcipiendos facros ordines, ac in *fin.* conformam eius opinioni fententiam noftri S.R.C. iunctis
167 aulis referentem; idem dicendum videtur de expenfis factis à patre pro vno ex filijs doctorando, fi non fint factæ animo repetendi, ad *tex. l. quæ pater filio, ff. fam. ercifc.* cum alijs cumulatis per *Tufch. pract. conclus. lit. E. conclus.*
168 639. ac de expenfis pro emptione librorum, *Menoch. de arbitr. iudic. lib.* 2. *caf.* 131. *Roland. conf.* 11. præcipuè *num.* 16. *lib.* 2. *Mafcard. de probat. conclus.* 724. quod tamen explicatur à *Molfef. cit. quæft.* 5. *à num.* 10. quidue dicendum refpe-

169 respectu feudi,nouiter empti, etiam quando pater prohibet ne à secundò genitis pars pretij petatur, habetur apud *Marcell. de Maur. alleg.* 53.

TITVLVS VIGESIMVS NONVS

DE

Glande legenda, seu fructibus legendis.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis,Si arbor vicini,explicatio.

De Glandis significatione,& an facultas succidendorum arborum à *Consuetudine* facta Proprietario potiùs, an verò Fructuario, & Colono censeatur tributa. De pœnis incisoribus arborum indictis, & an idē sit arbores, ac ramos arborum incidere? De Pascuis, & an, & quando creditor pro pascuis præferatur.

SVMMARIVM.

*Glandes quid significet? n.*1.2.3.
Dispositio Consuetudinis,si arbor vicini,*explicatur,num.*4.5. *dispositumque in ea, an in gratiam proprictarij,an verò fructuarij, Coloni, aliorumquè dicatur statutum? num.*6.7.8.9.10.11.12.13.14. *&* 15.*an solū procedat pro prædijs rusticis? num.* 16.17.18.19.
Dispositio l.1. C. de interdict. *traditur,& an conueniat cum iure consuetudinario?examinatur, num.*20.
Incisio ramorum pendentium, an, & quando potest fieri propria authoritate? num. 21. *&* 22.
*Pœna incidentium arbores fructiferarum recensentur,num.*23.24.25.26.27.28.
Rami arborum licitè inciduntur permittente statuto,etiam per alios,num. 29.30.31.*&* 32.
*Arboris appellatione, quæ veniant? num.*33.
Nonnulla de pascuorum materia remissiuè, nu. 34.
*Creditor ex causa pascuorum an præferatur, & quando?num.*35.

1 GLandis nomen pro omni fructu terrę accipitur in lata eius significatione, tum hìc,tum etiam de iure commu-
2 ni, ex *tex. l.vnic. in fin.ff.de glan. legen.* & in *l.qui venenū,§.glandis appellatione, ff. de verb. & rer. signif.* vt aduertunt *Napod. num.* 1. *& Molfes.to.3.comment.ad Consuet.par.*18. *quæst.*
3 1.*in princ.* Quare ad vniuersam fructuum colligendorum materiam hoc ius nostrum *Consuetudinarium* pertinere, patet, vt ex verbis eiusdem claré percipitur,& *cit.DD.*testantur.

Hoc præmisso, dicimus cum *Camill. Saler.*
4 *in summar.*in hoc *textu* statui, vt totū id,quod ex arbore vicini pendet supra fundū alterius possit ab isto incidi,si ille fructus nolit habere
5 communes; fructus enim pendentis partis sūt vtrique communes, donec pars illa pendens arboris incidatur.

Hinc de multis quærendi datur occasio, &
6 primò, an quod hic decernitur,in gratiam proprietarij, an verò fructuarij dicatur statutum? hanc quæstionem ponit, & resoluit *Na-*
7 *pod. num.* 2. dicens per verbum illud consuetudi-

tudinarium *alterius*, quod denotat dominiũ, ad *tex. l.2. §.1. ff. de relig. & sumpt. funer.* ipsi proprietario tantùm licere incidere arbores,
8 quæ in proprio prædio pendent, affirmari posse videtur,quasi per illud proprietario tributa facultas denotetur, sed pro fructuario
9 concludens,affert *tex.l.vsufructu legato,ff.de vsufr.*& eo fortius cum fructuarius quandoq; rectè dominus appelletur, *l. in venditione, ff. de bon.author.iudic.possiden.*Ipse tamen vtrique
10 huiusmodi facultatem incidendi tribuerem, vel potius illi,cuius magis interesse potest: nã si arbor ità penderet, vt parieti vicini prædij noceret, certè proprietario potiùs,quàm fructuario liceret eam incedere, & è contra,si nil damni patiatur prædium, nulli potius,quam fructuario, cuius propter fructuum participationem interesse potest ne pars arboris positę in vicino prædio incidatur, idem licere arbi-
11 tror: hæc distinctio ex mente *Consuetudinis* percipi valet non obscurè; datur enim facultas incidendi illi,in cuius prędium arbor pẽdet,eidemque eo casu,quo pendentem arborẽ
12 pati vult,participatio fructuum eiusdem conceditur, vt, quod magis sibi conducit, eligat, ergo in omni casu eadem semper ratio est cõsideranda, dicendumque sequitur, eum magis in hoc *textu* consideratum, cui arboris
13 pendentia potest magis officere,siuè proprietarius sit,siuè fructuarius; quiduè dicendum in conductore,habetur apud *cit. Molfes. quæst.*
14 *6.* cæterum incisorum ramorum ligna arbo-
15 ris domino tradenda,cum de hoc nil in contrarium à *Consuetudine* statuatur, voluere *Napod.num:3.& Molfes.vbi sup.quæst.5. nu.6.* aliàs incidens tenetur ad interesse liquidandum, iuxtà tradita à *Bursat. conf.70. num.31. cum seqq. lib. 1.* alijsque penès *Caualcan.decis. 44. num.72. par.1. decis.16. num.32. par.2.* & prout dicunt *Ioseph Ludouic. decis.27. in fine, Boer.in Consuet. Burg.* alijque ab *eod. Molfes. relat.num.7.*

Secundò, an cuique domino,tàm vrbani,
16 quàm rustici prædij id, quod *Consuetudine* sancitur de cædendis ramis,liceat, vel vni potiùs,quàm alteri? & dicimus cum *Molfes. cit.*
17 *par. 18. quæst.5. num.2.* illi,cuius prædijs arbor nocet,huiusmodi incidendi ramos factam facultatem fuisse, siuè vrbana, siuè sint rustica prędia;nam damni qualitas attẽditur,nõ autem bonorum præstantia: quare, & dari posset casus, quo pluribus eadem competeret
18 succidendorum ramorum facultas; si nempè vna arbor,& ad vnius vicini ædes,alteriusque prædium illos extenderet, cum pro vtroque eadem ratio vigeat,idque locum habere, ob-
19 seruat *Molfes. num.2. in fin.* etiam si à principio arbores fuerint per legitimum distans spatium plantatæ, & posteà incipiant prædijs vicinorum officere, citat *glos.in l.1. in fin.C.de interd.*

Tertiò, cum ex Imperatore Alexandro habeatur in *cit. l.1. Nec per arboris quidem occasionem vicino nocere oportere*; ideòque rem ad suam æquitatem redigendam,si arbor in
20 alienas ædes,item si in alienum agrum impẽdebit,quid in hac re per ius commune statuatur?Dicendũ,& Respõdemus,nõ aliter ramos succidi posse,quãIudice mãdãte,vt habetur ex *l.si plures, §.si arbor, ff.de arbor. furt. cæsar.* vbi
21 *glos. in ver. Non licebit*, ac tunc demùm id
22 propria cuiusque authoritate fieri posse, cum post denunciationem factam domino, hic renuerit incidere, & imminens sit periculum in vicinas ædes, vt habetur ex *cit.Molfes. num.1. DDq;*ab eodem relatis, & clarius ex *Graff. in pract.quinq.casu.reseruat.S.P.lib.2. cap.6. de arbor.cæsis,num.18.& 19.*citat *l.1. §. deinde, ff.de arbor.cæden.& l.quemadmodum,§.1.ff.ad l. aquil.* Quare inter ius commune, & *consuetudinarium* discordantiam adesse, non dubitatur.

Quartò, quænam pœna succidentibus ar-
23 bores à iure communi imponatur? & dicimus,illos vt latrones, *l.2. ff. de arbor. furt.cæs.* & homicidas simùl,*arg.tex.& glos.in cap.pasce dist. 86.* puniri, vt notat *cit. Graff.num.10. & 12.* ideòque furcis laqueo suspendendi, vt
24 *Afflict.in Constitut.Regn.sup.incisionibus,num. 4.*per *tex.*iuncta *glos.in l.2.ff.arb.furt.cæs.* secũdum tamen explicationem *glos.in l.capitalium, §.famosos de pœn.* quod etiam ad nocturnos,& occultos huiusmodi dilinquentes extenditur, per *cit.Constit.*vbi *cit.Afflict.* probans, *num.5. & 7.* pœnam vltimi supplicij non sumendam ab vnius arboris incisore,vel nocturno,nec locum pœnę mortis, sed potius legis Aquiliæ, vbi non incisæ, sed radicitus arbores fuerint euulsæ,ad *tex.in l.furtim,§.siquis radicitus, ff.de*
25 *arb.furt.Cæs.* cęterũ Ecclesiastica immunitate priuari eos, videtur probare,*c.inter alia de immun.Eccl.*quin,& si occultè hoc crimen patre-
26 tur,nec potest à quocũq; absolui, cũ sit ex reseruatis,idque quando procedat? explicat *cit. Graff.à nu.14.per seqq.*?cumq; adhuc arborum
27 domino ciuiliter teneantur ad interesse, & arborum æstimationem, ad *tex.l.facienda,ff.de arbor. furt. Cæs.* ac etiam ad quatruplum,
28 iuxtà *glos.*placitum *ibid.*quę allegat *l.2.ff. de vi bonor.rapt.*condemnantur. Istis tamen pœnis, haud locum superesse in terminis nostræ huius *Consuetudinis*, non dubitatur; arboris enim rami licitè cæduntur permittente statu-
29 to incisionem ratione pendentiæ in alienum fundum, idque etiam de iure communi attendendum quoties aliquis incidit,aut euellit ra-
30 dices, existentes in suo fundo, arboris plantatæ in alieno, dixit *cit. Afflict. num. 7. per l.si plures,§.fin.ff.cit.tit.arb.furt.cæs.& l.adcò, §.fin. ff.de acquir.rer. domin.*cæterum nec ramorum,
31 ita ut totius arboris incisio censetur à iure

pro-

prohibita, vt *sup. cit. Graff.* aduertit; & ramorum incisionem pendentium in alienum præ-
32 dium, etiam per alios fieri de mandato domini prædij non prohiberi, docet *Afflict. sub num.6. vers.6.quæro*, & ad probandum affert *l.non quemadmodum,§.si cætum,ff.ad l.aquil.l.inter te,& me,ff.de seruit.rust.præd. DD.in l.1.C. de interd.Ludoui.in sing. ver. Arbor, Alex.in l.1.§.nunciatio in 2.col.ff.de oper.nou.nunc.Bar.in l.1.in prin.ff.de arb.cæd.Veron.in tract. de seru. rust.in rub.18. de seminat. planta.* Quidue ar-
33 boris appellatione veniat? tradunt *Afflict. ibid.& Molfes.vbi sup.quæst.3.*

Nonnulla de pascuorum materia agit hic
34 *cit.Molfes.* quæ Nos sub alio *tit.* tractauimus, ideò, quæ per eum sunt scripta à *quæst. 8. per 11.* cum traditis à Nobis coniungas, nam præter ordinem esset de ea re iterum hic agere; videas insuper *decis. 40. Giurb.* vbi de priui-
35 legio prælationis, competente creditori ex causa pascuorum, & quomodo in concursu cæterorum, qui pecuniam ad emenda animalia dedere, præferantur, agitur.

TITVLVS TRIGESIMVS

DE

Contrahenda emptione, & arrhis dandis.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Venditionis contractus, explicatio.

De Arrhæ significatione, & an de essentia contractus emptionis, & venditionis arrha esse dicatur, vel ne? De periculo rei venditæ, & quando emptoris, vel venditoris sit? ac de substantialibus, accidentalibusque eiusdem contractus, & an emptio, & venditio, vel sine arrha celebrata, quandoque nequeat annullari? De cessione iuris luendi, & de hypothecis, non autem iuribus dominicalibus, resoluendis per eam, etsi cedens in legitimo dolo, à iure approbato, versetur, & quale hoc sit? De cessione in Potētiorem, & quādo facta dicatur? De nouatione in perniciē dotis non admittenda, ac tandē de pacto rehemendi, & quanto tempore præscribatur?

SVMMARIVM.

Consuetudo, venditionis contractus, *explicatur, num.1.*

Arrha quid significet? habetur, nu.2.3.4.5.6. & 7.

Arrha an sit de substantia contractus? explicatur, num.8.9.10.11.12.& 13.

Venditio, vt sit perfecta tria concurrere debent, & quæ? num.14.15.17.& 18.

Periculum rei venditæ pendente solutione pretij, est emptoris, num.16.

An valeat ab emptione, & venditione recedi post arrhæ receptionem? num.19.& 20. Et quando incurratur amissio arrhæ? num. 21.22.23. & 24.& fiat locus pœnæ dupli? num.25.& 26.

Dispositio consuetudinaria, quæ annullat venditiones, sine arrha celebratas, non procedit in venditionibus iuratis, nu.27.aliisque in casibus, vt num.28.29.30.31.32.& 33.

Cessio venditionis species est, nu.34.35.36.& 37. ac ideò non liberatur fideiussor per retrouenditionem, num.38.

Cessio iuris luendi, quid importet? explicatur, num. 39.

39. 40. & 41. & quomodo fiat, num. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.
Pactum rehemendi minuit pretium rei, num. 42. 43. 44. 45. & 46.
Rehemendi libertas transit ad hæredes, & alios, nu. 47. & 49. & fit perpetua, propter læsionem, num. 48.
Cessio in potentiorem fieri nequit, & quando? num. 50. & 51.
Concurrentes cedens, & cessionarius, quis præferatur, & quid si dictum sit, dummodò cessio non officiat cedenti, num. 52. 53. & 54.
D. Hieronymus Roccus Episcopus Iscanus, *laudatur, num. 70.*
Iura dominicalia non extinguuntur per cessionem iuris luendi, & per venditionem subhastæ, num. 71. 72. 73. & 74.
Retrouendi nequeunt introitus, super quibus sunt vincula, num. 75.
Vincula quomodo remoueri debeant? habetur, nu. 76. 77. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. & 87.
Factum Iudicis quando dicatur factum partis, & quid operetur? num. 78. 79.
Rei propriæ quilibet est moderator, & arbiter, num. 88.
Redditus super vectigalibus solent vendi cum alagio, & quando, num. 89. 90. & 91.
In emptionibus, & venditionibus possunt ad inuicem contrahentes se decipere, num. 92.
Cessionarius iuris luendi succedit in locum cedentis, num. 93. & 94. & quomodò hoc intelligatur? explicatur, n. 95. 96. 97. 98. 99. & 100.
Creditor quando æquè pro capitali, & tertijs anteriora iura foueat? num. 101. & 104.
Rescissio contractus in die litis contestatæ, non autē sententiæ latæ incurrit, num. 102.
Nouatio nō præsumitur facta in dotis præiudicium, nu. 103. sed videtur contra dicendum, n. 105. 106. 107. & 108. sed respondetur, num. 111. 112. & 113.
Assensus capituli extenditur ad donationem factam contemplatione matrimonij, nu. 109. & 110.
Pactum rehemendi quanto tempore præscribatur? examinatur, num. 114. 115. 116. 117. 118. & 119.

1 VEnditionem stabilium, vel in contractu deductam, sine arrha, aut traditione rei venditæ esse nullam, hìc dicitur.

Hoc posito, remissaque inquisione de ori-
2 gine vocis *Arrhæ*, siuè Hæbraica sit, siuè Caldaica, dicimus eam, quæ hic exprimitur arrhā esse, de qua *l. quod sæpè, ff. de contrahen. empt. l. contractus, §. illud, C. de fid. instrum.* aliaque iura, cumulata in *nouo Lexic. iur. ver. Arrha*, loquuntur, ac pacti symbulum dici, quod in si-
3 gnum promissæ fidei, siuè contractus, vt compleatur, prout definit, seu potius descripsit *Molfes. tom. 3. comment. ad Consuet. Neap. hoc tit. par. 19. cir. med. nu. 1. quæst. 1.* per *text. in l. fin. de sponsal.* id enim de arrha consuetudinaria
4 apertè verbis *Consuetudinarijs*, & dispositione firmatur, cum adeò in signum contractæ em-
5 ptionis, & venditionis detur, vt sine ea, vel rei venditæ possessione contractus infirme-
6 tur, ex quo efficacius inter nostros factam vēditionem denotari per arrham, infertur, quā inter alios, cum *IurisConsulti in cit. l. quod sæpè*, verba, quibus hoc firmatur, ista sint: *Quod sæpè arrhæ nomine pro emptione datur, non eò pertinet, quasi sine arrha conuentio nihil proficiat, sed vt euidentius probari possit, conuenisse de pretio*, quod similiter habetur *instit. eod. tit. in princ. & in l. fin. ff. de leg. commis.* ac per *Alciat. cons. 96. lib. 8. num. 4. 12. & seqq. Io: Bapt. Cost. in tract. de claus. par. 2. claus. 91. num. 2.* quod secundum ius nostrum affirmari nequit. Ergo non modò argumentum emptionis arrhā apud Nostros, sed quodā fulcimen-
7 tum eiusdem esse, constat, quod à iure commune, in *l. 2. C. quan. lic. ab empt. disce.* & alibi eidem non tribuitur;

Quare *Molfes. ibid. quæst.* tamen 2. *num. 4. & 5.* opinatur, arrham de substantia emptionum,
8 & venditionum, in Ciuitate Neapolitano celebratarum, esse, idemque *Napod. hic, num. 3. & seqq. & Adden.* approbasse, ait; id tamen mihi suadere nequeo; *Consuetudine* enim tantùm commendatur argumentum celebratæ
9 venditionis per traditionem arrhæ, magisque quàm iure communi, ac ita ut dicatur liquidò constare de emptione, & venditione per eam, cæteræque probationes præter illam,
10 quæ à rei traditione redundant, reijciuntur, ideòque robur, & substantia huiusmodi con-
11 tractus non dicitur arrhæ à *Consuetudine* tributum, cum & possit cōsistere sine arrha in rei vēditæ possessione, ergo rectè non secus, ac iure commune inspecto aliquid accidentale di-
12 ci arrham, testantur *Mozi. in tract. de empt. vendit. in tit. de accidental. vendit. empt. nu. 10. Borgnin. decis. 27. num. 44. par. 2.* & alij, ac ideò, & Nos extrinsecus illam, quandoque adhibitam in venditionibus dicere debemus sollemnitatem, siuè potiùs cautelam, nec aliud ex verbis *Napod.* aliorumuè potest deduci, quā
13 quod arrha sit signum perfectæ venditionis ex parte emptoris, sicuti traditio indicat perfectionem contractus ex parte venditoris, nec curandum, an pretium sit solutum, vel ne? nam etsi, vt perfecta diudicetur venditio, tria re-
14 quirantur; res ex parte venditoris, pretium ex parte emptoris, & cōsensus ex parte vtriusque, *Staib. resol. 195. tom. 2. num. 5. Molfes. qu. 3. num. 8. & quæst. 4. Mozi. ibid. num. 12.* & habetur *in §. pretium instit. de empt. & vendit.* vbi *DD.* & sine pretio venditio non consistat, attamen quoties de pretio fuit conuentum, illud inter-

15 intercedere dicitur, etsi solutio non fiat in continenti, prout in simili loquuntur *Cons.de Rosa consult.68.per tot. Reg.de Marin. in decis.* 549. *Reg.Reuert.* affirmantes, ideò periculum
16 venditæ rei interim esse emptoris, ad *tex.in l.necessariò, vers.Et si id, ff.de peric. & com. rei vend.* nec posse interim à contracta venditione recedi, *Molfes.ibid.quæst.3.num.*13.per *tex.*
17 *l.sicut, C. de actionib. & obligat.* & actione ex
18 empto, vt res non tradita, ità pecunia non soluta, valeat repeti, idem *Molfes.n.14.glos.Bart. & Castrens.in l.1. ff. de act. empt. Couar. lib.2. variar.cap.19.Rebell.par.2.de obligat.iustit.lib. 9.quæst.1.num.8.Tusc.in suis conclus.litt.E.conclus.124. & lit.V. conclus.44. & seqq.Menoch. cons.838. num.5. et cons.866.nu.2.vol.9.Mozi. de empt.vendit.tit. de substantial. talis contract. num.6.et tit. de naturalib. eiusdem, num.* 25. *et eqq.* quicquid aliter sentiat *Facbin. lib.2.controuers.iur.cap.*30.

Hinc fit, vt pro articulo, an datis arrhis va-
19 leat ab emptione, & venditione recedi? non aliter, ac iure commune, in *l.contractus, §.illud, C.de fid.instrum.* decretum extitit, respondendũ est, licere nempè cuiq; à conuentione resi-
20 lire; nàm illarum datio non facit desinere rem esse integram, nisi tamen fuerint in partẽ pretij assignatæ, *l.perfectam* 2. *C. quando lic.ab empt.reced.* cum isto casu non recedatur à cõtractu, *Bald.cons.469.num.2.vol.2. Ias. in leg. ab emptione, n.4.ff.de pact.Costa vbi sup.n.*4. in
21 arrhæ tamẽ amissionẽ incurritur ab emptore sine iusta causa resilente, idem *Costa num.*5. *Federic.de Sen.cons.194.Molfes.ibid.quæst.2.num.* 2. dummodò adimpleri conuenta potuerint,
22 *Crauett.cons.* 233. *Tepat. hoc tit. §. arrha,* &
23 pates fines nudæ promissionis arrharum excesserint, *Bart.cons.45.lib.*1. quod si vendito-
24 rem pœniteat, acceptas arrhas duplicatas restituet, uel tantùm acceptas, & interesse præstabit, *Surd.decis.260.num.26.Rebell.cit. lib.9. quæst.1.num.13.Sanchez de matrim. lib.1. disp. 36.num.9.* & hoc pacto peruenire ad penam
25 dupli, præscriptam in *l.vlt.C.de sponsal.* dixit
26 *cit.Costa in fin.* ubi quid si pignus in locum arrhæ sit traditum?

Cæterum iuris nostri municipalis dispo-
27 tionem sibi locum non uindicare in uenditione, iure iurãdo uallata, & quoties illi est per contrahentes renunciatum, item si fides habita sit de pretio (isto siquidem casu adeò em-
28 ptio, & uenditio ualet, ut possit instrumentũ contra emptorem, qui pretium non soluit, uia ritus præsentari, ut patet ex relatis per *Nouar.collect.1.in rubr.de instrum.liquid. nu.23.et De Franch.decis.*239.) & quoties est promissũ aduersus contractum non uenire, ad *text.in*
29 *cap.ad aures,* ubi *glos. ver.Nisi fuerit iuramento, de ijs, quæ vi, metũque causa fiunt,* iuxtà *apos. incip.ad materiam,* & decisionem, cuius meminit *Thor.in compend.ver. Contractus venditionis stabilium*; rursus, nec pro bonis feudali-
30 bus, nec pro mobilibus, ac tandem nec respe-
31 ctu factæ promissionis uendendi, ex traditis per *Castrens.in l. bonæ fidei, ff.de eo, quod certo loc.Bocr.decis.45.num.15.* affirmauit *Molfes.cit. quæst.2.à num.6. ad fin.* Ista tamen sunt sedulò consideranda, cum non omnia mihi uidean-
32 tur posse ratione confirmari, etsi alia sint uera; magis enim, atque magis nostrum hoc ius disposuisse censeo respectu uenditionis factæ
33 habita fide de pretio, cum rectissimum esse, appareat ad saluandam nostræ legis dispositionem, & rationem, quæ ea profectò fuit, ut celebrata uẽditio aliter, quã per scripturæ documento constet, ut emptio, & uenditio, quæ non potest in soluto pretio consistere, probetur per aliud extrinsecum signum, & quod in arrha haberi nequit, sit in rei uenditæ possessione.

Istis ad generalem *tex.* nostri notitiam, & explicationem ità explicatis, de alijs ulterius
25 sequitur uideamus; & quoniam cessio uenditionis species est, ut ex *Mangil.de euict.cap.*80.
35 *num.*8. alijsque habetur, præcipuè si certæ pecuniæ quantitas interueniat, *Cons. de Mesa variar.resol.lib.cap.43. num. 2. Speculat. in tit. de cession. act.§.1. vers. Sed quid si minor, Roman. cons.86. nu.12. Natta cons. 398. num.20. lis.2.Galerat.lib.1.de renunc.cap.4. nu.95. Pari .cons.83.et 84.lib.3.Magon.decis.32. num.2. Gratian.decis.13. num.* 38. iuxtà *textus* dispositionem in *l.cum is* 36. *ff.de fideiussor.* de Cõsueta illa apud Nos cessione iuris luendi, qua mediante introitus à Regia Curia, & fidelissima Ciuitate ista Neapolis emuntur, aliqua dicere, & explicare cõuenit; cũ nõ retrouenditio, sed uera potius uenditio ista dicatur in
36 *decis.16.Capyc.Latr.tom.1.num.26.* iuxtà doctrinam *Ciurb.decis.87.num.21.et 34.Roderici de ann.reddit.lib.2.quæst.16.num.50. cum seqq. Casanat.cons.10.num.* 75. ac stabilium uendi-
37 tio censeatur illa, qua census, siuè annui introitus alienantur, ut ex *tex.in extrauag.1. de empt.et vendit.et extrauag.2.eod.tit. Couar.variar.resol.lib.3.cap.7.vers.Contrarium, & vers. Secundò aliam notauit, Staiban. tom. 2. resolut.* 178. *num.* 5. ideòque non liberari fideiussorẽ
38 per retrouenditionem factam ad beneficium cessionarij iuris luendi, tenet idem *Capyc. Latro à num.* 11. *per* 29. & apud eundem *Gizz. num.12.qui num.* 14. dicit *tex. in l.3. §.sed & Marcellus, ff.de in diem adiet*, de resolutione hypothecæ olim contractæ disponentẽ, procedere, ubi retrouenditio fit ad beneficium uenditoris, non autem cessionarij, ac ualidè obligatum per consequens remanere fideiussorem cuius non potest dici extincta obligatio, & ità quoque explicandam, *l.2.C.de pact.inter emp. & venditor.*

De huiusmodi igitur cessione dicturi, præ-
39 mittimus, ius luendi nil aliud esse, quàm facultatem illam rehemendi ad beneficium vẽditoris in contractu venditionis, & emptionis reseruatam speciali pacto, & conuentione habita inter contrahentes, ad *Text.in l.si fundum,et tot.tit.C.de pact.inter emptor.et vendit.*, talemque facultatem non modò à iure ciuili,
40 & canonico permissam venditori, sed olim Diuino iure adinuentam *leuit.25.* ibi: *Cuncta Regio possessionis nostræ sub redemptionis conditione vendetur,* probat *Molfes.3.tom.comment. ad consuet.par.19.quæst.19.num.4.* ac adeò ne-
41 cessariam eam in contractu censuali per Bullam Pij V. sanctæ memoriæ subdens, vt si apponi in contractu censuali pactum retrouendendi desierint contrahentes, contractus ipse corruat, quod & *cons.8.num.14.et seqq.* probatur,& confirmant *Mant.lib.4.de tacit.et ambig. tit.31.Fontanel.de pact.nuptial.clauf.4.glo.18. par.3.nu.1.et seqq.* & alij. Rei tamen pretium
42 tali pacto minui, non dubitatur (etsi de quãtitate sepiùs altercari contingat, nam *cit.Mol-*
43 *fes.* cuius sententiam laudo, quanti debeat venditoris interesse talis facultas, ab arbitrio
44 boni uiri pendere declarationem, dicit, sequendo *Couar.lib.3.variar.resol.cap.10. Nauar.in summa cap.17.num.248. Valasc.consult. 70.num.4.Gam.decis.138.num.2.Molin.de contract.disp.375.num.8.* & alios; alij ad tertiam
45 pretij partem æstimationem reducunt, ac ità pluries decretum, dicunt *Fontanel.vbi sup.nu. 78.* ac *Mantic.cit.tit.31.num.41.* alij verò non
46 excedere quartam partem pretij rei venditæ, affirmant, vt ex *Boer.decis.102. Gram.dec.76. num.13.De Franch.decis.105.num.19.Surd.decis.155.num.11.* percipitur) Ideoque rehemẽ-
47 di libertas, & transit ad hæredes, *cit. Molfes. num.5.* quin si læsio adesset in venditione de
48 temporali fit perpetua, *Anna alleg.83.* ac *Anna filius consil.68. Thor. in compen. decis. ver. pactum de retrouendendo temporale par.1.* &
49 potest in quemcumque transferri, si tamen
50 non fiat cessio in Potentiorem, vt per *text. in l.1.§.vsufructuarius,*& ibi *Bar.ff. de nou. oper. nunc. ex Castr. cons.25. in antiquis vol.1.* alias *cons.1. vol. 2. Dec.cons.164.* aliàs *163. Tiraquel.de retract.conuent.§.1.glo.1.num.6. & seq. Cassan.in consuet.Burgun.rubr.5.§.1. num.26. & seqq.Mant.vbi sup.tit.32.num.13. & alijs*, probat *cit.Molfes.* & decisum refert vnitis aulis in causa Ducis Zagarolæ cum Duce Populi *ead.quæst.19.num.24.& tom.1.par.5.q.10. num.3.* prosequitur *Capyc.Latr.decis.16.tom.1. num.7.* qui allegat *Cagnol.in l... nu.37.C.de pact.inter empt.& vendit.Farinac.dec.502.nu. 2.& decis.547.tom.2.par.2. Gratian.discept.forens.tom.5.cap.903.num.4.& 978.nu.6.* Quan-
51 do verò dicatur in Potentiorem facta translatio? præ cæteris explicant ad intellectum *tit.C.ne liceat in potentioribus, & ff.de alienat. iudic.mutan.caus. Prat.discept.forens.tom.2.cap. 35.a num.15.per 23.Olea de cessione iur.& act. tit.2. quæst.4. per tot.* ac nouissimè ex nostris *Doctiss.D. Hieronym.Cala* Domini D. Caroli Calà Ducis Diani, meritissimi Regentis germanus frater in *tract. de restit. in integr. quandoque denegan. quæst.36. per tot.* vbi quicquid excogitari potest, etiam ad intellectum *Constit. Regn. eorum fraudibus* lepidissimè tra-
52 dit; Porrò cõcurrentes cedẽs,& cessionarius, quis præferatur, præcipuè si dictum sit, vt ces-
53 sio cedenti non officiat? habetur in *decis. De Franch.260.* vbi *Adden.*, prout habetur apud *Cons.Carleual.tom.2.de iudic.disput.33.* & *Oleã de cess. iur. tit.6. quæst.8.* quis præferendus ex
54 duobus cessionarijs tertiarum si concurrant simul,& quando antiquior in tempore potiorem dicatur causam fouere?

Hinc praxis contrahendi præuia iuris luẽ-
55 di cessione inualuit, ex qua non vnus vtilis emptoribus redundat iuris effectus, & primus
56 est, vt omnes prorsus contractæ hypothecæ super annuo redditu resoluantur, & redditus expers cuiusque oneris transeat in cessionarium iuris luendi, *Capyc. Latr.decis.16. Arias de Mesa variar.resol.lib.1.cap.22.num.3. De Franch.decis.64.num.4.& 5.Cons.Rocc.respon. 74.num.18.tom.1. & respon.11.nu.21. tom.2.* & *alibi,Molfes.ad Consuet.Neap. tom.2. par.4. quæst.26.num.7.*,& *Cons.Carleual.de iudic.to.2. lib.1.tit.3.disp.35.num.37.& 38.in fin.* dicens, *In summa ius luendi ideò inuentum est, vt extinguendo primum redditum, extinguat quoque, & resoluat hypothecas, quibus ille subijciebatur, reddatque nouum possessorem redditus liberum, & immunem, indemnemque à molestia creditorum possessoris antiqui redditus*; id enim pacti exercitium operatur ad *Text.in l.si res 3.& l. si debitor 4. l.sicut 8. in prin. ff. quib.mod.pign. vel hypoth.soluit.* & *l.lex vectigali 31.ff.de pignor.* nam in emptorem cum rei venditæ do-
57 minium huiusmodi pacto suspensiuè transferatur, *De Franch.cad.decis.64.* & post eiusdem
58 exercitium dicatur surgere tanquam à somno, *Napodan.in consuet. super bonis, ver.bonis suis*, ab eodem *De Franch.* relatus, rectè sequitur affirmandum, rem esse eiusdem qua-
59 litatis, prout ante factam venditionem erat, *Bar.in l.sequitur,§.idem Labeo, ff.de vsucap.* cũ redire debeat ad sua principia attractiua, *l.vnic.col.10.vers.attende hic, C. quando non poten.par.* prout de more obseruant *Giur. decis.87.num.3. Mastril. ad Petr. de Gregor. de cens.quæst.5.num.146. Anel. Amat.cons.10.num. 15.vers.5.Casanat.cons.7.num.5. & cons.9. nu. 56.Duard.de cens.tom.2.§.5.quæst.29.& 30.*& *Amat.*siculus *variar.resol.cap.7.* vbi *numer.36. ver. pro qua opinione*, id publicæ vtilitatis gratia, ne alias mundus litibus inuoluatur, di-

60 dixit introductum;,& sicuti id in beneficium vendentis valet, ità & eius cessionarij, cum per cessionem censeatur in istum facultas rehemendi translata vigore primi contractus venditionis,& pacti in eo adiecti, *Capyc.Latr. cit.dec.16.n.25.& 26.*

Attamen nulla debet fraus contrahentium
61 intercedere, nam si aliqualis adfuerit,frustra hypothecarum extinctio prætendi poterit, *Molfes.vbi sup.* & *Rocc.tom.2.respon.10. a nu. 21.& respon.19. nu.13.* attenditur enim quod
62 rectè fit, non autem quod concipitur simulatè; simulatam id circò, & fraudulentam re-
63 trouenditionem ipso iure nulla esse ostendit, *Cons.Stayban.resol.156.num.79. tom.2.* per ea, quæ apud *Eum* habentur; de ea tamen fraude id accipiendum esse scias, quæ animo, & voluntati contrahentium circa actus rectam
64 cõclusionem,& perfectionem opponitur,vt in specie, de qua *Rocc.* multæ enim numerantur *ibid.* præsumptiones,quæ factæ cessioni obsta-
65 bant, ac potiùs possessionem redditaum in primo domino denotabant,& ità dispositioni *l.sicut,§.super vacuum,ff.quib.mod.pign.vel hypoth.sol.*esse locum, non potuit iustè dubitari,
66 non verò de illa fraude, quæ solet hisce in contractibus interuenire in perniciem creditorum, quorum hypothecæ per iuris luendi exercitium extinguuntur; nam ista fraus le-
67 gitima dicitur, & pro ea inuenta cautela iuris luendi; ideòque cum non videatur dolo facere, qui suo vtitur iure, *l.nullus,ff.de regul. iur.& l.3.§.is tamẽ,ff.de lib.homin.exiben.Mut. decis.18.num.28.& 29.Surd.cons.528.num.36. Luc.de Pen. in l. 3. C. de iur. fisc. Mangrel. ad Bart.in l.Claudius,ff.qui potior.habeant.*in hoc non dicitur eiusdem fraus intercedere, nec
68 dolus, sed potiùs rebus suis consulere, *Menoch.conclus.107. num.9.* ad *Text. in l.1. §.ait Prætor,ff.de incen.rui.& naufrag.* cum alijs cõgestis per *Capyc.Latr. decis.79.num.17. Iuris enim exequutio* (dixit *R.de Pon.decis.28. à nu. 18.cum seqq.*) *non habet iniuriam, & hæc sunt indubitata quando quis iure suo vtitur ad sui vtilitatem,et vt sibi proficiat:cumulat decisiones Dec.in d.l.nullus;oportet enim constare de fraude aliàs nullo modo præsumitur quando quis disponit secundum quod est ei à lege permissum: notabiliter Andr.in cap.1.§.sed et res, per quos fiat inuest., & quotidie videmus hunc solitum morem contrahendi non solum in officijs,sed in omnibus alijs introitibus Regiæ Curiæ, quod vnusquisque ad sui cautelam, & ne remaneat obligatus oneribus venditoris contrahit cum cessione iuris luendi à Regia Curia ex pacto speciali inito inter emptorem,et venditorem,ex qua contractione omnes hypothecæ intermediæ contractæ soluuntur in præiudicium creditorum, quia fit resolutio ex necessitate mediante cessione iuris luendi ad finem soluendi quæcumque onera, quæ medio tempore reperiuntur imposita; sed quia hoc non fit principaliter in fraudem alterius,sed ad emptoris cautelam, propterea attendendo quod principaliter fit ex reg.text. l.si quis nec causam,ff.si cert.petat.& ibi Stayban. non curat lex de interesse tertij secundario, maximè quando illi est succursum per actionem, &c.* ac inferiùs ità sequitur, *Quod cum fiat, & soli-*
69 *tum sit fieri palam,publicè,& bona fide, & hoc iure vtimur, sintque contractiones solitæ cum Rege,non erit in fraudem, nec in alijs insistendũ ad text.l.hoc iure,& ibi glo. ver.ob honorem, ff. de donat. cum concord.* hisque in terminis fuit
70 decisio,facta ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino D. Hieronymo Rocco meritissimo Episcopo Iscano peritissimo Iureconsulto delegato S. Sedis Apostolicæ in causa inter Illustrissimum, & Reuerendissimum Episcopum Minorensem, eiusque Catredalem Ecclesiam ex vna, & Stephanum Vetri ex altera, penès Scribam Antonium Bottone, qua fuit absolutus idem Illustrissimus Minorensis Episcopus, eiusque Ecclesia ab impetitis per eundem Stephanum,prætendentem emptionẽ factam nonnullorum introituum super Gabella Serici nomine dictæ Ecclesiæ ex pecunia donata Episcopali mensæ à præfato Illustrissimo Episcopo, non rectè processisse, etsi fuerit præuia cessione iuris luendi facta, ac varias fraudis præsumptiones allegantem, & collusionis inter Minorensem Episcopum, ac venditorem introituum,nam præter quam quod fuit patenter ostensum, non adfuisse fraudem ex parte Ecclesiæ, cuius nomine facta fuit emptio introituum,fuit à me, qui Ecclesię,& Episcopi iura tutatus fui, probatum, nec per fraudem, quę ex parte venditoris pręsumebatur, potuisse eiusdem Stephani creditoris conseruari iura intacta, ità vt non dicerentur extincta respectu redditauum venditorum; & sequestrum, quod alias per Nuntiaturam Apostolicam in prima instantia factum fuerat, fuit reuocatum sub die quinta Decembris 1678.

Neque credas ità,vt hypothecę extinguun-
71 tur per exercitium iuris luendi,iura dominicalia dissolui, nam id respuit *Salgad. laber. credit.par.2.cap.9.num.54.*qui idem de vendi-
72 tionibus subhasta factis sentit *par.3.cap. 10. num.15.* cum de resolutione hypothecarum non valeat ad dominij extinctionem inferri,
73 porrò nec vincula, conditiones, & fideicommissa destrui; nam ità spes aliena decipi non valet,& frustrari voluntas, nec quod aliquis
74 purè non possidet,in alium transferre potest, *l.fin. §.sed quia nostra,C.commun.de legat.*

Et hinc constare potest cunctis,quàm malè
75 & pręter maiorum,qui bona comparauerunt, intentionem, permittantur retrouenditiones introituum,super quibus conditiones, vincu-

la, & quandoque etiam fideicommissum sunt constituta; etenim id licito iure fieri nequit, etiam si decretum Iudicis intercedat, si tamen
76 iuxta formam præscriptam in *pragm. 1. de vinc.seù condit.in contract.vel testament. appos.*
77 *amouen.* & explicationem factam à *Nouar. collect.1.& 2.super ead.* ex causis, quæ apud *De Rosa consult.14.à num.1.per 8.& alios* non fuerit interpositum; factum enim Iudicis par-
78 tis factum dicitur *l. si ob causam, C. de euict. l.res ob cusam,C.si in caus.iudic.Surd.decis.266. num.13.Gratian.discept.forens.3.num.22. De Mesa variar.resol.lib.1.cap.6.num.6.* sed stricti iuris est,vt ex *l.1.C.si plur.vna sent.*habetur,&
79 ideò nil contra iuris præcepta operatur, *De Franch. decis.710. num.1.* & est videre apud *cit.de Mesa num.8.Carleual.1.tom. de iudic.disput.8.num.8. Gratian.2.tom. discept. cap.326.*
80 *num.7.* idcircò cum conditiones appositas seruari conueniat *l.in venditionibus, ff. de condit. & demonstrat.* præcipuè in vltimis positas
81 voluntatibus,quæ tanquam lex sunt, *§.disponat authen.de nupt.cap.vltima voluntas 13. qu. 2.* & immutabiles adhùc à Principe, *l. si testamentum,C.de testam. Couar.variar.lib.3.cap.6. Peregrin.de fideicomm.art.24.num.44.post prin. Mart.de iurisdict.par.4.cent.1. cas.74. num.17. Stayban.resol.157.num.42.to.2.* conditionum, vinculorum,& fideicommissorum existentia decreto Iudicis tolli nequit, & Notarius Re-
82 giæ Curiæ, vel Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis,per quem stipulantur huiusmodi retrouenditiones, dicitur in culpa, si hisce in casibus decreto pareat; iussus enim superioris non
83 semper excusat, vt ex *Afflict. decis. 150. nu.6. & 31. Stayban.resol.26. tom.1.* alijsq; optimè probatur.

Minus iuuant fideiussiones, quæ vt remaneant in locum conditionum in posterum
84 adimplendarum, vinculorumque solent præstari, nam, si credimus *Marcian. disputat. 11. num. 35.* ius partibus, quæsitum super in-
85 troitibus, qui vendnntur, constitutum, non fit deterius per illas, sed potiùs emptoribus, vt sint cauti eo casu, quo vincula, conditiones, & fideicommissa adimpleri contingerit, consulitur. Ergo frustra vinculorum, conditionum, & fideicommissorum prætendi potest extinctio, & resolutio, rectèque ille, cuius
86 interest,rem non fore alienatam, eam auocabit, *l.si cum venditor, ff. de euict. Menoch. de adipiscen.possess.remed. 3.num.30.vers.attamen ex eo potiùs.Sanfelic.decis.204.tom.2.num.6.& 7.Grat.discept.forens.tom.2.cap.247.n.51.* cum
87 per alienationem ipsam rei alienari prohibitæ facultas auocandi rem alienatam fiat vocatis per *Tex.in l.peto,§.prædium,& §.fratres, ff.de leg.2.& l.pater filium ff.de leg.3. cum concord.Peregrin.de fideicomm.artic.40.numer.17. & 18.*

Porrò etsi quilibet rei propriæ moderator, & arbitror valeat eam viliori pretio, quàm
88 æstimatur,vendere,& assiduè redditus vectigalium, & fiscalium Regiæ Curiæ soleant dempto currenti alagio vendi, tàm si Curia ipsa vendat, quàm si particulares præuia iuris luendi cessione; posse enim viliori pretio vē-
89 di, & emi annuos introitus ratione periculi, fundat *Guttier.pract.quæst.lib.3.q.173. nu.51. ver.vlt.* ideòque non procedere *text. in l. per diuersas,& in l.ab Anastasio, C.mandat.* tenet, ac decisum refert *Gizz. in obseru. ad decis.16. Capyc. Latr. num.3. & 4.* id tamen non aliter fieri posse nonnulli credunt, quàm indulgen-
90 te Prorege, siuè Regio Collaterali Consilio per *pragmat.22.§.9.de vectigal.* sed mihi id ex verbis *pragm.* hucusque probari nequiuit; cū
91 ad præterita non autem futura dirigantur circa alagij extinctionem: Cæterum *Molfes. quæst.6.tom.3.ad consuet. par.19.* qui examinat an, & quando contrahentes valeant se
92 decipere in contractu emptionis, & venditionis attende, & ad ornatum *cit.pragm.*vide *decis.188. Capyc.Latr.tom.2.*

Secundus,qui ex cessione iuris luendi ema-
93 nat effectus, ille est, vt cessionarius iuris luēdi,qui pecuniam debitam soluit creditori,in eiusdem locum succedat, & respectu debitoris, à quo luendi facultatem obtinuit, antiquam prioritatem retineat,vt post magnam discussionem placuit nostro S.R.C. determinare in causa,de qua *Capyc.Latr.decis.16.* per *ibid.*notata, vbi de eodem articulo Consilium celeberrimi Aduocati Frabritij Brancatij, & decisio quædam RegentisReuerterij rescripta fuere,ac apud nostros in moribus esse, constat ex *Cons.de Mesa cit.cap.22.n.4. Carleual. to.2. disput.iur.tit.3.lib.1.disput.35.num.37.*adeò vt
94 nulli dubium esse dixerit *De Marin. resolut. quotid.lib.1.cap.76. num.10. 16.17.18. 19. & 20.* & quamquam id haud posse substineri se-
95 cundum iuris regulas, idem *Carleual.*probet à *num.38.* si cautela ab eodem excogitata, &
96 tradita *num.47.* vt scilicèt, *Paciscatur venditor census, seù debitor in prima census constitutione,vt quoties debitor pretium census emptori integrè restituerit,si fuerit ex propria pecunia, teneatur pati redemptionem, seù extinctionem census, & liberationem debitoris, illumque absoluere, & penitùs liberare ab obligatione censuali (quemadmodum modò quoque fit) & adijciat,quod si ipse debitor restituat pretium census emptori ex pecunia aliena, vel faciat, vt illud restituat quilibet tertius extraneus, teneatur ipse emptor,seù creditor censum ipsum cedere tertio, pecuniam soluenti,seù illi,de cuius pecunia pretium sit solutum, siuè cesso, siuè non cesso iure luendi*, non adhibeatur, adhuc tamen consi-
97 stere posse, dixit *De Mesa* ex iuribus, quæ adduxit. Sed prioritatem, vel potioritatem non

non æque pro tertijs, ac pro capitale compe-
98 tere, si contractum, nouissimè celebratum inter creditorem, & debitorem non fuerit rescissum, est certum; tertiæ enim cum non ex
99 priori contractu, sed ex recenti debeantur, nō habent capitalis prioritatem, nec isto casu dispositio, *l. Lutius Titius, ff. qui potior. in pign. habean.* attendenda *De Medic. consf.* 165. *Reg. Galeot. controu.* 56. *tom.* 1. præcipuè à *n.* 33. *De Marin. cit. cap.* 76. *Carleual. vbi sup. in fin. n.* 37. & alij, ac nos *alibi*, & quamquam id egrè ab
100 Isto feratur, & multa à *nu.* 48. contra opponantur; rectè tamen procedere ex adductis per *cit. Author.* non dubitatur, atque ad confirmationem nonnullæ recensentur decisiones apud eundem *De Marin.* vide quoq; *Galeot. controu. lib.* 1. *contro.* 21. *De Pont. decis.* 34. *Thor. in compen. ver. prælatio, seù potioritas,* de eodem articulo hinc indè disputantes; cæte-
101 rùm generalem regulam *cit. l. Lucius* quandoque limitari etiam *cit. Carleual.* asseuerat *n.* 50. & 51. rescisionem verò contractus ven-
102 ditionis introituum, etsi à die latæ sententiæ incurri probet *Marci. disput.* 59. *to.* 2. communior tamen *DD.* sententia post litem contestatam præsumi, affirmat.

Et hic pro coronide non pigebit aliqua afferre ad confirmationem eorum, quæ *sup. tit.* 8. *cap.* 1. *n.* 88. & *cap.* 2. *nu.* 12. dicebamus de priuilegio dotis circa nouationem non præ-
103 sumendam in eiusdem perniciem; hoc enim adeò verum esse constat ex traditis pe *Galeot. tontrouers. lib.* 1. *cit. conro.* 56. *n.* 23. & 24. *cum seqq. Cons. Petr. sup. rit. M. C.* 166. *to.* 2. *num.* 67. qui alios citat, vt priuilegium hypothecæ, &
104 pignoris etiam si in aliam causam dos trãsferatur, non mutetur tàm pro capitali, quàm pro interesse ad *tex. cit. l. Lutius, Galeo.* habet; &
105 licet videantur obstare, quę habentur *dec.* 56. *lib.* 1. *Capyc. Latr.* in qua decisum fuisse, patet, assensum *capituli*, quod super dotali instru-
106 mento præstitutum censetur ex regali munificentia, non censeri super alio contractu, postea celebrato, pręstitum, neque ex interpretata supremi Principis mente; item & ea, quę per *Eundem* sunt scripta *dec.* 109. in qua
107 decretum extitit contra mulierem, prętendentem priora iura in concursu creditorum fouere ex die celebratarum dotalium cautelarum, non obstante, quòd nomen debitoris, in dotem ei datum, rehemptum à debitore fuerit, & pecunia tradita viro, à quo venditio annuorum introituum facta fuit; nam prior decisio fundatur in doctrina *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. reg. super dot. num.* 13.
108 qui putat per assensum *capituli* tantùm obligationem, contractam in instrumento dotali, validari, nec ad alios contractus extendi, quod si verum dicere velimus, cum maximam alioqui difficultatem patiatur, vt ostendimus *tit.* 8. *cap.* 2. *nu.* 15. & percipitur ex traditis per *Cons. Prat. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 44. probantem, assensum instrumento dotali à Rege
109 Catholico concessum anno 1505. ad donationem contemplatione matrimonij extendi, siuè per parẽtes, siuè p alios fiat eodem tamen
110 documento, illumque mulieribus fauere, tàm in dotis repetitione, matrimonio resoluto, quàm assecuratione, ac tandem excitantem, & resoluentem indagationem clausulæ, *Quoad expressa tantùm*, in assensibus passim apponi consuetæ; adhuc tamen non officit, nam multum differt id, de quo Nos supra, ab hoc, quod indè percipitur; Princeps enim,
111 qui pro obligationibus feudalium fauore dotis dotali instrumento assensum pręstitum cẽseri vult, nõ eq; indulget pro cęteris contractibus, ac ideò assensus ipse non pręsumitur quoties concedentis, neq; expressa, neq; prę-sumpta ex coniecturata eiusdem mente volũtas non adest de assensu concedendo, quod
112 secus est in ijs, quę à iure ciuili fauore dotis redundant, etiam absque reseruatione priorũ iurium ex communi *DD.* placito, *Galeot. vbi sup. n.* 24. cum *Castil. Alex. Ripa, Neguf. Turret. & alijs. Decisio* verò 109. potiùs nostro fauet assumpto, nam *ibid.* dispositio *l. cum maritus* 29. *ff. de pact. dotal.* & *l. si ità constante* 27. *ff. de iur. dot.*, quibus illud comprobari valet, exornatur; cęterum ipsa determinatio sequuta,
113 cum orta sit ea ratione, quia pecunia à debitore restituta fuit hęredibus creditoris ad finem obtinendi retrouenditionem, ac quietationem, istique eam viro dotatę mulieris liberam, & absque nullo vinculo soluerunt, cum debuisset, vt dotalis tradi, & sub vinculo dotali, non obstat, videtur enim fuisse inter dotantis hęredes, ac virum de re propria illorũ, non autem dotali actum, ideòque meritò ex priori contractu non potuit mulier in concursu creditorum viri venire, etsi eidem fuerint iura reseruata contra dotantis patrimonium propter hęredum culpam; quę nec mulieri, nec creditoribus viri fuit apta nocere.

Tandem si quęramus pactũ rehemẽdi quãto tempore pręscribatur? spatio triginta,
114 seù quadraginta annorum pręscribi pactum huiusmodi, indefinitè in instrumento positum, affirmatur ab *Angel. consf.* 55. *Argenter. consult.* 2. *Ronit. consf.* 14. *nu.* 1. *tom.* 2. *Surd. dec.* 2. & 3. & *alijs*; at quęstio est, si in reseruata luendi facultate sit verbum (*quandocumque*) appositum;
115 nam per id iuris dispositionem variare, nec locum fieri pręscriptioni, dicunt *Angel. Bal. in l. quod si nolit, §. si quid ità venerit, ff. de ædil. edic. Tiraquel. de retract. conuent.* §. 1. *glo.* 2. *n.* 15. *Gerard. sing.* 18. *Gabriel. commun. opin. lib.* 5. *tit. de præscript. conclus.* 6. *Magon. decis.* 105. *Pancirol. consf.* 38. *nu.* 6. *Guttier. in repet. l. nemo potest, num.* 468. *cum seq. ff. de leg.* 1. *Minsyn. obseru.* 16.

*ſeru.16.cent.1.Caballin.milleloq.*420.*Rouit.cit.*
conſ.14.num 2.*Amen.ad Franch.deciſ.95.nu.4.*
*Marcel.de Maur.alleg.105.per tot.*vbi *Io:Hie-*
ron.in addit. Fab.Ann. conſ.98. à num.1. per 8.
Ann.pater alleg.10.in fin.& alleg.83.n.4.& 5.
qui omnes, & rationes concluſionis afferunt,
& ſecundum eam teſtantur pluries deciſum;
116 Alij verò ſecus affirmandum putant, vt vi-
dere eſt apud *Molfeſ.tom.3.ad conſuet. par.19.*
quæſt.19.Molin. diſput.374.nu.9.& ſeq.Mant.
de tacit.& ambig.tit.31.lib.4.n.22.& ſeqq.Me-
noch.conſ.962.num.39. vol.10. qui multos ci-
tat *DD. Polidor. Rip. obſeruat.* 162. ac latè
D.Franciſ.Hieron.Leo deciſ.Valen.36. per tot.
qui deciſum refert: alię deciſiones apud *Seſe*
deciſ.Arag.18.num.103.Boer.deciſ.328.num.5.
Capell.Tholoſ.dec.221.& alios habentur; uer-
bum enim illud (*quandocumque*) indefinitum
117 denotans tempus, ad iuris pręfinitionem
reducendum aiunt, ac proindè dictum nil
vltra, quàm ſi non fuerit dictum, operari: mihi
tamen, quicquid ſit de ueritate vtriuſque ſen-
118 tentię, prior rationi magis conſona uiſa
fuit, cum uix mihimet ualeam ſuadere, quod
iſti dicunt, eaque fortius de ratione, quia
cum hoc pactum partem pretij eſſe, non dubi-
tetur, dubitari quoque nequit, minus pro re
119 uēdita ſolutū eſſe, dū pactū rehemēdi perē-
niter duraturum reſeruatur, quàm ſi aliter ſit
conuentum, & per conſequens maioris pretij
remiſsio debet ad beneficium uēditoris ope-
rari, ne aliàs indebitè grauetur.

CAPVT SECVNDVM.

Alia de eadem re traduntur.

De reuocandis feudorum alienationibus, ſine aſſenſu factis, quidque per reuocantem, ſiuè ſit venditor, ſiuè emptor ſolui debeat poſt factam reuocationem, ac de intereſſe ſoluti pretij taxatione, & quando ſit cum fructibus perceptis compēſandum? De translatione officij, ſiuè reſignatione, & quid ſolui debeat Regi pro ea? De iuramento ligij homagij, eiuſque introductione. De aliena re in damnum venditoris, non autem veri domini vendenda, & de pœnis, occupantibus alienam poſſeſſionem indictis. De euictione tàm de iure, quàm de facto, quid ſit, & an diſtet à periculo rei venditæ, & quando ſub promiſſione euictionis exigibilitas nominis ceſſi contineatur? De periculo rei venditæ, & quomodo emptoris eſſe dicatur: tandem an ſequuta euictione nominis ceſſi ceſſionarius contra cedentem ex nouo iure, indè redundante, an verò antiquo, pro quo facta eſt ceſſio, agat?

SVMMARIVM.

Emptio, & venditio, ſine ſcriptura celebrata, an reuocari queat? nu.1.2.3.4.5. & quid in feudis? num.6.& 7. etiam iure communi attento, nu. 8. & 9.

Blaſius Altimarus *laudatur, num.10.*

Renunciatio, ac qualibet officij diſpoſitio non valet abſque aſſenſu, vel reſignatione in manus domini, n.11.& 12.

Nonnulla ad intellectum prag.1.& 2. de offic. ad Reg.collat.ſpectan. *remiſſiuè, n.13.*

Quantitates, quæ ſoluuntur Regiæ Curiæ pro reſignationibus, & translationibus officiorum, taxantur, n.14.

Translatio officij de vno in alium quando valeat fieri? n.15. & 16.

Habens facultatem nominandi quando cenſeatur venientem ab inteſtato vocare? n.17.

Contractus alienationum, & commutationum feudorum non valent abſque aſſenſu, n.18.

Contrahentes abſque aſſenſu valent iure proprio reuocare alienationem feudi, n.19. quæ non validatur per aſſenſum, qui ſequitur n.20. & cur? n.21.22.23. & 24.

Conſtitutio *Regni* Conſtitutionem Diuæ memoriæ *quando procedat? traditur nu.25.26. 28.32.& 33.*

Iuramentum ligij homagij, quo iure fuerit introductum, & quando? habetur n.27.

Ratio, cur reuocari poſſit feudi alienatio, affertur, n. 29. & quid circa permiſſam reuocationem fuerit à iure communi ſtatutum? habetur num. 30.& 31.

Reuocatio non valet abſque ſcriptura, num.34. & an valeat verbis enunciationis probari? num.35.

Reuocans venditionem feudorum ad quid teneatur?

turb.n.36.etiam si sit emptor,n.37.
Interesse quomodo taxetur post feudi reuocationem venditionis?n.38.39.& 40.etiam vbi fructus feudi interesse superant,num.44. vbi etiam an interesse compensetur cum fructibus, & num.45.
Nemo debet ex propria culpa commodum habere, num.41.& 46.
Emptor, aut venditor an dicantur in culpa propter factam reuocationem venditionis feudi?n.42. & 43.
Aliena res vendi potest, sed venditio non praeiudicat vero domino,n.48.49.& 50.& quid in terminis nostri statuti,n.51.
Alienam occupans possessionem ad quid teneatur? num.51.& 52.
Possessio quando inutilis dicatur?n.53.
Commoda nonnulla possessionis remissiuè recensentur, n.54.
Qualitas rei vendendae clarè debet exprimi,n.55. & 56.etiam si mobilis res vendatur,n.57.
Animali morboso vendito, vulgò per sacco d'ossa rotte,*si tamen infirmitas non exprimatur,adhuc redhibitoriae est locus actioni,n.58.& 59.*
Euictio est de natura contractus emptionis venditionis,n.60.61.62.& 63.
Euictio quid est,num.64.
Euictioni est locus si ante sententiam sit petita,num. 65. vel antequam res euincatur, n.66.
Euictio distat à periculo rei, n.67.
Nominis exigibilitas an differat ab euictione? num.68.
Euictionis de facto promissio quid importet? num. 69.& 70.
Euictio pro causa de praeterito competit,n.71.
Periculum rei venditę emptoris est post perfectam venditionem,n.72. et cur n.73.
Dispositio text.l.si nomen, ff.de hęred. & act.vendit.*examinatur,et limitatur,n.74.et 75.*
Anterioritas creditoris post sequutam euictionem nominis assignati à quo die accipiatur? n.76.
Contrahens ratione officij regulariter de euictione non tenetur,n.77.
Instrumentum emptionis simulatè gestum quando obstet? habetur n.78.

1 SOlet altereari inter *DD.* an emptio, & venditio sit valida absque scriptura, ità vt possint partes pœnitere,vel ne? Nonnulli enim dicunt, imperfectum esse contractum,ac potiùs tractatum emendi, & ven-
2 dendi censeri, quàm emptionem, & venditionem,prout ex *Paulo de Castro in l.cum res, col. 2.C.de probat.* & *in l.qui is, ff.de verb. obligat.* & *in l.contractus, C.de fid.instrum. & in consil. 241.n.2.vol.1.Simon.de Petr.cons.6.n.18. Dec. cons.159,num.5.& Decian.cons.36.n.5. vol.1.* percipitur. Alij verò magis communiter vali-
3 dum, firmumque,etiam si scripto non confirmetur, huiusmodi contractum dicunt, & testantur idem *Castrens.cons.52.col.2.volum.2. Brun.cons.131.num.7.Decian.cons.64.num.35. vol.3.Vasq.de success.in 1.par.lib.2.§.11. n.13. Bursat.cons.100.vol.1.n.18.Salic.in authen.sed nouo iure,vers.vt est dictum,C.si cert.petat.Bar. Cyn.Salicet.& DD.in l.contractus, C.de fid.instrum.Soc.sen.cons.184.vol.2. Ancheran. quaest. famil.21.par.1. Gram.cons.107. Caualca. decis. 27.num.39.cum seqq. par.2. Trentacinq. lib.3. variar.resol.tit.de empt.& vendit.resol.14.Hodier.in addit.ad Surd.dec.277.n.11.cum seq.*qui
4 post perfectam conuentionem,vel sine scripto habitam,non esse locum pœnitentiæ, ideò cōcludunt. Id verò absque contradictione accipiendum asseuerat *Capy.Latr. consult.11.to.1. num.6.* si pars pretij arrhæ nomine fuerit so-
5 luta; de perfecta enim venditione tunc constat,vt diximus, & habetur ex *gl.in l.2.ver.recuperare, C.quando liceat ab empt. disced.* vbi etiam *Odofred.& alij.*

In feudis quid dicēdū, sequitur videamus,
6 & cum eod. *Capyc.Latr.n.7.& 8.R.Rouit.sup. prag.10.de feud. R.de Pon.de potest. Proreg.tit. de assen.reg.§.5.nu.30.Ann.alleg.55.* dicimus,
7 eiusdem *pragm.* dispositionem circa scripturas disponentium, & contrahentium super feudis stipulandas infra tres menses à die impetrationis assensus, non vigere quoad tē-
8 poris præfinitionem, non aliter disponente iure communi,vt *Par.de Put.* aduertit *de reintegrat.feud.cap.quando conceduntur,fol.55.* aliterque tamen esse, si rei status mutatio adsit, idē *De Pont.tit.de refut.feud.§.5.n.19. cū seqq.* Quare si factis Minutis,ut dicūt per venditorē
9 steterit quo minus stipularentur,conuentam feudi venditionem perfectam esse, habetur ex *eod.Capy.Latr.*& per S.R.C.decretum in causa inter Horatium de Matthæis ex vna, & D. Io: Baptistam Galianos ex altera ad relationem Consiliarij Io: Baptistæ Migliore.

De venditione officij, & resignatione cun-
10 cta færè doctissimus *Blasius Altimarus* supremo magistratu dignissimus affert *in addit. ad 3.lib.consil. R.Rouit.obseru. ad cons.70. per tot.vbi n.1.2.& 3.*vbi renunciationem,dispo-
11 sitionemq; quamlibet officiorū non esse permittendam sine resignatione in manus domini,siuè expressa, *De Pon.decis.28.nu.11.17.& 21. Amat.cons.14. cum seqq. Montan. de regul. offic.n.59.& seq.* siuè tacita *Larrea allegat.22. Salgad.in labyr.credit.par.1.cap.35.n.21.23.& 26.*habetur ad *text.l.legatus,* vbi *glo. ff.de offic. Praesid.cap.admonet,* & *cap. quod in dubijs de renunc.*,idque in nostro Regno, Hyspanijs,ac
12 in Romana Curia æque in moribus omnium esse ait secūdū *Vasq.de success.vol.1.lib.3.§.30. §.imputari,n.218.cum seq.R.de Pon.cit.dec.28. Geor.in repet.feudal.c.54.n.61.& seq.& 73.& 74.Amat.cons.49.Larr.alleg fiscal.98.num.3.in fin.*

fin.& per tot.Landr. in cap.1. de vassal.decrep. ætat.n.51.fol.356.Montan.de regal.offic. nu.64.
13 Insuper multa ad intellectum, & explicationē *prag.1.& 2.de offic.ad Reg.collat.spectan.* vbi de officijs, quæ ad Regis placitum, siuè Proregis cōferuntur, *cit. Author.* adducit faciētia, ad ea, quæ nos supra *tit.24. cap.1.n.156.* de
14 quantitatibus soluendis Regiæ Curię pro resignationibus, siuè translationibus officiorum de vno in alium, & pro ampliationibus, confirmantur cum *Rouito dec.73. Amicangel.de regal.offic.quæst.10. num.42.* si tamen non im-
15 mineat vacatio, nam eo casu super alienationibus, & ampliationibus assensus non præstatur, *De Luca in tract.de regal.disc.2.n.9.disc.4. sub nu.S. 12. & 13.* ac in Portugallia legem adesse, cuius meminit *Cabed. decis. 24. num.8. lib.2.*, qua cautum est, non valere renuncia-
16 tionem officij, vel assensu roboratam, si renuncians non vixerit triginta diebus post factam renunciationem, habetur apud *cit. Altimar. n.10.* qui & de eo quærit, an, & quando habens facultatem nominandi in officio, si
17 expressè non nominauerit, censeatur venientem ab intestato vocare? de qua re etiam *Stayban.to.1.resol.68.n.1. De Franch.decis.45. n.2. Ann.sing.91. Gratian.discept.forens.c.221. n.8.& seq.& alij.*

Alienationes, seù quoscumque contractus
18 feuda, feudalesque res minuentes, aut commutantes nullam habere firmitatem absque assensu, decernitur *Constit.Regn.constitutionem diuæ memoriæ tit.de reuocat. feudor. ac rer. feudal.*, & ipsis contrahentibus, & alienantibus
19 potestas conceditur iure proprio reuocandi, quæ gesta fuere; estq; apud Nostrates propositio receptissima, assensu concesso super ven-
20 ditione facienda, factam olim venditionem non validari, vt testatur, & probat *Cons. de Rosa consult.23.à nu.5.* citat *Afflict. decis.355. Frec.de subfeud.lib.2.quæst.15.Ann.alleg.36.n. 1. & seq.* vbi decisum refertur, & *sing.4. Camer.in cap.imperialem,fol.54.at.lit.E.& seq.De Franch.dec.105.n.1. De Pon.cons.36.n.7.lib.1. & de potest.Proreg.tit.de regal.imposit. §.7. nu. 26.& dec.6.n.11.Tap.dec.S.C.4.in prin.Rouit. sup.prag.1.n.23.de fid.memor. Theod. alleg.31. n.38.& 39.Capy.Latr.consult.23.nu.67.& 68. & consult.24.n.14.& consult.52.num.59.lib.1. Viscon.conclus.iur.ver.assensus enim Regis versic.hic assensus,Merlin.contro.8. nu.15.* contra-
21 ctus enim, vt assensu roboretur, nedum Principis placitum requirit, sed partium volunta-
22 tem, cumq; nec iste assentiri præsumatur ijs, quæ petita nō fuerunt, *l.1.C.de diuers.rescript. gl.in cap.inter dilectas,§.cæterum de fid.instrum. Rouit.decis.32.num.3.*, & reseruatione assensus
23 partes implicitè declarasse præsumantur, nolle vti assensu impetrato, sed nouum velle impetrare, *Camer.in cap.imperialem,fol.55.lit.Q. Theodor.alleg.30.à n.2.ad 5.* post *Loffred.* aliosque allegatos, à qua propositione, nec *Rouit.* qui contra in eadem causa scripsit *cons.13.* di-
24 scedit; ideò olim impetratus assensus perindè est, ac si nunquam fuisset, nec petitus, nec obtentus, cum actus præter partium intentionem non operetur ad *reg. text. in l.non omnis, ff.si cert.petat.cum similibus.*

Nec tantum fieri locum *cit.Constit. constitu-*
25 *tionem diuæ memoriæ*, circa permissam reuocationem eo casu, quo nullitas contractus adest ob deficientiam assensus non sequuti, vel non registrati intra biennium, ex *Reg. de Pon.de potest.Proreg.tit.7.de assen. Reg.* & alijs percipitur, & vbi assensus non est validus, *Afflict.decis.335. Reg.de Pon.cons.5.n.85.lib.1. Rouit.prag.26.n.25.de feud.Tap.dec.3.n.11.& dec.8.n.12.Amat.cōs.69.n.1.Marcian.cōs.37.* cū nō adesse, & esse nullum, fit idem *Giurb. decis. 55.n.19.* sed etiam vbi post impetratum, ac re-
26 gistratum assensum, laberetur annus ad præstandum iuramentum fidelitatis, quod ligij homagij dicitur, statutus *in prag. 19. de feud.* (nam vt *De Rosa* habet *n.45.& 59.consult.14.*
27 antea vsus Regni, qui inuestituram substulerat, iuramentum quoque fidelitatis aboleuerat) vt habetur ex *De Pon.cons.67.lib.1.Amat. cit.cons.69. Marcian.eod.cons.37.R.Tap. dec.3. De Marin.resol.quotid. cap.123.* ac nouissimè fuit per nostrum S.R.C. determinatum ad relationem Cōsiliarij Brancacij die 4.Iulij 1651. in causa inter D.Iosephum Grecum ex vna, & Tiberium de Iudice ex altera, vt refert *Consil. De Rosa consult.14.in fin.& 15.n.1.* quicquid *Idem à n.19.per 76. cit.consult.14.* (ingenium
28 suum nolens aliorum traditionibus mancipatum habere, cupiens potiùs (vt dixit) libertatem agnoscere, & veritatem à ratione, quàm ab authoritate exquirere, quasi fides sit, non scientia credere authoritati, vbi ratio pugnat in aduersum) attentauerit in contrarium fun-
29 dare; Rationes cur reuocatio permittatur contrahentibus, habentur apud *cit. authores*, & *De Rosa consult.14.n.15.* qui *nu.18.* aliam nouiter excogitauit, quam eam esse con-
30 stat, vt contrahentes possint Regem præuenire, reuocando alienationem, feudi nulliter factam, etiam contra ius feudorum *in tit.de probib.feud.alien. per Loth. & de probib. feud. alien. per Frider.* vetans alienari feudum sine domini consensu, ne caducitas indicta alienantibus sine assensu, etiam in *cap. Imperialem,§ callidis de probib. feud.alien. per Frider. vbi glo.* & communiter omnes, & *And.in cap. 1.de inuest.de re aliena facta*, incurratur, nam
31 per ius Romanum non permittebatur cōtrahentibus alienationem feudi, nulliter factam, reuocare, *l.quemadmodum,C.de agric. & censit. lib.11.* & ità vt ante *constit. constitutionem diuæ memoriæ*, per reuocationem factam à contrahen-

hentibus non excusaretur caducitas in pœnã,
cap.1.de vassal.qui cõtra constit.Loth.Reg.feud.
alien. cap.1. quid iur. sit si post feud. alienat. &
inutilis esset reuocatio eo casu,quo feudi pri-
uatio incurrebatur, *Andr. in cap. Imperialem,*
*n.16.*vbi *Lipar.in addit.*ac in *cap.1.n.2.de con-*
trouer.inter dom.& emptor.& ibid. Lipar. nu.
35.Afflict.in constit. constitutionem diuæ memo-
riæ,n.40.& dec.335.n.11.Geor.alleg.6.n.38.&
seq.Tap. sæpè *cit.decis.3. S.R.C. num.70. Ga-*
leot.controu.66.num.23.& Osasc.dec.67.n.2.3.
& seq.

Satisfacerem per libenter rationibus,à *Cõs.*
de Rosa adductis ad fundandum,nullo modo
32 esse locum reuocationi factæ vẽditionis,quo-
ties iuramentum fidelitatis non est præstitum,
at quoniam eas non obstare,ex *sup.cit.Autho-*
33 *ribus*, contra sentientibus, & ab argumento
sequutæ S.R.C. decisionis,suadetur,breuitati
consulens,id ego facere non curo,non tamen
condamno, quod ex *Par. de Put. de reintegr.*
feud.cap.& iusta fol.27.num.19.Cons.Theodor.
alleg.96.n.21.R.Capyc.Latr.consult.108. n.34.
34 habetur;reuocationem nempè absque publici
instrumenti scriptura non valere, quasi aliter
fraudes vetari nequeant, nec Regi vassallis
innotescere. Verbis enunciatiuis instrumen-
35 ti refutationis feudi, an feudi met venditio
probetur, possitque super refutatione inter-
posito assensu,enunciatum venditionis instru-
mentum validari? habetur *cap. 8. controuers.*
forens.Merlin.cent.2.

Iam verò ad quid teneatur reuocans ven-
ditionem feudi,siuè emptor,siuè venditor sit?
36 videamus:& facta reuocatione contractus te-
neri quidem emptorem rem cum fructibus
restituere; uenditorem verò pretium solutum
cum vsuris, *Gizzarel.decis.29.num.1. Reg. De*
Pon.de potest.Proreg.tit.6.de assens.reg.sup.dote,
§.2.n.2.&seq.Tap.decis.S.R.C.8.num.7.& seq.
Marcia.consl.49.nu.3. Cons.de Rosa consult.14.
num.77.& alij passim testantur per *text.in l.si*
fundus,l.vetere, & l.si prædium, C.de præd.mi-
nor.l.item quod dictum,l.imperator,ff.de in diem
addict.l.facta, l.illud,§.condemnatio,ff.de ædilit.
edic.& id sẽper,quod nullus declaratur cõtra-
ctus, locum habere,dixit *Molfes. ad consuetud.*
Neap.tom.1.par.3.quæst.19.nu.7.& seq. ac *par.*
19.tom.3.quæst.20. num.4. ipsumque interesse
37 ad rationem septem aureorum pro quolibet
centenario taxari consueuisse per S.C.habetur
ex *Capiblan.de Baron.prag.1.n.191.& Thor.in*
compend.decis. ver.fructus; eamq; iuris dispo-
38 sitionem inconcussè recipiendam, siuè reuo-
cet venditor, quod omni prorsus difficultate
caret, siuè emptor, tenet *Marcian.consl.49.* At
Cons.de Rosa consult.14.num.78. & *consult.15.*
à num.9.R.Tap.decis.S.C.8.à nu.1. Præs. Mer-
lin.controu.forens.cent.2.cap.50.nu.39. & seqq.
dicunt, reuocante emptore, inutiliter ab
39 eodem pretium cum interesse prætendi, nam
interesse cum fructibus compensatur, ac tan-
tùm rei, & pretij restitutio fit; disparitatis ra-
tio patet, nam ideò debetur emptori pretium
solutum cum interesse,reuocante venditore,
40 quia culpa ex parte venditoris consideratur,
non autem emptoris, ergo quoties culpa, aut
fraus emptoris intercedit, frustra soluti pre-
tij interesse petitur, vt *Marcian.cit.consl.49. nu.*
18.vers.secundo,& melius,vel inuitus,ait *Mar-*
cian.filius disput.31.nu.4.lib.1. & nouissimè *R.*
De Marin.in obseru.ad decis.498.Reuert.n.2.in
fin. quia nemo debet ex propria culpa, & do-
41 lo commodum reportare *l.apud celsum.§.quæ-*
situm,ff.de dol.mal. & met except.; satisque di-
citur in dolo, & culpa emptor reuocando vẽ-
ditionem, sibi factam, propter interesse rece-
ptionem,& fortiùs cũ reuocatio ex facto pro-
42 prio sequatur, vt *cit.De Rosa* habet etiam ex
Meren.controuer.iur.lib.24.cap.49. à num. 33.
cum seqq. & superior S.C.relata decisio appro-
bauit: vide aliam decisionem relatam à *Cos.*
43 *Hodier.controu.forens.cap.27.num.46.* quæ(vt
idem habet) *cit. decis.8. Tap.* videtur apertè
aduersari. Cæterũ quid seruari debeat, si fru-
44 ctus feudi interesse pretij excederent, & quo-
ties pretium non est solutum?idem *De Rosa*
explicat *consul.15.n.10.& 11.*vbi *De Franch.*
decis.239.n.6.& seq.& tex.in l.cum ea conditio-
*ne, ff.de euict.*allegat;alia habentur *consult.23.*
eiusdem *De Rosa*, vbi circa *fin.*exquiritur, an,
& quando,tàm ante, quàm post factam reuo-
cationem vigore *Constit.cõstitutionem Diuæ me-*
moriæ interesse pretij cum fructibus feudi cõ-
pensetur ad explicationem *cap.83.resolut.quo-*
tid.R.De Marin.lib.2.resol.183. Cons.Stayban.
tom.2. & aliorum; quando verò propter ven-
45 ditionem, & emptionem interesse debeatur,
& quando emptor integros rei venditæ fru-
ctus lucretur explanat *Molfes.to.3.ad Consuet.*
*Neap.par.19.q.21. per tot. & q. 22.*vbi etiam
examinat,& resoluit,quid dicẽdum sit,quan-
46 do alijs ex causis deberi potest interesse,tàm
ante,quàm post litem motam,& sententiam?

Tandem facultatem istam reuocandi feudi
47 alienationem vigore *Constit.cõstitutionem Di-*
uæ memoriæ triginta annorum cursu præscri-
bi, probat *R. De Marin.resolut.lib.1. cap.234.*
eiusque placitum impugnat *De Rosa cit. con-*
sult.23.à num.44. per 61. sed rerum iudicata-
rum authoritas,& vrgentiores rationes, quæ
pro *De Marin.*faciunt eiusdẽ sententiam soli-
diorem reddunt.

Alienam rem posse vendi,non dubitatur ex
apertissima iuris dispositione in *l. rem alienã,*
ff. de contrahen. empt. & affirmant *Monz. in*
tract.de empt. & vendit. tit.de reb.quæ emi, &
vendi possunt,n.10.& seq. Tusc.conclus.122.n.
4.& 5.& *ver.venditio conclus.53.n.1. Mantic.*
de tacit.& ambig.tit.5.num.19. alijq; à *Molfes.*

Nn rela-

relati *par.19.de contrahen.empt. quæst.9.tom.3.*
49 vero tamen domino nil nocere, si eius res ab alio vendatur, tradunt *cit. Author. ex text. l.1. C.de reb.alien.non alien.* vbi *glo.* & *DD.* nam
50 ius suum in re propria saluum est, & vedens emptori tenetur ad interesse, & de euictione *l.si fundum, C. de euict.* & quandoque etiam ad omnia damna, vt ex *cit.Monz.num.12. & seq.Rebel.par.2.de oblig.Iust.lib.9.quæst.18.cit. Molfes.num.11.12.13. & 14.* habetur. Aliter
51 quandoque dicendum in terminis nostræ *Cõsuetudinis*, eiusdem verba, & dispositio suadent; nam cum emptio, & uenditio sine possessione ex parte uenditoris non substineatur, dicendum sequitur, superioribus iuribus non fieri locum quoties possessio tradita non est, nec tradita arrha, quasi nunquam res aliena sit uendita, deficiente altero ex requisitis, per quæ emptio, & uenditio substinetur; hinc est, quod si tradatur possessio, quæ isto casu dice-
52 retur à uero domino sublata, etiã criminaliter huiusmodi alienæ rei uenditor teneatur, saltem ut alienæ rei turbator, siuè usurpator possessionis, & quænam inutilis dicatur pos-
53 sessio habetur ex *Iure Consul. in l. clam possidere, ff.de acquir.possess.et in alleg.* rescripta per *Rouit.pragm.11.de feud.à nu.90.* cæterum om-
54 nia commoda, quæ per captam possessionem recipiuntur, tradidit *Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt.69. nu.22.* aliaque cumulant *DD.* relati à *De Franch.decis.158. num.10.* quibus & istud, quod ex dispositione consuetudinaria redundat, non uereor cumulare.

55 Quod aliàs diximus de exprimendis qualitatibus, & uitijs rei uendendæ in contractu uenditionis, ut possit uenditio substineri, probatur in *l.vnica, vers.planè, ff.de peric. & commod.rei vendit.l.quæritur, §.si venditor, ff. de ædil.edict. cum alijs* multis penès *Surd. cons.13.à num.33.& conf.15.num.15.conf.145. nu.8.cum seqq.conf.150.num.135.* nec sub inuolu-
56 cro uerborum facta expressio sufficat, ut præ cæteris *Molfes.* habet *par.19.tom.3.qu.4.n.11.* iuxta tradita à Nobis supra *tit. 21. cap.*
57 *vnic.num.34.* idque in uenditione mobilium, & se mouentium attendi, non dubitatur. Qua-
58 re uendito animali morboso non ut bono, sed ut dicitur uulgò (*per sacco d'ossa rotte*) adhuc tamen esse locum actioni redhibitoriæ propter compertum uitium in animali, non expressum nominatim, nec aliter patens tempore uenditionis, uoluere *Ciarlin. controuers. forens.tom.1.cap.112. Molfes.ibid.n.12.* alijque ab isto *relati*, & hoc eatenùs uerum esse *Caualc. dec.8.n.1.p.2.* ait, ut si plura simul uendantur
59 animalia, quorum aliqua sint morbosa, & istorum qualitas non sit expressa, adhuc uenditio propter uoluntatis indiuiduitatem annulletur, & non alias respectu animalium morbo non laborantium substineatur, quàm si separatim ista sint uendita, ut *à n.6. per 12.* probatur.

Euictionem quoque esse de natura contra-
60 ctus emptionis, & uenditionis, ac ideò adhuc non promissa, de ea uenditorem teneri, tradidimus *tit.12.cap.2.numer.12.* & dixit *Merlin. controuers.forens.cap.35.n.20.* afferens ex *Surd. dec.223.n.9.* rationem, quia ex *Consuetudine* solet in contractu uenditionis apponi; cõtra-
61 ctusq; uerba cum strictè debeant intelligi, & interpretari *l.quicquid astringendæ, ff. de verb. obligat.l.fideiussores magistratuum, §.pro Aurelio, ff.de fideiussor.*, & non aliter, quàm natura
62 rei exposcat, *l.si stipulatus 4.cir.med.* ubi *Bar. ff.de vsur.l.si legat.serui 56.ff.de legat.1.* ad euictionem de iure obligatum censeri uendito-
63 rem, si nil aliud promisit, dicimus; id enim, quod de iure, & non id, quod de facto uenit censetur in contractibus deductum, *l.si cui, ff. de seruit. Mantic.de tacit. & ambig. lib.2. tit.4. num.79.*

Euictio uerò in genere rei ablatio est ab
64 alio facta, hinc euinci illud dicitur, quod à uictore uicto, seù possessori ab euincente aufertur, ità suadent iura in *l.euicta 16.§.1. l.si pro re pupilli 22.§.fin.l.minor 25.annis 39.l.habere licere 57.l.Herennius 63.l.emptori 67.& alia, ff.de euict.* & probant *Azo in sum. C.de euict.n.1.Iodoc.in prax.ciuil.cap.260.n.27.Pychar.lib.4.instit.tit.17.cap.10.num.121. Pereir.de empt. vendit.cap.31.n.1.Surd.dec.165.n.7. Caballin. de euict.in præfat.n.1.& §.1.n.1.Caluin.in lex. verb.euictio, Brisson.de verb.signif. lib.5. vers. euincere, Mangil.de euict.quæst.1.nu.3. Stayban. resol.112.to.2.nu.2.* & *Conf. De Rosa consult.7. num.26.& 27.* ideò nec ante sententiam, qua,
65 rem à possessore auferendam esse, declaratur, euictioni locum esse, est certum, testantibus *eod.Stayban.resol.185.nu.19.* vel antequàm res
66 ipsa euincatur, *vt nu.32.* & *Thes.decis.85.* ac multum distat euictio ab ipso periculo rei, ut explicat *De Rosa consult.7. nu.28.* ad explicationem *Text.in l.si seruus 21.ff.de euict.& l.1. C.de pericu.& commod.rei vend.* in quo autem
67 differat euictionis de iure promissio, ab euictione de facto, tradidere *Mantic. de tacit. & ambig.lib.2.tit.4.num.69.* & *lib.4.tit.27.nu.43.* alia habentur apud *Tusc.ver.euictio à conclus. 352.vsq; ad 369.* ac etiam apud *Montan. controu.44.* ubi supposito, quod ipsa nominis exi-
68 gibilitas promissa differat ab euictione de iure contra *Beccium cons.105.* examinat, an sit facienda nominis uenditi, cessi, aliterque assignati discussio per creditorem, cui fuit nomen assignatum, an uerò cedens teneatur assignati nominis solutionem procurare? Cæ-
69 terum quid sub ipsa euictionis de iure, & de facto promissione ueniat, & si fiat cum clausula, *in perpetuum, & omni futuro tempore*, etiã pro nomine debitoris cesso, uel in solutum dato,

dato, tractant *De Marin resol.quotid.to.1. cap.*
42.Stayban.resol.190.to.2. Hodier. controu.fo-
rens.lib.1.cap.27.De Rosa cit.consult.7.D Dq;ab
eod.relat., ex quibus habetur, sub promissione
70 euictionis, etiam de facto, non venire exigibi-
litatem, vel saltim ità venire, vt ad futurum
tempus non extendatur, nam verba, *in perpe-*
tuum, & omni futuro tempore, ad tempus refe-
runtur, non ad causas euictionis, vt ex *Rot.*
Roma.apud Cenc.de cens.to.2.dec.476.n.4. Ru-
ginel.pract.quaest.c.31.n.44.Marascot.variar.re-
sol.lib.2.cap.19.n.42.& 47.Mangil.de euict.qu.
152.n.29.& 30.Gratian.discept.forens. tom.2.
cap.205.n.5.Gusman.de euict.qu.19.num.10.&
seq.Peregrin.con.93.lib.1.& alijs probat *cit. de*
71 *Rosa à n.66.*; euictio enim pro causa de prae-
terito datur, non de futuro, ità vt perfecta
72 venditione omne periculum in emptorem
transferatur, non obstante euictionis obliga-
tione, §.*cum autem 3. instit.de empt. & vendit.*
vbi *Pichar. l.si quis 26. C. de euict.* cuius ista
sunt verba, *Si quis tibi seruum vendidit post quā*
is rebus humanis exemptus est (cum euictionis
73 *periculum finitum sit) à te conueniri non potest;*
ac ideò promittens euictionem ex alia causa non
obligatur: ad explicationem *text. in l.si nomen,*
ff.de hered.& act. vendita, alia dixit *cit. Mon-*
tan.contro.45. examinans an, & quando talis
74 *textus* dispositio limitetur fauore dotis in
vtroque casu scientiae, & ignorantiae viri, cui
75 nomen fuit in dote assignatum, & tàm si
fuerit aestimatum, quàm si inaestimatum con-
signatum fuerit ad explicationem eorum, quę
habentur ex *Paul. de Castr.in l.Mauia post nu.*
4.ff.sol.matrim.& Bar.ibid.Angel.in l.pupilli, §.
soror.ff.de solut.De Franch.dec.108.post num.3.
Barbos.in l.aestimatis, n.11.in fin. vers. infertur
etiam, ff.solut.matrim. Thesaur. decis.202. alio-
76 rumque; euictione verò sequuta nominis, as-
signati in satisfactionem debiti, olim contra-
cti, an creditor anteriorem à die contractae
antiquę obligationis habent hypothecā, an ve-
rò posteriorē à die sequutae euictionis? expla-
nāt *De Mesa var.resol.à c.36.per 46.Thesaur.*
quaest.forens.lib.2.q.88.& Mastril.dec.189.n.17.
De euictione non teneri illum, qui ratione
77 sui officij contrahit, regulariter est verum,
si tamen dolus contrahentis non intercesse-
rit; id tamen optimè explanat *Merlin.contro-*
uers.forens.cent.2.cap.76. vbi quando tutor, &
curator, adhuc minus sollemniter contrahen-
tes, teneantur? traditur, de quo etiam *Mangil.*
de euict.q.188.n.24. illum ideò consulas, prout
78 & *cap.67.* de articulo, an emptionis instrumē-
tum simulatè de persona ad personam gestum
allegari fas sit, nisi venditor simulationis, &
fraudis particeps probetur ex praecedenti tra-
ctatu; & an sit verum, vtilem vindicationem
competere in subsidium illi, ex cuius pecunia,
alieno tamen nomine res empta? constat.

TITVLVS TRIGESIMVS PRIMVS

De Ripa, vel Efrico.

CAPVT VNICVM.

Consuetudinis, Si duarum, explicatio.

De praesumpto plurium terrarum ripae dominio, eoq; aliquando specificè probando. De nonnullis possessionis commodis, ac de Officialium praecedentia, & quando possessionis captae tempus, vel potiùs priuilegij data attendatur? De Doctoribus, qui libros composuere, Aduocatis Neapolitanae, ac Romanae Curiae, alijsque non examinandis etiam si examen à lege, vel statuto requiratur. De Retentione, eiusque effectibus, & quando eidem fiat locus?

SVMMARIVM.

Dispositio Consuetudinis, Si duarum, *pertinet ad materiam finium regundorum, num.1. & explicatur n.2.3.4.& 11.*

Consuetudo aliqua non scripta circa constructionem parietis vsque ad planum, traditur n.5.

Possessione ripae an valeat ius domini fundari? nu.6. 16.& 17.

Possessio consuetudinaria aequiualet instrumento, nu. 7.& possessor ideò manutenendus, nu.8.& 12.

Titulus redundat è possessione immemorabili,n.9.
Nonnulla de possessione centenaria in feudis remissiuè,n.10.
Onus probandi intentionem suam transfertur in eum,qui se opponit possessioni,n.14.15.& 18.
Commoda possessionis multa,n.19.
Per possessionem ius aliquod constituitur in re possessa ad beneficium possidentis,n.20.
Hæres non repellit legatarium possidentem,reuocato testamento, n.21.
Reuocatio testamenti quando censeatur facta? n.22. & 23.
Fructus consumpti bona fide nō repetūtur,n.24. & quid in iudicio rei vindicationis, n.25.& 26.
Possessor pignoris, qui pignus reddidit meliorem, habet retentionem, n.27.
In officijs, & dignitatibus quando possessio potius, quàm data priuilegij attendatur?n.28.29.30. 31.& 32.quando primò nominatus præferendus?num.33.
Vniuersa materia præcedentiæ affertur remissiuè, num.34.
Spectabilis Reg. D.Iacobus Capycius Galeota Illustris Dux S.Angeli *laudatur,n.35.*
Doctor, qui libros composuit debet cæteris præferri,nu.36. nec debet examinari si ad officium promouetur,n.37.
Aduocati Neapolitanorum Tribunalium,ac Curię Romanæ non sunt examinandi ob magnam eorum virtutem,& sufficientiam,num.38. & 39. prout cæteri Doctores approbati ab Vniuersitatibus,& Collegijs,nu.40.
Aduocati Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis non examinantur,si ad officia promouentur,n.41.
Probationes dubiæ non admittantur contra possidentes,n.42.
In causa admissionum ad honores Sedilium, quæ probationes requirantur?n.43.44.& 45.
Possessori competit retentio,n.46.
Retentio an competat hæredi,qui hæreditatis non est adeptus actualem possessionem?n.47.
Hæres recipiendo affictum bonorum hæreditariorum,an sibi præiudicet in possessione? n.48.
Retentio quando competat? traditur. nu.49.50.51. 52.53.54.55.& 56.

1 AD materiam Finium Regūdorum pertinent,quæ hîc habentur,Ripam enim plurium terrarum,ad superiorem terram, nisi aliter dicendum esse constet per fi-
2 nales terminos, vel per instrumenta, dicitur pertinere,idq; ex *l.penult.ff.de flum.*,& in *l.Titius hæres,ff.de act.empt.*& *l.prædijs,§.Titius, ff. de leg.3.* probari voluit *Napod.in 1.glos. nu.1.*;
3 summitatem enim Riparum cedere habentibus terram summatim coniunctam,habetur in primo *textu* cum de natura agrorum sit, vt in
4 inferior superiori seruiat,*Camil.Saler.in apost. incip.in text.ibi*, nam ex superiori agro decurrit ad inferiorem pinguedo, & grauatus in vno debet in altero releuari, vt in *l.1.§.deniq; ff.de aq. plu. arcen.* dicitur; ac rectè per instrumenta quicquid iuris quilibet habet in terra probādū esse, cęteris iuribus declaratur;
5 hinc est, vt *Cōsuetudo* nō scripta,de qua testatur *Steph.de Caie.hîc in apost.incip.in textu*,circa constructionem parietis vsque ad planum, seù plenum orti superioris communibus expensis illius domini,ac domini fundi inferioris, videatur conformis huius scriptæ *consuetudinis* dispositioni,cum videatur rectè cōcludēdū,seruitutem ipsā ad hoc vsq; extēdendā.

Quæritur, an possessione Ripæ quandoque
6 valeat ius ad beneficium domini inferioris fūdi absque scriptura probari? hanc quæstionem resoluit *Afflict. decis.239.* vbi concludit in terminis Statuti nostri nō aliter, quàm immemorabili possessione ius in Ripa,vel Efrico
7 probari, nam huiusmodi possessio æquiualet instrumēto,à *Consuetudine* requisito,at de alia secus dicēdum cū *Innoc.in c.nouit de iudic.* & *in cap.super quibusdam, §. præterea de verb. signif. Bald.in l.1.ff.de emancip. liberor. relat. ab eod. Afflict. in fin.* conferunt tradita per *Marcian.dispu.65.n.14.27.& 32. De Franch.decis.*
8 *56.n.4.* qui dicunt manutenendos huiusmodi possessores, etiam si ius resistat; quin etiam
9 ex possessione immemorabili tituli præsumptionem redundare,dixit in *consult. 2. tom.1. Capyc.Latr.* per *DD.*quos allegat *n.20.*cū antiqua possessio vim legis obtineat, *Idem dec. 191.n.10.*quando vero talis præsumptio, alia præsumptione,aut probatione tollatur? habetur in *dec.18.De Pon.nu.15.*& de centenaria
10 possessione in feudis agunt *R. Tap.decis.supr, Ital.sen.2.n.364.*& *DD. ab eod.relat.*, ac ideò concluditur possessorem Ripæ condemnandū ad restitutionem domino terræ superioris nō obstante possessione viginti annorum domini terræ inferioris, & ratio est secundum *Vrsil. ibid.*quia possessio,& dominium in dominum terræ superioris censentur per *Consuetudinem* translata,ac ità, vt eidem competat interdictū recuperandæ possessionis, *Cassane. ad Consuet. Burgun.de succes.rubr.7.fol.221. Tiraq.alijque relat.ab eod.Vrsil.*qui *n.4. in fin.* decisionem S.R.C.de anno 1559.huic municipali iuri cōformem affert; quænam verò sit immemorabilis, & quomodo differat à cētenaria,tradit *De Pon. dec.28.n.12.*

Infertur tamen, tradita in iudicio plenario
11 veritate comprobari, nō autem in summario possessorij,nam satis est,aliquem possidere, vt
12 valeat interim manuteneri *De Franch. decis. 210.n.4.Cap.Latr.consult.66.n.3.*ac *decis.101.* vbi quando possessorio, & petitorio simul cumulatis agi possit? ideòq; dato termino in
13 causa si possesio ipsa valido titulo non confirmetur cōtra dominum fūdi superioris, erit eidem restituēda;cū onus probādi translatum
14 sit in actorē, qui alterius possessionem infringere vult *l.1.*& *l.fin. C.de probat.* & *l.qui accusare,C.de eden.Montan contro.80.n.8.*cū ex ratio-

tione adducta per *cit.Marcian.ead.disp.65.nu.* 14.,dicatur isto casu in possessorem ipsũ translatum, *Marcian.ibid.*;satis enim dicitur habe-
15 re intentionem fundatam ille,cui iuris dispositio assistit, ac ideò possessori probandi onus incumbit, *cap.cum personę,ver.quod si talis*, & *c.1.de præscript.in 6.DD.*in *l.sollemnibus, Cod. de fid.instrum.Bar.Tiraquel.Alciat.abeod.Marcia.relat.*,pariterq;si de possessione in persona domini inferioris terræ controuertatur, semper dominus superioris fundi conseruabitur
16 in possessione Ripæ,quasi præsumptus titulus *consuetudinarius* ad conseruationem sufficiat, *Cap.Latr.consult.66.n.7.* præcipuè dum reme-
17 dium recuperandæ non fuit intentatum, vt ex traditis per *Ann.alleg.*84.quicquid aliter de hac re credat *Couar.pract.quæst.c.17.sub n.6.*p dispositionẽ *text.in c.cũ personæ de priuil. in 6.*
18 Cęterum quãdo possessio releuet possidẽtem ab onere probandi,explicat idem *De Franch. decis.596.nu.7.&* 8.ad intellectum,*l.non ignorat,C.qui accusa.non poss.*

His positis,aliqua & Nos tradamus de cõ-
19 modis possessionis,quę multa esse,percipitur & *Amen.ad dec.43.De Frãch.n.4.Prat.disc.fore. to.1.n.36.& alijs* ad *text.in §.cõmodum instit.de de interdic.* & viginti quatuor *à Menoch. præsumpt.69.lib.6.*triginta sex à *Capagn.in c.Regn. frequẽs in auribus*,& quinquaginta à *Maran.in tract.de remed. possessor.fol.210. cũ seq. R.Tap. lib.3.iur.regn.in rubr.de in integr. restit. nu.22.* numerãtur teste *Rouit.cons.32.n.7.lib.2.*:Dici-
20 mus ergo possessori ius aliquod in re possessa cõstitutũ dici ad *tex.in l.2.ff.vti possid.*,ac ideò in pari causa potior dicitur possidentis cõditio, *Fachin,contr.lib.4.c.8.lit.D. Barry.de success.lib.10.n.33.in fin.*& adeò vt *Bart. in l.militis 37.§.veteranus,ff.de milit.testam.* affirmauerit, post reuocationem factam à testatore
21 olim conditi testamenti, si ex eodem reuocato testamento legatarius possideat, hæredem rem legatã petentem repelli, vt obseruat *Marcian.disput.61.nu.19.cir.med.to.2.*vbi ad explicationem *l.sancimus,C.de testam.l.militis, §.veteranus,ff.de milit.testam.*& *l.si iure, ff. de leg.3.* statuitur,& explanatur vniuersa fęrè testamẽ-
22 tariæ reuocationis materia,& cõcluditur,per simplicem reuocationem, coram septem testi-
23 bus declaratam,non reuocari testamentum antea factũ, nisi aliũ sibi fecerit testator hæredẽ, vel effluxerit decẽnium à die cõditi testamenti ad illũ factæ reuocationis, diuersumq; iuris dogma quoad legata,& fideicommissa ex *DD.*placitis deduci; ac dispositio *l. diuus, ff.de milit.testam.* dispungitur *n.* 23.

Fructus rei possessæ, bona fide consumpti
24 non repetuntur ad *text.in l.1.§.cum prædium, ff.de pignor.*,cum vtilis seruiana isto casu repetenti non competat *Marcia.disput.58.to.2. nu.* 42. quicquid fit in iudicio rei vindicationis
25 post litem constatam,vel conclusionem factã in causa,iuxta tradita per *Capyc.Latr.dec.63.* & *Afflict.dec.59.*ac etiam *cit.Marc.num.44.&* 45.& quamquã id, quod diximus bonæ fidei potiùs, quàm possessionis beneficio videatur tribuendum,cum bona fides multas quoq;pariat vtilitates,& adeò vt de ipsa pecunia bona fide consumpta dixerint *DD.*cum *Molfes.p.4. de success.ab intest.q.26.qu.16. Monta. de regal. argent.n.* . . & alij, eam nõ esse restituendam, quin exactam à creditore, vel in actione personali,non reuocari per creditores hypoteca-
26 rios affirmauere *Ludouis.dec.44.nu.4. Afflict. dec.190. Capy.dec.78.*ad quod vide etiã *Thesaur.quæst.forens.16.lib.2. Fõtanel.de pact.to.2. claus.5.gl.8.p.7.De Luc.ad dec.385.De Frãch.* idq; etiam si aliqualiter bonæ fidei ab effectu dicatur redundare, non tamen prorsus alienum à commodo possessionis dici debet.

Possessor pignoris,qui idem meliorem reddidit, valet pignoris pretium creditori offer-
27 re,etsi minus credito fuerit *De Franch. decis.* 38.& est *Bar.*doctrina in *l.2.C.de præd. naut.* ac sequitur *Barbo.in l.diuortio,§.fin.p.2.n.27.*

In officijs possessionẽ potius,quã datã pri-
28 uilegij attendi,Nonnulli docuere,ac ideò præcedẽtiam illi,qui prius cepit possidere,tribuẽdã in cõcursu, vt *Surgen.Neap.illustr.c.27.nu.40.Cassan.in catal.glo.mun.p.4.consid.l.17. Veral.dec.Ro.Rom.36.par.2.Sansel.decis.269. Cabed.dec.3.n.4.& 5.& dec.5. Tap.dec.supr.Ital. cons.21.nu.19.R.Constan.in l.1. C.de consul.lib. 12.n.26.*& alij apud quos non paucę numerãtur decisiones, quibus est conformis illa, de qua *Capy.Latr.decis.154.tom.3.* in causa inter Marchionẽ S. Luciti ex vna, & Marchionem Olineti ex altera; veriorem tamen contrariam
29 sentẽtiam alij sunt arbitrati, inter quos *Prat. disc.ept.forens.c.49.to.1.à n.30.* qui multos suæ sentẽtiæ adhærẽtes cumulat *Authores n.35.*ac quãplurimas pro eadem affert decisiones, *Larath.cõs.87.*qui & alias refert,proùt etiã *Thor. in compen.p.1.ver.pracedere an debeat*, & est videre apud *cit.Capy.Lat.à n.1.per 21.*& *DD. ab eod.relat.*quid tamẽ iuris sit statuẽdum, ex ijsdẽ putamus inferri,nam facilè eorũ placitis
30 probatur distinctio, qua datã priuilegij attẽdendam,vbi exequutionis gratiæ, ac ministerij personæ, cui est à Principe indultum est opus; possessioni verò insistẽdũ,si Officialis ministerium, & opus requiratur, ac ipsum officij exercitium ab aliqua extrinseca sollemnitate dependeat, vt in *cons.15.Molfes.to.2.*probatur vbi alia, ad eãdẽ rẽ faciẽtia, tradũtur,& apud *Conf.Ari.de Mesa var.resol.lib.3.c.41. n.28. & 29.*ad *Tex.l.sed & milites,§.quæsitũ.ff.de excusat.tutor.l.2.C.vt dignit.ord. seruet. lib.2.* apud
31 quem etiã *n.30.*habetur quid dicendũ si possessio capi nequiuit propter impedimentũ in regijs obsequijs? & ad confirmationem libet adducere,quæ ex *Marci.disput.47.to.1.per tot.* habentur,probante latè,hypothecam in bonis ad-

32 administratorũ dari Fisco,& pupillo nõ antea quàm possessio eidẽ tradita sit, & cœperit administrare,nõ verò à die datæ priuilegij,quasi antea non valeat legitimus administrator dici, & ità decisum refert *in fin.* Cęterũ quando
33 primò nominatus eodem tẽpore electos præcedat,vel primò doctoratus, sit cæteris posteà doctoratis præferendus, item actu exercens officiũ debeat præferri in cõcursu alterius,qui prius eadẽ fuit adeptus dignitatẽ, quã postea deposuit,& quicquid pertinet ad materiã prę-
34 cedendi, tàm inter Officiales, quã inter Magnates, quos vulgò dicimus Titulatos,exploratissimè apud *Tap.cit.dec.*21.*sup.Ital.sen.*habetur,& alia tradidit *Prat.4.t.discept.for.c.*39. occasione litis ortę pro præcedẽtia inter Spectab.q.R.Frãciscum Antoniũ Muscettulam,ac
35 Spectab.D.R.Iacobũ Capycium Galeotam Illustr.Ducem S.Angeli semper laudibus extollẽdum propter maximã eius integritatem,doctrinam, præstantiã, ac sãguinis claritatem;ac etiam *pract.obser.*75.*per tot.*vbi inter eos eius-
36 dem facultatis, qui ad officia promoueri efflagitat,illum præferendũ dicit,qui libros cõposuit,eosque maximè commendat; probans insuper *resp.* 30. inter *crim. respon.* Officiales
37 huiusmodi nõ supponi dispositioni *prag.* 23. *tit.de official. & quæ ijs probiben.*, qua mandatur esse prius examini subijciendos illos, qui ad officia promouẽtur, ac per cõsequens non esse examinãdos,quasi nil vltra sit perquirẽdũ de sufficiẽtia electi post quã in scriptis enituit eius doctrina,vt etiam ex *Nouar.tom.1.de grauam.vassallor.grauam.*191.*nu.*3. habetur,quod
38 etiã ad Aduocatos nostrorũTribunalium,qui libros nõ edidere, extendendum insinuat *cit. Prat.*cum ex qualitate personarũ legũ dispositio soleat variare, *Afflict.dec.*13.& maxima sit nostrorũ Tribunalium doctrina Aduocatorũ, & experiẽtia,idq;nõ vereor de Aduocatis Ro-
39 manæ Vrbis affirmare fretus authoritate *Augusti.Barbo.de offic.& potest. Episc. tit.3. De Patriarch.Sed.erect.cap.1.nu.*14.qui de cæteris quibuscũq; Doctoribus orbis respectu illorũ, qui Romæ sunt,idẽ dicit,quod de fluminibus quibusq; terræ respectu maris, in quo cõfundũtur,est verum, quod æq; experientia quotidiana cõfirmat,& peritorum Iuris Cõsultorũ, tantæ Vrbis doctrina, & de quocumq; noto-
40 riè idoneo nõ examinãdo,& de graduatis,ac abVniuersitatibus Doctoribus approbatis dicit *Ventrigl.in prax.for.Ecclesiast.annotat.*43.§. *vnic.n.*36.citat *cap.qui Episcopus,* & ibi *glo.*2. 23.*distin.cap.nullus* 24.*distin.Felin.in c. fin. nu.* 28.*de præsumpt.*ac *Rebuff.in pract.benefic.tit.de rescript.in for.pauper.pro grauat.n.3.& 4. Bellet.disquis.cleri.par.1.de discip.cleri.* §.5. *nu.*40. Quare nostræ Fidelifs. Ciuitatis Aduocatos
41 ordinarios, & extraordinarios non esse examinãdos,receptissimum est apud Nostrorum.

Aduersus possidentẽ,seù quasi,dubias probationes, seù ex coniecturis redundãtes regu-
42 lariter nõ admitti,probat ex *Menoch. de præsumpt.lib.6.præsũp.*15.*n.*47.*et* 48.*Dec.cõs.*321. *n.*5.6.& 7.alijsq; *Mõtan.contro.*80.*nu.*9.& 11. allegat *text.in l.quidam,* iuncta *glo.in fin. ff.de probat.*nã probationes requirũtur concludẽtes aduersus posidẽtem ex parte actoris, cũ aliàs absolui debeat *c. ex litteris extra de probat.* & *c.cum partium iura de reg.iur.in 6.*cũ alijs allegatis per *Dec.cit.cõs.*321.*n.*7.*Paris.cõs.*51. *n.*7. *Alciat.in l.prõnũciatio,ver.nepotes,et ver.agnatorũ cir.fin.ff.de verb.signif. Bal.cons.*180. *lib.*3. *Castren.cõs.*134.*col.*1.*lib.*1. *Ias.in l.neq; professio,C.de testam.*ac cõmunem hãc esse opinionẽ, scribit *Mascar.de probat.lib.2.cõclus.*786.*nu.*4. Quid verò sit dicẽdũ de eadem re in materia
43 nobilitatis pro admissione ad honores Sedilium?habetur ex *Fab.Ann.cons.*88.*et* 110.vide etiam *Fran.de Petr.cons.*40. vbi nobilitatis, si-
44 uè patritiatus iura, quibus cõiuncti gaudent ad cęteros de familia, vel collaterales extendi
45 probat;aliaq;de allectione ad Sedilia afferuntur, eundemq; *cons.*31.agentem de armorum, siuè insignium origine,& præstantia, & qualitate,ac de penis, quibus plebei nobilium insignia vsurpantes, affici debeant, ac tandem de quæstione vtrum directi domini arma in re ad emphyteusim concessa valeant affigi?cõsulas.

Retẽtionem cõpetere possessori est explora-
46 tum in iure,& probatur in *l.cõmuni diuidũdo,* §.*inter eos,ff.cõmun.diuidun.*& à *Socci. cõs.*224. *vol.*2.*De Franch.dec.*527.*n.*11. & latiùs *decis.* 134.& 138.vbi etiam fuit res meliorata, *Seraphin.dec.*758.*n.*4.*Capy.Lat.dec.*25.*n.*11.ac *dec.* 137. *lib.* 2. vbi multa ad idem afferuntur, &
47 examinatur, an competat hæredi, qui actualẽ possessionẽ non est adeptus bonorũ hæreditariorum, quæ Iudicis decreto sequestrata fuerunt?& an recipiendo hæres bona hæreditaria
48 in affictum sibi præiudicet in possessione? alia de retentione permissa quãdoq; habẽtur *col-*
49 *lect.*191.*Ricc.*ad explicationem *l.non inducta, C.in quib.casi.pign.vel hypoth.tacit.cõtrahat.* eã primò limitando cum *Ludouis.dec.*109.in muliere dotem repetente,pro qua limitatione vi-
50 deas *Reg.Tap.dec.*42. & *Gram.cons.ciuil.*114. aliosq;.Secundò in re exequuta vigore decreti etiam nulli propter hypothecã *Ann. alleg.*80. Tertiò pro meliorationibus *Capy. decis.*17. & *De Franch.dec.*38.& 112. Quartò,pro credi-
51 to eiusdem personæ, quæ fuit alias condẽnata ad soluendum in terminis *decis. Capy.*119.
52 Quintò,pro credito vitæ militię in cõdemnato ad restituendum feudum, *Idem Capy.decis.*
53 11. Sextò,cõmentariẽsi pro debito carcerati, *Guid.Pap.decis.*448. Septimò, in scriptore pro
54 debita mercede super scriptis, *Surd. decis.*50.
55 Octauò, quoties non datur actio ad petendũ in terminis *decis.*89.*Capy.*& tandem vendito-
56 ri super re vendita, si non fuit integrè sibi solutum pretium.

T I-

TITVLVS TRIGESIMVS SECVNDVS; ET VLTIMVS DE

In integrum restitutione minorum.

CAPVT PRIMVM.

Consuetudinis, Pupillus, explicatio.

De non restituendis pupillis læsis antequam Abocatoris,Tutorisq;,cum authoritate cuius contraxit, nomen discutiatur; de requisitis sollemnitatibus in alienatione bonorum Minorum, & Vniuersitatum: de mulieribus perMunualdos læsis,restituendis. De restitutione in integrũ aduersus sententiam,celebratos contractus, ac etiam in iudicijs Minoribus,Pupillis, Ecclesiæ, alijsque priuilegiatis,& non priuilegiatis,ac mulieribus nuptis, & non nuptis quandoque concedenda, etiam ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*; De priuilegiatis,ac miserabilibus personis, & quænam sint, & an senis decrepitus, vidua, & malè nupta mulier inter eas connumerẽtur,& an,& quãdo per restitutionem petitam decretorum exequutio impediatur? De primo, & secundo beneficio,& quò tempore peti valeãt, quibusque ex causis, & in quonam iudicio? De Appellatione, Reclamatione,Recursu,Reuisione,& Reductione ad arbitrium boni viri, & an, & quando à decretis M.C.V. ad S.R.C.valeat appellari,vel ne?& an appellatio censeatur quandoque denegata propter demandatam decreti exequutionem. De nullitatibus proponendis, & an absque deposito discutiantur si aduersus laudum fuerint propositæ.



SVM-

SVMMARIVM.

Dispositio Consuetudinis, Pupillus, *traditur n.1. & an distet à iure commune? n.2.3.& 4.*

Tutor, & Abocator, an differant? n.5.

Requisita alienationum bonorum pupilli afferũtur, n.6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. & Vniuersitatum, n.19. 20. 22. & 23.

Mulieres Longobardorum iure viuentium restituuntur, si fuerũt læsæ per Munualdi factum, & aliorum, n.24. & 25.

Disparitas inter mulieres læsas, & pupillos notatur, n.26. 27. & 28.

Restitutio aduersus sententiam quibusnam competat? n.29. 30. 31. & 63.

Mulieres, & alij, quando valeant in iudicio restitui, n.32. 33. & 34.

Beneficia quibusnam competant? nu.35. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. & 45.

Miserabiles personæ, quæ nam dicantur? dicitur nu. 46. 47. & 48.

Seni decrepito, & infirmo, non autem valido competere beneficia probatur, nu.49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. & 59.

Mulier habet beneficia propter sexus imbecillitatem, n.60. etiam malè nupta, & vidua, nu.61. & 62.

Beneficia quando sint concedenda? dicitur n.64. & 67. & quid in minore post maiorem ætatem? n.68. 69. 70. & 71.

Mulieribus olim consuetum imponere, vt beneficia peterent, & non alijs, num. 65. & quomodo num.66.

Beneficia non dantur in iudicio liquidationis, sed quandoque aliter, n.72.

Pragm.16. de ordine iudic. *an æqualiter comprehendat actorem, & reum? n.73. 74. 75. 76. & 77. ac tertium ad iudicium venientem, n.81. 82. 83. & Fiscum, n.84.*

Terminus ad petenda beneficia, an currat reclamatione interposita? n.78. 79. & 80.

Beneficia, an valeant peti post restaurationem instantiæ? n.86.

Instantia quanto temporis lapsu perimatur? dicitur n.87. & 88. & an perimatur in S.C. vel Reg. Cam.? num. 89. & quoties possit restaurari, num.91.

Causa videtur ex eisdem actis in S.C. post desertam appellationem, n.90.

Beneficia quoties dari possint? n.36. 92. 93. 94. 95. & 100.

Beneficia non dantur in causa repulsæ, num.96. & 97. & quid in causa summaria? n.98.

Restitutio non concedenda aduersus probationes Minori, qui ætatis veniam impetrauit, n.101. & 102.

Terminus beneficiorum affertur, n.103.

Nominationes in termino beneficiorum, an fieri valeant? n.104. & 105.

Pœna imponitur petentibus beneficia, nec probantibus, n.106.

Beneficijs renunciari nequit, n.107. & 108.

Restitutio aduersus sententiam quibusnam, & quibus ex causis concedenda? n.37. 38. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. & 117.

Quomodo differat restitutio aduersus sententiam à beneficijs, n.119.

Maioribus quandoque competunt beneficia, & quando? n.118. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. & 131.

Minor, & maior æquiparantur circa restitutionem vtrisque competentem ex clausula generali, n.129.

Restitutio ex clausula generali dicitur subsidiarium remedium, num.130. & an competat aduersus præscriptionem? n.132.

Sententia S.R.C. an, & quando post petitam restitutionem valeat exequi? num.133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. & 140.

Appellatio, reuisio, & recursus, an concedãtur condemnato, non appellanti ex propria culpa? n.141.

Reductio ad arbitrium boni viri, quid importet? num.142.

Decreta M.C.V. diffinitiua quando sint exequutioni demandanda? nu.143. 144. 145. 146. 147. 148. & 149.

Appellari an possit ad S.C. à decretis M.C.V. continentibus summam ducatorum centum quinquaginta, vel minorem? num.150. 151. 153. & 155.

Appellatio, & reclamatio de pari procedunt, num.152.

Præstantia S.R.C. & R.C., ac Supremi Collateralis Consilij recensetur, n.154.

Decreta M.C.V. in iudicio assistentiæ demandantur exequutioni, nu.156. sed ab ipsis appellatur, num.157.

Dominus D. Fœlix Vlloa, & Lanzina Regiam Cancellariam Regens, ac Præsidens S.R.C. *laudatur, n.158.*

D. Martini de Pimento Comitis de Legardo Regij Consiliarij *laudes recensentur, n.159.*

Pragm.73. §.3. de offic. S.R.C. *dispositio non seruatur, n.160.*

Pauperes non tenentur facere depositum pro nullitatibus propositis aduersus sententias, n.161.

Nullitates proponi valent aduersus laudum, absq; deposito, n.162. & quare n.163.

1 HAbes hic *consuetudinariam* dispositionem de pupillo cum Tutoris, & Abocatoris authoritate contrahente, in qua disponitur, non antea quàm discutiatur Tutoris, Abocatorisq; nomen, ac non soluendo inueniatur, *Recursum contra eum, cum quo con-*

contrahit, einsq; haredem, vel alium habentem causam ab ipso contrahente cum pupillo, conce-
2 di læso; (pupillo enim huic non licere fine læsione de Tutore, Curatore, vel de eo, cum quo contraxit, conqueri, dixit *Napod. hic ver. non habeat, num. 7.* ad text. in *l. non videtur, ff. de in integr. restit. l. verum, §. sciendum, ff. de minor. & l. 1.* vbi *glo. C. de magi. conue. cum concordan.*) & per illa verba, *proût iura communia permit-*
3 *tunt*, quæ in ista *Consuetudine* habentur, nil cõtra iuris communis regulas in reliquo prouisum fuisse suadetur, teste *Napodan. ver. permittunt, n. 9.* qui ea iuxta dispositionem *l. 1. C. de præd. minor.* explicanda arbitratur; quin &
4 discussionem ipsam, de qua hic, etiam à iure communi in *l. 1. C. de magi. conuent.* vbi *glo. in excussis*, demandatam fuisse, dixit *ver. discussio num. 7.* vide tamen *Marcia. consl. 45. num. 15. 16. & 17.* qui ad interpretationem *l. fin. C. si Tut. vel Curat. interuene.* contra *Bart.* sententiam defendit, minori electionem competere agendi contra tutorem remedio ordinario, vel in integrum restitutionis auxilium implorandi, idque attendendum tàm in contractibus, quàm in iudicijs, & tàm si Tutor, vel Curator sit diues, quàm si pauper, quàm etiam si talis sit, cui reuerentia per pupillum debeatur, contra *Sforz. de restit. quæst. 22. artic. 4. sub num. 30.* & contra tutorem probandum, ex parte eiusdem dolum, vel culpam intercessisse in damnum minoris, vt valeat teneri, dicit *n. 15. in fin.* cum *Curt. iun. in l. si ex falsis, C. de transact.* quiduè inter Tutorem, & Abocatorem
5 intersit, idem *Napod.* explanat *ver. contrahit num. 2. & ver. Abocator num. 6.* duplicem statuens inter eos diuersitatem principalem, ac Curatorem ad certum, determinatumque actum constitutũ in ipso Abocatore designãs.

De requisitis sollemnitatibus in alienatio-
6 ne bonorum minorum agitur hic in *apost. incip. minor ver. octo, & in alia incip. qua requirantur*, apud *Afflict. decis. 249.* vbi *Vrsil. à num. 1. per 15.* alia notatu digna subdentem *ad fin. & in Constit. Regn. minorum iura num. 24. & Marcian. disput. 71. tom. 2.* ac octo
7 numerantur apud eosdem, & alios, quarum
8 prima est, vt vrgens causa ad alienandum cõpellat, *l. ob æs, C. de præd. minor. l. magis puto, §. ne passim, ff. de reb. eor.*, secunda vt tale sit debi-
9 tum, quòd ex mobilium pretio non possit exsolui, *cit. l. magis puto, §. non passim*, ac *§. in pri-*
10 *mis*; tertia, vt prædicta Iudici sint notaquar-
11 ta, vt ea potiùs vendatur res, quæ minus prodest minori; quinta, vt ea res vendatur, cuius
12 pretium debito, pro quo vendi debet, respondet *l. et si fine, §. 1. ff. de minor. ac cit. §. nõ passim*,
13 nam ad Iudicis officium pertinet, *in primis hoc excutere, an aliundè pecunia possit ad extenuandum æs alienum expediri*; sexta, vt Tutoris
14 intercedat authoritas, *l. neq; & l. eũ qui, C. de*

author. tut. & instit. eod. tit. per tot. & authoritas
15 liquidò debet cõstare per ipsam tutelæ collationem, *Bar. in l. legitimos, ff. de legit. tutor.*, ac per adimplementum, de quo in *l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tutor.* septima, vt Iudi-
16 cis authoritas per eiusdem decretum interueniat iuxta dispositionem *l. 1. ff. de reb. cor. l. lex, quæ tutores, C. de admi. tutor. l. si pupillorũ, §. 1. ff. eod.* ac notatur in *l. cum lex, ff. de fideiuss. l. ob æs, C. de præd. minor.* etsi quandoque talis
17 decreti sollennitas possit subsequi alienationem, & omitti, vt *De Franch. dec. 6.* habetur, si res minoris pretio communiter extimato vendatur, *Bal. in l. cum sit adiecta 6. C. de magistr. conuenien. lit. G.* vbi *Adden.* maximè si
18 æstimator publica sit persona; octaua, vt precedentibus subhastationibus fiat distractio, *l. si fine, §. 1. iunct. glo. & ibi. Bar. ff. de minor. Specul. de empt. & vendit. §. nunc dicendum, vers. si igitur tutor, & alij*: sollemnitates requisitæ in ven-
19 ditionibus rerum immobilium siue annuorũ introituum Vniuersitatum habentur apud *Conf. Stayban. resolut. forens. 38. tom. 1.* vbi de
20 alijs requisitis ad validam inducendam obligationem propter venditionem annuorum introituum, tactam à Tutore, vt redditus prestatio valeat obtineri ab ipso pupillo, siuè eius hærede, ac de non probanda reali numera-
21 tione pecuniæ per assertionem Notarij, dicẽtis, *qui habuit, & recepit*, nec addidit, *coram ipso Notario, & testibus pecuniam numeratam fuisse*; ad eiusdem verò intellectum, & ex-
22 plicationem libet adnotare; decreto Regiæ Iunctæ erectę ad decernendam validitatem, siuè inualiditatem obligationum olim nomine Vniuersitatum huius Regni contractarum, fuisse statutum die 18. Martij 1614. ex tribus requisitis, vt nempè constet pecuniæ versio in vtilitatem Vniuersitatis, vel eiusdem ordine sit distracta, vel vt diu tertiarum fuerit continuata solutio, vnam tantùm liquidò constare, sufficere ad inducendam efficacem Vniuersitatis obligationem, proût ex documento authentico in processu inter Vniuersitatem Sancti Cypriani ex vna, & Nicolaum aliosque de Pisapia ex altera, fol. 76. lit. A. in Banca Falui pro Viuo patet, & sufficere ad probandas
23 sollemnitates, & requisita in alienationibus bonorum pupilli decretum enunciatiuam, probat *Merlin. controuers. forens. cent. 2. cap. 74.*

Quod hic disponitur in pupillo, fuit respe-
24 ctu mulierum Longobardorum, seù Francorũ iure viuentium, dum per negligentiam, vel fraudem Mundualdorum, seù Procuratorum suorum enormiter læsæ probantur, constitutũ in *Constit. Regn. obscuritatem de in integr. restit.*
25 *mulier.*, nam eas restituendas esse, declaratur, dum *aduersus Mundualdos, vel Procuratores, si fortè non sint soluendo, indemnes seruari non possunt*, vt explicant *De Iser. & Afflict. sup. ead.*

Oo eisq;

eisq, etiam per simplicitatem errantibus, ac
26 damnum incurrētibus succurritur,sed quoad hoc inter pupillos,& mulieres disparitas constituitur manifesta,nam illi etiam aduersus la-
27 tam sententiam restituuntur;istis verò tantū in litis exordio,& exercitio succurritur,vt per *glo.in ead.Constit.& Iser.* ac *Afflict.num.3.* de-
28 claratur; loquitur enim ista *Constitutio* de restitutione illa, quam Nos Beneficia appellamus, iuxta id, quod communiter receptum fuit, habeturque in *pragm.52.56.& 62. de offic.S.R.C.* ac in *pragm.1.& 4.num.26.de dilat. in pragm.11.de ord.iudic.in pragm. vnic. de instan. cauf. non restaur.* & percipitur ex *Afflict.* placito in *cit.Const.mulieribus de restit.mulier. num.4.* & in *Constit.Regn. obscuritatem de in integr.restitut.mulier.num.3. & 29.* ac *dec.35.*
29 & aduersus sententiam illis tantum casibus mulieribus, quæ minores non sunt decem, & octo annis cōpetit restitutio, in quibus ceteris maioribus non denegatur, vt ex multis probat *cit.Afflict.in ead.Constit. obscuritatem num.4.* idem probat *Stayban.resol.155.à n.23.* concludens cum *Gratian. discept.forens.c.158. num.28.in fin.vers.quare,& decis.219.nu.1. & 2.& num.9. cum seqq.* non tantùm mulieribus
30 aduersus sententiam denegari restitutionem, sed & pro omissis probationibus si ius commune attendatur, quicquid aliter dixerit *Af-*
31 *flict.decis.216.* & quando mulieres,alijq; va-
32 leant in iudicio restitui?habetur ex *ead. Afflict.in cit.Constit. mulieribus*, qui allegat *text. in l.scio,ff.de restit.in integr.l.minoribus, C.de in integr.restit.l.nam & postea,§.si minor, ff.de iur. iuran.cap.constitutus extra de restit.in integr. ex Castil.decis.30.num.15. Mastrill.decis.34. num. 15.Rouit. conf.32. tom.2. num.6.* alijsque,con-
33 cludentibus pro modico præiudicio restitutionem modicè læsis non competere,& voluere etiam *Rolan.à Vall.conf.10.vol.4.Sfor.Odd. de restit.in integr. qu. 89. art.7. num.58.* prout
34 non competere restitutionem eo casu, quo æquitas illam concedendam esse, non suadeat *l.nec vtilem,*& ibi *Bar.in prin. ff.ex quib. caus. maior.* etsi beneficia de iure nostri Regni concedi consueuisse priuilegiatis personis,etiam vbi læsio non probatur,quasi ex lapsu termini ad probandum legitimè arguatur, dixerint *Rouit.sup.pragm.11.de ord.iudic. nu.25.* & *Capyc.Latr.decis.91.num.3. tom.1.*

Positis istis,aliqua, de quibus conuenit vi-
35 deamus,& quidē sūt explicāda;primò,quibus nam restitutiones illæ, quas Beneficia appellamus,competant in iudicio,& quando? Secundò, quoties dari possint. Tertio, quando, & quibus restitutio aduersus sententiam, con-
36 tractus, aliosque actus, quibusuè ex causis concedatur? ac tandem de nonnullis priuile-
37 gijs minoribus, Fisco, Ecclesiæ, Vniuersitati, alijsq; priuilegiatis personis competentibus.

Et ad primum ex iam traditis patet re-
38 sponsio; nam non modo minoribus, Fisco, Vniuersitati,Ecclesiæ,quos æquiparari in omnibus,docet *Carleual.de iudic.tom.2. disput.1. lib.1.tit.3.num.10.* ex *Iodoco Damhouder. in enchirid.pari.& simil.iur.verbo Ecclesia, verbo Fiscus,& verbo Respublica,* primam,& secundam restitutionem competere constat, prouti de minore pupillo,& Fisco sensere *Afflict.in cit. Constit.obscuritatem, num.33. & decis.210. Merlin.controuers.forens.tom.2.c.52.n.6. & 34.*
39 & omnes:pro Vniuersitate, imò & pro Sedili quodam,quod pars Vniuersitatis est,videntur facere *consil.32.& 33. Reg.Rouit.lib.2.* ex eisdem beneficia,& restitutiones denegata fuisse
40 in causa admissionis ad Sedilium honores per rationes *ibid.*deductas appareat,Conuenit dispositio *l.Respublica,C.ex quib.caus.maior.*& *l.Rempublicam,C.de iur.Reipubl.lib.11. cum concord.* ac *Constit.Regn.Beneficium de restitut, Reipublicæ,* & optimè facit *decis.Gizzarel.21. à num.7.* vbi examinatur, an quælibet Vniuersitas iure minoris, an verò maioris restituen-
41 da sit?Pro Ecclesia faciunt tradita per *Beninter.decis.85.Capel.Tholos.decis.54.Mastril.dec. 110.Imbrian.in tract.de 1.& 2. benef.consider. 4.* habeturque in *cap.1.de restitut. in integr.* & apud *cit.Merlin.ibid.* & faciunt,quę per *Thor.* asseruntur *2.par. compen. ver. beneficia an sint concedenda,*vbi de beneficijs concedendis Abbati pro causa suæ Abbatiæ, & huiusmodi
42 priuilegium restitutionis petendę, etiam ad Confraternitates laicorum extendendum,placuit *Reg.Rouit.sup.pragm.11.de ord.iudic.num. 28.*ex *Cabed.decis.Lusitan.51.par.1.*ac etiam
43 ad Seminarium, cum locus pius rectè valeat appellari; voluit *Nouar.quæst.forens.par.1. qu. 31.num.5.* & iterum ad dictam *cap.1.de restit. in integr.singul.1.*& *Ricc.in prax.resol.416.t.1.*
44 verum & quibuscumque priuilegiatis,ac miserabilibus personis, *Capyc.Latr.decis.91. in princ.tom.1.& decis.136.num.1. lib.2.* alijque,
45 miserabiles verò personæ quæ nam diiudicari debeant Iudicis arbitrio relinquendum, traditur à *Bart.in l.1.C.quand.Imper.inter pupill.& vid.* qui concordantes allegat, *Rebuff. alijsq; relat.* à *De Franch. decis.608. num.7.* ac à *Menoch.de arbitr.lib.2.cas.66. num.1. & 13.* qui ea de ratione impugnantur à *Merlin. cit. cap.52.num.26.per seqq.* ac *cent.1.cap.69.num. 17.* quia,cum in *sup.cit.l.1.C.quando Imperat.*
46 inter miserabiles connumerantur tantùm pupilli,viduæ,& diuturno morbo defaticati,& cū priuilegia stricti iuris dicantur,non possunt ultra casus, & personas speciali priuilegio à lege, uel homine munitas, extendi,ut *DD. in cap.P.& G. de offic.deleg.* & *Giron. de priuileg. num.867.* quoque dixerunt. Alia habentur ad
47 intellectum *cit.l.vnic.C.quando Imper.Constit. Regn.statuimus, & Rit.M.C.V.230.* de priui-
le-

legio eligendi forum in *dec.*134.*Sanfelic.to.*1.
48 an competat minori puberi,& quisnam propriè pupillus dicatur? discutitur, ac S.R.C. determinatione firmatur.

Dè senibus ideò nõ leuis est cõtrouersia, an
49 beneficia possint habere? nã vt infirmi,& læsi corpore habẽtur in *l.Ciuitatib.*125.*ff.de leg.*1. ibi, *Hoc amplius, quod in alimẽta ætatis infirmæ, puta senioribus*, & *in authe.de quæstore*, §.*si verò aliqui noluerint*, ibi, *læsos autem, aut læsas corpore, aut canitie graues*, & Bonifacius Octauus *senectutem incurabili morbo,& perpetuo impedimento* æquiparat in *cap.*1.§.*si autem Episcopus de Cler.ægrotan.in* 6. quin non modo cor-
50 pore, sed animo quoque infirmos haberi senes, ac proindè inter miserabiles connumerandos, dixit *Gabriel Velasc.in tract. de priuileg.miserabil.person.par.*3.*quæst.*18.*num.*13. allegatis ad idem probandum post alios *De Franch.*, *Paschal.*, & *Nouar.* ex nostris, nec in cõgruum videtur *Isern.*placitũ in *Cõstit.Regn. statuimus ver. miserabilium, vers.item Clericus cir.fin.de offic.magist.Iustit.* dũ *Azonem* sequu-
51 tus, in priuilegio electionis fori miserabilibus tributo, senes, & infirmos comprehendi docet, sequuntur *Afflict. decis.* 257. *Rebuff. ad Constit.Gall.lib.*1.*tit.de sent.prouis.artic.*3.*glos. vlt.vers.decimo senes, Trentacinq.variar.resol. lib.*2.*tit.de citat.cap.*2.*num.*31.*vol.*1.*Viui.decis.* 65.*num.*4.*lib.*1. *Mauson. de caus.exequut.lib.*1. *limit.*13.*num.*10.& facit *Barz.decis.*73.*nu.*55. & *seq.* vbi sub statuto huic simili concedente
52 restitutionem miserabilibus, itá senem comprehendi mulierem, vt pauperem, & mirabiliter prosunt, quę allegauit *Marcian.disputat.* 19.*tom.*1.*à num.*7. ad probandum viduæ seni,
53 & decrepitæ restitutionem in integrum competere aduersus sententiam propter omissam ab eius Procuratore reclamationem, prout obtinuit etiam in gradu reclamationis in S.R.C. ac etiam post nullitates propositas, & discussas ad relationem *Cons. de Mesa, vt ex eod.* habetur *lib.*3.*variar.cap.*44.*nu.*19. & 21.
54 quod & ad viduam diuitem extendit *Stayb. resol.*155.*à nu.*57.& citat *De Franch.dec.*100. *Thes. decis.* 177. *num.*2. & *alios*, ad idem firmandum confert authoritas *Coccin. decis.* 330.quem affert *Rouit.sup.pragm.*1. *de minor.*
55 *num.*22. & si aliter respondendum suadeant, quæ *cit.de Mesa* scripsit de vidua diuite *n.*20. accedit, quia sicuti propter sexus imbecillitatem etiam nuptis mulieribus primum, & se-
56 cundum beneficium iure nostri Regni suppeditantur in ipso iudicij exercitio, *Rouit. super pragm.*1.*de minor.num.*22. *Capyc.Latr. dec.*91. *tom.*1.*num.*2.ac *decis.*136.*to.*2.*n.*1. *Ricc.collect.* 186.vbi multi numerantur casus, quibus restitutio venit concedenda, itá seni propter ætatis ingrauescentis defectum denegari non debet, quidnè dicendum in sene septuagena-
57 rio, etiam si non sit decrepitæ ætatis? habetur apud *De Mesa variar.resol.in addit. ad cap.*44. *n.*21.*in fin.lib.*3.*fol.*597.

Istis tamen, alijsque, quæ possent ad idem adduci, non obstantibus, contrarium ne dum
58 apertissimis iuribus, rationibus, ac rerum aliàs decisione comprobatarum argumento, verùm communi *Doctorum* placito firmauit *Merlin.cit.contro.*52.*centur.*2.*à num.*7.optimè concludens, omnia, quæ tradidimus in sene repuerascente, ac Bulgaro simile, quem *Odofred.* adeò ad puerilem sensum redactum dixit, ut cum pueris ad puluerem luderet, vel aliter infirmo, non autem robusto, & sagace veritate comprobari, vt quoque testantur *Muscatel.in prax.par.*6.*glo.priuilegiata n.*6. *Cachera.dec.*123.*in princ.De Franch.decis.*608.*nu.*5. *Paschal.de vir.patr.potest. par.*2.*cap.*2. *nu.*104. *Viscon.in suis conclus. iur. ver.senes decrepiti*, *Thor.in compen.decis.par.*1. *ver.seni decrepito*, *Nouar.in prax.elect.& variat.for.sect.*1.*nu.*20. *n.*7. & alij apud *cit.Merlin.à nu.*34. qui etiam *Sfor.Odd.* placitum *de restitut. in integr. par.*2. *quæst.*80.*art.*10.*num.*110.ac *quæst.*3.*artic.*3.*nu.* 12.*Mauson.de caus.exequut.lib.*1.*limit.*13.*num.* 14.*Imbrian.de* 1.& 2.*benefic.consider.*5.*n.*170. & 171. in hoc sensu explicat, ac recipiendum dicit, plerisque in contrarium adductis satisfacit,& de eo non amplius esse locum di-
59 sputationi asseuerat: nec ex eo, quia senes electionis fori priuilegio gaudẽt, necessariò inde debet inferri, eisdem censeri facultatem tributam beneficia petendi; nam imbecillitas in valido sene non adest, vt in quacunque muliere propter sexum, fortiùs cum facultas eli-
60 gendi forum ab ipsa petendi restitutionem facultate differat, nam vidua, quæ potest fo-
61 rum eligere,& variare, vt ex *cit. l.*1. *C. quando*
62 *Imperat.* habetur, prout etiam malè nupta, vt probat *Nouar.quæst.forens.to.*1.*cap.*160.*per tot.* & *Stayban.resol.*155. *à num.*71. adhuc ta-
63 men controuertitur, an restitutionem aduersus sententiam possit habere? per *DD.* quos allegat *Nouar.de elect.for.quæst.*16.*num.*2. *in fin.ver.vnde videtur*, & si idem *Sforz. Odd. de restit.in integr.par.*1.*quæst.*10.*art.*6.*n.*34. *Merlin.controuers.forens.& cit.Stayban. à num.* 45. affirmatiuè responderint, & itá decisum per Collaterale Consilium testatur *Tasson. de anteph.ver.*3.*obseru.*3.*n.*115.& *ver.potest*, quem allegat *Thor.in* 3.*par.compen.sect.*3. *ver. restitutio in integrum aduersus,&c.*

Maxima olim fuit contentio inter Pru-
64 dentes nostros de eo, an post conclusum in causa, eaque introducta, Beneficia ad pinguius probandum legitimè peti possint? nam *Præs. De Franch.decis.*261.*num.*9.& 10.negantium partem substinet, eiq, adhæret *Stayban.tom.*2. *resol.*191.*nom.*102.& 103.*Rouit.super pragm.* 52.*de offic.S.R.C. num.*2. ac in *pragm.*11. *de*

 ord.

ord.iudic. num.29. qui hanc sententiam veriorem suaderi verbis *pragm.63.§.7. Eccetto se la causa sarà stata referita,& c.tit.de offic.procur. Cæsar.* dicit, ac in eandem iuisse *Afflict. in cit.Constit.obscuritatem,quæst.9 nu.13.*& *Carauit.rit.71.num.6. & rit.* 296. affirmat iuxta decisionem relatam à *De Angel.in addit.ad decis.21.Gizzarel.in fin. num.1.* Pro affirmatiua verò faciunt tradita à *Masul. ad Capyc. decis.209.decis Minad.15.Thesaur. dec.33.*item alia decisio,cuius meminit *cit.Rouit.sup. ead. prag. 11. de ordin. iudic.*, qua decretum fuit,beneficia esse concedenda,nedum causa introducta, verùm & decisa, ac mandato de parendo ex-
65 pedito; ideòque tantùm mulieribus imponi posse, vt beneficia petant, habetur ex *decis.110.Capy.dec.79.n.6. & 12.Cap.Latr.* & *Rouit.in ead.prag.11. de ordin. iudic. num.139.* qui hanc decisionem in viridi obseruantia semper fuisse, dicit; cum minoribus idem imponi nequeat ex eo, quia nec spontè sua valent beneficijs renunciare, nam ex ipso renunciationis actu læsio redundat, *l. interdum 20.*& *l.si iudex 41.ff.de minor.*& *DD.*quos refert *Gizzarel.decis.21.num.2. & 3.*hoc tamen non obstare decretum Iudicis,nisi clausulam
66 contineat, *Aliàs via censeatur preclusa ad petendum beneficia*, probat, & decisum refert *Gizzarel.ibid.*

Verùm hæc quæstio fuit regia determi-
67 natione,de qua in *pragm.16.de ordin.iudic.*dirempta sub die 27. Maij 1621. fuit enim decretum, esse primum beneficium petendum infra triginta dies à facta in causa publicatione,& intimata numerandos,ac secundum beneficium infra alios triginta dies,numerandos à die lapsus triginta dierum,concessorum ad petendum primum beneficium; quòd si in causa publicationem fieri non sit necesse, primum beneficium peti debere infra triginta dies à die factæ,& intimatæ conclusionis in causa,& secundum beneficium infra alios triginta dies numerandos ab eorum lapsu,prout dixere etiam *Rouit super ead,pragm.De Angel. in addit.ad cit.decis.21.Gizzarel.num.2.& sup. cit.Capyc. Latr.* & omnes.

Quidue dicendum,si beneficia petita non
68 fuerit pro minore,qui postea factus maior ea petierit,tanquam minori competentia per dispositionem *l.minor,*vbi *DD.*passim *l.nam, & postea,§.si maior,ff.de iur.iuran.cap.aud tis, & cap.coram de restit.in integr.* infra quadriennii statutum ad id in *l.fin.*vbi *glo. ver.excipiat, C. de restit.in integr.*& *l.fin.C.de tempor. in integr.*
69 *restit.*, computandum tamen à die scientiæ iuxta *Bald.* doctrinam in *l.falsam,num.3.C.si ex fals.caus.Castren.in l.fin.C.de dolo, Abb.in cap.1.in fin. de præscript. Alex. cons.71. col.fin. lib.1.*& *cons.223.lib.2. Dec.cons.42.in fin.vers. nec obstat,*& *cons.303.num.7.Caualcan.de tutor. num.142.cum seq. Becc.cons.12. num.16. Surd. cons.176.num.13.vol.4. Sforz.Odd. de restitut. in integr.quæst.20.art.4.nu.37. & 39. Boer.decis.39.num.4. Tiraquel. de retract. lignag.§.35. glo.4.num.4. Afflict.dec.329.Peregrin.cons.103. num.58.lib.3.*& confirmauit *Marcian. cons.45. nu.3.*tanquam vndequaq; absolutum,& absq; controuersia?Videri potest apud *cit. Marcian.*
70 vbi haud esse deneganda in hoc casu beneficia,probat,& per S.C.decretum, refert.

Et an per termini lapsum, in *pragm.* statuti
71 ad beneficia petendum, dicatur ità via præclusa ad nouam petitionem ipsorum, vt amplius peri nequeant, vel in alio termino? examinat *Marcian.disput.19.tom.1.num.3.* & concludit pro negatiua,referens ideò per S.C.decretum die 28.Septembris 1949.in causa Portiæ de Coruis,quo eidem Portiæ fuit secundũ beneficium datum in iudicio liquidationis,nã etsi beneficia in causa liquidationis non esse
72 cõcedenda, communiter sit receptum per rationem *tex.in l.1.& 2.& fin.C.si sæp.in integr. restitut.postulet.*ne plures restitutiones dentur; tamen dantur quoties in primo termino non fuerunt cõcessa, *Afflict.dec.35.& 114.*& *Marcian.ibi.num.2.*

Adhuc tamen de pluribus altercari sæpius
73 contingit in terminis eiusdem *pragm.* & primò verum dispositio *regia pragm.*ità respectu actoris vigeat,vt respectu rei conuenti procedere non dubitatur, & adeò,vt vterque dicatur per lapsum bimestri temporis à publicatione, siuè conclusione exclusus à beneficiorũ petitione?*Thor.*enim in *2.par.compen. ver. beneficia,siuè restitutiones in integrum fol. 44.* refert decisionem S.C.ad relationem *Cons.Marciani* factam, qua respectu rei conuenti, non autem actoris, cui non competit tempus ad beneficia petenda statutum, regiam *pragmat.* procedere, fuit declaratum in causa Ioannis Antonij della Grotta,cum Aloysio de Aloys, fuit enim *pragm.*ad tollendas dilationes emanata, vt ex eiusdem verbis,*Perche vna delle cause, per le quali tanto si dilatano le liti in questo Regno,procede dal modo, che fin'hora si è osseruato di dimandare, e concedersi i termini ad probandum per via di restitutione, che si dice, primo, e secondo beneficio, &c.* cumq; reorum
74 sit fugere; actoris verò apud Iudicem instare pro causæ expeditione *Speculat. tit. de contuma.§.2.n.2. Rota dec.2.n.4.de sequestrat. possess. & fruct. in nou. Io: De Deo in prax. Aduocat. lib.1.cap.8. De Angel.ibid. num.4. Capyc.Latr, dec.91.num.10.& dec.136.num.9.*ac ideò reus fugitiuus nuncupatur in *l.properandum, §. & siquidem,C.de iudic.* eadem non concurrente ratione legis quoad actorem,non videtur pro
75 eodem ipsa legis dispositio constituta, *l.in omni, ff.de adopt.*

At his aliter per idem S. C. decisum cernitur

76 tur apud *cit.Capy. Latr.* ac decretum etiam
respectu actoris terminum à *pragm.*statutum,
77 currere; actor enim, & reus ad imparia iudi-
cari nequeunt, *l.fin.C.de fruct.& lit. expens.* &
quod vni non licet alteri competere non po-
test, *cap.nō licet actori de reg.iur.in 6.*vbi *DD.*
l.non debet 42. ff.de reg. iur. & vtriusque causa
de pari procedit *cap.2. de mutu. petit. Gabriel.*
commun.opin.to.3.tit.de clausf.conclus.1.num.66.
Valasc.consult.25. cum dicantur correlatiui,vt
optimè exornat *Capyc.Latr.cit. decis.91. n.12.*
qui decisioni relatæ à *Tho.* alijsq; ab eodem
adductis,satisfacit vtrobique.

Secundò,an terminus à *pragm.*statutus cur-
78 rat post reclamationem interpositam,ac ideò
succumbens in reclamatione, adhuc in cursu
termini succubuisse censeatur ad *Text. in l.*
contra maiores,C.de inoffic.testam. & tradita in
decis.327. De Franch. num.3. & 4.; nam pro
79 negatiua institit in S.C.Hospitale Sanctissimi
Nominis Domini Ciuitatis Cauæ in anno
1622.per ea,quæ *Curt.Bald.Paris.ad Bar.in*
ead.l.contra maiores, Idem Bald. in l. qui testa-
mento 40.aliàs 37.ff.de excusat.tutor.nu.4.& in
l.quandiu 68.aliàs 69.in fin. ff.de acquir.hered.
fuit tamen in contrarium decisum ad relatio-
nem Regentis *Rouit.*vt *Idem* testatur in *eadem*
*pragm.16.de ordin.iudic.num.5.*qui allegatis in
80 contrarium etiam satisfacit *num. 6.* Bonum
itaque erit idem,quod respectu repulsæ habe-
tur ex *eod.Rouit sup.pragm.11 de ordin. iudic.*
num. 22. ac *num.44.Capy. decis.157.* respectu
beneficiorum seruare,per reseruationem enim
seù petitionem beneficiorum, in termino fa-
ctam,ius partium conseruatur illæsum,& ideò
proposita quæstio potest ista cessare.

Tertiò,an dispositio eiusdem *pragm.*Tertio
81 in iudicium venienti obstet, ità vt eiusdem
dispositio quoad termini præfinitionem ad
petendum beneficia seruanda sit respectu il-
lius (Tertio enim venienti competere benefi-
cia,habetur ex *Rouit.sup.pragm.11.de ord. iu-*
dit.num.30.& sup.pragm.16.eod.tit.num.8.Im-
bria. de 1.& 2.benef.consid.3.Afflict.decis.213.
alijsq; quod extenditur etiam ad Authorem
laudatum in *decis.115. Afflict. num.4.* iuxta
tradita in *c.1.& cap.auditis de restit. in integr.*
per *Couar.pract.quæst.cap.14.num.2.*post *glo.in*
l.si parentes,ver.ex persona,C.de euict. Guttier.
pract.quæst.lib.1.quæst.66.relat.à Calà de restit.
in integr.quæst.33.num.42. dummodò tamen
82 non fuerit principalibus concessa eo tempo-
re,quo tertius cōparet,idem *Rouit.ibid.Giurb.*
dec.1.Ann.consf.98.Gail obseru.71. in fin. lib.1.
quibus & cōterunt tradita per *Montan.contro.*
79. in qua decisum fuisse,constat,eadem alijs-
que de rationibus fuisse denegata beneficia
Illustri Duci Magdaloni petenti, etsi benefi-
83 ciorum terminus eidem non fuisset notifica-
tus; etsi aliter dicendum suadeant tradita in
decis.40.Gizzarel.nu.15.& 16.)& affirmatiuè
respondet *Rouit.cit.pragm.16. nu.8.* citat *Gut-*
tier.lib.1.qu.66.in fin.Fab.Anu.consf.97.num.7.
84 & alios,idque etiam in Fisco attendi,subdens
secundum *Aretin.in l.si mercedem, §. habitato-*
ribus, ff.de act.empt.Tiraquel. de leg.connubial.
glo.8.num.175. Lambertegn.de contract. ad fin.
num.95.& seq.Peregrin.de iur.fisc.lib.5.tit.1. n.
*38.*quod optimè probatur apud *Thor. in 2.p.*
compen.ver.beneficium primum,& secundum,
vbi conformis huic sententiæ decisio S.C. re-
85 fertur:Cæterum quando Tertius veniens in
iudicium,siuè minor, siuè maior sit, vel priui-
legiatus quilibet,debeat ex integro audiri,vel
potius in terminis, in quibus reperitur causa,
constat ex ijsdem *cit.Rouit.& Gizzarel.* ac ex
eod.Rouit.decis.1. Merlin.lib.1.controuers.c.30.
alijsq; passim.

Quartò, an post insufflationem spiritus vi-
86 tæ Beneficia concedi debeant? & pro affirma-
tiua decisum refert idem *Thor.* in causa inter
Ciuitatem Surrenti ex vna, & Ciuitatem Mas-
sæ Lubrensis ex altera per ea, quæ in eadem
causa allegauit *Fuluius Lanar.* ab illo rescri-
pta, vbi *sup. ver. beneficium primum*; quando
autem perimatur instantia ex *l. properandum*,
*C.de iudic.*habetur, ac *in l.fin. C. vt infra cer-*
tum temp. criminal. quæst. termin. vbi habetur,
87 criminales causas biennio concludi; ciuilium
88 verò motas non vltra triennium post litem
89 contestatam esse protrahēdas;& an in S.R.C.
vel in R.C.S. instantia per lapsum triennij pe-
reat,& quando? habetur in *dec.68.Capy.Latr.*
lib.1.& dec.123.lib.2. Carleual.de Iudic.tom.1.
*disput.2. quæst.7. num.993.*vbi pro negatiua,
præcipuè si facta fuerit monitio ad dicēdum,
qua instantiam perpetuari dixerunt *Pisanel.ad*
Afflict.decis.283.De Franch.decis.642. Capyc.
decis.109.De Pon.consf.142.vol.2. Capyc.Latr.
iisd. decis.68. & 123. prout nec currere fatalia
in S.C.ex multis probat *Galeo.lib.1.controuers.*
Illustr.19.nu.15. quin post desertam appella-
90 tionem si ad S. C. appelletur, antequam ap-
pellatio declaretur deserta, causam ibidem
reuideri ex eisdem tamen actis, testatur *Cara-*
uit.sup. rit. 260.num.3.& 4. Cæterum ter tan-
91 tùm posse instantiam restaurari, & non vltra
habetur apud *Gram.decis.69.*

Ad secundum patet responsio ex traditis à
Capyc. Latr. decis.79. & alijs; Beneficia enim
92 sunt vtrique parti litiganti communia, & ità
reo, vt actori, nec alter,postquam petijt,valet
93 in damnum alterius ea renunciare, *De Fran-*
ch.decis.269.Rouit.sup.prag.11. de ordin. iudic.
94 *num.27.*& maior vtitur beneficijs,minoribus
concessis,*De Franch.& Rouit. ibid.* prout de
quocumque termino dixerunt *Carauit. rit.*
*92.num.1.*per *text.in l.petendæ, C.de tempor.in*
integr.restit.& Scagl.in rit.73.num.2. & in spe-
cie nostra *Afflict.decis.98.num.3. Thor.in com-*
pen.

*pen.ver.beneficium petitum tom.2.*cumq; quilibet priuilegiatus ea petere valeat,quandoque etiam quatuor dari Beneficia in causa,concludendum sequitur,si vterque litigans sit priuilegiatus, & nil in contrarium refragatur dispositio *reg.pragm.8. in prætermiss.de dilat.* §.1. quæ non videtur circa Beneficia disposuisse,
95 vel adeò de ista in integrum restitutione dixisse,vt tantùm in eo casu,quo plures litis cõsortes idem ius fouent, ab vno olim propositum, attendatur,cui *pragm.* dispositioni confert,quod è *Magon, decis. Luccen.68. & Polidor,Rip.obseru.*300. habetur, & *in resol.55.nu.* 53.*&* 54.1.*tom.resol.Stayban.* sed an dari de-
96 beant in causa repulsæ? habetur ex *Rouit.sup. pragm.11.de ord.indic.nu.20. De Franch. decis.* 421.*num.7.Molin.de Hispan.primogen.lib.3. c.* 13.*num.66.Ferrer.in obseru.Cathal.par.1. cap.* 476.*Afflict.in constit.obscuritatem,num.9.* con-
97 cludentibus,nõ restitui minores ad pinguius probandam in causa repulsæ, ac per conse-
98 quens,nec beneficia eis cõcedi,quidue dicẽdũ sit in causa summaria?habetur ex *Thor. 2.par. compen. ver. beneficium primum, fol. 47. col.2. cir.fin.Capyc.decis.13. Ann.cons.84.nu.11. Couar.pract.quæst.cap.13.Rouit.in pragm.11. de ordin.iudic.num.3. Innocen. in cap.coram extr. de offic.deleg.Molin.de Hisp.primogen.lib.3.cap.*
99 13.*num.6.& 63.* vbi quid dicendum, si de irreparabili damno non agatur? & quando
100 priuilegiata persona non priuilegiatæ successit?habetur ex *Thor.2.par.compen.ver.beneficium an concedi*, qui annuens traditis *in dec.* 212. *Afflict. cum eod.* pro negatiua concludit, aliamque refert decisionem, & restitutionem
101 aduersus læsionem, quam passus est minor, qui veniam ætatis impetrauit ex defectu probationis in iudicio, tàm si contingat ante, quàm post exibitas in iudicio litteras veniæ
102 ætatis, non concedendam,cum à die obtentæ veniæ restitutio denegetur, asseuerant *Calà de restitut,in integr.minor.denegan.infr.cit. q.33. num.45.Fontanel.de pact.to.1.claus.3.glo.3. nu.* 60 *p tex.& glo.in l.. C.de iis,qui ven.ætat.impetrauer. Gomez. variar. tom. 2. cap. de minor. num.12.*

De termino beneficiorũ agit *Rouit.sup. cit. pragm.11.de ord.indic.num.31.32.& 33.* con-
103 cludens pro veritate,terminum primi beneficij medietatem esse primi termini in causa principaliter dati, ac terminum secundi esse medietatem termini primi beneficij,ac ità esse tunc, & olim quoque omnium in moribus fuisse,quicquid aliter dicatur in *decis.124.Afflict.* quam videtur approbare *D. Hieronym. Calà de restit.in integr.minor.denegan.qu.33.nu.* 4.citans *Auendan.respons.21.n.3.Guttier.lib.1. pract.quæst.69.per tot.* ad fundandum, admit-
104 tendas nominationes in termino beneficiorum, quod & si verum sit, cum ex *eod. Rouit.* deducatur,non valet indè, quod ijdem *Afflict.*
105 & *Calà* mallent de congruente termino nominationum Iudicis arbitrio decernendo, inferri, vt *Rouit.* habet, cum de termino nominationum disposuerint *pragm. 3. de dilat. & pragm.7. de ordin. indic.* vbi congruens terminus statuitur.

Contra petentes Beneficia, vel repulsam
106 olim dispositione *reg. pragm.1. de procurat.* fuit statuta pœna ducatorum duodecim, si eis non vterentur; nunc verò per *sup.cit. prag.8.de dilat.* §.6.*in prætermiss.*est aucta pęna ad aureos nummos viginti quatuor; hinc praxis quædam inualuit renunciandi beneficia, & repulsam re integra ante litis contestationem, sicq; tollitur incursus ad pœnam.At quæritur pos-
107 sit ne petitum beneficium renunciari in prę iudicium alterius partis, ad cuius fauorem post beneficij petionem dicitur ius constitutũ ad pinguius in eodem termino probandum; & hanc quæstionem examinat, & resoluit *Thor.in compen.par.2. beneficium petitum*, ac
108 decisionem S.C.affert,qua declaratum extitit,fore litis consorti beneficia concedenda etiam post sententiam, cuius exequutionem mandatum fuit suspendendam fore, conferũt, quæ diximus *sup. num.* . & tradita ab *Afflict. in constit.obscuritatem,quæst.10.nu.16.*affertur que ad confirmationem paritas in appellatio-
109 ne, qua interposita non est locus renunciationi in præiudicium collitigantis, *l.1.C.si vn. ex plur.Afflict.decis.173.num.4. Surd.dec.143. num.4.Crauet.cons.30.num.10. R.De Pon.cons. 6.num.7.vol.1.Imbrian.de 1.& 2.benef.confid. 7.num.82.De Franch.decis.658.num.1. Giurb. decis. 30.* ac *decis. 99.* ex allegatione quadam *Reg.Tap.*in qua multa,quæ ad fauorem vnius partis sunt introducta,& alteri etiam prodesse queunt, & ideò non possunt renunciari, afferuntur.

Ad tertium responderi potest cum *Ricc.*
110 *collect.decis.186.par.1.Gratian.discept.forens. cap.762.num.13. cum seqq.*& alijs,qui sparsim de huiusmodi restitutione aduersus sententiã, contractus, aliosque actus concedenda, siuè deneganda agunt, prout etiam uideri potest apud *sup.cit.Calà.& Cons. Stayban. resol.155.*
111 *tom.2.per tot.* ubi latè de restitutione Pupillis, Minoribus,Ecclesiæ,Fisco,Viduæ,siuè Diuiti, siuè Pauperi, Mulieri, quæ virum ha-
112 bet captiuum,exulem,uel ad triremes damnatum, uel quæ cum uiro suo diuortium fe-
113 cit, Virgini siue diuiti, siue pauperi, & quæ animum habet perenniter in uirginitate manendi,uel non,de qua latè *resolut.198.* & quæ
114 habet patrem, uel non habet,alijsque concedenda,& non concedenda agitur,& concinnè
115 enucleatur, & an Meritrix gaudeat in integrũm restitutione? examinat *Prat.respon.crim.*
116 3.quidquè dicendum de fori electione respe-

ſpectu virginis, quæ patriæ poteſtati ſubeſt, habetur *reſponſ.51.criminal.Conſ.de Palma* inter *conſil.crim.Prat.*contra *Capyc.Latr.dec.54.num.5.* vbi deciſum pro negatiua in cauſa Horatij Curialis, cuius meminit *Viſcon. in addit.ad deciſ.*100.*De Franch.*impugnatur tamen deciſio,& iſtorum ſententia acerrimè à
117 *Gizz.in eadem deciſ.54.Capyc.Latr.n.5. Prat. lib.1.diſcept.forenſ.cap.13.à nu.31. per 73.* qui citat *Rouit.deciſ.49.num.12.& Carleual.de iudic.diſp.2.q.6.nu.32. verſ.nec de Viſconte*, Nos verò non tedet aliqua inter cæteros afferre.

Quare dicimus, huiuſmodi reſtitutionem non modò ſupra enarratis, alijſq; priuilegia-
118 giatis perſonis competere, ſed & maioribus, & illis, qui nullo prorſus priuilegio potiuntur,quidquè inter vtramq; reſtitutionem priuilegiatorum nempè, & non priuilegiato-
119 rum interſit? explanāt *Marcian.conſ.44.to.1. num.14. Conſil.de Meſ.variar.reſol.lib.3. c.44. Stayban.cit.reſol.155.alijq;* paſſim; ex pluribus cauſis,quę enumerantur in *l.1.& 2.ff. de in integr.reſtit.*ac in *l.1.& per tot.tit.ff.& C.ex quib. cauſ. maior.* maioribus quandoque reſtitutio
120 concedi conſueuit, ex metu ſcilicet, dolo, ſtatus mutatione, iuſto errore, abſentia cauſa Reipublicæ, vel alia quauis neceſſaria,& iuſto quolibet impedimento ad *text.l.1.*& *l.ſuccurritur,cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.maior.* ac tandem
121 quoties magna cauſa ſuadet, vt eſt videre apud *cit.De Meſ.* etiam *num.15.Donel.lib.21. commentar.cap.5.* vbi *Oſuald. Hilliger. in notis lit.L.Duaren.in paraphra.ad tit. C.de vxor.milit.col.1.& 2.*& *ad tit.C.ex quib.cauſ.maior.c.de altera parte edicti col. 2.* qui eas optimè examinant,& exornant, & in vinculis,aliterque
122 detento competere reſtitutionem in integrum per *cit.l.ſuccurritur*,probat *Stayban.ead. reſol.155.num.45.& 46.*& *Sforz.Odd.de reſtitut.quæſt.7.num.66.ver.amplia autem*; at debet
123 læſio ſemper adeſſe, nam ſine læſione maiores non reſtituuntur *Surd.deciſ.4.nu.12. Mandel.Alb.conſ.229.à nu.17.ad fin. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.55.num.21.*& ſi maiorum reſtitu-
124 tio in æquitate fundetur *Marcian. cit.conſil. 44.nu.14.cir.med.* prout nec minores,licet mi-
125 noribus facilius,quàm maioribus reſtitutione ſuccurrendum ſit iuxta ea, quæ *Molin. diſput.572.§. militibus, Leſſi.de iuſt. & iur. lib.2. cap.17. num.39. Capyc. Latr. deciſ.188. lib.2. num.103.& 104.* Ideò reſtitutionem,quæ ad-
126 uerſus ſententiam concedi debet propter inſtrumēta noniter reperta ad placitum *Calà de reſtit.in integr.minor.quæſt.40. à nu.1. per ſeqq.* vbi lepidè hanc examinat rem, & reſoluit, quamplurimas afferens S.C.deciſiones, *Stayban.reſol.155.tom.2. num.141. Sfor.Odd.de reſtit.quæſt.73.cum trib.ſeq. Stayban.ſen. conſ.79.* & *Caſtil.deciſ.16.num.20.lib.2.* non competere data culpa, vel ſaltim ſupina ignorantia, aut ceſſante læſione, habetur ex iiſdem *Stayban. Caſtill.*& *Honded.conſ.27.nu.6.& 7.*prout etiā concludit *cit.Calà num.4.& 9.*:Cæterum an
127 quandoque aduerſus ſententiam prolatam contra ius litigatoris poſſit reſtitutio maiori competere contra tradita à *Sforz. Odd. de reſtit.quæſt.79.art.2.num.10.& alios*, quos refert *cit.Caſtil.deciſ.Sicil.16. per tot.* poteſt ex *Marcian.diſput.86.tom.2.* deduci, vbi probatur ex *Alex.in l.ſi infanti col.fin.C.de iur.delib.per l.ſi mater*, vbi *Bar.de exequut.re.iudic. Ruin.conſil. 68.num.20. lib.1. Mut. deciſ.Sicil.84.num.42. Gabriel.conſil.28.num.4.lib.2. Gratian. diſcept. forenſ.cap.907.num.14.cum ſeqq.* ex capite notoriæ iniuſtitiæ adhuc huiuſmodi reſtitutionē
128 competere etiam poſt quatriennium,præcipuè ſi notoriè conſtet de errore ſententię, falſa cauſa,& iure petentis reſtitutionem ad tradita in *conſil.324.Surd.nu.5.& 6.* vide ad idē *Rouit.ſup.pragm.5.de offic.S.R.C.n.20.*& *Surd. conſ.324.vol.3.conſ.405.nu.17. cum ſeq. vol.3. Barz.dec.33.Scac.de ſent.& re iudic.glo.14 qu. 20.& 26.* ſed vide quoq; *Afflict.* qui videtur contra ſentire *deciſ.28.num.6.*

Hinc eſt,vt ex iiſdē penè cauſis maioribus,
129 ac minoribus,minimè attenta perſona, cui eſt concedenda, reſtitutio tribuatur ex clauſula generali, *Calà vbi ſup.num.17.*ideòque
130 cum huiuſmodi reſtitutio ſubſidiarium dicatur remedium,vt idem *Calà*,ac etiam *Marcian.conſ.44.num.14.* & omnes affirmant,cuilibet petendi in ſubſidium, alio deficiente iuris ordinario remedio, miniſtratur *Ruin.conſil.119.num.21.vol.5. Reg. De Marin. reſolut. quotid.lib.2.cap.200. num.13.* & an competat
131 reſtitutio lęſis abſentibus, qui Procuratorem in iudicio reliquerunt, vel non? explicat *cit.de Meſ.*ad intellectum *l.ſed & ſi 26. §. vlt. verſ.& ſæpiſſimè ff.ex quib.cauſ.maior.cum concord.*, & an ex clauſula generali reſtitutio cō-
132 petat aduerſus præſcriptionem triginta, vel quatraginta annorum propter ignorantiam? examinant *Surd.dec.4.DDq;* relati ab *Hodier. in addit.*

Incidit olim ſæpiùs quæri de eo,an propo-
133 ſito remedio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententias S.R.C.valeat earum exequutio, ac etiam litterarū exequutorialium vigor impediri?(ſentētias enim,& decreta huiuſmodi,& quicquid ordinatū fuerit,prouiſumquè, vt à Supremo Tribunali emiſſa exequutioni mandari regali edicto iubetur in *pragm. 5. de offic.S.R.C.* ac litterarum, quas dicimus exequutoriales, nullo modo impediri poſſe exequutionem,habetur in *prag.79. §.14.eod.*quin
134 exequutione non facta procedi nequit in cauſa,& condemnatus audiri, *Carleual.de iudic.tom.2.diſput.lib.1.tit.2.diſp.8.num.12.De Franch.deciſ.290.*& habetur in *pragm.79. §.9. & 10.de offic. S.R.C.*) nos verò eiuſdem quæmo-

135 ftionis examine poft habito, quid nunc in
moribus noftrorum fit tradamus; Quare di-
cimus, impediri exequutionem fi fraude cef-
fante fuerit reftitutio petita per viam exce-
ptionis, ad *text.in l.vnic. C.in integr.reftit. po-*
ftul.nihil nou.fiat Boer.decif.67. num.7. Capyc.
decif.53.De Franch.decif.86. num.8.Anna fing.
179.Rouit.in pragm.1.de minor.num.25 præci-
puè fi fuerit irretractabilis exequutio, *Stayba.*
refol.50.num.46.49.& 51. fed poft quam fen-
tentia cæpta eft exequi, vel fuit mandatum
expeditum de parendo, eiufdem exequutio
non impeditur *Maftril.decif.30. De Marin.re-*
folut.quotid.lib.2.cap.200.num.5. Anna in rub.
de vaffal.decrep.ætat. nu.239. qui de ftylo no-
ftri S.C.teftatur *Calà cit.quæft.40.num.20.Ro-*
uit.ibid.num.28.Stayban.refol.55.tom.1.num.2.
136 *3.4.5. cum feqq.* videas tamen ad ornatum
Conf.Carleual.de Iudic.to.2.lib.1.tit.3.difp.16.
per tot. differentem an, & quando nullitates
ad intellectum *l.4.§. condemnatum, ff.de re iu-*
dic.l.1.C.quando prouoc.non eft necef.clem.1. de
fequeftr.poffeff. aliorumque iurium, & eorum,
quæ *Sef.de inhibit. cap.5. §.5.* & alij afferunt,
item & reftitutio valeant fententiæ, & de-
cretorum exequutionem iam cæptam prope-
diri, qui *num.33.* dicit, ea quæ facta fuerunt in
137 proceffu exequutiuo tempore petitæ refti-
tutionis non reuocanda pendente caufa refti-
tutionis; acta tamen proceffus exequutiui fu-
peruentura poft petitam reftitutionem, vt vē-
138 ditionem pignorum, fubhaftationem, aut
poffeffionem, vel adiudicationem bonorum
exequutorum non dum prouifa fufpendi, &
impediri debere, donec caufa reftitutionis
definiatur, citat *Sforz.Odd.de reftit. par.1. qu.*
43.art.6.num.91.Lancellot.de attent.cap.18.nu.
117.& 118. Scac.de appellat. qu.19. remed.2.
num.72.in fin.& num.100. quibus conueniunt
tradita per *Marcia.difput.86.num.25.* conclu-
dentem cum *Gratian.difcept.cap.708.num.46.*
& feqq.& Rouit.pragm.5. de offic.S.R.C.nu.23.
impediri exequutionem fententiæ per reftitu-
139 tionem ex capite notoriæ iniuftitiæ, etiam fi
facta fit exequutio vigore litterarum exequu-
torialium, quafi tunc facta dici nequeat ante-
quam per folutionem, vel traditionem rei
perficiatur: de proponendis nullitatibus alia
dicit *cit. Rouit.in pragm.5.de offic. S.R.C.* ficut
140 etiam de reclamationis remedio, de quo
etiam præ cæteris *Capy.Latr. confult.159. per*
tot.tom.2. vbi de exequendis, & non exequen-
dis quandoque S. R. C., & R.C.S. fententijs,
atque quid fit apoftolos petere, & apud
Fanut.de momentan.cap.20.num.26. ad intelle-
ctum eorum, quæ *Maran. in fuo fpec. par. 6.*
ver.& quando appellatur, num.219. Guid.Pap.
decif.436.num.34. Viu.decif.266.num. 2. Min-
fyn.obferu.36. cent.4. alijque dixerunt, expla-
141 nat; alia quoque de appellatione, reuifione,
& recurfu, & an concedantur condemnato,
qui propria culpa non appellauit, ac Fifco
idem *Capy.Latr.* dixit *decif.161.t.2. Rouit. de-*
cif.14.165.& 183. De reductione ad arbitriū
142 boni viri, quid importet, à quo tempore
peti poffit, & an eidem poffit quandoque re-
nunciari? agunt *cit.Capy.Latr.confult.152.tom.*
2.Rouit. fup.pragm.2.de arbitr.a num.4.per tot.
Theodor.alleg.77. & alij, eos ideò confulas.

Dicam nunc, M.C.V. decreta diffinitiua,
143 quæ continent fummam pecuniarum cen-
tum quinquaginta, vel minorem exequutioni
demandari fub cautione de reftituendo in
cafu retractationis, vt habetur per *pragm.3. de*
offic.S.C. §.in alijs autem, & per aliam *pragm.*
Cardinalis Granuelæ de anno 1574. die 17.
Iulij, de quibus *Mufcatel.in prax. lib.1. par.7.*
glo.condemnato, num.106. verf.fextus cafus, &
lib.2.par.1.glo.fententia, n.133. Gallup.in prax.
par.3.cap.5.ex num.46.Carani.in rit.257.nu.6.
Carleual.de indic.to.2.lib.1.tit.2.difput.8.n.13.
& Rouit.fuper ead.pragm.3.nu.7.in fin. & 14.
ad quarum *pragmaticarum* difpofitionis in-
tellectum *ibid.* multa affert, inter quæ non
144 inferiorem locum obtinet quæftio, an exe-
quutioni fit dandū decretū continens certam
fummam infra aureos centum quinquaginta,
& incertam liquidandi intereffe? & quamquā
videatur pro affirmatiua refpondendum; cum
certa quantitas videatur in fententia fiue
diffinitiuo decreto contineri, & non vltra,
nam intereffe cenferi poteft, tanquam aliquid
feparatum, & referuatum in alio iudicio de-
terminandum, etfi fuerit vno, eodemque li-
bello petitum, tot enim dicuntur effe libelli, &
petitiones, quot funt capita cuiufcumque, *Bal.*
Alex.& Iaf.in l.fi idem cū eodem, ff.de iurifdict.
omnium iudic., & tot fententiæ, quot funt capi-
ta cuiuslibet feparata *l.Carmelia pia, ff.de iur.*
patron.l etiam, §.ex caufa, ff.de minor.glo.& Bal.
in l.ampliorem, C. de appellat. Auendan. de fe-
cun.fupplic.num.14.& Bouad.lib.3.cap.8. num.
222.& feq.& lib.5.cap.1.num.249. alijq; veri-
tas tamen pro Aduerfantium huic opinioni
fententia eft; vtraque enim quantitas eft in
145 decreto, ergo non poteft effe exequutioni
locus donec conftiterit de certa quantitate,
quæ centum quinquaginta aureos non exce-
dat, fortius cum fimus in odiofis, in exequen-
do nempe decreto, non obftante appellatio-
ne, quæ ad tempus conteftatæ litis controuer-
146 fiam reducit, & interpofita à decreto diffi-
nitiuo iudicatum fufpendit, *cap. venientes de*
iur.iuran. Cap.non folum de appell.in 6. l.1. ff.
ad fen.Conf. Turpil. Marcian.difp.16. num.4.
Ludouif. decif. rot.36. & 435. quin & decreti
147 exequutionem *l.vnic.ff.nil innouar.appel. in-*
terpof.Carleual.de indic.tom.2.difpufit.iur.lib.1.
tit.3. difput.16. num.41. in odiofis non eft fa-
cienda extenfio legis, fiuè ftatuti. Hinc non
effe

148 esse exequutioni demandandum decretum huiusmodi voluere, *Ann.sing.466.& 469.Ronit.sup.cit.prag.3.de offic.S.R.C.num.10. Alex. cons.90.vol.7. Petr.ad Capy. decis.29. annot.1. De Franch.decis.141.* vbi decisum, & *ibidem Viscon.;Amen. num.2.* & *Ricc.* ac optimè *Tap. in . . par.iur.regn.in pragm.1.de offic.S.C.n.14.* qui refert, non antea fuisse exequutioni demandatam sententiam pro sorte principali ducatorum quatraginta, quàm fuerit interes-
149 se liquidando renunciatum ab actore, quasi ipsa interesse liquidatio faceret sententiam non exequibilem.

Nec verum est, quod nonnulli credunt de prohibita appellatione à M.C.V. ad S.R.C. in
150 causis infra summam aureorum centum quinquaginta, quasi ex demandata decretorũ exequutione, ac ex consueta decretandi forma nostri S.R.C. Præsidentium in supplicationibus, ac eiusdemet S.R.C., qua solet mandari, fieri per M.C. iustitiam in causa reassumptis actis, etiam si pro commissione in S.R.C. sit supplicatum, comprobatur; nam contrariũ
151 veritate firmatur, cum appellatio ab omni sententia detur, si de prohibitione non liquet, *l.qui restituere, ff.de rei vindic. Cacheran.decis. 61. De Franch.decis.556.n.5. Rouit.sup.pragm. in rubr.de appellat.num.7.Stayban.to.1.resolut. 50. n.15.* quod etiam de reclamatione est in-
152 telligendum; cum appellatio, & reclamatio de pari ambulent, Idem *Rouit. sup.pragm. 37. §.& similiter,num.15.& 18.de offic.proc.Cæsar.* ac per consequens semper est admittenda quoties non affertur lex, siuè statutum, quo prohibeatur; nec prohibitio ipsa arguitur è
153 parata exequutione, quæ decretis infra sũmam aureorum centum quinquaginta tribuitur; exequutio enim nil commune habet cum prohibita appellatione, quod adeò verũ est, vt nullus hucusque ausus fuerit affirmare, decreta M.C. infra summam exequi debere, nec aliud videndum; consueuit enim post exequutionem de meritis causæ iterum tractari in gradu appellationis, ac dato termino ad non posita ponendum, & non probata probãdum; si ergo id fieri necessario debet, cur non in S.R.C. nempè coram Præfecto Prætorio, de
154 cuius præstantia nouissimè *Altimar. de nullit.rubr.10.q.17.n.43.& seqq.* vbi etiam de Suprema Regij Collateralis Consilij, ac R.C.S. authoritate. Nec obstat dicere, consueuisse exequutionem decretorum M.C. infra summã
155 etiam per S.R.C. demandari; nam hoc ipsum Aduersarijs obstat, cum hinc nil aliud valeat rectè inferri, quàm quod S.C. maximis in negotijs occupatum soleat quandoque minimæ rei M.C. demandare cognitionem, idque ideò non officit nobis affirmantibus, cuiuscumque causæ posse dari appellationem ad S.R.C. Accedat exemplum conuincens in decreto affirmatiuo assistentiæ, quod interposita appella-
158 tione exequutioni dari debet secundum dispositionem *prag. 2. de appellat.* & explicationem traditam à *Rouit.ibid.Carleual. to.2. de iudic.lib.1.tit.2.disput.8.nu.14.15.& seqq. De Franch. decis.120.Marcian.disput.86.to.2. nu. 25.& Sanfelic.decis.117.tom.1.* nec tamen dici
157 potest appellatio denegata; rursus alijs in casibus exequutio parata conceditur, vt est videre apud eundem *Carleual.num.12.13.14. 27.& 28.* & tamen certis tantùm in casibus determinatis, ac expresse prouisis appellatio inhibetur; ergo quoties de inhibitione liquidò non constat, non est eadem consequentia deducenda. Meritò igitur sub Mei tutela in causa pro Iosepha Montalto nomine vt in actis in Banca Falui pro Viuo contra D.Ioannem Oliuam, integerrimus, ac omni virtutum genere, maximaque præsertim suauitate morum, animique candore præditus Dominus D.Fœlix Vlloa, & Lanzina S.R.C. meri-
158 tiss. Præsidẽs, cui quidẽ præstantissimo viro, & Aduocatorum cætus, & Litigantium, quin & Ipsa Iustitia (fas est hoc dicere) multum debet, appellationis causam infra summam ducatorum centum quinquaginta, auditis partibus, ad S.R.C. remisit, & idem S.C. referente Domino D. Carolo Petra Barone Vastigirardi, & Caccaboni Equite Calatranæ Regio Consiliario, & causæ Commissario, coram doctissimo, & maximo viro D.Martino
159 de Pimento Comite de Legardo Regio Consiliario Aulæ Præfecto, confirmando decretum termini, datum in causa appellationis, aduersę partis instantiam, petentis ad M.C. remitti causam, reijecit. Cæterum aduertas *prag. 73.§.3.* sanctionem *sub tit.de offic.S.R.C.* cuius
160 meminit *cit. Carleual. in fin.num.13.*, qua exequutio parata conceditur decretis M.C.V. continentibus summam vltra aureos centum quinquaginta infra tamen quincentum, non seruari, & nunquam fuisse seruatam, quicquid aliter *cit.Carleual.* asseueret: & de pauperibus
161 allegantibus nullitates aduersus sententias, & decreta cuiusuis Tribunalis, vt non teneantur depositum facere ad explicationem regiarum *pragm.1.§.dicentes de procurat.5.§.quam plurimum, & 78.de offic. S.R.C.* aliarumque agunt *De Angel.in addit.ad Gizzarel. dec. 84. num.27.par.2.Nouar.pract.quæst. forens. par.2. quæst.59.* & *DD.* sparsim, & de proponendis
162 nullitatibus aduersus laudum absque deposito, dicit *Montan. contron. 56. num. . .* & si
163 valde dubitẽ de eo, quod *ibid.* dicit, nullitates nempè aduersus laudum non admitti, nisi sint contra expressum casum legis, vel publicam scripturam iuxta dispositionem *reg.prag. 4.de dilat.*, videtur enim eidem *pragm.* quæ loquitur de nullitatibus, quæ aduersus decreta Tribunalis collegiati proponuntur, opponi,

 & le-

& legi communi, quæ nullum censeri vult quodlibet decretum, contra ius litigantis interpositum.

CAPVT SECVNDVM.

Alia de eadem re traduntur.

De restitutione minoribus, ac maioribus simul competente, etiam ob congruum non petitum, & quando absens à petitione congrui excludatur? De electione fori, & variatione, & quando priuilegiatis competat ex iure cesso? ac de simulatione in cessione, simulationisque præsumptionibus.

SVMMARIVM.

Tempus, infra quod fœminæ dotari debent, currit etiam minoribus, & pupillis, num. 1. *&* 2. *sed contra num.* 3.

Restitutio, concessa fratri minori, an prosit etiam maiori, n. 4. 5. *&* 6.

Dotatio mulierum est onus hæreditarium, n. 7.

Hæredes tenentur ad onera hæreditaria pro hæreditarijs portionibus, n. 8.

Bona hæreditaria non communicantur inter hæredes, num. 9.

Minores, an, & quando restituantur aduersus congruum non petitum? n. 10. 11. 12. 13. *&* 14.

Cautela traditur, vt absens excludatur à petitione congrui, n. 15.

Terminus quilibet à Statuto, siuè lege determinatus, quando currere incipiat? num. 16.

Restitutio Reipublicæ, ac Regno competit, & quãdo num. 17. 18. *&* 19.

Restitutio non conceditur aduersus non factum lucrum, num. 20. *&* 21.

Lectus vidualis potest repeti etiam per restitutionem in integrum, n. 22. *&* 23.

Electio fori, & variatio an concedatur venienti ex iure cesso? n. 24. 25. *&* 26.

Ioannes Baptista Roccus *Iudex M.C.V. laudatur, num.* 27.

Cessio ex multis præsumitur simulata remissiue, num. 28.

Illustris D. Ascanius Philamarinus Dux de la Torre, & Eminentissimus D. Ascanius Philamarinus S.R.E. Cardinalis, & Neapolitanus Archiepiscopus, *laudantur numer.* 29. *&* 30.

Bartholomei de Capua *gesta, laudes, & scripta recensentur, num.* 31.

POstquam illos, quibus datur in integrũ restitutio, demonstrauimus, nonnullas causas, ex quibus competere ea potest,
1 conuenit addere. Ideò dicimus; tempus, à *Consuetudine* decretum ad dotandas sorores, non tantùm maioribus fratribus, sed & minoribus, & pupillis currere, vt affirmant *Afflict. decis.* 370. *in* 1. *dub. Molfes. par.* 4. *quæst.* 4. *&* 6. *Prouens. in consuet. si moriatur, obseru.* 28. *nu.* 8. *Caput. ibid. par.* 1. §. 10. *num.* 24. probaturque apud *Bottiglier. de success. ab intest. cap.* 1. *de exclus. parag. & masculiat. theorem.* 36. *à nu.* 1. *per*
2 3. fortius si de puberibus pupillis sentiamus, vt *Idem Bottiglier.* testatur de communi *n.* 9.
3 etsi contrarium, vt verius *Ipse* amplecti videatur.

At quæri solet, prosit ne maiori fratri, quæ
4 minori conceditur restitutio? & affirmatiuè respondent *Afflict. cit. decis.* 370. *in* 3. *dub. Molfes. cit. par.* 4. *quæst.* 4. 6. *&* 8. multosque conuin-
5 cẽtes paritates adducit *cit. Bottiglier. theorem.* 37. *à num.* 1. *per* 4. quibus relatorum *DD.* sen-
6 tentia firmatur: Mihi verò placet cum eodem *Bottiglier. à num.* 5. sentire, superioremque sententiam in indiuiduis retinere materijs, non autem in ista specie nostra; dotatio enim so-
7 roris cum hæreditarium onus dicatur, & quilibet hæres pro viribus suæ portionis ad one-
8 ra hæreditaria teneatur *l. pro hæreditarijs, C. de hæredit. act.* & actio, & obligatio inter eosdem diuidatur *l. in exequutione, vers. prima species, ff. de verb. obligat. l. si vxor, C. de negot. gest.* latè *Giurb. obseruat.* 19. consequens est, vt pupilli priuilegium, sibi pro re sua competens, maiori fratri communicari nequeat; cum nec ipsa
9 hæreditaria bona communicentur inuicem, *Caput. ad consuet. si moriatur. par.* 1. §. 10. *n.* 27. *Prouens. obser.* 28. *n.* 18. *& seq.*

Dicebamus aliàs *tit.* 17. *de iur. congr. cap.* 2. *à num.* 37 *per* 40. minorem restitui in hac Ciui-
10 tate aduersus congruum non petitum, in Regno verò nequaquam; prima pars propositionis à *Molfes.* confirmatur *ad consuetud. tom.* 3. *de iur. congr. par.* 13. *quæst.* 43. *num.* 1. *De Franch. decis.* 242. *De Pont. consil.* 104. *Rendel. in eius oper. ver. infra quatuor menses num.* 2. & alij penès *Giurb. decis.* 78. *num.* 6. secunda verò
11 à *Thes. decis.* 99. *n.* 16. *vers. confirmatur,* alijsq; penès *cit. Rendel., & Benedel. de iur. prothom. vers. cum notissimum sit, num.* 8. probatur. At *Molfes. num.* 3. & *Giurb.* constitutum discrimen non placet, quasi *Consuetudinario* iure, &

& Regni non valeat fundari, citant *Io. Fabr.*,
Andr., *Bellamer.*, *Cassan.*, & alios post *Sforz.*
Odd. de restit. in integr. quæst. 87. art. 1. Boer. dec.
62. Tepat. lib. 1. variar. iur. senten. tit. de minor.
fol. 137. col. 2. in fin. Borgn. decis. 19. num. 86. cum
seqq. præcipuè 89. *lib. 2.* Falluntur tamen *Mol-*
fes. & *Giurb.* (ni fallar *Ipse*) nam discrimen
12 in eo cernitur constitutum, quia per ius Re-
gni in *Constit. sancimus* Tutoribus, Curatori-
bus, & Defensoribus negligentibus soluere
iustum pretium cum vsuris, & expensis pupilli
nomine, pro re, quæ ad eiusdem pupilli instā-
tiam posset retrahi, imponitur, vt resarciant
quicquid incommodi ille haberet, quod *Con-*
suetudine non disponitur, ideòque nil mirum
si vno casu pupillus restituatur, altero verò
13 nequaquam; non enim opus restitutione, vbi
pupillo alio remedio succurritur aduersus Tu-
torem, Curatorem, Defensoremque, & con-
sonat distinctio, de qua *Tiraquel. par. 1. de*
14 *retract. lignager. §. 35. glo. 5.* approbata à *Nepi-*
ta ad Consuet. Catan. tit. 41. consuet. 1. num. 36.
Mut. ad Consuet. Panor. cap. 26. num. 96. cum
plur. seqq. quæ ab Ipso *Molfes.* non reprobatur:
confert eiusdem *Molfes.* placitum *quæst. 42. nu.*
15. vbi dat cautelam, qua absens à retractus
15 petitione in futurum excludatur, ac eam
esse constat, vt nempè absenti petatur Cura-
tor, eique imponatur, vt infra certum tempus
res, quæ vendi petitur, retrahat nomine
absentis, cui potest retractus competere, nam
si labatur tempus à Iudice, vel Statuto præfi-
nitum, amplius non exaudietur principalis,
ità legitimè exclusus, ad *Text. in l. 1. ff. de cu-*
rat. bon. dan. & tradita per *Rendel.* vbi *sup. nu.*
12. & seq. ex *Bal. Mant.* alijsq;, quod si iustum
esse arbitremur (etsi mihi nequeat probari, cū
iniquum sit, aliquem inscium iure suo priuari
absque facto proprio) maximè nostro fauet
assumpto: si enim potest maioribus absenti-
bus iniqua conditio per Curatorem inferri,
fortius, & minoribus per legitimos Tutores,
Curatores, & Defensores, quoties eisdem con-
tra istos actio ad interesse suppeditatur. Cæ-
16 terum eundem *Molfes.* de quolibet termino à
Consuetudine, siuè lege determinato, & quan-
do currere incipiat? consulas agentem.
Restitutionem competere Reipublicæ, ac
17 toto Regno fundat *Capyc. Latr. decis. 188. nu.*
107. at pro demanio obtinendo elapso anno
denegatur, vt idem *Capyc. Latr. dec. 168. n. 54.*
18 etsi infra quatriennium aduersus lapsum
tempus restituatur, vt *n. 65.* Denegatur quoq;
19 agenti vtilem rem cum consilio peritorum,
Capyc. Latr. decis. 194. num. 42., apud quem
etiam de ratione. Rursus restitui nequit
20 qualibet priuilegiata persona aduersus non
factum lucrum, si tamen non fuerit in dam-
no; cum satis sit neque in lucro, neque in dā-
no esse, idem *Capyc. Latr. decis. 15. num. 21. De*
Franch. decis. 383. in fin. Gregor. Tholos. in syn-
tag. iur. variar. lib. 46. cap. 3. nu. 13. glo. in cap. 1.
in fin. de in integr. restit. & restitutio læsis tri-
21 buitur, vt releuentur in eo, quo grauantur *l.*
penult. ff. de minor. l. 1. C. si aduers. vendit. pign.
cap. cum ex litteris de in integr. restit. & *l. non*
omnia ff. de minor. alijsq; *vulg. iur.* ac rationi-
bus, de quibus *cit. Bottiglier. theorem. 36. à nu.*
18. ad fin. (etsi hoc ipsum ab eodē impugnetur
à *n. 12.* per *text. in l. pater Seuerinam 100. ff. de*
cōdit. & demonstr. l. conditioni, C. de instit. & sub-
stit. l. liberto 21. §. Luci. Titius, ff. de ann. legat.)
Lectum vidualem deberi viduæ mulieri
22 post viri mortem, aliàs diximus, sed an item
præstari debeat infra annum luctus nubenti?
perquirit *Capyc. Latr. consult. 124. tom. 2.* con-
23 cludens pro negatiua, ac ideò traditum posse
repeti per restitutionem in integrum ex clau-
sula generali, *Si qua mihi iusta causa*, probans.
Alia infinita ferè hìc possent cumulari de
hac in integrum restitutione, siuè maioribus,
siuè minoribus, alijsque priuilegiatis compe-
tente personis; quoniam verò alibi fusè inue-
niri possunt, omittuntur, non enim (vt dicebat
omnigenæ eruditionis vir, & A.M.D. Frideri-
cus Meninni) ex scriptis scripta sunt facienda.
Illud tandem esset examinandum, an fori
24 electio, & variatio, eiusdemque declinatoria
priuilegiatæ personæ competat quoties agit
ex iure cesso; at quia responsio ex *De*
Franch. decis. 195. Vrsil. ad Afflict. dec. 74. nu. 6.
alijsque desumitur, illi nempè nec electionem,
nec variationem, nec declinatoriam concedi,
25 quoties in cessione fraus dicitur intercessisse,
secus verò si fraudis præsumptiones cessent,
nil vlterius addendum censeo: rursus quid
26 dicendum si cessio ex causa lucratiua, aut
onerosa sit facta? examinant *Capyc. Latr. de-*
cis. 54. tom. 1. & *Consil. Rocc.* integerrimi, ac do-
27 ctissimi *D. Ioannis Baptistæ Rocci* Iudicis
M.C.V. in criminalibus meritissimi pater *tom.*
2. respon. 79. Ceterum ex quibusnam coniectu-
28 ris præsumatur simulata cessio, siuè donatio,
De Marin. quotid. resol. cap. 69. demonstrat.
Hic non ab re duxi Bartholomęi de Ca-
pua vitam coronidis loco ponere, nam *Con-*
suetudinum nostrarum ipse, & author planè
fuit, & iuris facilè Princeps eo tempore; illud
tamen præfari mihi opus est, tanti viri vitam
nusquam editam, priuatis tantùm actis colle-
ctam à Bartholomęo Chioccarellio in manu
scriptis Viris Scriptorum Neapolitanorum;
hanc ipsam à Chioccarellio exceptam luce
dignam publica censuerunt, plerique omnes,
quibus Bartholomei de Capua insignia in
Rempublicam, atque in Neapolitanum ius
merita innotuere. Laus hæc qualis qualis mi-
hi nunc postremò obtigit ab insigni humani-
29 tate Ill. D. Ascanij Philamarini Ducis de la
30 Torre, qui Cardin. Ascanij Philamarini Ar-
Pp 2 chie-

chiepiscopi Neapolitani patrui vestigijs insistens, optimè de Republica meritos plecarissimè excipit celeberrima Bibliotheca, in qua reliquos inter Chioccarellius asseruatur, mihi fecit exibendi copiam, vt non immeritò de præclarissimo hoc viro benè semper, atque adeò optimè merituræ sint literæ; quippè qui & scribenda semper gessit, & aliorum scripta humanissimè excepit. Quare numquam erit muta in illius laudes Fama, numquam emortuæ litteræ, quas ad Nobilitatis suæ decus illustrat ipse egregiè, dum ab interitu vindicat Litteratos.

BARTHOLOMÆI DE CAPVA VITA.

31 BArtolomæus de Capua Neapolitanus, Andreæ de Capua filius, Iure Consultus fuit sua ætate præstantissimus, tùm legum peritia, tùm in tractandis negotijs aptitudine, & dexteritate. Caroli Secundi, & Roberti Neapolitanorum Regum à Consilijs, à quibus maximis honoribus, ac dignitatibus fuit decoratus, ac ingentibus item diuitijs, compluribus Feudis, & Castris donatus est. Fuit enim is sub Carolo Secundo Magnus Regni Logotheta, ac Prothonotarius ab eodem Rege anno 1288. creatus, Magister etiam Rationalis Magnæ Regiæ Curiæ. Ciuitatem quoque Neapolis vti Regis Vicarius, ac Locumtenens rexit anno 13.... ob eius Regis absentiam. Cumq; Regni esset Prothonotarius Romani Pontificis fuit à secretis; Grauissima pro ijs Regibus negotia confecit, ac Legationes ad varios Christiani Orbis Reges, ac Principes, & præsertim ad Romanos Pontifices; & illustrior in ea legatione ad Pontificem Maximum, qui Auenioni tunc residebat, euasit; coram eo enim, ac pleno Cardinalium Concistorio eius Roberti Regis causam tutatus est in celebri illa controuersia de Regni huius Siciliæ succelsione, habita cum Caroberto Vngariæ Rege, in qua Bartholomæus pro Rege suo coronam obtinuit, & Regi ipsi salua fuerunt omnia. Fuit autem tantæ doctrinæ, & præstantiæ, vt eo viuente nihil ferij, absque eius conscientia in Regno vnquam decerneretur, & fieret, ac Regum færè in regimine socius, ac pater, & in itineribus Comes videretur, & verba ipsius oracula haberentur, & ab eius ætate ad nostra vsque tempora, tàm recens est eius memoria in vniuerso hoc Regno, ac si nostris diebus viuentem coluissemus.

De eo loquitur *Bartolus in Authent. Præsbyteros, C. de Sacrosf. Eccles.* dum ait: *Bartolucius de Capua fuit factus magnus Comes*, intelligens, Bartolucium hunc fuisse creatum Altauillæ Comitem, & quamuis hunc Comitatum Altauillæ à Roberto Rege pro se obtinuisset, attamem eo Nepotem ex filio primogenito decorandum curauit, & ab ijs temporibus, vsque ad nostram ætatem is Comitatus apud eius posteros viget.

Cæterum quæ ad eius dignitates, honores, Magistratus, Diuitias, feuda, atque oppida, quibus fuit dominatus, legationes itinera pro suis regibus suscepta, auctoritatem, & alia, quæ ad eius vitam, mores, ac gesta pertinent sigillatim hic referre ex libri instituto prohibemur; sed alibi fusius enarrabuntur.

Obijt autem Neap. ann. 1328. & in Cathedrali Ecclesia, sepultus est in proprio Sacello, hac inscriptione in marmoreo sepulchro apposita.

Ianua legum, vitaq; Regum
Mors retrudit, terit, omnia
Sunt quasi somnia, cuncta recludit
Summus & Athleta Regni, iacet
Hic, Logotheta, Prothonotarius,
Auxiliarius, vsque Propheta.
Annis sub mille trecentis bis, & octo.
Quem capiat Deus,
Obijt benè Bartholomæus.

Quæ autem Bartholomęus de Capua composuit, aut scripsit, hęc sunt.

Consuetudines Neapolitanas Caroli Secundi Siciliæ Regis iussu in scriptis redegit anno 1306. vna cum Philippo Neapolitano Archiepiscopo, vt quęstiones, ac difficultates, quę ex earum obseruantia in dies oriebantur, tolleret, quas deinde idē Rex suo diplomate roborauit, easque lōgum post tempus *Neapodanus Sebastianus*, alijq; magnis commentarijs interpretati sunt.

Scripsit *glossam* auream super *Constitution. Regni Siciliæ, & Ritibus Magnæ Curiæ, & singularia* 151 *super ff. & Cod.* quę edita sunt simul Lugduni anno 1556. apud *in 8. fol.* cum *addit. Marcelli Boni.* ea quoque *singularia num.* 105. habentur in opere magno, *Singularium variorum Doctorum in 2. volum.*

Quæstiones 36. legales edidit, quæ impressæ sunt in fine *addit. Thom. Grammatic. ad Constitutiones Regni.*

Sermones etiam Bartholomæi de Capua manuscripti in pergameno, ab eo editi, habentur in Doctoratibus, alijsque in locis, qui citantur à *Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. in c. de Prouinc. & Ciuit. Regn. num.* 33 *fol.* 79. in *C. de Offic. Magn. Cancellar. num.* 15. *fol.* 52. & *cap. de Officio Loghotetæ, num.* 18. *fol.* 45. quique penès ipsum asseruabantur. Olim tamen in Bibliotheca Conchani Principis asseruari audiuimus.

Tractatus de appretio, siuè forma super appretio ab eodem Bartholomęo edita habetur pe-

penès Dominum Bartholomæum Caracciolum de Aragonia.

Barth. de Cap. in l. 2. ff. de Custod. rer. citat. ab Afflict. dec. 130. n. 1.

Idem Barth. in l. in te, C. de donat. ant. nupt. allegatur à *Franc. Viuio in decis. Neap.* 258. *num.* 4.

Idem Affl. dec. 119. *num.* 3. citat *allegationes* Bartholomęi de Capua, quas fecit pro Rege Roberto instituto hærede à Rege Carolo Secundo, & sic etiam in *tit. de success. feud. in vsib. feudor. num.* 41. *&* 55. & *Gramm. decis.* 1. & *Camer. in repetit. l. Imperialem de prohibit. feud. alien. per Federic. fol.* 24. *lit. A.*

Afflict. quoque in *C. de Marchia sub tit. de feud. March. num.* 4. allegat Bartholomæum de Capua in *Consil.* quod fecit pro Rege Roberto contra Imperatorem Henricum, qui Robertum deposuerat, ac Regno priuatum pronunciauerat, in quibus Bartholomæus contendit Regem Neapolitanum Imperatori non esse subiectum.

Idem Afflict., in cap. inuestitura, sub tit. de noua forma fidelitatis in vsibus feudorum, n. 10. allegat Bartholomæum de Capua in quodam suo *Consilio,* de quo fuit facta *Clementina Pastoralis de re iudicata,* quod idem est, ac superius pro Roberto Rege, aduersus Henricum Imperatorem.

Hæc sunt ipsius opera, de quibus mentionem huc vsque reperi. Cæterum à Regnicolis, exterisque Scriptoribus is multis laudibus celebratur, atque ipsius memoria insignis habetur.

Bald. in l. properandum, C. de Iudic. allegat doctrinam quandam legalem Bartholomæi de Capua, & bis eius meminit *numer.* 10. *&* 11.

Luc. de Penn. in l. in filijs decurionum, C. de decurion. lib. 10. ait, *Contrarium determinauit memoria veneranda Dominus Bartholomæus de Capua in Consil. Regis.*

Idem in l. 1. *C. qui ætate, vel possessione se excusent lib.* 10. ait, *Pauci verò parentes hæc prudenter attendunt, putantes eorum filios, quos cum magno viatico ad studium dirigunt ad perfectionem scientiæ, honoris, diuitiarum, & gloriæ quond. Insignis Dom. Bartholomæi de Capua peruenire.*

Et in *l.* 2. *C. de Iure Reip. lib.* 11. *Et sic determinauit præclara memoriç Dom. Bartholomæus de Capua.*

Idem in Rubr. C. de Quæstor. & Magistr. Offic. lib. 12. ait: *Nostris temporibus Officium Logothetæ solus Dominus Bartholomæus de Capua dignè meruit, probè gessit.*

Et in *l. vnica, C. de Castrens. omn. palatinor. pecul. lib.* 12. inquit, *Excellens Dominus Bartholomæus de Capua hypotheca, & Prothonotarius Regis Siciliæ, cuius obsequia, & consilia Reipublicæ præ cæteris fuere vtilia, vt posterior probauit euentus, quæ ob eminentem, illustremq; scientiam tanti viri.*

Et in *l. quicumq; C. de re milit. lib.* 12. *veneranda memoria Dominus Bartholomæus de Capua.*

Idem Lucas *in l.* 1. *C. de vendit. rei fisc. cum priuat. comm. lib.* 10. meminit Bartholomæi de Capua Logothetæ, ac Prothonotarij Regni, qui fuit vir mirabilis, & decedens virtutem plurimam *traxit, & licet in Officio, non tamen reliquit in virtutibus successorem.*

Egregius Doctor Bartholomęus de Capua vocatur à *Napodano Sebastiano in commentarijs suis ad Consuetudines Neapolitanis in prohemio Doctorum Consuetudinum.*

Fuit Bartholomęus contemporaneus *Dini,* secundum Io: Andr. *in addit. ad speculatorem in tit. de iuramento calumniæ,* & in *tit. de donat.* quem appellat Bartholomęum Neapolitanum Iure Consultum.

Caccialupus quoque in *suo tractatu de modo studendi in V. documento,* idem ait, qui Bartholomæum *de Neapoli* appellat, dein speculo post Bartholomeum *de Capua.*

Afflict. *in Constit. præcipimus subsit de impetr. liter. à Cur. Magistr. Iustitiar. nu.* 1. ait: *Magnitudinem virtutis fuisse in Bartholomæo de Capua, qui fuit Protbonotarius Regni, & vir mirabilis in virtutibus secundum Luc. de Penn. in l. quoties, C. de vendit. rei fiscal. cum priuat. comm. lib.* 10.

Illustrissimus Doctor Dominus Bartholomęus, de Capua, vocatur ab *Afflict. in constit. for iudicatorum, num.* 2.

Sapientissimus vir Dominus Bartholomæus de Capua ab eodem *Afflict. in prælud. feudorum num.* 57.

Magnam esse auctoritatem Domini Bartholomęi de Capua idem *Afflict.* dixit in *Rubr. & Vassal. qui contra Constitutionem Lotharij, &c. num.* 4.

Excellens, eminensq; vir Dominus Bartholomæus de Capua, cuius maxima est auctoritas Loffred. in c. Imperialem in vers. per prædictum de probib. feud. alien. per Federic.

Viuius *decis.* 258. *num.* 4. ait, *Bartholomæus de Capua fuit tempestate sua eminentis auctoritatis vir, & sic eius auctoritas extollitur, meritoque celebratum, tanquam magna per Afflict. in Constit. Regn. Humanitate, tit. de his, qui fideiussores, &c. lib.* 2. *num.* 23. *& seq.* vbi meminit etiam re ipsa eius progeniem satis, atque satis hodie exaltatam fore imò.

Bartholomęus ipse de Capua sub nomine Bartolucij nuncupatur, vt prędiximus ex Bart. *in auth. præsbyteros, C. de Episc. & Cler.* & fuit ante Dinum, vt ibi memoratur, necnon mi-

ord.iudic. num.29. qui hanc sententiam verio-
rem suaderi verbis *pragm.63.§.7. Eccetto se*
la causa sarà stata referita,& c.tit.de offic.procur.
Cæsar. dicit, ac in eandem iuisse *Afflict. in*
cit.Constit.obscuritatem,quæst.9 nu.13.& *Cara-*
uit.rit.71.num.6. & rit. 296. affirmat iuxta
decisionem relatam à *De Angel.in addit.ad de-*
cis.21.Gizzarel.in fin. num.1. Pro affirmatiua
verò faciunt tradita à *Masul. ad Capyc. decis.*
*209.decis Minad.15.Thesaur. dec.33.*item alia
decisio,cuius meminit *cit.Rouit.sup. ead. prag.*
11. de ordin. iudic., qua decretum fuit,benefi-
cia esse concedenda,nedum causa introducta,
verùm & decisa, ac mandato de parendo ex-
65 pedito; ideòque tantùm mulieribus im-
poni posse, vt beneficia petant, habetur ex
decis.110.Capy.dec.79.n.6. & 12.Cap.Latr. &
Rouit.in ead.prag.11. de ordin. iudic. num.139.
qui hanc decisionem in viridi obseruantia
semper fuisse, dicit; cum minoribus idem im-
poni nequeat ex eo, quia nec sponte sua va-
lent beneficijs renunciare, nam ex ipso renun-
ciationis actu læsio redundat, *l. interdum*
20.& *l.si iudex 41.ff.de minor.*& *DD.*quos re-
fert *Gizzarel.decis.21.num.2. & 3.*hoc tamen
non obstare decretum Iudicis,nisi clausulam
66 contineat, *Aliàs via censeatur præclusa ad pe-*
tendum beneficia, probat, & decisum refert
Gizzarel.ibid.

Verùm hæc quæstio fuit regia determi-
67 natione,de qua in *pragm.16.de ordin.iudic.*di-
rempta sub die 27. Maij 1621. fuit enim de-
cretum, esse primum beneficium petendum
infra triginta dies à facta in causa publica-
tione,& intimata numerandos,ac secundum
beneficium intra alios triginta dies,numeran-
dos à die lapsus triginta dierum,concessorum
ad petendum primum beneficium; quòd si in
causa publicationem fieri non sit necesse, pri-
mum beneficium peti debere intra triginta
dies à die factæ,& intimatæ conclusionis in
causa,& secundum beneficium infra alios tri-
ginta dies numerandos ab eorum lapsu,prout
dixere etiam *Rouit super ead.pragm.De Angel.*
in addit.ad cit.decis.21.Gizzarel.num.2.& sup.
cit.Capyc. Latr. & omnes.

Quidnè dicendum,si beneficia petita non
68 fuerit pro minore,qui postea factus maior ea
petierit,tanquam minori competentia per di-
spositionem *l.minor,*vbi *DD.*passim *l.nam, &*
postea,§.si maior,ff.de iur.iuran.cap.audi tis, *&*
cap.coram de restit.in integr. infra quadrienniũ
statutum ad id in *l.fin.*vbi *glo. ver.excipiat, C.*
de restit.in integr.& *l.fin.C.de tempor. in integr.*
69 *restit.*, computandum tamen à die scientiæ
iuxta *Bald.* doctrinam in *l.falsam,num.3.C.si*
ex fals.caus.Castren.in l.fin.C.de dolo, Abb.in
cap.1.in fin. de præscript. Alex. cons.71. col.fin.
lib.1.& *cons.223.lib.2. Dec.cons.42.in fin.vers.*
nec obstat,& *cons.303.num.7.Caualcan.de tutor.*
num.142.cum seq. Becc.cons.12. num.16. Surd.
cons.176.num.13.vol.4. Sforz.Odd. de restitut.
in integr.quæst.20.art.4.nu.37. & 39. Boer.de-
cis.39.num.4. Tiraquel. de retract. lignag.§.35.
glo.4.num.4. Afflict.dec.329.Peregrin.cons.103.
num.58.lib.3.& confirmauit *Marcian. cons.45.*
*nu.3.*tanquam vndequaq; absolutum,& absq;
controuersia?Videri potest apud *cit. Marcian.*
70 vbi haud esse deneganda in hoc casu benefi-
cia,probat,& per S.C.decretum, refert.

Et an per termini lapsum, in *pragm.* statuti
71 ad beneficia petendum, dicatur ità via præ-
clusa ad nouam petitionem ipsorum, vt am-
plius peti nequeant, vel in alio termino? exa-
minat *Marcian.disput.19.tom.1.num.3.* & con-
cludit pro negatiua,referens ideò per S.C.de-
cretum die 28.Septembris 1949.in causa Por-
tiæ de Coruis,quo eidem Portiæ fuit secundũ
beneficium datum in iudicio liquidationis,nã
etsi beneficia in causa liquidationis non esse
72 cõcedenda, communiter sit receptum per ra-
tionem *tex.in l.1.& 2.& fin.C.si sæp.in integr.*
*restitut.postulet.*ne plures restitutiones dentur;
tamen dantur quoties in primo termino non
fuerunt cõcessa, *Afflict.dec.35.& 114.*& *Mar-*
cian.ibi.num.2.

Adhuc tamen de pluribus altercari sæpius
73 contingit in terminis eiusdem *pragm.* & pri-
mò vtrum dispositio *regiæ pragm.*ità respectu
actoris vigeat,vt respectu rei conuenti proce-
dere non dubitatur, & adeò,vt vterque dica-
tur per lapsum bimestri temporis à publica-
tione, siuè conclusione exclusus à beneficiorũ
petitione? *Thor.*enim in *2.par.compen. ver. be-*
neficia,siuè restitutiones in integrum fol. 44. re-
fert decisionem S.C.ad relationem *Cons.Mar-*
ciani factam, qua respectu rei conuenti, non
autem actoris, cui non competit tempus ad
beneficia petenda statutum, regiam *pragmat.*
procedere, fuit declaratum in causa Ioannis
Antonij della Grotta,cum Aloysio de Aloys,
fuit enim *pragm.*ad tollendas dilationes ema-
nata, vt ex eiusdem verbis, *Perche vna delle*
cause, per le quali tanto si dilatano le liti in
questo Regno,procede dal modo, che fin'hora si è
osseruato di dimandare, e concedersi i termini ad
probandum per via di restitutione, che si dice,
primo, e secondo beneficio, &c. cumq; reorum
74 sit fugere; actoris verò apud Iudicem instare
pro causæ expeditione *Speculat. tit. de contu-*
ma.§.2.n.2.Rota dec.2.n.4.de sequestrat. possess.
& fruct. in nou. Io: De Deo in prax. Aduocat.
lib.1.cap.8. De Angel.ibid. num.4. Capyc.Latr.
*dec.91.num.10.& dec.136.num.9.*ac ideò reus
fugitiuus nuncupatur in *l.properandum, §. &*
siquidem,C.de iudic. eadem non concurrente
ratione legis quoad actorem,non videtur pro
75 eodem ipsa legis dispositio constituta, *l.in*
omni, ff.de adopt.

At his aliter per idem S. C. decisum cerni-
tur

76 tur apud *cit.Capy. Latr.* ac decretum etiam respectu actoris terminum à *pragm.*statutum,
77 currere; actor enim, & reus ad imparia iudicari nequeunt, *l.fin.C.de fruct.& lit. expens.* & quod vni non licet alteri competere non potest, *cap.nō licet actori de reg.iur.in 6.*vbi *DD. l.non debet 42. ff.de reg. iur.* & vtriusque causa de pari procedit *cap.2. de mutu. petit. Gabriel. commun.opin.to.3.tit.de clauf.conclus.1.num.66. Valas.consult.25.* cum dicantur correlatiui,vt optimè exornat *Capyc.Latr.cit. decis.91. n.12.* qui decisioni relatæ à *Tho.* alijsq; ab eodem adductis,satisfacit vtrobique.

Secundò,an terminus à *pragm.*statutus cur-
78 rat post reclamationem interpositam,ac ideò succumbens in reclamatione, adhuc in cursu termini succubuisse censeatur ad *Text. in l. contra maiores,C.de inoffic.testam.* & tradita in *decis.327. De Franch. num.3. & 4.*; nam pro
79 negatiua institit in S.C.Hospitale Sanctissimi Nominis Domini Ciuitatis Cauæ in anno 1622.per ea,quæ *Curt.Bald.Paris.ad Bar.in ead.l.contra maiores, Idem Bald. in l. qui testamento 40.aliàs 37.ff.de excusat.tutor.nu.4.& in l.quandiu 68.aliàs 69.in fin. ff.de acquir.hared.* fuit tamen in contrarium decisum ad relationem Regentis *Rouit.*vt *Idem* testatur in *eadem pragm.16.de ordin.iudic.num.5.*qui allegatis in
80 contrarium etiam satisfacit *num. 6.* Bonum itaque erit idem,quod respectu repulsæ habetur ex *eod.Rouit sup.pragm.11 de ordin. iudic. num. 22.* ac *num.44.Capy. decis.157.* respectu beneficiorum seruare,per reseruationem enim seù petitionem beneficiorum, in termino factam,ius partium conseruatur illæsum,& ideò proposita quæstio potest ista cessare.

Tertiò,an dispositio eiusdem *pragm.*Tertio
81 in iudicium venienti obstet, ità vt eiusdem dispositio quoad termini præfinitionem ad petendum beneficia seruanda sit respectu illius (Tertio enim venienti competere beneficia,habetur ex *Rouit.sup.pragm.11.de ord. iudit.num.30.& sup.pragm.16.eod.tit.num.8.Imbria. de 1.& 2.benef.consid.3.Afflict.decis.213.* alijsq; quod extenditur etiam ad Authorem laudatum in *decis.115. Afflict. num.4.* iuxta tradita in *c.1.& cap.auditis de restit. in integr.* per *Couar.pract.quæst.cap.14.num.2.*post *glo.in l.si parentes,ver.ex persona,C.de euict. Guttier. pract.quæst.lib.1.quæst.66.relat.à Calà de restit. in integr.quæst.33.num.42.* dummodò tamen
82 non fuerit principalibus concessa eo tempore,quo tertius cōparet,idem *Rouit.ibid.Giurb. dec.1.Ann.consf.98.Gail obseru.71. in fin. lib.1.* quibus & cōcierunt tradita per *Montan.contro. 79.* in qua decisum fuisse,constat,eadem alijsque de rationibus fuisse denegata beneficia Illustri Duci Magdaloni petenti, etsi benefi-
83 ciorum terminus eidem non fuisset notificatus; etsi aliter dicendum suadeant tradita in *decis.40.Gizzarel.nu.15.& 16.*)& affirmatiuè respondet *Rouit.cit.pragm.16.nu.8.* citat *Guttier.lib.1.qu.66.in fin.Fab.Ann.cons.97.num.7.*
84 & alios,idque etiam in Fisco attendi,subdens secundum *Aretin.in l.si mercedem, §. habitatoribus, ff.de act.empt.Tiraquel. de leg.connubial. glo.8.num.175. Lambertegn.de contract. ad fin. num.95.& seq.Peregrin.de iur.fisc.lib.5.tit.1. n. 38.*quod optimè probatur apud *Thor. in 2.p. compen.ver.beneficium primum,& secundum*, vbi conformis huic sententiæ decisio S.C. re-
85 fertur:Cæterum quando Tertius veniens in iudicium,siuè minor, siuè maior sit, vel priuilegiatus quilibet,debeat ex integro audiri,vel potiùs in terminis, in quibus reperitur causa, constat ex ijsdem *cit.Rouit.& Gizzarel.* ac ex *eod.Rouit.decis.1. Merlin.lib.1.controuers.c.30.* alijsq; passim.

Quartò, an post insufflationem spiritus vi-
86 tæ Beneficia concedi debeant? & pro affirmatiua decisum refert idem *Thor.* in causa inter Ciuitatem Surrenti ex vna, & Ciuitatem Massæ Lubrensis ex altera per ea, quæ in eadem causa allegauit *Fuluius Lanar.* ab illo rescripta, vbi *sup. ver. beneficium primum*; quando autem perimatur instantia ex *l. properandum, C.de iudic.*habetur, ac *in l.fin. C. vt infra certum temp. criminal. quæst. termin.* vbi habetur,
87 criminales causas biennio concludi; ciuilium
88 verò motas non vltra triennium post litem
89 contestatam esse protrahẽdas;& an in S.R.C. vel in R.C.S. instantia per lapsum triennij pereat,& quando? habetur in *dec.68.Capy.Latr. lib.1.& dec.123.lib.2. Carleual.de Iudic.tom.1. disput.2. quæst.7. num.993.*vbi pro negatiua, præcipuè si facta fuerit monitio ad dicẽdum, qua instantiam perpetuari dixerunt *Pisanel.ad Afflict.decis.283.De Franch.decis.642. Capyc. decis.109.De Pon.cons.142.vol.2. Capyc.Latr. iisd. decis.68. & 123.* prout nec currere fatalia in S.C.ex multis probat *Galeo.lib.1.controuers. Illustr.19.nu.15.* quin post desertam appella-
90 tionem si ad S. C. appelletur, antequam appellatio declaretur deserta, causam ibidem reuideri ex eisdem tamen actis, testatur *Carauit.sup. rit. 260.num.3.& 4.* Cæterum ter tan-
91 tùm posse instantiam restaurari, & non vltra habetur apud *Gram.decis.69.*

Ad secundum patet responsio ex traditis à *Capyc. Latr. decis.79.* & alijs; Beneficia enim
92 sunt vtrique parti litiganti communia, & ità reo, vt actori, nec alter,postquam petijt,valet
93 in damnum alterius ea renunciare, *De Franch.decis.269.Rouit.sup.prag.11. de ordin. iudic.*
94 *num.27.*& maior vtitur beneficijs,minoribus concessis,*De Franch.& Rouit. ibid.* prout de quocumque termino dixerunt *Carauit. rit. 92.num.1.*per *text.in l.petendæ, C.de tempor.in integr.restit.& Scagl.in rit.73.num.2.* & in specie nostra *Afflict.decis.98.num.3. Thor.in compen.*

pen.ver.beneficium petitum tom.2. cumq; quilibet priuilegiatus ea petere valeat, quandoque etiam quatuor dari Beneficia in causa, concludendum sequitur, si vterque litigans sit priuilegiatus, & nil in contrarium refragatur dispositio *reg.pragm.8. in prætermiss.de dilat.* §.1. quæ non videtur circa Beneficia disposuisse,
95 vel adeò de ista in integrum restitutione dixisse, vt tantùm in eo casu, quo plures litis cõsortes idem ius fouent, ab vno olim propositum, attendatur, cui *pragm.* dispositioni confert, quod & *Magon. decis. Luccen.68. & Polidor. Rip.obseru.300.* habetur, & *in resol.55.nu. 53.& 541.tom.resol.Stayban.* sed an dari de-
96 beant in causa repulsæ? habetur ex *Rouit.sup. pragm.11.de ord.indic.nu.20. De Franch. decis. 421.num.7.Molin.de Hispan.primogen.lib.3.c. 13.num.66.Ferrer.in obseru.Cathal.par.1. cap. 476.Afflict.in constit.obscuritatem,num.9.* con-
97 cludentibus, nõ restitui minores ad pinguius probandam in causa repulsæ, ac per conse-
98 quens, nec beneficia eis cõcedi, quidue dicẽdũ sit in causa summaria? habetur ex *Thor. 2.par. compen. ver. beneficium primum, fol. 47. col.2. cir.fin.Capyc.decis.13. Ann.cons.84.nu.11. Couar.pract.quæst.cap.13.Rouit.in pragm.11. de ordin.iudic.num.3. Innocen. in cap.coram extr. de offic.deleg.Molin.de Hisp.primogen.lib.3.cap.*
99 *13.num.6.& 63.* vbi quid dicendum, si de irreparabili damno non agatur? & quando
100 priuilegiata persona non priuilegiatæ succedit? habetur ex *Thor.2.par.compen.ver.beneficium an concedi*, qui annuens traditis *in dec. 212. Afflict. cum eod.* pro negatiua concludit, aliamque refert decisionem, & restitutionem
101 aduersus læsionem, quam passus est minor, qui veniam ætatis impetrauit ex defectu probationis in iudicio, tàm si contingat ante, quàm post exibitas in iudicio litteras veniæ
102 ætatis, non concedendam, cum à die obtentæ veniæ restitutio denegetur, asseuerant *Cald de restitut,in integr.minor.denegan.infr.cit. q.33. num.45.Fontanel.de pact.to.1.claus.3.glo.3. nu. 60 p tex.& glo.in l... C.de ijs,qui ven.ætat.impetrauer. Gomez. variar. tom. 2. cap. de minor. num.12.*

De termino beneficiorũ agit *Rouit.sup. cit. pragm.11.de ord.indic.num.31.32. & 33.* con-
103 cludens pro veritate, terminum primi beneficij medietatem esse primi termini in causa principaliter dati, ac terminum secundi esse medietatem termini primi beneficij, ac ità esse tunc, & olim quoque omnium in moribus fuisse, quicquid aliter dicatur in *decis.124.Afflict.* quam videtur approbare *D. Hieronym. Cala de restit.in integr.minor.denegan.qu.33.nu. 4.citans Auendan.respons.21.n.3.Guttier.lib.1. pract.quæst.69.per tot.* ad fundandum, admit-
104 tendas nominationes in termino beneficiorum, quod & si verum sit, cum ex *eod. Rouit.* deducatur, non valet indè, quod ijdem *Afflict.*
105 & *Cala* mallent de congruente termino nominationum Iudicis arbitrio decernendo, inferri, vt *Rouit.* habet, cum de termino nominationum disposuerint *pragm. 3. de dilat. & pragm.7. de ordin. iudic.* vbi congruens terminus statuitur.

Contra petentes Beneficia, vel repulsam
106 olim dispositione *reg. pragm.1. de procurat.* fuit statuta pœna ducatorum duodecim, si eis non vterentur; nunc verò per *sup.cit. prag.8.de dilat. §.6.in prætermis.* est aucta pęna ad aureos nummos viginti quatuor; hinc praxis quædam inualuit renunciandi beneficia, & repulsam re integra ante litis contestationem, sicq; tollitur incursus ad pœnam. At quæritur pos-
107 sit ne petitum beneficium renunciari in prę iudicium alterius partis, ad cuius fauorem post beneficij petionem dicitur ius constitutũ ad pinguius in eodem termino probandum; & hanc quæstionem examinat, & resoluit *Thor.in compen.par.2. beneficium petitum*, ac
108 decisionem S.C. affert, qua declaratum extitit, fore litis consorti beneficia concedenda etiam post sententiam, cuius exequutionem mandatum fuit suspendendam fore, conferũt, quæ diximus *sup. num.* . & tradita ab *Afflict. in constit.obscuritatem,quæst.10.nu.16.* asserturque ad confirmationem paritas in appellatio-
109 ne, qua interposita non est locus renunciationi in præiudicium collitigantis, *l.1.C.si vn. ex plur.Afflict.decis.173.num.4. Surd.dec.143. num.4.Crauet.cons.30.num.10. R.De Pon.cons. 6.num.7.vol.1.Imbrian.de 1.& 2.benef.consid. 7.num.82.De Franch.decis.658.num.1. Giurb. decis. 30. ac decis. 99.* ex allegatione quadam *Reg.Tap.* in qua multa, quæ ad fauorem vnius partis sunt introducta, & alteri etiam prodesse queunt, & ideò non possunt renunciari, asseruntur.

Ad tertium responderi potest cum *Ricc.*
110 *collect.decis.186.par.1.Gratian.discept.forens. cap.762.num.13.cum seqq.* & alijs, qui sparsim de huiusmodi restitutione aduersus sententiã, contractus, aliosque actus concedenda, siuè deneganda agunt, proùt etiam uideri potest apud *sup.cit.Cala.& Cons. Stayban. resol.155.*
111 *tom.2.per tot.* ubi latè de restitutione Pupillis, Minoribus, Ecclesiæ, Fisco, Viduæ, siuè Diuiti, siuè Pauperi, Mulieri, quæ virum ha-
112 bet captiuum, exulem, uel ad triremes damnatum, uel quæ cum uiro suo diuortium fe-
113 cit, Virgini siue diuiti, siue pauperi, & quæ animum habet perenniter in uirginitate manendi, uel non, de qua latè *resolut.198.* & quæ
114 habet patrem, uel non habet, alijsque concedenda, & non concedenda agitur, & concinnè
115 enucleatur, & an Meretrix gaudeat in integrũm restitutione? examinat *Prat.respon.crim.*
116 *3.* quidquè dicendum de fori electione respe-

ſpectu virginis, quæ patriæ poteſtati ſubeſt, habetur *reſponſ.*51.*criminal.Conſ.de Palma* inter *conſil.crim.Prat.*contra *Capyc.Latr.dec.*54. *num.*5. vbi deciſum pro negatiua in cauſa Horatij Curialis, cuius meminit *Viſcon. in addit.ad deciſ.*100. *De Franch.*impugnatur tamen deciſio,& iſtorum ſententia acerrimè à
117 *Gizz.in eadem deciſ.*54.*Capyc.Latr. n.*5. *Prat. lib.*1.*diſcept.forenſ.cap.*13.*à nu.*31. *per* 73. qui citat *Rouit.deciſ.*49.*num.*12.*& Carleual.de indic.diſp.*2.*q.*6.*nu.*32. *verſ.nec de Viſconte*, Nos verò non tedet aliqua inter cæteros afferre.

Quare dicimus, huiuſmodi reſtitutionem non modò ſupra enarratis, alijſq; priuilegia-
118 giatis perſonis competere, ſed & maioribus, & illis, qui nullo prorſus priuilegio potiuntur,quidquè inter vtramq; reſtitutionem priuilegiatorum nempè, & non priuilegiato-
119 rum interſit' explanát *Marcian.conſ.*44.*to.*1. *num.*14. *Conſil.de Meſ.variar.reſol.lib.*3. *c.*44. *Stayban.cit.reſol.*155.*alijq;* paſſim; ex pluribus cauſis,quę enumerantur in *l.*1.*&* 2.*ff. de in integr.reſtit.*ac in *l.*1.*& per tot.tit.ff.&C.ex quib. cauſ. maior.* maioribus quandoque reſtitutio
120 concedi conſueuit, ex metu ſcilicet, dolo, ſtatus mutatione, iuſto errore, abſentia cauſa Reipublicæ, vel alia quauis neceſſaria,& iuſto quolibet impedimento ad *text.l.*1.& *l.ſuccurritur,cum l.ſeq.ff.ex quib.cauſ.maior.* ac tandem
121 quoties magna cauſa ſuadet, vt eſt videre apud *cit.De Meſ.* etiam *num.*15.*Donel.lib.*21. *commentar.cap.*5. vbi *Oſuald. Hilliger. in notis lit.L.Duaren.in paraphra.ad tit. C.de v vor.milit.col.*1.*&* 2.& *ad tit.C.ex quib.cauſ.maior.c.de altera parte edicti col.* 2. qui eas optimè examinant,& exornant, & in vinculis,aliterque
122 detento competere reſtitutionem in integrum per *cit.l.ſuccurritur*,probat *Stayban.ead. reſol.*155.*num.*45.*&* 46.& *Sforz.Odd.de reſtitut.quæſt.*7.*num.*66.*ver.amplia autem*; at debet
123 læſio ſemper adeſſe, nam ſine læſione maiores non reſtituuntur *Surd.deciſ.*4.*nu.*12. *Mandel.Alb.conſ.*229.*à nu.*17.*ad fin. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.*55.*num.*21. & ſi maiorum reſtitu-
124 tio in æquitate fundetur *Marcian. cit.conſil.* 44.*nu.*14.*cir.med.* prout nec minores,licet mi-
125 noribus facilius,quàm maioribus reſtitutione ſuccurrendum ſit iuxta ea, quæ *Molin. diſput.*572.*§. militibus, Leſſi.de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*17. *num.*39. *Capyc. Latr. deciſ.*188. *lib.*2. *num.*103.*&* 104. Ideò reſtitutionem,quæ ad-
126 uerſus ſententiam concedi debet propter inſtrumēta nouiter reperta ad placitum *Calà de reſtit.in integr.minor.quæſt.*40. *à nu.*1. *per ſeqq.* vbi lepidè hanc examinat rem, & reſoluit, quamplurimas afferens S.C.deciſiones, *Stayban.reſol.*155.*tom.*2. *num.*141. *Sfor.Odd.de reſtit.quæſt.*73.*cum trib.ſeq. Stayban. ſen. conſ.*79. & *Caſtil.deciſ.*16.*num.*29.*lib.*2. non competere data culpa, vel ſaltim ſupina ignorantia, aut ceſſante læſione, habetur ex iiſdem *Stayban. Caſtill.*& *Honded.conſ.*27.*nu.*6.*&* 7.prout etiā concludit *cit.Calà num.*4.*&* 9.:Cæterum an
127 quandoque aduerſus ſententiam prolatam contra ius litigatoris poſſit reſtitutio maiori competere contra tradita à *Sforz. Odd. de reſtit.quæſt.*79.*art.*2.*num.*10.*& alios*, quos refert *cit.Caſtil.deciſ.Sicil.*16.*per tot.* poteſt ex *Marcian.diſput.*86.*tom.*2. deduci, vbi probatur ex *Alex.in l.ſi infanti col.fin.C.de iur.delib.per l.ſi mater*, vbi *Bar.de exequut.re.iudic. Ruin.conſil.* 68.*num.*20. *lib.*1. *Mut. deciſ.Sicil.*84.*num.*42. *Gabriel.conſil.*28.*num.*4.*lib.*2. *Gratian. diſcept. forenſ.cap.*907.*num.*14.*cum ſeqq.* ex capite notoriæ iniuſtitiæ adhuc huiuſmodi reſtitutionē
128 competere etiam poſt quatriennium,præcipuè ſi notoriè conſtet de errore ſententię, falſa cauſa,& iure petentis reſtitutionem ad tradita in *conſil.*324.*Surd.nu.*5.*&* 6. vide ad idē *Rouit.ſup.pragm.*5.*de offic.S.R.C.n.*20.& *Surd. conſ.*324.*vol.*3.*conſ.*405.*nu.*17. *cum ſeq. vol.*3. *Barz.dec.*33.*Scac.de ſent.& re iudic.glo.*14 *qu.* 20.*&* 26. ſed vide quoq; *Afflict.* qui videtur contra ſentire *deciſ.*28.*num.*6.

Hinc eſt,vt ex iiſdē penè cauſis maioribus,
129 ac minoribus,minimè attenta perſona, cui eſt concedenda, reſtitutio tribuatur ex clauſula generali, *Calà vbi ſup.num.*17.ideòque
130 cum huiuſmodi reſtitutio ſubſidiarium dicatur remedium,vt idem *Calà*,ac etiam *Marcian.conſ.*44.*num.*14. & omnes affirmant,cuilibet petendi in ſubſidium, alio deficiente iuris ordinario remedio, miniſtratur *Ruin.conſil.*119.*num.*21.*vol.*5. *Reg. De Marin. reſolut. quotid.lib.*2.*cap.*200. *num.*13. & an competat
131 reſtitutio ięſis abſentibus, qui Procuratorem in iudicio reliquerunt, vel non ? explicat *cit.de Meſ.*ad intellectum *l.ſed & ſi* 26. *§. vlt. verſ.& ſæpiſſimè ff.ex quib.cauſ.maior.cum concord.*, & an ex clauſula generali reſtitutio cō-
132 petat aduerſus præſcriptionem triginta, vel quatraginta annorum propter ignorantiam? examinant *Surd.dec.*4. *D Dq*; relati ab *Hodier. in addit.*

Incidit olim ſæpiùs quæri de eo,an propo-
133 ſito remedio reſtitutionis in integrum aduerſus ſententias S.R.C.valeat earum exequutio, ac etiam litterarū exequutorialium vigor impediri?(ſentētias enim,& decreta huiuſmodi,& quicquid ordinatū fuerit,prouiſumquè, vt à Supremo Tribunali emiſſa exequutioni mandari regali edicto iubetur in *pragm.* 5. *de offic.S.R.C.* ac litterarum, quas dicimus exequutoriales, nullo modo impediri poſſe exequutionem,habetur in *prag.*79. §.14.*eod.*quin
134 exequutione non facta procedi nequit in cauſa,& condemnatus audiri, *Carleual.de indic.tom.*2.*diſput.lib.*1.*tit.*2.*diſp.*8.*num.*12.*De Franch.deciſ.*290.& habetur in *pragm.*79. §.9. & 10.*de offic. S.R.C.*) nos verò eiuſdem quæmo-

135 stionis examine post habito, quid nunc in moribus nostrorum sit tradamus; Quare dicimus, impediri exequutionem si fraude cessante fuerit restitutio petita per viam exceptionis, ad *text.in l.vnic. C.in integr.restit. postul.nihil nou.fiat Boer.decis.67. num.7. Capyc. decis.53.De Franch.decis.86. num.8.Anna sing. 179.Rouit.in pragm.1.de minor.num.25* præcipuè si fuerit irretractabilis exequutio, *Stayba. resol.50.num.46.49.& 51.* sed post quam sententia cæpta est exequi, vel fuit mandatum expeditum de parendo, eiusdem exequutio non impeditur *Mastril.decis.30. De Marin.resolut.quotid.lib.2.cap.200.num.5. Anna in rub. de vassal.decrep.ætat. nu.239.* qui de stylo nostri S.C.testatur *Calà cit.quæst.40.num.20.Rouit.ibid.num.28.Stayban.resol.55.tom.1.num.2.*
136 *3.4.5. cum seqq.*videas tamen ad ornatum *Cons.Carleual.de Iudic.to.2.lib.1.tit.3.disp.16. per tot.* differentem an, & quando nullitates ad intellectum *l.4.§. condemnatum, ff.de re iudic.l.1.C.quando prouoc.non est necess.clem.1. de sequestr.possess.* aliorumque iurium, & eorum, quæ *Ses.de inhibit. cap.5. §.5.* & alij afferunt, item & restitutio valeant sententiæ, & decretorum exequutionem iam cæptam propediri, qui *num.33.*dicit, ea quæ facta fuerunt in
137 processu exequutiuo tempore petitæ restitutionis non reuocanda pendente causa restitutionis; acta tamen processus exequutiui superuentura post petitam restitutionem, vt vén-
138 ditionem pignorum, subhastationem, aut possessionem, vel adiudicationem bonorum exequutorum non dum prouisa suspendi, & impediri debere, donec causa restitutionis definiatur, citat *Sforz.Odd.de restit. par.1. qu. 43.art.6.num.91.Lancellot.de attent.cap.18.nu. 117.& 118. Scac.de appellat. qu.19. remed.2. num.72.in fin.& num.100.*quibus conueniunt tradita per *Marcia.disput.86.num.25.* concludentem cum *Gratian.discept.cap.708.num.46. & seqq.*& *Rouit.pragm.5.de offic.S.R.C.nu.23.* impediri exequutionem sententiæ per restitu-
139 tionem ex capite notoriæ iniustitiæ, etiam si facta sit exequutio vigore litterarum exequutorialium, quasi tunc facta dici nequeat antequam per solutionem, vel traditionem rei perficiatur: de proponendis nullitatibus alia dicit *cit. Rouit.in pragm.5.de offic. S.R.C.*sicut
140 etiam de reclamationis remedio, de quo etiam præ cæteris *Capy.Latr. consult.159. per tot.tom.2.* vbi de exequendis, & non exequendis quandoque S. R. C., & R.C.S. sententijs, atque quid sit apostolos petere, & apud *Fanut.de momentan.cap.20.num.26.*ad intellectum eorum, quæ *Maran. in suo spec. par. 6. ver.& quando appellatur,num.219. Guid.Pap. decis.436.num.34. Viu.decis.266.num. 2. Minsyn.obseru.36. cent.4.* alijque dixerunt, expla-
141 nat; alia quoque de appellatione, reuisione, & recursu, & an concedantur condemnato, qui propria culpa non appellauit, ac Fisco idem *Capy.Latr.*dixit *decis.164.t.2. Rouit. decis.14.165.& 183.* De reductione ad arbitriũ
142 boni viri, quid importet, à quo tempore peti possit, & an eidem possit quandoque renunciari? agunt *cit.Capy.Latr.consult.152.tom. 2.Rouit. sup.pragm.2.de arbitr.à num.4.per tot. Theodor.alleg.77.* & alij, eos ideò consulas.

Dicam nunc, M.C.V. decreta diffinitiua,
143 quæ continent summam pecuniarum centum quinquaginta, vel minorem exequutioni demandari sub cautione de restituendo in casu retractationis, vt habetur per *pragm.3. de offic.S.C. §.in alijs autem*, & per aliam *pragm.* Cardinalis Granuelæ de anno 1574. die 17. Iulij, de quibus *Muscatel.in prax. lib.1. par.7. glo.condemnato,num.106. vers.sextus casus, & lib.2.par.1.glo.sententia,n.133. Gallup.in prax. par.3.cap.5.ex num.46.Carani.in rit.257.nu.6. Carleual.de iudic.to.2.lib.1.tit.2.disput.8.n.13. & Rouit.super ead.pragm.3.nu.7.in fin. & 14.* ad quarum *pragmaticarum* dispositionis intellectum *ibid.* multa affert, inter quæ non
144 inferiorem locum obtinet quæstio, an exequutioni sit dandũ decretũ continens certam summam infra aureos centum quinquaginta, & incertam liquidandi interesse? & quamquã videatur pro affirmatiua respondendum; cum certa quantitas videatur in sententia siue diffinitiuo decreto contineri, & non vltra, nam interesse censeri potest, tanquam aliquid separatum, & reseruatum in alio iudicio determinandum, etsi fuerit vno, eodemque libello petitum, tot enim dicuntur esse libelli, & petitiones, quot sunt capita cuiuscumque, *Bal. Alex.& Ias.in l.si idem cũ eodem,ff.de iurisdict. omnium iudic.*,& tot sententiæ, quot sunt capita cuiuslibet separata *l.Carmelia pia, ff.de iur. patron.l etiam,§.ex causa,ff.de minor.glo.*& *Bal. in l.ampliorem, C. de appellat. Auendan. de secun.supplic.num.14.*& *Bouad.lib.3.cap.8. num. 222.& seq.& lib.5.cap.1.num.249.*alijq; veritas tamen pro Aduersantium huic opinioni sententia est; vtraque enim quantitas est in
145 decreto, ergo non potest esse exequutioni locus donec constiterit de certa quantitate, quæ centum quinquaginta aureos non excedat, fortius cum simus in odiosis, in exequendo nempe decreto, non obstante appellatione, quæ ad tempus contestatæ litis controuer-
146 siam reducit, & interposita à decreto diffinitiuo iudicatum suspendit, *cap. venientes de iur.iuran. Cap.non solum de appell.in 6. l.1.ff. ad sen.Cons. Turpil. Marcian.disp.16. num.4. Ludouis. decis. rot.36. & 435.* quin & decreti
147 exequutionem *l.vnic.ff.nil innouar.appel. interpos.Carleual.de iudic.tom.2.dispusit.iur.lib.1. tit.3. disput.16. num.41.* in odiosis non est facienda extentio legis, siuè statuti. Hinc non esse

148 esse exequutioni demandandum decretum huiusmodi voluere, *Ann.sing.466.& 469.Rouit.sup.cit.prag.3.de offic.S.R.C.num.*10. *Alex.consf.90.vol.7. Petr.ad Capy. decis.29. annot.*1. *De Franch.decis.*141. vbi decisum, & *ibidem Viscon.*; *Amen. num.*2. & *Ricc.* ac optimè *Tap. in . . par.iur.regn.in pragm.*1.*de offic.S.C.n.*14. qui refert, non antea fuisse exequutioni demandatam sententiam pro sorte principali ducatorum quatraginta, quàm fuerit interes-
149 se liquidando renunciatum ab actore, quasi ipsa interesse liquidatio faceret sententiam non exequibilem.

Nec verum est, quod nonnulli credunt de prohibita appellatione à M.C.V.ad S.R.C. in
150 causis infra summam aureorum centum quinquaginta, quasi ex demandata decretorũ exequutione, ac ex consueta decretandi forma nostri S. R. C. Præsidentium in supplicationibus, ac eiusdemet S.R.C., qua solet mandari, fieri per M.C.iustitiam in causa reassumptis actis, etiam si pro commissione in S.R.C. sit supplicatum, comprobatur; nam contrariũ
151 veritate firmatur, cum appellatio ab omni sententia detur, si de prohibitione non liquet, *l.qui restituere, ff.de rei vindic. Cacheran.decis.*61.*De Franch.decis.*556.*n.*5.*Rouit.sup.pragm. in rubr.de appellat.num.*7.*Stayban.to.*1.*resolut.*50. *n.*15. quod etiam de reclamatione est in-
152 teliigendum; cum appellatio, & reclamatio de pari ambulent, Idem *Rouit. sup.pragm.* 37. *§.& similiter,num.*15.*&* 18.*de offic.proc.Cæsar.* ac per consequens semper est admittenda quoties non affertur lex, siuè statutum, quo prohibeatur; nec prohibitio ipsa arguitur è
153 parata exequutione, quæ decretis infra sũmam aureorum centum quinquaginta tribuitur; exequutio enim nil commune habet cum prohibita appellatione, quod adeò verũ est, vt nullus hucusque ausus fuerit affirmare, decreta M.C. infra summam exequi debere, nec aliud videndum; consueuit enim post exequutionem de meritis causæ iterum tractari in gradu appellationis, ac dato termino ad non posita ponendum, & non probata probãdum; si ergo id fieri necessario debet, cur non in S.R.C.nempè coram Præfecto Prætorio, de
154 cuius præstantia nouissimè *Altimar. de nullit.rubr.*10.*q.*17.*n.*43.*& seqq.* vbi etiam de Suprema Regij Collateralis Consilij, ac R.C.S. authoritate. Nec obstat dicere, consueuisse exequutionem decretorum M.C.infra summã
155 etiam per S.R.C.demandari; nam hoc ipsum Aduersarijs obstat, cum hinc nil aliud valeat rectè inferri, quàm quod S.C. maximis in negotijs occupatum soleat quandoque minimæ rei M.C.demandare cognitionem, idque ideò non officit nobis affirmantibus, cuiuscumque causæ posse dari appellationem ad S.R.C. Accedat exemplum conuincens in decreto affirmatiuo assistentiæ, quod interposita appella-
158 tione exequutioni dari debet secundum dispositionem *prag.* 2. *de appellat.* & explicationem traditam à *Rouit.ibid.Carleual. to.*2. *de iudic.lib.*1.*tit.*2.*disput.*8.*nu.*14.15.*& seqq. De Franch. decis.*120.*Marcian.disput.*86.*to.*2. *nu.*25.& *Sanfelic.decis.*117.*tom.*1. nec tamen dici
157 potest appellatio denegata; rursus alijs in casibus exequutio parata conceditur, vt est videre apud eundem *Carleual.num.*12.13.14. 27.*&* 28. & tamen certis tantùm in casibus determinatis, ac expresè prouisis appellatio inhibetur; ergo quoties de inhibitione liquidò non constat, non est eadem consequentia deducenda. Meritò igitur sub Mei tutela in causa pro Iosepha Montalto nomine vt in actis in Banca Falui pro Viuo contra D.Ioannem Oliuam, integerrimus, ac omni virtutum genere, maximaque præsertim suauitate morum, animique candore præditus Dominus D.Fœlix Vlloa, & Lanzina S.R.C. meri-
158 tiss.Præsidẽs, cui quidẽ præstantissimo viro, & Aduocatorum cætus, & Litigantium, quin & Ipsa Iustitia (fas est hoc dicere) multum debet, appellationis causam infra summam ducatorum centum quinquaginta, auditis partibus, ad S.R.C.remisit, & idem S.C. referente Domino D. Carolo Petra Barone Vastigirardi, & Caccaboni Equite Calatranæ Regio Consiliario, & causæ Commissario, coram doctissimo, & maximo viro D.Martino
159 de Pimento Comite de Legardo Regio Consiliario Aulæ Præfecto, confirmando decretum termini, datum in causa appellationis, aduersæ partis instantiam, petentis ad M.C.remitti causam, reijecit. Cæterum aduertas *prag.* 73.§.3. sanctionem *sub tit.de offic.S.R.C.* cuius
160 meminit *cit. Carleual. in fin.num.*13., qua exequutio parata conceditur decretis M.C.V. continentibus summam vltra aureos centum quinquaginta infra tamen quincentum, non seruari, & nunquam fuisse seruatam, quicquid aliter *cit.Carleual.* asseueret: & de pauperibus
161 allegantibus nullitates aduersus sententias, & decreta cuiusuis Tribunalis, vt non teneantur depositum facere ad explicationem regiarum *pragm.*1.*§.dicentes de procurat.*5.*§.quamplurimum, &* 78.*de offic. S.R.C.* aliarumque agunt *De Angel.in addit.ad Gizzarel. dec.* 84. *num.*27.*par.*2.*Nouar.pract.quæst. forens. par.*2. *quæst.*59. & *DD.* sparsim, & de proponendis
162 nullitatibus aduersus laudum absque deposito, dicit *Montan. controu.* 56. *num.* . . & si
163 valde dubitẽ de eo, quod *ibid.* dicit, nullitates nempè aduersus laudum non admitti, nisi sint contra expressum casum legis, vel publicam scripturam iuxta dispositionem *reg.prag.* 4.*de dilat.*, videtur enim eidem *pragm.* quæ loquitur de nullitatibus, quæ aduersus decreta Tribunalis collegiati proponuntur, opponi,

Pp & le-

& legi communi, quæ nullum censeri vult quodlibet decretum, contra ius litigantis interpositum.

CAPVT SECVNDVM.

Alia de eadem re traduntur.

De restitutione minoribus, ac maioribus simul competente, etiam ob congruum non petitum, & quando absens à petitione congrui excludatur? De electione fori, & variatione, & quando priuilegiatis competat ex iure cesso? ac de simulatione in cessione, simulationisque præsumptionibus.

SVMMARIVM.

Tempus, infra quod fœminæ dotari debent, currit etiam minoribus, & pupillis, num.1. & 2. sed contra num.3.

Restitutio, concessa fratri minori, an prosit etiam maiori, n.4.5. & 6.

Dotatio mulierum est onus hæreditarium, n.7.

Hæredes tenentur ad onera hæreditaria pro hæreditarijs portionibus, n.8.

Bona hæreditaria non communicantur inter hæredes, num.9.

Minores, an, & quando restituantur aduersus congruum non petitum? n.10.11.12.13. & 14.

Cautela traditur, vt absens excludatur à petitione congrui, n.15.

Terminus quilibet à Statuto, siuè lege determinatus, quando currere incipiat? num.16.

Restitutio Reipublicæ, ac Regno competit, & quãdo num.17.18. & 19.

Restitutio non conceditur aduersus non factum lucrum, num.20. & 21.

Lectus vidualis potest repeti etiam per restitutionem in integrum, n.22. & 23.

Electio fori, & variatio an concedatur venienti ex iure cesso? n.24.25. & 26.

Ioannes Baptista Roccus *Iudex M.C.V. laudatur, num.27.*

Cessio ex multis præsumitur simulata remissiue, num.28.

Illustris D. Ascanius Philamarinus Dux de la Torre, & Eminentissimus D. Ascanius Philamarinus S.R.E. Cardinalis, & Neapolitanus Archiepiscopus, *laudantur numer. 29. & 30.*

Bartholomei de Capua *gesta, laudes, & scripta recensentur, num.31.*

Postquam illos, quibus datur in integrũ restitutio, demonstrauimus, nonnullas causas, ex quibus competere ea potest,
1 conuenit addere. Ideò dicimus; tempus, à *Consuetudine* decretum ad dotandas sorores, non tantùm maioribus fratribus, sed & minoribus, & pupillis currere, vt affirmant *Afflict. decis.370. in 1.dub. Molfes. par.4. quæst.4. & 6. Prouens. in consuet. si moriatur, obseru.28. nu.8. Caput. ibid. par.1.§.10. num.24.* probaturque apud *Bottiglier. de success. ab intest. cap.1. de exclus. parag. & masculiat. theorem.36. à nu.1. per*
2 *3.* fortius si de puberibus pupillis sentiamus, vt *Idem Bottiglier.* testatur de communi *n.9.*
3 etsi contrarium, vt verius *Ipse* amplecti videatur.

At quæri solet, prosit ne maiori fratri, quæ
4 minori conceditur restitutio? & affirmatinè respondent *Afflict. cit. decis.370. in 3.dub. Molfes. cit. par.4. quæst.4.6. &* 8. multosque conuin-
5 cẽtes paritates adducit *cit. Bottiglier. theorem. 37. à num.1. per 4.* quibus relatorum *DD.* sen-
6 tentia firmatur: Mihi verò placet cum eodem *Bottiglier. à num.5.* sentire, superioremque sententiam in indiuiduis retinere materijs, non autem in ista specie nostra; dotatio enim so-
7 roris cum hæreditarium onus dicatur, & quilibet hæres pro viribus suæ portionis ad one-
8 ra hæreditaria teneatur *l. pro hæreditarijs, C. de heredit. act.* & actio, & obligatio inter eosdem diuidatur *l. in exequutione, vers. prima species, ff. de verb. obligat. l. si vxor, C. de negot. gest.* latè *Giurb. obseruat. 19.* consequens est, vt pupilli priuilegium, sibi pro re sua competens, maiori fratri communicari nequeat; cum nec ipsa
9 hæreditaria bona communicentur inuicem, *Caput. ad consuet. si moriatur. par.1.§.10. n. 27. Prouens. obser.28. n.18. & seq.*

Dicebamus aliàs *tit.17. de iur. congr. cap.2. à num.37 per 40.* minorem restitui in hac Ciui-
10 tate aduersus congruum non petitum, in Regno verò nequaquam; prima pars propositionis à *Molfes.* confirmatur *ad consuetud. tom.3. de iur. congr. par.13. quæst.43. num.1. De Franch. decis.242. De Pont. consil.104. Rendel. in eius oper. ver. infra quatuor menses num. 2,* & alij penès *Giurb. decis.78. num.6.* secunda verò
11 à *Thes. decis.99. n.16. vers. confirmatur,* alijsq; penès *cit. Rendel., & Benedel. de iur. prothom. vers. cum notissimum sit, num. 8.* probatur. At *Molfes. num.3. & Giurb.* constitutum discrimen non placet, quasi *Consuetudinario* iure, &

& Regni non valeat fundari, citant *Io. Fabr.*, *Andr.*, *Bellamer.*, *Cassan.*, & alios post *Sforz. Odd. de restit. in integr. quæst.* 87 *art.* 1. *Boer. dec.* 62. *Tepat. lib.* 1. *variar. iur. senten. tit. de minor. fol.* 137. *col.* 2. *in fin. Borgn. decis.* 19. *num.* 86. *cum seqq.* præcipuè 89. *lib.* 2. Falluntur tamen *Molfes.* & *Giurb.* (ni fallar *Ipse*) nam discrimen
12 in eo cernitur constitutum, quia per ius Regni in *Constit. sancimus* Tutoribus, Curatoribus, & Defensoribus negligentibus soluere iustum pretium cum vsuris, & expensis pupilli nomine, pro re, quæ ad eiusdem pupilli instātiam posset retrahi, imponitur, vt resarciant quicquid incommodi ille haberet, quod *Consuetudine* non disponitur, ideòque nil mirum si vno casu pupillus restituatur, altero verò
13 nequaquam; non enim opus restitutione, vbi pupillo alio remedio succurritur aduersus Tutorem, Curatorem, Defensoremque, & consonat distinctio, de qua *Tiraquel. par.* 1. *de*
14 *retract. lignager.* §. 35. *glo.* 5. approbata à *Nepita ad Consuet. Catan. tit.* 41. *consuet.* 1. *num.* 36. *Mut. ad Consuet. Panor. cap.* 26. *num.* 96. *cum plur. seqq.* quæ ab Ipso *Molfes.* non reprobatur: confert eiusdem *Molfes.* placitum *quæst.* 42. *nu.* 15. vbi dat cautelam, qua absens à retractus
15 petitione in futurum excludatur, ac eam esse constat, vt nempè absenti petatur Curator, eique imponatur, vt infra certum tempus res, quæ vendi petitur, retrahat nomine absentis, cui potest retractus competere, nam si labatur tempus à Iudice, vel Statuto præfinitum, amplius non exaudietur principalis, ità legitimè exclusus, ad *Text. in l.* 1. *ff. de curat. bon. dan.* & tradita per *Rendel.* vbi *sup. nu.* 12. *& seq.* ex *Bal. Maut.* alijsq;, quod si iustum esse arbitremur (etsi mihi nequeat probari, cū iniquum sit, aliquem inscium iure suo priuari absque facto proprio) maximè nostro fauet assumpto: si enim potest maioribus absentibus iniqua conditio per Curatorem inferri, fortius, & minoribus per legitimos Tutores, Curatores, & Defensores, quoties eisdem contra istos actio ad interesse suppeditatur. Cæ
16 terum eundem *Molfes.* de quolibet termino à *Consuetudine*, siuè lege determinato, & quando currere incipiat? consulas agentem.

Restitutionem competere Reipublicæ, ac
17 toto Regno fundat *Capyc. Latr. decis.* 188. *nu.* 107. at pro demanio obtinendo elapso anno denegatur, vt idem *Capyc. Latr. dec.* 168. *n.* 54.
18 etsi infra quatriennium aduersus lapsum tempus restituatur, vt *n.* 65. Denegatur quoq;
19 agenti vtilem rem cum consilio peritorum, *Capyc. Latr. decis.* 194. *num.* 42., apud quem etiam de ratione. Rursus restitui nequit
20 qualibet priuilegiata persona aduersus non factum lucrum, si tamen non fuerit in damno; cum satis sit neque in lucro, neque in dāno esse, idem *Capyc. Latr. decis.* 15. *num.* 21. *De Franch. decis.* 383. *in fin. Gregor. Tholos. in syntag. iur. variar. lib.* 46. *cap.* 3. *nu.* 13. *glo. in cap.* 1. *in fin. de in integr. restit.* & restitutio læsis tri-
21 buitur, vt releuentur in eo, quo grauantur *l. penult. ff. de minor. l.* 1. *C. si aduers. vendit. pign. cap. cum ex litteris de in integr. restit.* & *l. non omnia ff. de minor.* alijsq; *vulg. iur.* ac rationibus, de quibus *cit. Bottiglier. theorem.* 36. *à nu.* 18. *ad fin.* (etsi hoc ipsum ab eodē impugnetur à *n.* 12. per *text. in l. pater Seuerinam* 100. *ff. de cōdit. & demonstr. l. conditioni, C. de instit. & substit. l. liberto* 21. §. *Luci. Titius*, *ff. de ann. legat.*)

Lectum vidualem deberi viduæ mulieri
22 post viri mortem, aliàs diximus, sed an item præstari debeat infra annum luctus nubenti? perquirit *Capyc. Latr. consult.* 124. *tom.* 2. con-
23 cludens pro negatiua, ac ideò traditum posse repeti per restitutionem in integrum ex clausula generali, *Si qua mihi iusta causa*, probans.

Alia infinita ferè hìc possent cumulari de hac in integrum restitutione, siuè maioribus, siuè minoribus, alijsque priuilegiatis competente personis; quoniam verò alibi fusè inueniri possunt, omittuntur, non enim (vt dicebat omnigenæ eruditionis vir, & A.M.D. Fridericus Meninni) ex scriptis scripta sunt facienda.

Illud tandem esset examinandum, an fori
24 electio, & variatio, eiusdemque declinatoria priuilegiatæ personæ competat quoties agit ex iure cesso; at quia responsio ex *De Franch. decis.* 195. *Vrsil. ad Afflict. dec.* 74. *nu.* 6. alijsque desumitur, illi nempè nec electionem, nec variationem, nec declinatoriam concedi,
25 quoties in cessione fraus dicitur intercessisse, secus verò si fraudis præsumptiones cessent, nil vlterius addendum censeo: rursus quid
26 dicendum si cessio ex causa lucratiua, aut onerosa sit facta? examinant *Capyc. Latr. decis.* 54. *tom.* 1. & *Consil. Rocc.* integerrimi, ac do-
27 ctissimi *D. Ioannis Baptistæ Rocci* Iudicis M.C.V. in criminalibus meritissimi pater *tom.* 2. *respon.* 79. Ceterum ex quibusnam conjectu-
28 ris præsumatur simulata cessio, siuè donatio, *De Marin. quotid. resol. cap.* 69. demonstrat.

Hìc non ab re duxi Bartholomei de Capua vitam coronidis loco ponere, nam *Consuetudinum* nostrarum ipse, & author planè fuit, & iuris facilè Princeps eo tempore; illud tamen præfari mihi opus est, tanti viri vitam nusquam editam, priuatis tantùm actis collectam à Bartholomeo Chioccarellio in manu scriptis Vitis Scriptorum Neapolitanorum; hanc ipsam à Chioccarellio exceptam luce dignam publica censuerunt, plerique omnes, quibus Bartholomei de Capua insignia in Rempublicam, atque in Neapolitanum ius merita innotuere. Laus hæc qualis qualis mihi nunc postremò obtigit ab insigni humani-
29 tate Ill. D. Ascanij Philamarini Ducis de la
30 Torre, qui Cardin. Ascanij Philamarini Ar-

chiepiscopi Neapolitani patrui vestigijs insistens, optimè de Republica meritos plecarissimè excipit celeberrima Bibliotheca, in qua reliquos inter Chioccarellius asseruatur, mihi fecit exibendi copiam, vt non immeritò de præclarissimo hoc viro benè semper, atque adeò optimè meritur æ sint literæ; quippè qui & scribenda semper gessit, & aliorum scripta humanissimè excepit. Quare numquam erit muta in illius laudes Fama, numquam emortuæ litteræ, quas ad Nobilitatis suæ decus illustrat ipse egregiè, dum ab interitu vindicat Litteratos.

BARTHOLOMÆI DE CAPVA VITA.

31 Bartolomæus de Capua Neapolitanus, Andreæ de Capua filius, Iure Consultus fuit sua ætate præstantissimus, tùm legum peritia, tùm in tractandis negotijs aptitudine, & dexteritate. Caroli Secundi, & Roberti Neapolitanorum Regum à Consilijs, à quibus maximis honoribus, ac dignitatibus fuit decoratus, ac ingentibus item diuitijs, compluribus Feudis, & Castris donatus est. Fuit enim is sub Carolo Secundo Magnus Regni Logotheta, ac Prothonotarius ab eodem Rege anno 1288. creatus, Magister etiam Rationalis Magnæ Regiæ Curiæ. Ciuitatem quoque Neapolis vti Regis Vicarius, ac Locumtenens rexit anno 13.... ob eius Regis absentiam. Cumq; Regni esset Prothonotarius Romani Pontificis fuit à secretis; Grauissima pro ijs Regibus negotia confecit, ac Legationes ad varios Christiani Orbis Reges, ac Principes, & præsertim ad Romanos Pontifices; & illustrior in ea legatione ad Pontificem Maximum, qui Auenioni tunc residebat, euasit; coram eo enim, ac pleno Cardinalium Concistorio eius Roberti Regis causam tutatus est in celebri illa controuersia de Regni huius Siciliæ successione, habita cum Caroberto Vngariæ Rege, in qua Bartholomæus pro Rege suo coronam obtinuit, & Regi ipsi salua fuerunt omnia. Fuit autem tantæ doctrinæ, & præstantiæ, vt eo viuente nihil ferij, absque eius conscientia in Regno vnquam decerneretur, & fieret, ac Regum ferè in regimine socius, ac pater, & in itineribus Comes videretur, & verba ipsius oracula haberentur, & ab eius ætate ad nostra vsque tempora, tàm recens est eius memoria in vniuerso hoc Regno, ac si nostris diebus viuentem coluissemus.

De eo loquitur *Bartolus in Authent. Præsbyteros, C. de Sacrosf. Eccles.* dum ait: *Bartolucius de Capua fuit factus magnus Comes*, intelligens, Bartolucium hunc fuisse creatum Altauillæ Comitem, & quamuis hunc Comitatum Altauillæ à Roberto Rege pro se obtinuisset, attamem eo Nepotem ex filio primogenito decorandum curauit, & ab ijs temporibus, vsque ad nostram ætatem is Comitatus apud eius posteros viget.

Cæterum quæ ad eius dignitates, honores, Magistratus, Diuitias, feuda, atque oppida, quibus fuit dominatus, legationes itinera pro suis regibus suscepta, auctoritatem, & alia, quæ ad eius vitam, mores, ac gesta pertinent sigillatim hic referre ex libri instituto prohibemur; sed alibi fusius enarrabuntur.

Obijt autem Neap. ann. 1328. & in Cathedrali Ecclesia, sepultus est in proprio Sacello, hac inscriptione in marmoreo sepulchro apposita.

Ianua legum, vitaq; Regum
Mors retrudit, terit, omnia
Sunt quasi somnia, cuncta recludit
Summus & Athleta Regni, iacet
Hic, Logotheta, Prothonotarius,
Auxiliarius, vsque Propheta.
Annis sub mille trecentis bis, & octo.
Quem capiat Deus,
Obijt benè Bartholomæus.

Quæ autem Bartholomęus de Capua composuit, aut scripsit, hęc sunt.

Consuetudines Neapolitanas Caroli Secundi Siciliæ Regis iussu in scriptis redegit anno 1306. vna cum Philippo Neapolitano Archiepiscopo, vt quęstiones, ac difficultates, quę ex earum obseruantia in dies oriebantur, tolleret, quas deinde idē Rex suo diplomate roborauit, easque lōgum post tempus *Neapodanus Sebastianus*, alijq; magnis commentarijs interpretati sunt.

Scripsit *glossam* auream super *Constitution. Regni Siciliæ, & Ritibus Magnæ Curiæ, & singularia* 151. *super ff. & Cod.* quę edita sunt simul Lugduni anno 1556. apud *in 8. fol.* cum *addit. Marcelli Boni.* ea quoque *singularia num.* 105. habentur in opere magno, *Singularium variorum Doctorum in 2. volum.*

Quæstiones 36. *legales* edidit, quæ impressæ sunt in fine *addit. Thom. Grammatic. ad Constitutiones Regni.*

Sermones etiam Bartholomæi de Capua manuscripti in pergameno, ab eo editi, habentur in Doctoratibus, alijsque in locis, qui citantur à *Marin. Frecc. lib. 1. de subfeud. in c. de Prouinc. & Ciuit. Regn. num.* 33. *fol.* 79. in *C. de Offic. Magn. Cancellar. num.* 15. *fol.* 52. & *cap. de Officio Loghotetæ, num.* 18. *fol.* 45. quique penès ipsum asseruabantur. Olim tamen in Bibliotheca Conchani Principis asseruari audiuimus.

Tractatus de appretio, siuè forma super appretio ab eodem Bartholomęo edita habetur pe-

penes Dominum Bartholomæum Caracciolum de Aragonia.

Barth.de Cap.in l.2.ff.de Custod.rer.citat. ab Afflict.dec.130.n.1.

Idem Barth. in l.in te, C.de donat.ant.nupt. allegatur à *Franc. Viuio in decis. Neap.* 258. *num.*4.

*Idem Affl.dec.*119.*num.*3. citat *allegationes* Bartholomei de Capua, quas fecit pro Rege Roberto instituto hærede à Rege Carolo Secundo, & sic etiam in *tit.de success. feud. in vsib.feudor.num.*41.*&* 55.& *Gramm.decis.*1. & *Camer.in repetit.l.Imperialem de probibit.feud. alien.per Federic.fol.*24.*lit.A.*

Afflict. quoque in *C. de Marchia sub tit. de feud. March. num.*4. allegat Bartholomæum de Capua in *Consil.* quod fecit pro Rege Roberto contra Imperatorem Henricum, qui Robertum deposuerat, ac Regno priuatum pronunciauerat, in quibus Bartholomæus contendit Regem Neapolitanum Imperatori non esse subiectum.

*Idem Afflict., in cap.inuestitura, sub tit. de noua forma fidelitatis in vsibus feudorum, n.*10. allegat Bartholomæum de Capua in quodam suo *Consilio*, de quo fuit facta *Clementina Pastoralis de re iudicata*, quod idem est, ac superius pro Roberto Rege, aduersus Henricum Imperatorem.

Hæc sunt ipsius opera, de quibus mentionem huc vsque reperi. Cæterum à Regnicolis, exterisque Scriptoribus is multis laudibus celebratur, atque ipsius memoria insignis habetur.

Bald.in l.properandum, C.de Iudic. allegat doctrinam quandam legalem Bartholomæi de Capua, & bis eius meminit *numer.* 10. *&* 11.

*Luc.de Penn.in l.in filijs decurionum, C.de decurion. lib.*10. ait, *Contrarium determinauit memoriæ venerandæ Dominus Bartholomæus de Capua in Consil.Regis.*

*Idem in l.*1. *C. qui ætate, vel possessione se excusent lib.* 10. ait, *Pauci verò parentes hæc prudenter attendunt, putantes eorum filios, quos cum magno viatico ad studium dirigunt ad perfectionem scientiæ, honoris, diuitiarum, & gloriæ quond. Insignis Dom. Bartholomæi de Capua peruenire.*

Et in *l.*2.*C.de Iure Reip.lib.*11.*Et sic determinauit præclaræ memoriæ Dom.Bartholomæus de Capua.*

Idem in Rubr. C.de Quæstor.& Magistr.Offic. lib. 12. ait: *Nostris temporibus Officium Logothetæ solus Dominus Bartholomæus de Capua dignè meruit, probè gessit.*

Et in *l.vnica, C.de Castrens. omn. palatinor. pecul.lib.*12. inquit, *Excellens Dominus Bartholomæus de Capua hypotheca, & Prothonotarius Regis Siciliæ, cuius obsequia, & consilia Reipublicæ præ cæteris fuere vtilia, vt posterior probauit euentus, quæ ob eminentem, illustremq; scientiam tanti viri.*

Et in *l.quicumq; C.de re milit. lib.*12. *venerandæ memoriæ Dominus Bartholomæus de Capua.*

Idem Lucas *in l.*1.*C.de vendit.rei fisc.cum priuat.comm.lib.*10. meminit Bartholomæi de Capua Logothetæ, ac Prothonotarij Regni, qui fuit vir mirabilis, & decedens virtutem plurimam *traxit, & licet in Officio, non tamen reliquit in virtutibus successorem.*

Egregius Doctor Bartholomeus de Capua vocatur à *Napodano Sebastiano in commentarijs suis ad Consuetudines Neapolitanis in prohemio Doctorum Consuetudinum.*

Fuit Bartholomeus contemporaneus *Dini*, secundum Io: Andr. *in addit.ad speculatorem in tit.de iuramento calumniæ*, & in *tit. de donat.* quem appellat Bartholomeum Neapolitanum Iure Consultum.

Caccialupus quoque in *suo tractatu de modo studendi in V.documento*, idem ait, qui Bartholomæum *de Neapoli* appellat, dein speculo post Bartholomeum *de Capua.*

Afflict. *in Constit. præcipimus subsit de impetr.liter.à Cur.Magistr.Iustitiar.nu.*1.ait: *Magnitudinem virtutis fuisse in Bartholomæo de Capua, qui fuit Prothonotarius Regni, & vir mirabilis in virtutibus secundum Luc. de Penn. in l. quoties, C. de vendit. rei fiscal.cum priuat. comm.lib.*10.

Illustrissimus Doctor Dominus Bartholomeus, de Capua, vocatur ab *Afflict.in constit.forindicatorum, num.*2.

Sapientissimus vir Dominus Bartholomæus de Capua ab eodem *Afflict.in prælud.feudorum num.*57.

Magnam esse auctoritatem Domini Bartholomei de Capua idem *Afflict.* dixit in *Rubr. & Vassal. qui contra Constitutionem Lotharij, &c.num.*4.

Excellens, eminensq; vir Dominus Bartholomæus de Capua, cuius maxima est auctoritas Loffred.in c.Imperialem in vers. per prædictum de probib.feud.alien.per Federic.

Viuius *decis.* 258. *num.*4. ait, *Bartholomæus de Capua fuit tempestate sua eminentis auctoritatis vir, & sic eius auctoritas extollitur, meritoque celebratum, tanquam magna per Afflict.in Constit.Regn.Humanitate, tit. de bis, qui fideiussores, &c.lib.*2. *num.*23. *& seq.* vbi meminit etiam re ipsa eius progeniem satis, atque satis hodie exaltatam fore imò.

Bartholomeus ipse de Capua sub nomine Bartolucij nuncupatur, vt prediximus ex Bart. *in auth.præsbyteros, C.de Episc. & Cler.* & fuit ante Dinum, vt ibi memoratur, necnon mi-

meminit, eundem Bartholomeum de Capua fuisse Logothetam, & Prothonotarium, Notariumque Camerę Apostolicę, atque virum mirabilem scientię, & virtutis.

Marinus Frecc. de subfeud. lib. 1. in tit. de Off. Logothet. & Prothonot. nu. 2.

Bartholomeus Camerarius in *l. Imperialem, fol. mihi* 68. *ater.* ait, *In Regno tanta est auctoritas glossarum Iserniæ, & Bartholomæi de Capua, quod vix quæramus, quare dixerunt, sed quia ipsi dixerunt, vt de Pithagora recitatur.*

LAVS DEO.

FINIS.



IN

NOTABILIVM INDEX.



Dat primus folium numerus: dat dogma secundus.

A.

Abocator.

Abocator in quo differat à Tutore. fol.289.n.5.

Accessorium.

*Accessorium sequitur naturam principalis.*247.37.48.

Actio.

Actio realis ad vindicandum, supponit dominium. 19.20. *exequtiua pro legatis quando detur.* 47. 76. *fol.*48.96.97. *& quid in annuis legatis.* 47. *à* 100.*ad* 103. *dotalis non datur ante matrimonium.*82.76.*ex empto cui, & quando competat.* 128.12. *ad* 15. *non datur eodem modo contra hæredem, ac contra debitorem viuentem.* 153. 177. *ad* 180. *exequutiua an detur vigore partitæ banci, & contra bancum, etiam facta solutione cum cautione.* 154. 198. *ad* 203. *pro causis exequutiuis, & summarijs potest vbique agi.* 155.219.222.*ad retractum quando oritur.*159. 15. *præiudicialis quæ, & quotuplex, est sublata in Regno, cur ita dicatur, apponi potest pugnans inuicem cum alia.*171.10.*ad* 13. *pro euictione non datur in venditione subhasta, sed illa quanti minoris, etiam propter seruitutem in re inuectam.* 184.39.40. *quanti minoris quanti æstimatur.* 184.42.*popularis datur contra artificem ponentem tabulas impedientes vsum priuatorum.*188. 39.40.*locati contra conductorem, si res locata non fuerit refecta.*194.9. *contra habitantem domi sine locatione.* 202.174. *hypothecaria non competit locatori super inuectis, si fideiussionem recepit, sed super illis facit exequutionem.* 204. 26.27. *inofficiosæ donationis non competit primogenito in feudo.* 222.66. *pignoratitia amplectitur dolum, culpam latam, & leuem.* 245.12. *fol.*246.13.*& quid in pignore conuentionali, aut res casu pereat, vel aliter sit cōuentum.* 246.14. *ad* 17.*hypothecaria an oriatur à die factæ recognitionis, an scripturæ ad beneficium creditoris apodissarij.*247.51.52.53.*aduersus testamētum, in quo est extraneus institutus, an competat laico remotiori propter clericum proximiorem.* 263.67.*ad* 77.*fol.* 264.77. *redhibitoria habet etiam locum, si vendatur animal morbosum per* sacco d'ossa rotti, *non explicato morbo.* 282. 58.59.

Actiones.

*Actiones subiacent Consuetudini Neapolitanæ.*15. 67.68.

Actor.

Actor sequitur forum rei. 257.85.

Actuarius.

Actuarius an valeat ex se obligationem cancellare. 152.150. *pro fideiussoribus quomodo teneatur.* 152.155.*ad* 157.*absque deposito, nec in vinculis constitutus potest iura proponere.* 152.158. *qua actione tenetur pro obligatione capta ab ipso, & quid fauore Fisci.* 152.159.160. *excusatur, si Iudex, aut partes non elegerunt fideiussores idoneos.*152.161.

Actus.

*Actus inhibetur per reseruationem assēsus.*117.25.

incu-

incusationis dicitur voluntariæ iurisdictionis, 152.153.*in fraudem cogrui est nullus*.165.47.

Adhoa.

Ad hoa quid, & quomodo taxatur, 13.29. *vnde oriatur, quomodo, & quando taxetur, & præstetur*. 226.155.159.160.162.163. *an detur pro iurisdictione Portulaniæ, & Siclæ*. 226.164. *an minui, vel tolli possit, an præscribi*. 226.165. *ad* 169.

Administrator.

Administrator quando validè obliget Vniuersitatem, & proprio nomine tenetur.148.74.

Aduocatus.

Aduocatus Tribunalium Neapolitanorum, & Romanorum promouendi ad officia, non examinantur, 286.38.39.

Agens.

Agens ad tertias pro annis vigintinouem, potest etiam reliquas exequutiuè repetere.150.97.99. 102. *remedio legis* diffamari, *an dicatur reus*, 257.79.*ad* 84.

Agnatus.

Agnatus quandoque postponitur cognato in successione.24.9.*habet portionem consuetudinariam*. 40.29. *an valeat propria authoritate capere medietatem bonorum antiquorum*.43.22. *ad* 25. *plus habet portionis consuetudinariæ, quam filius legitimæ*. 43.27. *habet aliquale ius ad portionem consuetudinariam*.43.28.29. *reuocat donationem in fraudem portionis consuetudinariæ*. 43.31. *an præferatur in locatione feudi*. 161. 55.56.*an habeat retractum in feudo alienato in agnatum remotiorem, & quid, concurrente agnato collaterali*.169.24.*ad* 30.

Alienans.

Alienans bona dotalia, si sit maritus, potest venire contra factum proprium, nec ad euictionem, aut pretij solutionem tenetur.119.13.*ad* 15.

Alienare.

Alienare, & consentire alienationi, sunt diuersa. 119.8.*quid comprehendat*.120.16.17.*bona dotalia pro dote, differt à dotis constitutione*. 122.21.

Alienatio.

Alienatio in fraudem reuocatur.37.13.*bonorum, exigit causam, & decretum*. 122.22.23.24. *bonorum maternorum an impediatur existentia naturalis filij*.122.28. *in fraudem Fisci nunquã fit*.130.58. 59. *quando fieri potest ab altero socio*. 256.61. *bonorum cur inhibeatur filijs*. 28. 44.*dotis est mulieribus prohibita*. 62.32. *interdicitur absque denunciatione vicini in Regno*. 164.20.21. *rei Ecclesiæ quid requirat*. 198.81. *Emphyteusis quando dicitur legitima, & quid, si retrahatur prædium iure congrui*. 215. 146. 147. *feudi hæreditarij irritatur vsque ad legitimam primogeniti*. 222.65. *feudorum sine assensu non valet*.280.18.*feudi cur reuocari possit, & quid statuatur circa reuocationem à iure communi*.281.29.30.31.

Alimenta.

Alimenta quid complectantur, & ex quo debeãtur. 66.2.*ad* 8. *an debeantur loco legitimæ*. 67. 12. 13.*an debeantur filio, cui facta est restitutio dotium maternarum*.67.14.*quo iure debentur*.67. 15.*ad* 18.*fol*.68.11.12.*præterita debentur*. 67. 19. *non recipiunt appellationem à sententia*. 67.20.*exiguntur absque cautione, lite pendente, nec restituuntur*.67.21.22.*fol*.69.34.*fol*.76.60. *ad* 62.*an debeantur diuitibus, & quo iure*. 67. 23.*ad* 28.*quibuscumque filijs debentur*. 67. 29. 30.*debentur filijs spurijs, etiam per hæredes, & donatarios patris, & ad hæredes transmittuntur, & quando*. 67.31.32. *an debeantur filijs degentibus extra domum paternam*.67.34.35.*f*.68.2. *quando, & ex quibus fructibus debentur*.67.36. *ad* 38.*debita matri, an accrescant filijs, an patri*. 68.4.5.*à quo, & quibus debentur*. 68.9.10.14. 16.*debentur à patre religionem ingresso*. 68.10. *dantur à matre quandoque vltra triennium*.68. 13.*fol*.74.2.6.7.9.10.13. 14. *debentur ex fructibus feudi*. 69.28. *collateralibus an debeantur super feudis*.69.33.*debentur fratribus, ac sororibus, pendente lite hæreditatis paternæ*. 69. 35. 36. *relicta, perpetuo præstantur* 70. 18. 19. *& quid de tertio possessore, & respondetur ad opposita*. 71.20. *ad* 23. *præstantur ad formam iuris communis, & diuiduntur inter descendentes in stirpem*.71.24.25.*debētur æqualia filijs vtriusque sexus*.72.1.2.*suppleri debent, & quo iure*. 72.3.*ad* 6.*debentur regularibus, nisi sint mendicantes*.72.10.12. *debentur ab auo, & auia materna nepotibus*. 74. 8. *filijs primi matrimonij quando debentur à matre*. 74.12. *quibus causis negari possunt*.75.56. *ad* 58. *debentur feudatario, ex fructibus feudi, etiam in damnum creditorum*. 76. 12. 13. *debentur etiam ex fructibus feudi extra confinia*. 77.15.*debentur vtrique parenti ex feudo filij*. 77.19.20. *patri inopi debentur etiam ex dotalibus fructibus*. 77.33. *debentur etiam viduis, licèt renunciauerint*. 77. 24.25. *debentur etiam excluso à successione*. 77. 26.*debentur mulieri pauperi, etiam per viri hæredes*.77.30.31.*dantur matri non valenti succedere filio*.77.32. *dantur sorori à fratre*. 77. 34. *debentur patruo per nepotem, & nepoti per auũ*. 77.35. 36. *debentur debitori pauperi carcerato per creditorem, & quomodo taxentur*. 77.37. *ad* 40.*promissa, & tradita dotis nomine, an sint restituenda soluto matrimonio*. 81.42.43.46. *promissa præstari domi, debentur etiam extra domũ*. 81.52. 53. 54. *ex fructibus dotis debentur mulieri, & familiæ, vrgente viro ad inopiam, & quod superest datur creditoribus viri*.87.63.64. 65.*debentur patri à filia, etiam de bonis dotalibus*.88.18. *quæ præstãtur ex causa habitationis, domi tantùm debentur, non alibi*. 90.11.12.13. *nec competunt hæredibus*.90.14. *etiam fauore diuitum debentur*. 90. 15.16.17. *an debeantur viduæ egenæ primis sex mensibus viduitatis*

ab

ab hæredibus extraneis, 90. 18. *ad* 28.

Alimentarius.

*Alimentarius an teneatur præstare operas suas alimentanti alimenta dantur indigenti.*70.5.*ad* 8.

Allicere.

Allicere aliquem ad Collegium, an sit præiudicium. 175.14.

Animal.

*Animal an sit restituendum exteris cum cautione. si damnum sit certum.*140.5.6.7.*postquam aufugit, potest extra agrum capi, & an possit licitè occidi.*140.8.*ad* 11. *Clericorum an comprehendatur sub dispositione* pragmaticæ primæ de officio Baiulorum.141.34.

Animus.

Animus perpetuò permanendi arguitur habitatione per decennium. 266.109.

Annus.

Annus ad petendum ius congrui, à qua die computetur. 159.12. *etiam dependet à iure communi.* 164.35.36. *ad petendum releuium diuersimodè computatur in feudo hæreditario, quàm ex pacto.* 224.120.

Antephatum.

*Antephatum vnde dicitur, etiam respectu allodialium.*97.14.15. *successit loco quartæ, vel donationis propter nuptias* 97.9.10. *non conuenit in omnibus cum donatione propter nuptias.*97.11.12.*quando quæritur mulieri.* 97. 16. *ad* 19.30. *debetur in vsufructu.* 97. 21. *quoàd proprietatem est filiorum, an restituatur dotanti, an Fisco in casu rebellionis, & an filiæ debeatur saltem loco legitimæ.* 97. 22. *ad* 25. *quomodo taxatur.* 97.25.*fol.*99.72.*an augeri, & minui possit.* 97. 27.*ad* 36.*quandoque nullum datur.* 98.32. *quò ad quãtitatem depẽdet à dotali quãtitate.*98.37. *nõ idem virginibus, ac viduis, & datur pro dote verè soluta.*98.38.*ad* 40.*& quid, si fuerit constitutum per causas mouentes mentem, an debeatur.*98.43.*ad* 47.*debetur sequuta copula.*98. 47. 56. 57. *quandoque nec soluta dote debetur.* 98.51. *ad* 58. *an debeatur mulieri osculatæ tantum.*98.59.*fol.*99.60. *an debeatur non constitutum.*99.61.*ad* 95. *mulieris contrahentis more magnatum Nidi, & Capuanæ.*99.66.*ad* 71.*an debeatur filijs, vt filijs, an vt hæredibus* 99.74. *ad* 76.*fol.*100.96.97.*fol.*105.153. *quoad proprietatem transit potius ad fratrem, quàm ad matrem.*99.78.*fol.*103.134. *est idem, ac quarta consuetudinaria.*107.1.2.8.*soluendum est ab hæredibus viri post factum instrumentum dotale, quod facere tenetur.* 109.6.7. *& etiam sine instrumento soluitur aliquando.* 110. 11. *debetur etiam euicta dote.*110.20.*constitutum in capitulis matrimonialibus excusat ab exibitione instrumenti dotalis.*110.26. *an debeatur à secundo viro mulieri, vt virgini, an vt viduæ, quæ primò nupsit, sed non fuit cognita.* 111. 43. 44. *fol.* 112.48.56. *dicitur præmium virginitatis amissæ*, 111. 44. *ad* 48. *debetur mulieri, saltem pro medietate, si ducta ad domum viri, non fuit cognita.* 112. 56. *& quarta dicuntur confusa.* 115.25. *non tantum cum antephato confunditur, sed etiam cum dote.* 115.26.27. *debetur ex bonis viri, de quibus habet dominium alienabile.*133.1.2.*non debetur in rebus feudalibus, aut allodialibus fideicommisso subiectis.* 133.3. *quomodo diuiditur inter filios plurium nuptiarum.* 260. 19. *an soluatur ex toto patrimonio debitoris.*260. 20.21. *quando admittit imputationem.* 260.22. *constitutum pro dote constituta in capitale vectigalium, an debeatur in pecunia.* 260.27.

Anterioritas.

*Anterioritas creditoris post sequutam euictionem nominis assignati, à quo die accipiatur.*283.76.

Antichresis.

Antichresis quid sit. 243. 103. *ad* 107. *an validè cõtrahatur in pignore.* 243.102.105.106.108. *ad* 110.*sapit naturam locationis, & conductionis.*243.112.*in officijs.*244.118.122.*ad* 124.

Apertura.

*Apertura cum cancellis ligneis claudi solet, si sit facta post destructam domum.*183.16.17.

Appellatio.

*Appellatio à sententia Baiuli fit ad Baronem.*141.43.*non datur, & data non admittitur aduersus sententiam expulsionis.*188.37.38.*à iudicio fortunæ an detur.* 254. 24. 25. 27. *an concedatur condemnato non appellanti ex propria culpa.* 296.141.*ad S.C. à M.C.V. à decretis, cõtinentibus summam ducatorum* 150.*vel minorem, an valcat.*227.150.*ad* 155. *& reclamatio de pari procedunt.* 297.152. *à decreto M.C.Vic.* 297. 157.

Arbiter.

Arbiter rei suæ quisque dicitur. 276.88.

Arboris.

Arboris appellatione quid veniat. 271.33.

Argumentum.

Argumentum ab alimentis ad piam causam, valet. 47.88.*de feudo ad emphyteusim valet.* 161.62. *fol.* 219. 1. 2. *à contrario sensu non sumitur ab interpretatione voluntatis.* 227. 199. *fol.*228. 200.*de parte ad totum non valet in quantitate.* 229.212.*non sumitur ex his, quæ non fiunt, vt aliquid actum dicatur.* 231.239. *à maioritate rationis non valet in feudis.*231.241.

Arrha.

*Arrha quid significet.*272.2.*ad* 7.*an sit de substantia contractus.*272.8.*ad* 13.*data, an liceat recedere à contractu* 273. 19. 20. *quando amittitur* 283. 21. *ad* 24. *quando admittit pœnam dupli.* 273.25.26.

Artifex.

Artifex molestus vicinis, expellendus est. 187. 19. 20. 21. *cogitur locare operas fauore Ecclesiæ.* 191. 11. *impediri potest ne ponat tabulas, impedientes vsum priuatorum, & contra ipsum datur actio popularis.*188.39.40.

Ascendens.

Ascendens quando excluditur.21.23.ad 26.

Assecuratio.

Assecuratio rerum dotalium est loco pignoris, 87. 61.62. dotis an petatur absque instrumento dotali.111.36. ad 40. & quid probandum in iudicio assecurationis.111.41.

Assensus.

Assensus Capituli super bonis dotalibus quid operetur,& vnde sumatur.88.24.ad 27.super feudalibus præsumitur sine reseruatione. 88.28. ad 31.quid requritur,vt valeat. 116. 16.circa obligationem mulieris debet à toto Collaterali subscribi 116.17.18. ab vno Regente olim subscriptus, an sustineatur.117.19.21.29.Proregis debet præcedere contractui mulierum 117.22.26. aliquando impetratur post contractum stipulatũ. 117. 23. retrotrahitur ad tempus factæ obligationis.117.24.quando iuuat.117.28. debet specificè probari, 129.47.48. non præstatur super donatione feudi facta secundogenito.222.68.69. obreptitius,& subreptitius est nullus.236. 286. capituli extenditur ad donationem factam contemplatione matrimonij.277.109.110.

Auia.

Auia an excludatur in concursu materteræ. 27.18. 19. an censeatur exclusa si mater sit exclusa. 27.20.

Augmentum.

Augmentum in venditionibus sub hasta an admittatur, re integra; & quid, si fiat in continenti, 197.68. ad 73.

Author.

Author laudatus comparere debet in foro laudantis, & quid in Clerico; & negotiorum gestore. 257.87.88.

Authoritas.

Authoritas de Franchis quanta sit in materia consuetudinaria.261.38.ad 41.

Axioma.

Axioma: semel exclusa, semper est exclusa: explicatur.8.94.

B.

Balius.

Balius cognoscit de damnis. 140.12. an Balius, vel Balliuus dici debeat,qui habet officium Baiulationis. 140.13. an sit instar Ciuitatis defensoris; an dicatur officialis, & habeat iurisdictionem.140.14.ad 17.fol.141.37.ad 40. quam habeat potestatem.141.19.ad 29.37. ad 40. an procedat in causis feudalibus,& furtis.142.41. 42.parere debet Sindicatui. 142.43.

Bancum.

Bancum malè soluens,an excusetur.154.206. an habeat retensionem ex causa mutui.242.91.cur non liberatur à pignoris debita præstatione, nisi restituto chyrographo.

Banderarij.

Banderarij non sunt Consules Artis Sericæ, nec Gubernatores cœnobij puellarum eiusdem Artis. 156.252. subsunt iurisdictioni Consulum Artis Sericæ, 156. 245. non possunt dici Mercatores. 156.247.sunt potius sarcinatores. 156.250.

Baro.

Baro an licitè prohibeat, ne vassalli accedant ad Regia Tribunalia. 155. 221. 222. in locatione præfertur omnibus.161.57. ad 60. an præsumatur dominus pascuum,nemorum,fontium, eorũq; fidæ,& diffidæ. 252.25.26.30.

Beneficium.

Beneficium restitutionis cui competat.290.35. 38. ad 45.competit seni decrepito, & infirmo. 291. 49.ad 59.competit mulieri,& malè nuptæ. 291. 60.61.62. restitutionis non datur in iudicio liquidationis.292.72. an peti possit post restaurationem instãtię.293.86.quoties dari potest.290. 36.fol.293.92.ad 94.fol.294.95.100. an detur in causa repulsæ,& summaria. 294. 96.97.98. aduersus probationes minoris, qui veniam ætatis impetrauit.294.101.102.renunciari nequit. 294.107.108.quandoque competit maiori.295. 118.ad 131.

Bona.

